PAVLI BENII
EVGVBINI

Sacræ Theologiæ & Philoſophiæ Doctoris,

QVIQVE TRES IAM AC VIGINTI ANNOS
Eloquentiam in Prima Patauini Gymnaſij ſede profitetur,

IN P. VIRGILII MARONIS ÆNEIDEM COMMENTARII.

QVIBVS AVTHORIS SENTENTIA
explanatur & illuſtratur paſſim,

HEROICI POEMATIS ARTIFICIVM AGNOSCITVR,
& cum Ariſtoteleæ Poëticæ præceptis coniungitur.

EIVSDEM POEMATIS CONDENDI RATIO,
Legibus ac documentis ex ordine promulgatis, oſtenditur.

AENEIS CVM ODYSSEA ET ILIADE COMPARATVR:
ſimúlque demonſtratur quantópere Homerum Virgilius ſuperauerit.

QVIBVS ACCESSIT PLATONIS POETICA.

AD FEDERICVM VBALDVM FELTRIVM E RVERE
Vrbini Principem Sereniſs. & ornatiſs.

His omnibus Indices locupletiſsimi interponuntur.



VENETIIS, Apud Io. Guerilium, CIↃ IↃC XXII.

Facta a Superioribus Poteſtate, & cum Priuilegio.

Digitized by Google

Præſens Liber Commentariorum ſuper Pub. Virg. Maronis Æneidem compil. ab Excellentiſſimo D. Paulo Benio Eugubino pub. in Gymnaſio Patauino Lectore fuit Venetijs diligenter examinatus, vt in lucem daretur, & cum in eo aliquid quod Fidei Orthodoxæ, & Legibus aduerſaretur non fuerit repertum, Typis libenter admiſſus eſt, &c.

Fr. Io. Dom. Vignut. S. T. Mag. Ord. Præd. & Gener. Inquiſit.

Digitized by Google

P. VIRGILII MARONIS
ÆNEIDOS
Liber Primus.

1 EXPECTET fortaſſe quiſpiam, vt quoniam nunc primò Virgilium publicè attingimus, & nobile ac penè diuinum Aeneidis monumentum explicandum aggredimur; primo loco exponam Authoris ortum, patriam, parentes, educationem, ſtudia, mores, vitam denique vniuerſam. Tum verò illius Poëmata ac monumenta diligenter recenſeam: quaéque adultetina ſunt & notha, aut etiam ſuſpecta, a germanis certiſq; diſterminem. Atque ad extremùm eiuſdem poëmatum ordinem, conſenſum, œconomiámque vniuerſam commonſtrem. Verùm, quoniam hæc faciliora ſunt, atque inprimis peruulgata, lubet ad grauiora & difficiliora properare: præſertim verò vt de admirabili Aeneidis artificio vberiùs conſtare poſſit. Etenim qui nuda præcepta perſequuntur, ij, mea quidem ſententia, parùm conſulunt Muſarum ſtudioſis: cum præcepta ſine exemplis ac Poëmatū tractatione ieiuna ſint, & intelligentiæ memoriaéque minùs accommodata. Contrà verò qui in Poëtis lectitādis ſunt toti, plus fortaſſe aliquid proficiant, ſed tamen facilè quoque hæreant aut aberrent, quòd præceptis tanquam regulá careant & norma. Vt propterea hæc duo ſine dubio ſint coniungenda. Itaque ipſe quidem (vt verè fatear) ea cogitatione Aeneidem mihi explanandam iudicaueram, vt tria pro virili parte mea præſtarem. Primum eſt vt Aeneidis ipſius ſententiam accuratè explicarem ac dilucidarem: ita tamen vt tum auditorum ingenij, & eruditionis, tum loci huius grauiſſimi, diligens ratio haberetur: ac propterea ijs diſſimulatis quæ plana omnino ac facillima videri poſſent, paulò grauiora aut difficilia, quæ ſanè multa ſunt ac varia, diligenter proſequerer. Vt enim ad Aeneidem non vnius tantùm aut alteriùs diſciplinæ præſidijs munitus acceſſit Virgilius, ſed liberalibus artibus vniuerſis atque doctrinis cō-
2 pleuit pectus, earúmque decretis, quaſi cœlum ſtellis, heroicum hoc poëma ſparſit ac variauit, mirum eſt quàm multa & varia effugerint hactenus Interpretes, ac nouam induſtriam efflagitent. Alterum eſt vt interim Heroica poëmatis præcepta obſeruarem, eiuſdémque condendi rationem ac viam oſtenderem. neque enim verendum eſt ne hunc nobis vſum & Maronis poëmata, ſi diligenter excolantur, & Ariſtoteleæ poëticæ præcepta, ſi pro dignitate æſtimentur, non ſuppeditent copioſè. Poſtremum vt Heroici poëmatis præceptis cognitis & conſtitutis, Virgilium cum Homero conferrem, atque vtriuſque artificio perſpecto, docerem quantopere Virgilius ſiue rerum electione aut inuentione, ſiue Actionis & fabulæ conſtitutione ac diſpoſitione, ſiue moribus, ſententia, dictione, denique Inſcriptione ipſa, Propoſitione, Inuocatione, Narratione, variiſque narrationis muneribus & partibus ac decoro ſummatim & artificio vniuerſo, Græcorum poëtarū principem ſuperarit. Nunc igitur ab Aeneidis Inſcriptione ducatur initium. In qua ſanè cur Poëta noſter aut Publij prœnomen, aut Virgilij nomen, aut Maronis cognomen, inuenerit, quoniam hæc obuia ſunt omnibus, & Aeneidi cum cęteris Virgilij poëmatis communia, tacitus prætermittam.

AVTHORIS conſilium in ſuſcepta Aeneidis explanatione.

Dicam igitur cur Aeneidis nomine inſcriptum fuerit hoc Poëma: vel potiùs, quoniam

Dubitatur DE INSCRIPTIONE. ſatis conſtat ab Aenea deriuatum eſſe, ídque vt intelligatur quam Actionem pertexeret, ac ſummatim Aeneæ facta in eo decantari, ſiue Aeneam celebrari, quæram NVM rectè ſatis & conuenienter Virgilius huiuſmodi Inſcriptionem poëmati affixerit ſuo. Cũ enim Homerus quoque in Iliade arma & bella decantare inſtituiſſet, & tamen Poëma non a *Dubitandi ratio.* perſona aut Heroë a quo ducitur Actio, ſed a loco inſcripſerit & appellarit, quid eſt quòd acerrimus Homeri imitator, atque adeò latinus Homerus, non a loco ſed a perſona ſuum ille Poëma inſcribendum putauerit? Sanè Lucanus, Statius, Silius, Valerius Flaccus atque alij multi hac in re Homerum imitari maluerunt quàm Virgilium. Imò verò Ariſtote- 3 les in ſua poëtica Heracleidem & Theſeidem, quæ duæ poëmatum inſcriptiones ab Heroë ductæ erant, reprehendit ac damnat. Vt mirum videri poſſit alicui, Virgilio hoc inſcriptionis genus arriſiſſe.

Eſſe optimam oſtẽditur. Verumtamen Aeneidis inſcriptio ſine dubio optima eſt ſi quæ alia, ídque multis de cauſis. Ac primùm quidem; quia ſi quid in poëmatis inſcriptione ſpectãdum eſt, illud maximè eſt, vt rerum canendarum, vniuerſim ſaltem, indicetur argumentum. Ex quo fit vt *I.* inſcriptio non tam extrinſecus petenda ſit quàm ex re ipſa. Eſt enim inſcriptio, ſi germana ſit, rerum dicendarum veluti ſeminarium: ac propterea Propoſitioni ac Tractationi certa quadam proportione reſpondeat neceſſe eſt. id quod optimè facit Aeneis: ſiquidem egregiè deſignat ac tanquam ante oculos ponit (vniuerſim tamen) poëmatis materiam & *II.* argumentum, ſiue Actionem mauis ac Fabulam. Huc accedit quòd ita materiam deſignat & argumentum, vt ſimul perſonam ſiue Heroëm referat atque commonſtret a quo ducitur Actio: quíque eſt totius Poëmatis caput ac vertex. nam Actionis materiam deſi- *III.* gnare præclarum: ſed Actionis materiam & Heroëm ſimul, præclariſſimum. Deniq; optĩma eſt quia id totum non multis titulis quin nec multis verbis efficit, ſed vnico nomine, *Ad dubitationes.* atque ita fœliciter, vt nihil perfectius fingi aut excogitari poſſit. Neque refert quòd vel latinus Homerus haberi vellet Virgilius, vel Homerus alter appellaretur, ac ſummatim acerrimus Homeri imitator exiſtimaretur; ſic enim ſibi Homerum imitandum propoſuerat, vt de illo ſuperando plurimùm cogitaret: quod perfecit etiam. Id quod carminibus illis quæ ſuppreſſo edidit nomine, indicauit ſatis.

Illius immenſos miratur Græcia campos:
At minor eſt nobis, ſed benè cultus ager.

Cum enim Homerus quatuor & viginti Libris Iliadem produxiſſet ac dilataſſet, totidémque Odyſſeam; ita vt Græci amplitudinem illam ſuſpicerent, confeſſus eſt ſe ſibi mi- 4 norem præfiniuiſſe campum (duodecim enim libris Odyſſeam & Iliadem exprimit) ſed quem tamen diligentiùs excoluiſſet ac fœliciùs. Etſi enim ſex tantùm libris Odyſſeam, ſex Iliadem æmulatus eſt, ſuã tamen induſtriam Viris doctis multò magis probauit quàm Homerus. Itaque non deſuere qui affirmauerint Virgilium planè fuiſſe qui primò docuerit quid ſit canere & non ineptire. Vt minimè mirum videri debeat Iliadis inſcriptionem Virgilio non arriſiſſe. Tametſi non eſt cunctandum fateri Odyſſeæ inſcriptionem nõ improbaſſe, quin quoquo modo expreſſiſſe: vtraque enim & Heroëm indicat & argumentum. Et quamquam multò fœliciùs Maro (id quod declarabitur paulò poſt) non infœliciter tamen Homerus perinde ac in Iliade. Iam verò de Lucano ac cæteris illis nihil attinet dicere, cùm eorum authoritas & induſtria cum Virgilij induſtria & authoritate conferri minimè poſſit.

Sed de iſtorum induſtria & artificio dicam non ſemel alibi, atque ita dicam, vt nec falſam illis laudem affingam, nec veram detraham. Quamquam ne vos interim aut hærentes aut ieiunos relinquam, illud non prætermittam, Pharſaliæ inſcriptionem videri a poëmate illo alienum: nam præterquam quòd extrinſecùs arripitur & a loco, non a re ipſa; Ciuile illud bellum ab initio ad finem vſque pertexit Lucanus, ita vt Pharſalica pugna vix in extremam poëmatis incidat partem. quo fit vt ne Homerum quidem commodè imitetur. Etenim quicquid Homerus canit in Iliade, id in Ilium conuenit totum: quod canit Lucanus, in Pharſalicos campos minimè. Quod ſanè de Silio quoque affirmare licet, qui ſecundum Punicum bellum pangit vniuerſum, ídque a Saguntina obſidione ducto initio, vix vt ad extremum in Africam inclinarit bellum: ita quidem Africæ nomine inſcripſit poëma, cum bellum ferè totum in Italia geſtum ſit. Statius verò in Thebaide haud 5 certum habuit Heroëm vnde inſcriberet poëma, ac tragicum argumentum veriùs delegit quàm heroicum: ita ut quemadmodum hac in re, ſic in inſcriptione, aberrarit: vel certè,

Digitized by Google

tè, quoniam non a re ſed a loco & extrinſecus petitur, in ſecūdis conſiſtat. Quamquam in altero quod poſteriore ætate ac ſe ipſo doctior factus inchoauit, poëmate, in Achilleide inquam; poëma inſcribitur commodè ac Virgiliano more & modo. Denique Valerio Flacco heroicum ſeſe obtulit argumentum, atque illud egregium: ſed neſcio quo pacto è manibus elabi paſſus eſt. Si enim Iaſonem actionis principem (id quod facere licuit) conſtituiſſet, ac cæteros Duces veluti aſſeclas illi adiunxiſset qui ſecundas partes obtinerent, ac rem Iaſonis ductu adminiſtrarent, & hac planè ratione ab aduerſa fortuna ad proſperam ſe ſuóſque Iaſon euheheret, res procederet egregiè: quæ tamen ſecus accidit. Quamquam poëma inchoatum eſt potiùs quàm abſolutum atque perfectum. Denique Poëtæ iſti ab aduerſa fortuna ad proſperam vel non traducunt Heroës illos, vel præpoſterè: non enim vnius virtutis præſidijs id præſtant ſed ſæuitia plerumq; & ſcelere. Certè victor quidem exiſtit Cæſar apud Lucanum, ſed qui non heroicas virtutes referat, præſertim pietatem ac iuſtitiam quam tantoperè in ſuo Heroë commendat Virgilius. Denique Lucanus ipſe ſcelerata Cæſaris appellat arma, fatetúrque illa in Patriæ viſcera conuertiſse. Idem in Thebaide in qua non virtus ſed crudelitas ac ſæuitia in regijs fratribus illis dominatur. Annibalis verò perfidia & crudelitas nota eſt: & tamen Silius in Annibalis victorijs, Romanorúmque cladibus eſt ferè totus: ſic exulant virtutes, vix vt ad extremùm Scipio proferatur. Iam verò Ariſtoteles Theſeidem & Heracleidem ideò reprehendit, quòd Authores a Theſeo & Hercule ſic inſcripſiſſent poëmata, vt vniuerſas eorum actiones decantarent, ac propterea ab fabulæ vnitate (quam appellant) aberrarent. Ex quo fit vt multiplicem actionem veriùs damnet quàm inſcriptionem.

6

Aeneidis inſcriptionem eſſe optimam et imitatione digniſſimã.

Quæ cum ita ſint, omnino faciendum eſt vt in heroico poëmate pangendo Virgilianam inſcriptionem imitemur, in græcas ſimul (id quod Virgilius fecit) intuentes; in Theſeidem inquam, Heracleidem, Perſeidem, Antilaidem, Ptolemaidem & id genus alias: has enim, quippe eleganter excogitatas, Latini deinde imitati ſunt, Thebaidem, Achilleidem, Amazonidem, Antoniadem, Herculeidem, appellantes. Sic enim Statius, Marſus, Gordianus, Carus, Virgiliano ſcilicet more ac modo. Quamquam de hac re tota copioſiùs paulò poſt.

Comparatur cum Iliadis Inſcriptione, cui longo anteponitur interuallo.

Nunc quoniam ob Iliadis inſcriptionem vel maximè Virgilianam oppugnaui primùm. mox etiam defendi, atque ita defendi vt Odyſſeæ, quam tamen imitatur, anteponendam eſſe ſtatuerim; agedum obſecro Aeneidis inſcriptionem cum Odyſſea conferamus, quæque magis probanda ſit, vel certè cur ei anteponenda ſit Aeneis, videamus; quin ab Iliade ipſa incipiamus: adhuc enim pauca quædam ſuperſunt quæ de illa obſeruētur non inutiliter. Ergo quoniam Ilias nec actionis materiam deſignat, nec perſonam ſiue Heroëm a quo deſumitur actio, mirantur multi cur non Achilleidem inſcripſerit poëma quemadmodum Odyſſeam. Porrò qui in propoſitione Achillis facta ſibi proponit decantanda, perinde atq; in Odyſſea Vlyſſis, ſine dubio Achilleidem poëma illud, quemadmodum Odyſſeam alterum, cohærenter appellaſſet. profectò Statius, vt dicere cœperam; cum Achillis facta decantare inſtituiſſet, haud cunctandum putauit, vt Achilleidis nomen poëmati præfigeret ſuo. Sed fortaſſe abſtinuit Homerus, quòd cum Agamēnonem Troiano præfeciſſet bello, ac proinde Heros iſte primas obtineret in fabula, haud par eſſet Achillis nomine monumentum inſcribere. Tametſi qui Achillis iram ſibi de-
7 cantandam proponeret, Achilleidis quoque nomen (quicquid ſit de Agamemnone) præfigere illi pari iure, ne dicam libertate aut temeritate potuiſſet. Quamquam illud etiam peccat Iliadis inſcriptio, quòd ne illud quidem ſatis inde percipi poſſit aut conijci, quam ſcilicet Ilii geſtam actionem Iliadis nomine deſignet tandem: Ilium enim, quemadmodum ab Agamemnone, ita ab Hercule paulò ante, fuerat expugnatum.

Comparatur cū Odyſſea eidemque nō parùm anteponitur.

At enim Odyſſeæ ſaltem Inſcriptio videri poſſit fœlicior quàm Iliadis: ita vt Odyſſea Aeneidem ſi non antecellat, æquet certè. Minimè verò. Id quod iam iam conſtabit ſatis. Etenim certum eſt Vlyſſem antequam è Troia ſolueret, & in patriam contenderet, præclarè ac ſtrenuè geſſiſſe multa. Vt enim Ilium expugnaretur, multa ſanè, Oraculo ac Fatis ita canētibus, éaque difficillima, præſtanda erant. Ac primò Achilles (qui tamen in Scyro mentito nomine ac muliebri habitu deliteſcebat) inueniendus erat. Inuenit Vlyſſes. Eidem perſuadendum vt regiam vxorem, quam vnicè diligebat, derelinqueret. Perſuaſit Vlyſſes, atque ita perſuaſit vt aduerſus Troianos illum vehementer inflammarit. Sed & occidendus Rheſus Thraciæ Dux, & abducendi illius equi. Occidit Vlyſſes & abduxit. Herculis ſagittæ inueniendæ &

ad Troiam comportandæ : has apud Philoctetem inuenit Vlyſſes , atque illo exorato ad
Troiam tulit. Laomedontis cineres,qui Ilij ſeruabantur, auferendi: abſtulit vtique Vlyſ-
ſes . Palladium ſurripiendum ex Ilij arce ac templo : per cuniculos atque adeò cloacam
Ilium ingreditur Vlyſſes,arcem conſcendit, templum penetrat ac Palladium eripit . De-
nique,ne conſecter omnia,Achillem Agamemnoni reconciliat,equi Troiani conſtituen
di fit author,eiuſdem latebras ingreditur, inter primos egreditur, demum oppugnat, ex-
pugnat,diripit,incendit Ilium.Ita vt victoria illi maximè accepta eſſet referenda. Cum igi
tur tot ac tanta geſſiſſet Vlyſſes , nemo non ſe ab Homero fraudatum exiſtimet qui hæc
omnia reticeri ſentiat in eo Poëmate quod Vlyſſea inſcriberetur atque Vlyſſis facta de- 8
cantanda proponeret.

Neque verò mihi obijciat quiſquam non potuiſſe ſine crimine omnia Vlyſſis facta vno
eodémque Poëmate celebrari quin fabulæ Vnitas perturbaretur (quid enim cauſæ fuit
vt Ariſtoteles ſiue Heracleidem ſiue Theſeidem reprehenderet , niſi quòd dum omnia
Herculis Theſeíque facta celebrarētur,fabula multiplex inde exiſteret?) nam non id ego
aut inficior aút diſputo inpræſentia ; Sed contendo Vlyſſeæ inſcriptionem patere latiùs
quàm ea quæ ſubinde in Poëmate decantantur: ac polliceri plura quàm in receſſu conti-
neat.Quare ſi non decebat tot tántaque deca ntare,neque etiam decuit tot tántaque polli
ceri.Sanè qui Heracleidem aut Theſeidem co nfecerunt,inſcripſerúntque, aut etiam The
ſeidem ſiue Achilleidem , ideò tali vſi ſunt Inſcriptione quòd omnia ſiue Ach illis , ſiue
Perſei,ſiue Theſei,ſiue Herculis,facta canere inſtituiſſent.

Dubitatur cōtra Aeneidem. Reſpondetur.

Neque mihi rurſus obijciat alter,Aeneidem in eadem naui cum Odyſſea verſari,cum
Aeneidis quoque Inſcriptio pateat quàm latiſſimè ; & tamen in Aeneide ea ſolùm cele-
brentur quæ Aeneas geſſit poſt Troiæ excidium . Nam Virgilius in Aeneide Aeneæ non
modò errores ſed bella etiam cecinit ad Turni mortem vſque : quæ etiam ſic copulauit,
vt inde fabulæ vnitas quoad eius fieri poterat(id quod opportuniore loco declarabimus)
oriatur . quòd ſi multa etiam præclarè geſſerat Aeneas antequam a Troia diſcederet, pro-
fectò ne ea quidem reticuit Virgilius, ſed in 11. Aeneidos proſecutus eſt copioſè . Nam ſi
dicas in Epiſodium iſthæc conijci , & cum Troiæ excidio commemorari quod obiter at-
tingitur, cum tamen Inſcriptio ex Actione petenda ſit non ex Epiſodijs, iam , quoniam id
reuera acutè ſatis dicitur , & non parùm vrgere videtur , agedum rem expendamus at-
tentiùs.

Dubitatur rurſus.

Reſpondetur.

Ergo Heroicum Poëma duplici partium varietate conſtare , atque alias eſſe proprias, 9
quaéque actionem conſtituant & fabulam ; aduentitias alias , quaéque poëmati amplifi-
cando ornandóque inuentæ ſint,& Epiſodij nomine appellentur,non ægrè fatemur . Ve-
rùm an Secundus liber,aut certè quæ ab Aenea ibi memorantur, inter aduentitias partes
ſint referenda,magnoperè dubitari poteſt. Neque enim inter aduentitias & Epiſodia refer
re illas cogimur quaſi verò in Propoſitione, vbi Actionis partes indicantur, Secundi libri
ratio habeatur nulla . Etſi enim in Propoſitione Aeneæ errores ac bella deſignentur, res
antea geſtæ non exprimantur, nemo tamen inficietur iſtiuſmodi errorum ac belli ipſius
cauſas ad Actionem pertinere cuius ſunt cauſæ , & in Tractatione potiùs afferri ſolere &
explicari quàm in Propoſitione commemorari . Si igitur conſtiterit Secundum librum,
vel certè ea quæ in Secundo libro de Aenea percenſentur , ad cauſas pertinere, haud ſanè
ambigendum erit , hæc ad Actionem quoque eſſe reuocanda . Ad cauſas verò pertinere
inde doceri poteſt,quòd Aeneas ea de cauſa & Ilij excidium & quæ ipſe in eo geſſiſset cō-
memorauit,ac ſummatim calamitoſum belli illius euentum perſtrinxit, quòd a Didone
in libro 1. extremò rogatus ſuiſset vt & Troiæ excidium & ſuos errores ab origine,éaque
prima,referret. Sic enim de illa canit Poëta,

Imò age,& a prima dic hoſpes origine nobis
Inſidias(inquit)*Danaum,caſúsque tuorum,*
Erroréſque tuos.nam te iam ſeptima portat,
Omnibus errantem terris & fluctibus,æſtas.

vbi ſanè originis nomine,præſertim primæ,ſine dubio cauſas etiam huiuſmodi errorum
comprehendit. Neque enim mihi primam fluuij originem is commonſtret ſatis qui non
fontē commonſtret:aut originē animalis vel etiā plantæ,qui non mihi ſemen indicet.Nā
fons ac ſemen ſunt veræ ac germanæ fluuij , plantæ , animantíſque cauſæ . & ideò iurè a
Græcis ἀρχὴ dicitur & αἰτία . Denique vt quis veram rei alicuius originem , eámque
primam

Digitized by Google

10 primam proferat, cauſas verò planè reticeat, vix ac ne vix quidem fieri poteſt. Et ſanè Virgilius quamcumque ab Didonis prece arripuerit occaſionem, omnino optabat ac meditabatur Aeneæ Troia diſceſſum ac profectionem ſic decãtare, vt ijs etiam occurreret, qui vulgaſſent atque adeò ſcripſiſſent Aeneam cum hoſtibus in Patriæ perniciem conſpiraſſe. Et ob id Virgilius in ſecundo libro eò maximè intendit carmen, vt demonſtret Aeneã omnia pietatis officia Dijs, Patriæ, Parentibus perſoluiſſe. Quapropter cum ſtatim ab initio illum dicentem feciſſet,

Et quorum pars magna fui ——

paulò pòſt Hectorem inducit qui inſomnis eum admonet vt Penates flammis eripiat, ſeque fugæ committat, cum boni ciuis & ducis officijs perſunctus eſſet omnibus.

Heu fuge nate Dea, téque his, ait, eripe flammis;
Hoſtis habet muros: ruit alto a culmine Troia:
Sat Patriæ, Priamóque datum. ſi Pergama dextra
Defendi poſſent, etiam hac defenſa fuiſſent.
Sacra, ſuóſque tibi commendat Troia Penates:
Hos cape fatorum comites, his mœnia quære,
Magna pererrato ſtatues quæ denique ponto.
Sic ait, & manibus vittas, veſtámque potentem,
Aeternúmque adytis effert penetralibus ignem.

vbi ſanè optimi ciuis ac ducis mores vſq; adeò affingit Aeneæ, vt nihil minùs quàm proditionis ſuſpicio in Auditoris inſidere poſſit animo. Et huc etiam pertinet quod Aeneas interim non modò non arripit fugam, ſed in flammas & in arma fertur: quin hoſtem inuadit ſæpe ſtrennéque decertat. Huc quòd rurſus a Patre, a Creuſæ vmbra tandem, priùs
11 etiam a Venere ipſa, ad fugam capeſſendam impellitur. Huc in primis quòd iam iam in
12 Helenam, quippe quæ Deiphobum Iliúmque prodidiſſet, ruebat: quam etiam trucidaſſet, niſi a matre prohibitus eſſet.

Iámque adeò ſuper vnus eram, cum limina Veſtæ
Seruantem, & tacitam ſecreta in ſede latentem,
Tyndarida aſpicio. dant clara incendia lucem
Erranti, paſſimque oculos per cuncta ferenti.
Illa ſibi infeſtos euerſa ob Pergama Teucros,
Et pœnas Danaum & deſerti coniugis iras,
Permetuens, Troiæ & Patriæ communis Erynnis,
Abdiderat ſeſe, atque aris inuiſa ſedebat.
Exarſere ignes animo: ſubit ira cadentem
Vlciſci patriam & ſceleratas ſumere pœnas.
Scilicet hæc Spartam incolumis patriáſque Mycenas
Aſpiciet? partóque ibit regina triumpho?
Coniugiúmque domúmque patres natóſque videbit,
Iliadum turba & Phrygijs comitata miniſtris?
Occiderit ferro Priamus? Troia arſerit igne?
Dardanium toties ſudarit ſanguine littus?
Non ita: namque etſi nullum memorabile nomen
Fœminea in pœna eſt, nec habet victoria laudem:
Extinxiſſe nefas tamen & ſumpſiſſe merentis
Laudabor pœnas; animúmque expleſſe iuuabit
Vltricis flammæ & cineres ſatiaſſe meorum.

cui Venus

Nate quid indomitas tantus dolor excitat iras?
Quid furis? aut quónam noſtri tibi cura receſſit?
Non priùs aſpicies vbi feſſum ætate parentem
Liqueris Anchiſen? ſuperet coniúxne Creuſa,
Aſcaniúſque puer, quos omnes vndique Graiæ
Circum errant acies, & ni mea cura reſiſtat
Iam flammæ tulerint, inimicus & hauſerit enſis.
Non tibi Tyndaridis facies inuiſa lacænæ

Culpa-

Culpatúſue Paris, verùm inclementia Diuum 11
Has euertit opes, ſternitque a culmine Troiam.

Hæc & id genus alia multa Venus, quæ perſequi longum eſſet. Atque his ſanè permotus tandem filius, ſe ſe ad longæui parentis, vxoris, nati, amicorúmque ſalutem conuertit: in flammas hac de cauſa & in hoſtes ruens, & ingentes labores ac pericula exantlans, donec quoniam iam ſpes ſupererat nulla, *ceſſit & elato montem genitore petiuit.*

Cum igitur docere atque efficere moliretur Virgilius, Aeneæ fugam fuiſſe honeſtiſſimam, & hac de cauſa Didonem induxiſſet ab Aenea poſtulantem, vt primam errorum originem ſeu cauſam exponeret, ac proinde illum ad fugæ errorúmque ſuorum cauſas enarrandas induxiſſet, ea ſanè Aeneæ facta quæ fugam antegreſſa ſunt & nauigationes, cauſarum obtinebunt locum, cum tanquam errorum cauſæ referantur. Ita demum ad errores actionémque pertinebunt, quorum ſunt cauſæ, ad epiſodium nullo modo. Et hac de cauſa tota illa Didonis propoſitio in errores ſpectat: quia ſcilicet cum iam ſeptennio toto iactarentur, dignum eſſet vt tales tantóſque errores, ac ſuos, ſuorúmque caſus, atque adeò Danaûm inſidias & crudelitatem vnde errare coactus eſſet, ex ordine patefaceret.

Concluditur Aeneidis inſcriptionẽ Odiſſea Inſcriptioni eſſe anteponendam.

Hæc habui quibus docerem non tam inter epiſodia quàm inter errorum cauſas eſſe referenda quæ de Aenea ante nauigationem & fugam commemorantur. Ex quo ſanè fit vt quemadmodum Aeneidis inſcriptio patet quàm latiſſimè & ad omnia pertinet Aeneæ facta (ita tamen vt inde vnica conſletur actio & fabula) ſic continenter Aeneæ facta omnia vel certè præclariſſima & heroica fuerint decantata. Eſt igitur apud æquum æſtimatorem cur Odyſſeæ inſcriptio exagitetur cum latiſſimè pateat, & tamen Vlyſſis facta pléraque, éaque vel maximè admirabilia & præclara, ſileantur. At Aeneidis Inſcriptio, quoniam in ea continenter præcipua & heroica Aeneæ facta decantantur, probanda & celebranda eſt. præſertim verò quia ſic narrantur vt mutuò nectantur & ad vnum eundémque finem 13 (alia tamen tanquam cauſæ, alia tanquam partes) nimirum ad nouum Troianorum regnum, Romaníque imperij initia & fundamenta, reuocentur.

Confirmatur eandẽ Aeneidis Inſcriptionem Odyſſea anteponendam eſſe quocunque tandẽ nomine ea narrentur quæ Aenea nauigationem antegrediuntur.

Nam ſi quis in ea ſententia adhuc perſeueret, vt exiſtimet Secundum Aeneidis librum omni ex parte inter epiſodia eſſe numerandum, adhuc illud conſtat præclariſsima quæque & heroica Aeneæ facta fuiſſe in reliquis libris & inter actionis & fabulæ partes (quod in Odyſſea minimè contigit) commemorata: cætera verò inter epiſodia referri. Ex quo fiet vt quantumuis non omnia Aeneæ facta in fabulam & actionem ipſam coaluiſſent, ſed pauca quædam in epiſodia incidiſſent, pléraque, éaque præſtantiſſima, actioni conflandæ attributa eſſent quæ inſcriptioni reſponderent vel maximè. Vt propterea cum in Odyſſea ne præcipua quidem Vlyſſis facta decantentur, quocunque te vertas, Odyſſeæ Inſcriptio minùs ſit poëmati accommodata & tractationi, quàm Aeneidis Inſcriptio & nomen.

Nunc quoniam heroici poëmatis condendi ratio nobis explicanda eſt, iam quod attinet ad Inſcriptionem, propoſitum decretum ratum ſit ac firmum: videlicet omnino enitendum vt Poëma vnico nomine inſcribatur: atque hoc, ſi fieri poſsit, materiam ſimul & heroëm ipſum (id quod copioſiùs proſequar vbi heroici poëmatis leges colligam) deſignet a quo materia ipſa & actio deriuatur.

Iam de tota Poematis inſcribendi ratione ac forma, deque eiuſdem uarietate præcipitur.

At enim quid ſi interdum id minùs liceat? Nam Græcis ob admirabilem Græcæ linguæ fœlicitatem (eſt enim in nominibus fingendis, componendis, deriuandis, aptiſsima) ſæpè quidem licuit vnico nomine poëmata inſcribere, & materiam ſimul ac perſonam deſignare a qua petitur actio: at Latinis eſt hoc perdifficile, Italicis quoque difficillimum: niſi tamen ineptè & infæliciter fingantur nomina. Quare apud Græcos inter poëmata, non modò Heracleidem legimus, Theſeidem, Perſeidem, ſed etiam Aphrodiſiadem, Bacchicam, Antilaidem, Terpandrium, Ptolomaidem & id genus innumera, quæ & materiã 14 & perſonam vno eodémque nomine complectuntur. Apud Latinos huiuſce generis vix fermè Aeneidem, Achilleidem, Amazonidem Antoniadem, Herculeidem, numeramus, quæ nomina ſunt Græca fermè omnia. Apud Italicos Poëma, niſi aliquod Græco item more inſcriptum ſit, tali inſcriptione gaudet nullum. Ergo ſi ijs prematur anguſtijs, quidni Virgilij aliorúmque exemplo ac more a Græcis Inſcriptionem mutuemur, ſeu Græco fermè more ac modo Poëmata inſcribamus? Sanè Statius, Marſus, Gordianus, Carus, qui Achilleidem, Amazonidem, Antoniadem, Herculeidem Conſcripſerunt, Virgilianam Inſcriptionem imitati, rem Græco peregerunt more.

Sed quid, ſi ne id quidem commodè interdum ſuccedat? Quis enim ferat a Goffredo,

Digitized by Google

aut Conſtante Poëmatum nomina Aeneidis aut Amazonidis inſtar fingi? Ergo ne perfectum illud Inſcriptionis genus ita ſectari videamur, vt durè atque ineptè id faciamus, ſaltem Herois a quo Actio ducitur, vſurpetur nomen, Profectò Homerus, cum Amphiarai facta caneret, Amphiaraum inſcripſit Poëma: ſic Philoſtratus Pelopidem, Epaminōdam, Theſeum: Simonides Antiochum, Plato Adonē: & vt ad Latinos veniam: Pacuuius Niptriam, Accius Atreum, Cicero Marium, Cœſar Oedipum, Varius Thieſtem, Mœcenas Prometheum & Octauiam; alij alia. Imò Virgilius etiam aliquando Aeneam appellauit ſuum Poëma, ſic enim in epiſtola quadam ad Auguſtum. Quin Auguſtus ipſe ſuum ille Poëma (Tragicum erat opinor) Aiacem inſcripſerat. Itaque & Virgilius ex Auguſto ſciſcitatus eſt aliquando, num Aiacem abſoluiſſet, & Auguſtus, quippe qui ſibi in eo non ſa-
15 tisfaceret, ac propterea ſpōgia abſterſiſſet carmina, Aiax (reſpondit) incumbit in ſpongiā. Sed & Italici aliqui hunc coluerunt morem, Achillem, Vlyſſem, Aeneam, Conſtantem, Goffredum Poëmata illi ſua inſcribentes. Ita demum ſiue ſimplici Herois nomine Poëma inſcribas, ſiue deriuato vtaris, non magnoperè intereſt, dum tamē vnico rem abſoluas nomine. Et ideò Terentius (nam hoc præceptum in Comœdias etiam ac Tragœdias cadit) nunquam niſi vnico nomine, atque eo ſimplici fermè, Comœdias inſcripſit. Imò vſque adeo mordicus hūc retinuit morem, vt cum aliquando non poſſet vnico nomine commodè vti Ἑαυτοντιμωρούμενον (quam ſuauiter tamen ac fœliciter, neſcio) finxerit, quod eſt *Seipſum punientem*, eodémque Comœdiam inſcripſerit. Plautus etiam mordicus fermè hunc vſum retinet. Solus enim Miles glorioſus apud eum inuenitur (ſi tamen Plauti omnino cenſendus eſt) qui non vno gaudeat nomine. Denique Ariſtophanes quoque vnico ſemper nomine Comœdias inſcribit Θεσμοφοριαζούσας ſeu *Cereris ſacra celebrantes* fingens, & Comœdiæ pro Indice affingens, ne multis vocibus vteretur. Id quod Tragicis item accidit. Nam ſi quando Tragœdias inſcribentes gemino vſi ſunt nomine, id effecerunt quòd cū eiuſdem nominis extarent aliæ, aliquid addere cogerentur diſtinctionis gratia. Hinc Hercules furens, Hercules Oetæus, Iphigenia in Aulide, Iphigenia in Tauris, & ſimilia extitere tametſi ij non ſēper a perſona ſed aliunde interdum Comędias inſcribūt aut Tragœdias.

At enim, quid ſi ne id quidem fœliciter cadat? Ego verò id vix crediderim accidere poſſe. Sed ſi acciderit, habemus etiam Authores (etſi ex Poëtis non multos) quos ſequamur, plures voces, quin inſcriptiones, ſi tandem res ita poſtulet, poëmati adhibentes ac præfigentes. Nam Orpheus Orgia Bacchi compoſuit, Demodocus Veneris adulterium, Ilij excidium Steſichorus, Cicero Pontium, Glauciam; Plato ſuos dialogos, qui etiam aliqua affinitate Dramaticum poëma attingunt, vno atque altero ſiue nomine ſiue titulo inſcrip-
16 ſit. Quòd inſcriptionis genus in ſuis dialogis ſæpè coluit idem Cicero. Etſi enim ſatis conſtat eum vnico nomine delectatum eſſe, atque huiuſmodi inſcriptiones probaſſe, cum de Oratore, de Inuentione, de Fato, de Legibus, de diuinatione, de vniuerſitate, de Officijs varios ille libros inſcripſerit; interdum tamen gemino nomine, aliquando tergemino, vtitur non grauatè. Quare Academicas quæſtiones, Tuſculanas diſputationes, de Natura Deorum, de Somnio Scipionis, de Optimo genere Oratorum, de finibus bonorum & malorum, in illo offendas: non rarò etiam vnam atque alteram operi Inſcriptionem, Platonis ſcilicet more, præfixit. Quocirca Brutus inſcribitur etiam de Claris Oratoribus, Lælius de Amicitia, Cato de Senectute. Vt propterea ij etiam quibus gemina Inſcriptione vti contigerit, ſi non Poëtas, Oratores ſaltem atque Philoſophos, vno verbo, ſolutæ orationis ſcriptores, habeant, quibus ſe ſe vtcunque tueantur. Ita demum Virgilius, quoniam hac in re omnes impleuit numeros, Inſcriptionem cum rebus, res cum fabulæ vnitate coniungens ac retinens, Princeps meritò cenſendus eſt. Vt omittam mihi quidem videri noſtrum Vatem hac eadem Inſcriptione & voce miro quodā & ferè inaudito modo Romanos, quibus in primis caneret, cùm dociles effeciſſe, tum attentos ac beneuolos: dociles, quia AEneidis nomine res decantandas proponit atque aperit, nimirū AEneæ facta. attentos, quia, vt AEneas Veneris erat filius, & Heros pietate armiſque notus, egregium & nobile, ac ſummatim attentione dignum, proponitur argumentum. Beneuolos, quia cum Romani profiterentur ſe ab AEnea profectos eſſe, ac propterea AEneades interdum appellarentur (& hinc eſt vt hoc ipſum Poëma Populi Romani Hiſtoria diceretur) neceſſe profectò erat vt hac Inſcriptione excitati, beneuolum gererent animum in Maronem, a quo AEneæ, hoc eſt ſui Principis, facta celebrarentur. Et ſanè cum Inſcriptio ſit quædā veluti imago propoſitionis, ac propterea Propoſitio latior quædam dici poſſit Inſcriptio, Inſcriptio

Confirmatur alterius Aeneidis Inſcriptionē eſſe optimam.

contrà

contrà anguſta quædam Propoſitio, nihil prohibet quominùs Inſcriptio munera Propo- 17
ſitionis adumbret; ac nos dociles vtcunque,attentos, ac beneuolos, quod tamen Propo-
ſitio faciet pleniùs,efficiat ac reddat. Hæc de Inſcriptione.

NVM Æneis in re fuerit appellata Populi Romani hiſtoria.

Tametſi quoniam Aeneidem modò Populi Romani Hiſtoriam appellauimus, id pla-
nè de Aeneidis Inſcriptione eſſet adhuc requirendum. Num ſcilicet Aeneis verè Populi
Romani hiſtoria fuerit vel inſcripta vel appellata:vel certè,quoniam ſic a multis fuiſſe ap-
pellatam,ex probatis authoribus conſtat,cur & num temerè id contigerit. De qua tamen
re,quoniam alio in loco multa diximus, hîc non magnopere diſputabo. Duo igitur tan-
tùm monuerim. Primum eſt, reuera non tam in generale poëmatis argumentum pro-
priámque materiam ſpectaſſe, qui hoc ei nomen tribuerunt, quàm quòd Virgilius, dum
Aeneam in Italiam nauigantem & nouas ſedes nouúmque regnum caneret, Populi Ro-
mani hiſtoriam vtcunque Poëmati inſeruerit. Nam cum alibi tum maximè in ſexto & in
octauo facta Romanorum attingit. Alterum eſt verè attingi potiùs quàm hiſtorici more;
hoc eſt explicatè perſpicuéque narrari. Qui enim in Halicarnaſſeo,Liuio,& optimis hiſto
ricis verſatus ſit,huic licebit quidem deinde ex Virgilianis locis illis Romanam hiſtoriam
in mentem reuocare, atque inde tanquam ex Compendio quodam aut veriùs ex Symbo-
lis ea recognoſcere: hiſtoricis verò haud decurſis,vix ac ne vix quidem. Quis enim ſatis in-
telligat Numitorem ab Amulio fuiſſe ſpoliatum regno, ac tandem Romuli ac Remi ope
in illud reſtitutum,& quo pacto fuerit reſtitutus,quòd canat Virgilius,

Vide Ora. xvi.

Quin & auo comitem ſe ſe Mauortius addet
Romulus, Aſſaraci quem ſanguinis Ilia mater
Educet?

quis Romulum item & Remum a Marte (quantum quidem venditarant aliqui) progna-
tos,aut Romulum ad Superos relatum, quòd Virgilius ſubiecerit,

——Viden vt geminæ ſtant vertice Criſtæ?
Et pater ipſe ſuo ſuperum iam ſignat honore?

præſertim verò quia nec ordinem planè conſeruat rerum geſtarum ac temporis, nec niſi 18
præcipua quædam delibat: quæ rurſus,quoniam poëtam inprimis agebat, poëticis etiam
inuentis inuoluit ac fabulis. Denique reuera non tam Populi Romani (quanquam huiùs
quoque; ſed ſtrictim ferè & vniuerſim) quàm Iuliæ gentis, qualis qualis ea ſit, texit ſuc-
ceſſionem. Siquidem Auguſtum in primis nititur a Venere per Aeneam & Aſcanium Al
banóſque Reges & Iuliam gentem deriuare. Ita ut inde potiùs ferendum ſit Aeneidem
Populi Romani hiſtoriam appellari quòd hæc illi laus ab Auguſto & Romanis tributa
ſit (atque hac ferè de cauſa tantiſper mihi aliquando conniuendum putaui dum Virgiliũ
ornarem) quàm quòd reuera vel germanum Aeneidis argumentum poſitum ſit in Ro-
mana hiſtoria,vel explicatè decantatum & narratum fuerit a Virgilio. Niſi tamen; quo-
niam Romanæ hiſtoriæ ſcriptores rem ab Aeneæ ordiuntur aduentu, Virgilius verò ip-
ſius Aeneæ errores ac bella ad Vrbis vſque ædificationem decantat; Aeneidem in Roma-
næ ſaltem hiſtoriæ exordijs niti dixeris vniuerſam (quod verè dixeris) atque adeò Roma-
næ hiſtoriæ initia in argumenti loco arripere. Quinetiam, ſi ea quæ in vj. & viij. de re Ro-
mana inſeruntur,in ſecundis ſaltem haberi velis,quòd Virgilius ſic Aeneæ errores ac bel-
la canere inſtituiſſet,vt Iuliam gentem,Auguſtum,ac Romanos celebrare,& res ab illis gẽ
ſtas commemorare,decreuiſſet,minùs grauatè feram Virgilium hiſtorici ornari nomi-
ne.Denique eò differt Epicus a Comico atque alijs Poëtis quibuſdam,quòd Epicus ex re
rũ geſtarum monumentis argumentum deriuat ſuum.etſi enim nouare illud ſolet ac va
riare,vt pulcherrimam quandam Herois ac ſummi Ducis Ideam effingat,in hiſtoria tamẽ
nititur.Quapropter Comicum perperam omnino Hiſtorici ornes nomine(is enim actio-
nem ac fabulam ſuo planè fingit ingenio,nec rerum geſtarum rationem habere ſolet) Epi
cum non omnino. Tametſi a germano Hiſtorico Epicus (poëta enim eſt) non nihil ad- 19
huc abſit neceſſe eſt.

Antequã attingatur Propoſitio, Theorema

Sed iam ab Inſcriptione & Titulo ad Poëma ipſum eſſet accedendum,& Aeneidis pro-
poſitio agnoſcenda. Quod oppidò etiam efficiam ſi priùs elegans Theorema quoddam
explicauero,quod cùm per ſe eſt pulcherrimum & cognitu digniſsimum;tũ propoſitioni
ac reliquo poëmati explanando adiumentum affert maximum.Ergo quæritur num Ser-
uius atque alij quidam ſint audiendi, qui ſcribunt Virgilium morti proximum Aeneidẽ
flammis tradere voluiſſe:cúmque prohiberetur,amicos rogaſſe, teſtamẽto denique præ-

cepiſſe,

Digitized by Google

cepiſſe, vt crematetur. Qua in re Sebaſtianus Corradus author non ignobilis, quique ſuperiore ſæculo eruditum Commentarium ſcripſit in primum Aeneidos, non dubitauit totam hanc rem explodere, quaſi verò germana ſit fabula & Grammaticorum commentum. Quod tamen alio ferè argumento ſuadet nullo, niſi quia Virgilianæ author vitæ nō ſibi conſtet dum eiuſmodi commemorat factum. Quanquam videor mihi totam hanc Corradi opinionē multis, fortaſſe ēt magnis & luculentis, rationibus confirmare poſſe.

vide pa. 19.

illud explanandū proponitur, NVM iis fides habenda ſit qui ſcribūt Virgilium, teſtamento mādaſſe vt Aeneis cremaretur.

Ac primùm quidem cum Virgilius diurnis nocturníſque multorum annorum vigilijs & ſudoribus hoc elucubratus eſſet poëma, quí fieri potuit vt repentè illud delendum atque in cineres redigendum ſtatueret? Nam qui ſuſpicantur præ mentis impotentia id feciſſe, quòd morbi vi deliraret, magnoperè vereor ne, ſi id ſeriò ſtatuant, delirent ipſi: neque enim ei qui de recto mentis ſtatu deiectus ſit atque adeò deliret, ſit poteſtas teſtandi. Vt proinde cum teſtamento decreuiſſe dicatur vt Aeneis cremaretur, ſciens ac prudens id effecerit. Deinde ſiquis erat qui Aeneidem pro dignitate æſtimare poſſet, Virgilius ipſe certè erat, qui dum in eam incumberet, non modò Ennium, Lucretium ac veteres Lectitaſſet, atque ex ſtercore aurū collegiſſet, Latinámque linguam illuſtraſſet, verùm etiā Poëticis omnibus quàm longiſſimè ſuperatis, Muſarum decus eſſet, heroicaéque camœnæ

20 columen & ornamentum haberetur. quis igitur Aeneidem cremare voluiſſe credat aut ſuſpicetur? Ad hæc, iam ob Aeneidem adeò percrebuerat eius nomen, vt vnicè ab omnibus diligeretur & coleretur, Auguſto verò ſupra quàm dici poſſet carus eſſet, denique a Populo Romano Populi Romani hiſtoricus appellaretur; cur igitur Aeneide Populum Romanum Auguſtúmque priuaret ac fraudaret? Quid? an non ob Aeneidem heroici poëmatis palmam Homero quin Græcis Latiníſque Poëtis omnibus eripuerat? Sic ſanè. Quod enim Propertius hac de cauſa cecinit,

Cedite Romani ſcriptores, cedite Graij,
Neſcio quid maius naſcitur Iliade;

id ſanè alij confirmarunt authores & multi & graues, ita vt Maronem poëtarum veluti Deum appellare non dubitarint. Quapropter cum hæc ei laus ob eam ipſam Aeneidem, quam flammis tradere voluiſſe fertur, tributa eſſet, quorſus famam & exiſtimationem inaudito hoc facinore in diſcrimen adducere? Nam ſi quis exiſtimet Virgilium, quippe cautum, extimuiſſe ne ſaltem apud poſteros, vt non omnium idem eſt iudicium, offenderet Aeneis, iam euentus ipſe declarauit ingenioſiſſimum prudentiſſimúmque poëtam vix ac ne vix quidem tantopere labi ac decipi potuiſſe, vt quod deinde poſteritati vniuerſæ in delicijs fuit, id author ingratū fore ſuſpicaretur ac dubitaret. Itaque legimus ſuum Alexandrum habuiſſe a quo vel illius imago tanquam res ſacra coleretur. Denique ne in grauiſſimo totius poſteritatis iudicio referendo, ac laudibus & præconijs deſcribēdis ſim longior, nobilis eiuſdémque Chriſtiani poëtæ elogium ſit inſtar omnium.

Vide li. 1. poet.

——Date Lilia plenis.
Pierides calathis, tantóque aſſurgite alumno.
Vnus hic ingenio præſtanti, gentis Achiuæ
21 *Diuinos vates longè ſuperauit & arte,*
Aureus, immortale ſonans, ſtupet ipſa pauétque,
Quamuis ingentem miretur Græcia Homerum.

Cum igitur hæc ita ſint, quis obſecro non turpiſſimum reputet commentum aut anilem fabulam, Virgilium ita perditè ac flagitioſè de Aeneide, hoc eſt de ſua dignitate, iudicaſſe ac ſtatuiſſe?

Verumtamen res teſtatior eſt quàm vt de illa dubitari poſſit. Etenim non modò Seruius id ſcribit, cuius tamē authoritas magna eſt in Maronis ſchola, verùm etiam Gellius, Plinius, Macrobius. Accedit Cornelij Galli, quiſquis is fuerit, peruetuſtum Epigramma, in quo inter cætera ſic ad Auguſtum,

Nō eſſe inficiandū de Aeneide concremanda Virgilium cogitaſſe atque adeò cremari iuſſiſſe.

Gell. lib. 17. c. 10. Pli. li. 3 ca. 13. Macr. li. 1. Satur.

Temporibus lætis triſtamur, maxime Cæſar,
Hoc vno amiſſo, quem gemo Virgilium.
Sed vetuit relegi, ſi tu patiere, libellos
In quibus Aeneam condidit ore ſacro.
Roma rogat: precibus totus tibi ſupplicat orbis,
Ne pereant flammis tot monumenta ducum.
Atque iterum Troiam, ſed maior flamma cremabit.

Fac

Fac laudes Italûm, fac tua facta legi:
Aeneámque ſuum fac maior nuntius ornet.
Plus fatis poſſunt Cæſaris ora Dei.

extat etiam Sulpitij Carthaginienſis nobile hac de re hexaſticon,

Iuſſerat hæc rapidis aboleri carmina flammis
Virgilius, Phrygium quæ cecinere ducem.
Tucca vetat, Variúſque ſimul: tu maxime Cæſar
Non ſinis, & latiæ conſulis hiſtoriæ.
Infœlix gemino cecidit propè Pergamos igni,
Et penè eſt alio Troia cremata rogo.

Denique Auguſti ipſius luculentum eâdem de re extat monumentum dum ſic canit, 22

Ergone ſupremis potuit vox improba verbis
Tam dirum mandare nefas? ergo ibit in ignes
Magnaque doctiloqui morietur Muſa Maronis?
Ah ſcelus indignum, ſoluetur litera diues?
Et poterunt ſpectare oculi? nec parcere honori
Flamma ſuo? dignúmque operis ſeruare decorem?
Noſter Apollo veta: Muſa probibete latinæ:
Liber & alma Ceres ſuccurrite: veſter in armis
Miles erat: veſter docilis per rura colonus.

ſic Auguſtus. Qui rurſus poſt multa quibus commemorat & celebrat Virgilij monumenta, ſic pergit de Aeneide.

Hæc dedit, vt pereant? ipſum ſi dicere fas eſt.
Sed legum ſeruanda fides. ſuprema voluntas
Quod mandat fierique iubet, parere neceſſe eſt.
Frangatur potiùs legum veneranda poteſtas,
Quàm tot congeſtos noctéſque diéſque labores
Hauſerit vna dies, ſuprémaque iuſſa parentis
Amittant vigilaſſe ſuum: ſi fortè furenti
Errauit in morte dolor: ſi lingua locuta eſt
Neſcio quid titubante animo, non ſponte, ſed altis
Expugnata malis, odio languoris iniqui
Si mens cæca fuit: iterum ſentire ruinas
Troia ſuas, iterum cogetur reddere voces?
Ardebit miſeræ poſt vulnera vulnus Eliſæ?
Hoc opus æternum ruet? & tot bella, tot enſes
In cineres dabit hora nocens, & perfidus error?
Huc huc Pierides date flumina cuncta ſorores:
Expirent ignes: viuat MARO doctus vbique,
Ingratúſque ſui, ſtudiorúmque inuidus orbi,
Et factus poſt fata nocens, quod iuſſerat ille,
Sit vetuiſſe meum. ſatis eſt poſt tempora vitæ.
Imò ſi æternum tota reſonante Camæna
Carmen & in populo diui ſub numine nomen
Laudetur, vigeat, placeat, relegatur, ametur.

Hæc Auguſtus. Nam qui affirmant hæc epigrammata eſſe commentitia, eâdem facilitate repelluntur, qua id affirmant. Cum enim ex priſcis nemo hoc ſit ſuſpicatus, cur non reijciendi ſint qui recèns tantæ rei abrogare nitantur fidem? 23

Quas ob cauſas Virgilius Aeneidem iuſſerit cócremari. Macrobius

At enim ſi ita eſt, cauſæ iam erunt proferendæ vnde id contigerit. Ego verò, quoniam de re ſatis conſtat, ægrè ad cauſas deuenerim, quas difficile eſt explicare. Sed deueniam tamen ne videar laborem ſubterfugere. Ac primùm Macrobius, *Qui enim moriens* (inquit de Virgilio) *poëma ſuum legauit igni, qui niſi famæ ſuæ conuitia poſteritati ſubtrahenda curauit? nec immeritò. Erubuit quippe de ſe futura iudicia, ſi legeretur petitio deprecantis filio arma a marito, cui ſoli nupſerat, nec ex eo prolem ſuſcepiſſe ſe nouerat: vel ſi mille alia multùm pudenda, ſeu in verbis modò Græcis, modò barbaris, ſeu in ipſa diſpoſitione operis deprehenderentur*. quo in loco, quod attinet ad Veneris verba dum ſic Vulcanum alloquitur (huc enim ſpectauit) *li. 1. Sat. p.151 f.*

Dum

Dum bello Argolici vaſtabant Pergama reges
Debita, caſuráſque inimicis ignibus arces,
Non vllum auxilium miſeris, non arma rogaui
Artis opíſque tuæ: nec te, cariſſime coniux,
Incaſſúmue tuos volui exercere labores.
Quamuis & Priami deberem plurima natis,
Et durum Aeneæ fleuiſſem ſæpè laborem.
Nunc Iouis imperijs Rutulorum conſtitit oris.
Ergo eadem ſupplex venio, & ſanctum mihi numen
Arma rogo genitrix nato: te filia Nerei,
Te potuit lachrymis Tithonia flectere coniux,
Aſpice, qui coëant populi, quæ mœnia clauſis
Ferrum acuant portis, in me excidiúmque meorum.

mirum eſt Macrobium non animaduertiſſe quæ ſit vis amoris, quid pulchritudo, quid blanditiæ valeant mulieris, quid doli. ſed animaduertit hoc Virgilius, qui propterea ſubiecit,

24 *Dixerat & niueis hinc atque hinc Diua lacertis*
Cunctantem amplexu molli fouet: ille repentè
Accepit ſolitam flammam, notúſque medullas
Intrauit calor & labefacta per oſſa cucurrit:

præſidit igitur Venus blanditijs, dolis, pulchritudini, flammis. & ideo, vt ſpei reſpondit euentus, pergitur è ueſtigio,

Senſit læta dolis & formæ conſcia coniux:

proindéque etiam de Vulcano, ſtatim poëta ſic fatur,

Tum pater æterno fatur deuictus amore,
Quid cauſas petis ex alto? fiducia ceſſit
Quò tibi diua mei? ſimilis ſi cura fuiſſet
Tum quoque fas nobis Teucros armare fuiſſet.
Nec pater omnipotens Troiam, nec fata vetabant
Stare, decémque alios Priamum ſupereſſe per annos.
Et nunc ſi bellare paras, atque hæc tibi mens eſt,
Quicquid in arte mea poſſum promittere curæ,
Quod fieri ferro, liquidóue poteſt electro:
Quantum ignes animæque valent: abſiſte precando

Denique dum ait Macrobius mille alia (eius verbis vtor) multùm pudenda Virgilium erubuiſſe, nec tamen ea profert, vereor ne per ſummam impudentiam id effutiat de Caſtiſſimo poëta. Vt minimè mirum ſit hanc opinionem alienæ perſonæ & in Saturnalibus tribuiſſe: nam quæ item in græcis barbaríſque verbis obijciat, quid in Diſpoſitione (quanquam de hoc nos opportuniore loco & copioſè) nondum ſatis perſentio. Sed fortaſſe a-
25 lia quædam proferat quiſpiam quæ in Aeneide item reprehendit Macrobius, vt de belli cauſis quas obtendit, famæ deſcriptione, Diomedis armis ex Homero bis expreſſis, déque alijs quibuſdam.

p 79 & dei. Sed de his ne longum faciã, Iouianus Pontanus in Antonio. Ipſe enim ea vel quia reuera ſunt leuia, vel quia ſe ſe nobis obijciẽt in progreſſu, hoc in loco reticuerim libẽtiùs. Iã verò Gellius, *quæ Virgilius* (inquit de Phauorino philoſopho loquens) *reliquit perfecta expolitáque, quibúſque impoſuit ſenſus atque delectus ſui ſupremam manum, omni poëticæ venuſtatis laude florent. Sed quia procraſtinata ſunt ab eo, vt poſt recenſerentur, & abſolui (quoniam mors præuerterat) nequiuerunt, nequaquam poëtarum elegantiſſimi nomine atque iudicio digna ſunt. Itaque cum morbo oppreſſus, aduentare mortem videret, petiuit orauítque a ſuis amiciſſimis impensè, vt Aeneida, quam nondum ſatis elimauiſſet, abolerent. In ijs autem* (inquit) *quæ viderentur retractari & corrigi debuiſſe, is maximè locus eſt qui de monte Aetna factus eſt*. Sic Gellius. qui continenter tum Pindari locum de Aenea (eſt hic in Pythijs) profert, tum Virgilianum ſubijcit, qui habetur Aeneidos III. ac docere molitur tentaſſe quidem Virgilium Pindari locum conuertere & exprimere, ſed parùm fœliciter id ei contigiſſe; ita ut non leuiter aberrarit. Quanquã ego quidem hîc reliquam Gellij diſputationem, qua Virgilium confert cum Pindaro, prætermittam, quòd videam a Pontano in Antonio diligenter explicari, nobis etiam opportu-

Gellius.

niore loco, hoc eſt libro III. attingenda ſit ac declaranda. Nunc tantùm dicam, mihi quidem veriſſimè a Pontano concluſum videri, Virgilium hoc in loco nec Pindarum ſibi vllo modo propoſuiſſe ad imitandum, nec quicquam de Aetna niſi ſcitè appoſitéque proferre, vt propterea mira Gelliani Phauorini videri poſſit arrogantia, qui dicat inter multa quæ Virgilio retractanda fuerant & corrigenda, id vnum fuiſſe vel maximè quod de Aetna ſcripſerat, cum ea quæ interim de Aetna ſcribit, ingenio ſint pleniſſima.

Seruius. Sed & Seruius in quibuſdam hemiſtichijs cenſet ſententiam non eſſe perfectam; ita ut cum non poſſent ſine mendo aut nota ſic relinqui, omnino eſſent ſi non abſoluenda & ad 26
integrum carmen promouenda, corrigenda ſaltem vt expleretur ſententia. Addit etiam in ſeptennio illo quo Aeneæ concludit nauigationem dum canit in v.

Septima poſt Troiæ excidium iam vertitur æſtas,

Poëtam non ſibi conſtare: nec poſſe locum eximi repugnantia, cum in I. iam ceciniſſet.

—— Nam te iam ſeptima portat
Omnibus errantem terris & fluctibus æſtas.

& ideò cum tentaſſet locum hunc conciliare, tandem ſic ſcribebat. ***Ergo conſtat quæſtionẽ hanc vnam eſſe de inſolubilibus: quas non dubium eſt emendaturum fuiſſe Virgilium.*** His inquam de cauſis Seruius Aeneidem ſibi emendandam Virgilium ſtatuiſſe cenſuit. Quas tamen nos proprijs locis futiles eſſe demonſtrabimus: ita vt nihil eſſet cur Virgilius has ob cauſas cremaret Aeneidem.

Authoris ſententia. Sed his omiſſis, concludamus multa eſſe quæ commouerent Virgilium: videlicet verſus plurimos inchoatos & imperfectos. Neque enim in Bucolicis & Georgicis, quoniam ijs extremam impoſuit manum, eiuſmodi verſum vllum deprehendas. Et ideò cum accidiſſet aliquando vt a Virgilio vnus & alter liber, vel locus, fuiſſet Auguſto legendus, quoſdam verſus inter legendum ex tempore explere maluit quàm inchoatos proferre. Tale illud Sexti carmen de Miſeno

——quo non præſtantior alter
Aere ciere viros—— cui addidit, *Martémque accendere cantu.* Extat etiam locus inſignis in ij. libro, vbi quæ de Helena cecinit in templo deliteſcente, cum ijs omnino pugnare videntur quæ Deiphobus de eâdem pronunciauit in vj. ita ut Tucca & Varus è ſecundo duo & viginti ſuſtulerint carmina. quanquam iurè ne, ſuo loco pluribus. Et huc pertinent, mea quidem ſententia, alij verſus quidam quos item Tucca & Varus ſuſtuliſſe dicuntur: inter quos prima quatuor Propoſitionis carmina ſunt referenda, de quibus 27
tamen poſtea. Crediderim etiam verſus quoſdam tollere aut variare voluiſſe quos integros bis vſurpauerat, vt,

Connubio iungam ſtabili propriámque dicabo:
& *Bina manu lato criſpans haſtilia ferro:*
& rurſus, *Poſtquam introgreſſi & coram data copia fandi.*
& illud, *Semper honos, noménque tuum laudéſque manebunt.*
& *Obſtupui, ſteterúntque comæ, & vox faucibus hæſit.*
& rurſus, quod magis vrgebat,
Ter conatus ibi collo dare brachia circùm,
Ter fruſtra comprenſa manus effugit imago,
Par leuibus ventis, volucríque ſimillima ſomno.
rurſúſque *Eſt locus, Heſperiam Graij cognomine dicunt:*
Terra antiqua, potens armis, atque vbere glebæ.
Oenotrij coluere viri; nunc fama, minores
Italiam dixiſſe, Ducis de nomine gentem:
& illud, *Pandite nunc Helicona Deæ, cantúſque mouete.*

Hæc, inquam, carmina & alia plurima (quæ enim collegi ferè ad I. librum pertinent) quòd bis, vt fit, vſurpata fuiſſent, mutare voluiſſe crediderim. Vt omittam multa item carmina, vix aliqua literula aut voce variata, iteraſſe, vt.

Scuta virum, galeáſque, & fortia corpora voluit;

nam legitur alibi

Scuta virum, galeáſque, & fortia corpora voluens;
& *Arboribus clauſam circum atque horrentibus vmbris.*

Arboribus clauſi circum, atque horrentibus vmbris.
& *Auxilio tutos dimittam, opibúſque iuuabo.*
Auxilio lætos dimittam, opibúſque iuuabo.
& *Proſpiciens ſumma placidum caput extulit vnda.*
quod in Georgicis expreſſerat, cum caneret,
28 *Proſpiciens ſumma flauum caput extulit vnda.*

Nec ab re forſitan ſuſpiceris aliquid addere voluiſſe ad extremùm, vt quam Aeneæ fundandam Vrbem & propoſuerat, & ſæpè monuerat, vel ædificaret tandem, vel ſibi ædificari mandaret ſuis. Certè hoc in primis Vegium adduxit vt XIII. librum adderet Aeneidi. de qua tamen re paulò poſt vbi Propoſitionem explanabimus. Sed in primis crediderim Virgilium, quoniam Auguſtus magnoperè optaret atque enixè flagitaret opus, properaſſe, ac multa in quibus non ſatis adhuc ſibi ſatisfaceret, interpoſuiſſe (vt fit) & admiſiſſe, quæ deinde per otium mutare & emendare decreuiſſet: præſertim verò quia Vrſæ inſtar (id quod teſtantur multi) perpolire ſoleret carmina, ac tanquam lambendo paulatim in optimam effigiem ac formam referre. Denique quam animo conceperat Aeneidis ideam ac ſpeciem, in hac, etſi alioquin nobili, non dum ſatis expreſſerat ad votum, ita vt mira Aeneidis perficiendæ æſtuaret cupiditate quòd a ſua idea non nihil abeſſet. Atque hac planè de cauſa triennium ſibi petiuerat vt in Græciam, ſecedens, Aeneidem per otium recognoſceret, mutaret, limaret, perpoliret, perficeret. Quin hoc conſilio iam in Græciam ſoluerat: cum ab Auguſto reuocatus, in itinere ipſo, dum ad Vrbem remigraret, mortuus eſt. Hæc, inquam, ſunt, quibus adductus Virgilius de Aeneide, quam cum emendare haud poſſet, abolenda cogitauit: præſertim verò quia quamuis talis tántaque fuit Virgilianæ muſæ excellentia, vt nos, etſi minùs perpolita atque omnibus numeris abſoluta, in admirationem rapiat, authorem tamen, quippe qui acutè eius næuos perſpiceret, maximè verò animaduerteret quanta illi perfectionis fieri poſſet acceſſio, mirificè commoueret ac torqueret. Sed in progreſſu commodiùs totam hanc rem coniectura informare licebit: ſimúlque multa obſeruare ac proferre, quæ propter obſcuritatem aut alia de cauſa maiorem induſtriam requirere videantur. Nam impudicæ illum famæ pœnituiſſe quam ſparſerat de Didone, ægrè omnino crediderim, cum Romani Carthaginienſes implacabili odio eſſent perſecuti.
29 Itaque faciliùs anachroniſmo commouerer in quem fortaſſe incidit dum Aeneam cum Didone congredientem fecit: quod, ſi quibuſdam credimus, ob temporum interualla fieri haud potuit. Sed de his atque alijs (vt dicebam) opportuniore loco. Hæc de inſcriptione & Aeneide in vniuerſum. Nunc, vt par eſt, ad Propoſitionem, quam ſic auſpicatur Virgilius.

Partic. 1. *DE PROPOSITIONE.*

Ille ego qui quondam gracili modulatus auena
Carmen, & egreſſus Sylius vicina coegi,
Vt quamuis auido parerent arua colono:
Gratum opus agricolis. At nunc horrentia Martis
Arma, Virumque cano,

Quoniam teſtatum eſſe cupit noſter Vates, atque adeò in æuum omne ad poſteritatis memoriam propagari, ſe & Bucolica & Georgica ceciniſſe, quibus Theocritum & Heſiodum facilè ſuperauit; iámque ad bella & heroica facta properare, vt heroici quoque poëmatis palmam, Homero & Græcis eripiat, *Ille ego* (inquit) *qui quondam*, dum ſcilicet adhuc iuuenis eſſem, modulatus ſum carmen gracili auena, hoc eſt tenui & humili ſtylo, ac paſtoricio more & modo Paſtorum amores, iurgia, iocos, vno verbo, curas & ſtudia, cecini, mox etiam è ſyluis ad agros, a paſtoribus ad agricolas, progreſſus, ad Agriculturæ munera ſtylum retuli, ut agros cogere & quibuſdam veluti cantionibus impellere viſus ſim, vt coloni, quantumuis auidi, optatis reſponderent, ita vt opus confecerim agricolis longè gratiſſimum; Nunc matura ætate, numeris mutatis & modis, *horrentia Martis Arma virúmque cano*. Sic Virgilius ad Aeneidis accedit Propoſitionem. Vbi ſanè maxima ſtatim inter Maronianos interpretes oritur controuerſia de Aeneidis *Nũ Prior hac propoſitionis pars ſit retinenda.*

principio: cum alij quidem hoc ipſum conueniens ac germanum eſſe affirment, nec aliũde Aeneidem ordiendam. Alij contrà ſtatuant huiuſmodi initium eſſe reijciendum, atque ab eo carmine incipiendum.

Arma virúmque cano, Troiæ qui primus ab oris,

Ac priorem quidem ſentẽtiam amplectitur Iulius Scaliger vir, egregiè in poëtis verſatus, 30
Sebaſtianus Corradus, Sebaſtianus Regulus, interpres vterque nobilis, & poſt hos Speronus Speronius author celeberrimus & Naſcimbenus qui egregiè item ſex priores Aeneidis explanauit libros: in poſteriore Petrus Nannius, Iacobus Pontanus, & alij multi iíque viri docti numerantur: ita vt ipſe quidem ægrè audeam meum hac in re iudicium interponere. Quanquam quoniam ſuſceptum a nobis munus id poſtulat, dicam ingenuè quid Sentio.

li. 1. c. 56. & lib. 5. cap. 6. Sper. Ita licè dial. 1. in Vir. par. 2.

Authoris Sententia, qua explodendam eſſe oſtenditur.

Ergo ſi quis ex me quærat de elegantia & venuſtate quatuor huiuſmodi carminum, fatebor equidem videri poſſe elegantia & peruenuſta: etſi enim quartum offenſionem quandam habere videtur ad extremùm, quemadmodum docebimus paulò poſt, cætera tamen meas aures complent egregiè. Verumtamen quod attinet ad Aeneidem, & heroicam, quam inſtituit, actionem, omnino crediderim potuiſſe ſine iactura vlla imò cum dignitate prætermitti. Quamobrem, vt me planiùs explicem, ſic ſtatuo. Huiuſmodi initium nec neceſſarium eſt, nec opportunum: quin otioſum ferè & ſuperuacaneum. Dixi non eſſe neceſſarium; nam nihil prohibebat quò minùs aut Virgilius bellum & heroicam actionem auſpicaretur, aut nobis ſtatim percipere liceret ei arma & bella eſſe decantanda, tametſi eorum quæ iam antea cecinerat, fuiſſet prætermiſſa enumeratio. Quanquam non ægrè fatebuntur aduerſarij eiuſmodi initium non eſſe neceſſarium. Sed tamen pugnabunt eſſe tum commodum & opportunum: tum verò, quoniam certis quibuſdam gradibus author ad heroica facta conſcendat, ac tripartitam humanæ vitæ varietatem nobis ante oculos ponat, egregium & nobile. Itaque interpres non vulgaris cum hunc explanaret locum, *Hic eſt primus* (aiebat) *Aeneidos: in quo ſummus Poëta nobis ciuilem vitam deſcripſit. Nam cum vir humanarum rerum peritiſſimus optimè ſciret, ita natura comparatum fuiſſe, vt res omnes per gradus quoſdam perficerentur, naturam ipſam ducem voluit imitari, præſertim cum res ita habuerit vt homines a principio paſtores fuerint, deinde ad agriculturam, poſtremò ad vrbanam vitam tranſierint: quæ quidem omnia vnus Poëta tribus operibus diuinitùs expreſſit.* 31

Sic iſte. Ego verò magnoperè vereor vt huic aſſentiri poſſim. Nam inter agricolas & heroas varij hominum ordines & vitæ gradus interiecti ſunt, ita vt verendum potiùs ne quis exclamet, a bobus ad heroas? quàm ab agricolis ad heroas commodè aſcendatur. Denique ſi Virgilius poſt Bucolica & Georgica Comœdiam ſcripſiſſet quæ cenſetur ciuilis ac popularis vitæ exemplum & ſpeculum, mox Tragœdiam confeciſſet qua Reges admonentur atque hi omnes qui mortalibus præſunt, ac Dithyrambicum carmen ceciniſſet quo Græcorum more facta aliqua egregia illuſtrium virorum aut etiàm Deorum ornaſſet, fortaſſe varios humanæ vitæ gradus referre potuiſſet ſuorum enumeratione poëmatum: ſed cum a bobus ad heroas conuolet, nihil minùs ſpectare potuit quàm quod aduerſarij comminiſcuntur: ita vt enumerauerit quidem quæ cecinerat, nobilem illam veluti gradationem ne ſomniarit quidem: præſertim verò quia ſi ex paſtoribus & agricolis, quorum ſtudia & munera tã affinia ſunt & fermè coniuncta, duo humanæ vitæ gradus conſtituuntur, quis obſecro ferat vt reliqui hominum ordines, qui plurimi quidẽ ſunt, ac pleriq; longè inter ſe differunt (quis. n. opifices ab optimatibus, hos a principe, hũc ab heroibus, quin artifices ipſos inter ſe, non maiore quàm paſtores & agricolas diſſociet interuallo?) vno eodémque gradu concludantur? Sed mitto iſthæc. etenim ſi oſtendero eiuſmodi initium eſſe otioſum ac redundans, multò magis conſtabit nec eſſe conueniens nec opportunum. Ergo poëmatis propoſitio ſine dubio eſt norma & regula tractationis reliquæ & poëmatis vniuerſi: itaque mutuò ſibi reſpondere debent. Vt enim paries regulæ ac normæ reſpondeat oportet, ſic poëma propoſitioni. At ſi quis reliquam Aeneidem per partes cum propoſitione conferat, inueniet quidem poſteriori propoſitionis parti reſpondere: ita vt ea carmina & verba, *Arma virúmque cano*, & quæ ſequuntur ad extremam vſque propoſitionem, reſpondeant poëmati & tractationi, ac poëma viciſſim & tractatio (niſi te commoueat condenda Vrbs) eidem propoſitioni: 32

Digitized by Google

ni: otioſa igitur eſt prior illa pars in quibus ea referuntur quæ nihil pertinēt ad tractationem. Et quidem, ſi architectus magnificæ domus aut nobilis templi typum proferret ac ſimulacrum, & tamen deinde templum aut domus, etſi vndique perfecta eſſet, niſi alicui typi illius parti non reſponderet, redundans eſſet ſimulacrum & aliqua ex parte otioſum & ſuperuacaneum: ita prior iſta propoſitionis pars eſt redundans & ſuperuacanea. Atque huc pertinet quòd nec Donatus nobilis & antiquiſſimus interpres, nec Seruius & alij veteres, initium iſtud explanarunt, ſed a quinto carmine incœperūt. huc quòd Macrobius ſcribit Aeneidem ab eo carmine auſpicandam in quo primùm fit Troiæ mentio. Huc quòd. Ouidius cum Aeneidem a primis vocibus deſcriberet cecinit,

Contulit in Tyrios arma virúmque thoros.

huc quòd Vegetius, *Res militaris*, inquit, *ſicuti Latinorum egregius author carminis ſui teſtatur exordio, armis conſtat & viris.* Imò verò illud veriſſimè affirmari poteſt, quotquot poſt Virgilium heroicum poëma condidere, omnes, etſi eum fermè imitati ſint, priorem iſtam Propoſitionis partem vel ignoraſſe vel contempſiſſe. Itaque Silius cum exordiretur II. Punicum bellum ſic canebat,

Ordior arma quibus cælo ſe gloria tollit.
Aeneadum —— en æmulatur illud
33 *Arma virúmque cano* —— non illud
Ille ego qui quondam ——

Lucanus

Bella per Emathios pluſquam ciuilia campos,
——*canimus.* en bella, vt apud Virgilium
Arma —— Statius in Thebaide
Fraternas acies, alternaque regna profanis
Decertata odijs, ſontéſque euoluere Thebas
Pierius menti calor incidit.

& in Achilleide,

Magnanimum Aeacidem formidatámque Tonanti
Progeniem —— *Diua refer.* —— Sanè ipſe quoque ſyluas & id genus alia cecinerat, ac proinde incipere potuiſſet,
Ille ego qui Syluas cecini —— vel alio conſimili vti exordio, & tamen abſtinuit. Eodem modo Valerius Flaccus in Argonauticis,

Prima Deum magnis canimus freta peruia nautis.

vbi ad rem ſtatim. Petrarcha etiam qui Syluas, Eclogas & huiuſmodi alia decantarat, imitari ſuo iure Virgilium potuiſſet & canere, *Ille ego:* & tamen dixit.

Muſa virum referas —— ad rem ipſe etiam ſtatim aggrediens. Sic Vida.
Qui mare, qui terras, qui cælum numine comples,
Spiritus alme, tuo liceat mihi munere
Bis genitum canere. —— profectò ipſe etiam hymnos, bucolica, & eclogas confecerat, & tamen nihil minùs quàm ea recenſet. Idem dixerim de Sannazario, qui eclogas, elegias & varia carminum genera mandauerat monumentis, & tamen cum tandem de partu Virginis ſcriberet, ſic cecinit,

Virginei partus magnóque æquæua parenti,

Columbeidis quoque author ſic ſuum auſpicatur monumentum,

Iuuentum pugnata cano pia bella per orbem
Magnanimúmque ducem —— eodem modo duo Italicæ muſæ lumina & Virgilij
34 æmulatores egregij Arioſtus & Torquatus: vt de minoribus taceam: quibus tamen ſua ſtat laus. neque enim Virgilianum iſtud initium imitari placuit. Ita vt iurè affirmare liceat Virgilij imitatoribus vel ignotum vel ſpretum initium illud. Quin Ouidius aliquando cum Virgilio coniunctiſſimè vixit, eúmque dilexit vnicè, & quod caput eſt, Aeneidem ſummoperè laudauit, non rarò etiam imitatus eſt, nec tamen initium illud æmulari placuit dum caneret,

Tempora cum cauſis latium digeſta per annum,
Lápſaque ſub terras, órtaque ſigna canam

aut dum rurſus ad heroicum carmen accedens propiùs, illud perſonaret

In noua fert animus mutatas dicere formas
Corpora.

Denique de Homero, Heſiodo, atque alijs, qui Virgilium antegreſsi ſunt qui ſunt innumeri, nihil attinet dicere, cum inter tot vnus Orpheus reperiatur, qui neſcio quo pacto ad initium ſua enumerat monumenta, ſi tamen germanus veriùs quàm adulterinus & ſpurius eſt hic noſter Orpheus. Nam certè viris doctis ſuſpectus eſt; à multis etiam tanquam nothus exploditur. Vt omittam nihil cauſæ fuiſſe cur Virgilius hac in parte ab Homeri diſcederet imitatione, quem Inſcriptione iam fuerat æmulatus, quémque ſibi veluti latinè canentem, etſi meliore induſtria, proferre decreuerat, vt ſex prioribus libris Odyſſeæ, ſex poſterioribus Iliadis, nobile Romanis extaret exemplum.

CVR Virgilius præfixerat Aeneidi initiũ illud, cum ſit alienum.

At enim argumenta iſta vrgent quidem: ſed tamen illud etiam è contrario vrget vehementer, quòd Virgilius ipſe creditur hæc carmina conſcripſiſſe, & Aeneidi præfixiſſe. Quis igitur non fateatur hinc Virgilij exiſtimationem violari? aut quem non pudeat Virgilium reprehendere, quaſi alieno & otioſo initio vſus ſit? Ita demum qui initium iſtud abijciat, Virgilij iudicium impudenter improbet neceſſe eſt. Agedum igitur hunc nodum diſſoluamus ac totum hunc ſcrupulum ex animis eximamus. Tres igitur 35
ſe ſe obijciunt reſponſiones, quarum prima, quantumuis multi illam amplectantur, mihi frigida viſa eſt ſemper: altera probabilitatem in ſpeciem ſaltem habeat aliquam: poſtrema certiſsima ac tutiſsima videri ſolet. Primò igitur ſunt qui affirmant vidiſſe Virgilium

I. Reſponſio.

poëmatis initium faſtoſum eſſe ac tumidum ſi inde inciperet, *Arma virúmque cano*, ac propterea omnino faciendum putaſſe, vt minùs turgido quin leni vteretur initio, vnde paulatim ſe ſe attolleret, atque heroicam tubam perſonaret. Hac igitur de cauſa veteri initio quatuor illos verſus præfixiſſe quibus ſenſim aſſurgit carmen. Ita factum eſſe vt vitium illud declinarit & crimen, in quod apud Flaccum Cyclicus incidit poëta dum tumido illo initio vteretur,

Fortunam Priami cantabo & nobile bellum.

Refellitur.

Sed videant iſti pro ſua prudentia quid ſtatuant. Nam primò haud committendum fuit vt otioſo initio vteretur & alieno, dum turgidum vitaret initium: alioquin in Scyllam incidiſſet dum Charybdim tentaſſet declinare. Deinde neque molli omnino & tenui initio vtendum fuit (quanquam an vſus ſit iam iam conſtabit) in heroico poëmate, ſed graui & Canoro. Quin etiam videndum eſt ne prima illa verba, *Ille ego qui quondam*, tumida & faſtoſa videantur: multò magis illa —— *Coegi*

Vt quamuis auido parerent arua colono,

Gratum opus agricolis ——

nam ſi non vocibus, ſententia certè, tumorem referunt, quaſi verò ſe ipſum extollat Virgilius, ac ſuam ipſe commendet induſtriam. Denique illud, *At nunc horrentia Martis*, turgidiſſimum reddit initium, ita vt tumorem auxerit non minuerit. Et ſanè, ſi me audias, initium illud,

Arma virúmque cano Troiæ qui primus ab oris,

aut illud. *Fortunam Priami cantabo & nobile bellum*.

minimè turgidum aut inflatum, quinetiam (vt par erat) graue ſimul & moderatum videri debet. Itaque Horatius non tam initium iſtud,

Fortunam Priami cantabo & nobile bellum

reprehendit quòd turgeret, quàm quòd in eo poëmate media & vltima primis non re- 36
ſponderent, ſed languidiora eſſent & ideò ſignificat ex flamma fumum dediſſe, cum tamen præſtet ex fumo flammam edere. Ita vt Virgilius mihi quidem præcluſa priori illa propoſitionis parte videatur ex flamma lucem & fulgorem emittere, tantùm abeſt vt in Horatianam reprehenſionem incidat ac fumum ex flamma afferat niſi quatuor illa carmina præfigantur.

Alij igitur exiſtimant inuſitato hoc initio vſum eſſe quo ſua enumerauit poëmata, ne in Bathyllum aliquem rurſus plagiariúmque incideret. Cum enim Bathillus nobile illud Virgilii diſtichon ſibi arrogaſſet,

Nocte pluit tota, redeunt ſpectacula manè.

Diuiſum imperium cum Ioue Cæſar habet,

Virgilius (inquiunt iſti) omnino faciendum putauit vt in poſterum anteuerteret pericula, ac plagiarios repelleret omnes. Et ſanè vltus erat Virgilius Bathylli audaciam & temeritatem cum ſtatim illud in eum promulgaſſet,

Hos

Digitized by Google

Hos ego verſiculos feci, tulit alter honores:
Sic vos non vobis nidificatis aues:
Sic vos non vobis vellera fertis oues:
Sic vos non vobis mellificatis apes:
Sic vos non vobis fertis aratra boues.

veruntamen minùs opportunè id fecerat ac μετὰ τὰς ἑορτάς. Itaque ſatius erat cauere inpoſterum, ac plagiarios arcendo longiùs periculum anteuertere, quàm acceptam iniuriam vlciſci. Hac igitur de cauſa illud præfixit Aeneidi initium, quo ſe & Bucolici carminis & Georgici & Aeneidis authorem promulgauit. Sic iſti.

Mihi verò hæc ſententia, etſi probabilitate quadam reſperſa videri poſſet, non probatur. *Refellitur.* Nam diſtichon illud, vt authorem referebat nullum, potuit quidem in plagiarium inci-
37 dere; præſertim verò cum de authore diligenter quæſiſſet Auguſtus, nec tamen inueniretur: ſed de Aeneide quæ in fronte authorem illa geſtaret ſuum, & P. Virgilij Maronis inſcripta eſſet nomine, vix ac ne vix quidem illud erat metuendum. Quinetiam cum Romæ Lippis & Tõſoribus compertum eſſet Virgilium Bucolico & Georgico carmine ſibi mirificè Pollionis, Mœcenatis, ſed inprimis Auguſti, beneuolentiā conciliaſſe, ſimúlque Aeneidem, vt Auguſto ſatisfaceret, inchoaſſe, a quo etiam multis ac magnis beneficijs affectus fuerat, quis Aeneidem ſibi imprudenter arrogare auſus eſſet? Quid? an non ob Aeneidem Virgilius iam ab omnibus ſuſpiciebatur, ita vt præteriens omnium in ſe oculos atque ora conuerteret; in Theatro omnes illi aſſurgerent? quæ igitur ſuſpicio illius mentem occupare poterat vt plagiarios pertimeſceret? Quid plura? Nónne Virgilius aliquam Aeneidis partem in dies Auguſto & amicis eam flagitantibus lectitarat? nónne ijſdem integros libellos legendos tranſmiſerat, ita vt interim Ouidius, Horatius, Propertius, Auguſtus ipſe plauderet Aeneidi? ſic ſanè temerè igitur ſuſpicio iſta obtenditur, cū ſatis de authore conſtaret, & nemo inueniri poſſet qui quod Bathyllus de vnico diſticho molitus eſſet, de magnifico hoc poëmate tentaret ac moliretur. Vt omittam potuiſſe Aeneidi hunc ipſum quo inpræſentia inſcribitur, titulum præfigere, ac ſui ipſius nominis inſcriptione Bathillos arcere longiùs. Vt propterea nihil eſſet cur inuſitata hac enumeratione atque alieno exordio vteretur. Adde quòd quantumuis eiuſmodi quædā ſuſpicio in eius pectus irrepſiſſet ac timor, haud ſanè hac de cauſa violanda erat poëtica lex, aut contēnendum propoſitionis decus, ſed alia ratione ac fine propoſitionis & decori offenſione periculo prouidēdū: alioquin ex charybdi (id quod nuper obijciebā alijs) in Scyllā incidiſſet, vel potiùs leuē quādā vt declinaret vmbrā ſcopuli, in multos ac veros ſcopulos incidiſſet.

Fateamur igitur id quod eſt, ac veram & germanam huius rei cauſam agnoſcamus.
38 Magna & vehemens affectio eſt cupiditas gloriæ, ac neſcio an maxima: vix enim dici poteſt quàm facilè & vehementer hominum incendat pectora: nec mirum: ſiquidē videntur ſibi mortales nominis celebritate & gloria ad immortalitatem cōtendere, & quibuſdam veluti gradibus in cœlum aſcendere. Denique ex omnibus præmijs pulcherimum præmium cenſetur gloria. Itaque neminem ferè inuenies qui ex egregijs laboribus & factis non aliquid gloriæ tanquam mercedem expectet excipiátque libenter. Quid igitur mirum ſi Virgilij quoque pectus incendit cupiditas gloriæ? & hac ductus cupiditate, propoſitum initium excogitarit Aeneidíque præfixerit, quo ſibi caneret ac nominis immortalitati quoad eius fieri poſſet, conſuleret? expendite obſecro Auditores primas illas voces ——— *Ille ego qui quondam,*
an non commendationem referunt nominis, & gloriæ ſpirant cupiditatem? ea vero
——— *Egreſſus ſyluis vicina coëgi.*
Vt quamuis auido parerent arua colono,
nonne tacitè ſui authoris excellens ingenium induſtriámque commendant? Denique illud etiam
Gratum opus agricolis:
vatis ſui nomen ac Georgicarum muſarum refert præſtantiam. Sed vt planiùs conſtet gloriæ cupiditatem minimè abfuiſſe ad Virgilij animo, quin, vt ingenioſi vel maximè incenduntur gloria, eam magnopere expetiſſe, recolite obſecro carmina quibus Georgica perorauit
Hæc ſuper aruorum cultu pecorúmque canebam,
Et ſuper arboribus: Cæſar dum magnus ad altum

Fulminat

Digitized by Google

Fulminat Euphratem bello, victórque volentes
Per populos dat iura, viámque affectat Olympo.
Illo Virgilium me tempore dulcis alebat
Partenope, ſtudijs florentem ignobilis oci:
Carmina qui luſi paſtorum:

vbi ſanè ſuas vigilias cum egregijs Auguſti temporibus & factis coniungit tum vt appa- 39
reat ſuarum muſarum ac vigiliarum columen ac quali & quanto ſuam Mœcenati nauaret operam; tum vt ſe ſtudijs operam dediſſe, quin ijs floruiſſe atque ignobile ocium fefelliſſe, ſignificat: hinc etiam tacitè ſibi gloriam noſter Vates conciliat. Sed non committam, vt egregium locum prætermittam, qui ad rem hanc mirificè declarandam ſeſe mihi offert ex ſexto Aeneidos, dum ſic canit,

Excudent alij ſpirantia molliùs æra,
Credo equidem, viuos ducent de marmore vultus:
Orabunt cauſas meliùs: cœlíque meatus
Deſcribent radio, & ſurgentia ſydera dicent.
Tu regere imperio populos Romane memento,
Hæ tibi erunt artes, pacíque imponere morem:
Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.

quo in loco mirum eſt quantum tribuat Græcis dum eis ſculpturæ ſeu ſtatuariæ atq; huiuſmodi artium cōcedit palmam: iiſdémque Aſtrologiæ Geometriæ, Mathematicaéque vniuerſæ, eloquentiæ inſuper, tribuit principatum: & tamen de poëſi quæ eloquentiæ finitima eſt, ne verbum quidem. Sed cur, obſecro? quia nimirum huius palmam ſibi tacitè reſeruabat. Et hac etiam de cauſa Græcis, vt ſcilicet primus videretur qui poëſim ac Liberales artes cœpiſſet illis extorquere, principem eloquentiæ laudem, nec ſine Ciceronis offenſione, conceſſit. Dum igitur canit Virgilius

Ille ego qui quondam gracili modulatus auena
Carmen, & egreſſus Syluis vicina coëgi,
Vt quamuis auido parerent arua colono,
Gratum opus agricolis. At nunc horrentia Martis
Arma virúmque cano,

perinde eſt àc ſi dixiſſet, meretur quidem ſuam laudem Theocritus qui Bucolica eleganter conſcripſit. Sua quoque laus debetur Heſiodo qui Georgica nō indiligēter decanta-
uit: magno etiam præconio dignus eſt Homerus qui ſummorum heroum errores & fa- 40
cta heroica tuba perſonauit: ſed maior, ac neſcio etiam an maxima, debetur nobis, qui & Bucolica & Georgica & Aeneæ errores ac bella nobili carmine celebrauimus. Illi enim ſinguli de ſingulis egregiè: nos de omnibus penè diuinè. Quid? expectatis fortaſſe vt ex ipſiúſmet Virgilij ore audiatis, eo planè conſilio ſibi viſum illo vti initio, quòd inde nominis celebritatem captandam putaſſet? eum igitur audite. huc enim pertinet nobile illud ac celeberrimum Virgilij tetraſtichon in quo ſuorum poëmatum virtutes deſignauit cum enim Aeneidem cum Iliade & Odyſſea contuliſſet, ac propterea illud protuliſſet,

Illius immenſos miratur Græcia campos:
At minor eſt nobis, ſed benè cultus ager.

ſubijciebat è veſtigio.

Hic tibi nec paſtor nec curuus deerit arator:
Hæc Grays conſtant ſingula, trina mihi.

quaſi diceret quæ ſiue Theocrito ſiue Heſiodo ſiue Homero per partes ac diſtributè debetur laus, hæc mihi debetur triplex & vniuerſa. ita vt cum initio illo Aeneidis eādémque enumeratione vtatur; ſatis conſtat tacitè ſua illum poëmata Theocriti, Heſiodi, Homeríque poëmatis anteponere voluiſſe vt immortalitati conſuleret nominis. Quemadmodum igitur vt hanc ſibi laudem conciliaret, cordato viro ac poëſis ſtudioſo clam veluti in aures inſuſurrauit; vaſta eſſe Homeri poëmata, ac propterea minùs culta ne dicam ſqualida & inornata, (id enim valet illud, ſiquis attentiùs æſtimet)

Illius immenſos miratur Græcia campos,
At minor eſt nobis ſed benè cultus ager;

Aeneidem contrà, etſi minorem (minorem inquam ſi cum Iliade & Odyſſea conferatur, alioquin moderata eſt) benè cultam eſſe tamen: quod vtinam Homero contigiſſet.

Denique

41 Denique ſe non in heroico poëmate ſolùm vt Homerus, ſed in bucolico etiam & georgico, excelluiſſe ſignificat, ita vt iurè canat,

Hic tibi nec paſtor nec curſus deerit arator,

quæ tamen deerant in Homero. Quòd ſi alij, Græci ſaltem, bucolica & georgica ſcripſerant,

Hæc Graijs conſtant ſingula, trina mihi.

concludit Virgilius. quibus nemo non videt quàm egregiè ſibi vindicet poëmatis palmã. Et hinc eſt vt iuum ille Epithaphium breuiſſimis illis, ſed tamen elegantia artificióque pleniſſimis; laude quoque ac ſummo præconio digniſſimis, concluſerit verbis,

——— *Cecini paſcua, rura, duces.*

Atque hinc planè factum eſt, vt a quibuſdam tergeminus Apollo ſit appellatus, quaſi verò tergeminis Muſis præeſſe videatur. Quin neque defuerant qui natalem eius diem celebrarent. Imò verò Alexander Seuerus ſic eius coluit nomen, vt eum non modò Platonẽ poëtarum appellaret, verùm etiam inter Heroas referret, ac propterea eius imaginem in Larario, quaſi verò in Laris Heroíſque loco habendus eſſet, collocauit.

At enim ſi ita eſt (dicat quiſpiam) inueniſti quidem rationem & cauſam propter quam Virgilius initium illud præfixerit Aeneidi, at poëtam a culpa nullo modo exemiſti: neque enim cupiditas gloriæ ſatis eſſe debuit apud cordatum Poëtam, vnde propoſitionis veluti legem violare atque adeò alieno & otioſo initio vti auderet. Quaſi verò in alieno hoc initio Populi Romani imperium agatur, aut Auguſti Salus & Maieſtas periclitetur. Neronis mater audiuit aliquando a Genethliacis fore vt Nero, ſi fortè Romani Imperij obtineret principatum, ſuam ille matrem enecaret. Tum illa, enecet (inquit) dum imperet. Et quiſquam erit qui commoueatur ac perturbetur quòd Virgilius neſcio quã exordij legem tantiſper neglexerit, dum alioquin ſuorum poëmatum immortalitati perſpiceret, ſuúmque nomen immortalitati quodammodo conſecraret? Vſurpatum illud ſcimus, ac

Dubitatur. *Reſpondetur.*

42 peruulgatum, præſertim a Regibus apud Tragicos, Regnandi cauſa ius quoque violandum: quod vtinam non ſæpe contigiſſet aut indies contingeret. Quid mirum igitur ſi noſter vates exordij legem tantiſper violarit dum in cæteros Poëtas affectaret principatum? Heroſtratus cum virtutis gloria nomen propagare haud poſſet, infamia ſibi famam quærere ac propagare molitus eſt. Itaque admirabile illud ac toto terrarum orbe celeberrimum Epheſiæ Dianæ templum voracibus tradidit ac deleuit flammis. & erit qui Poëtæ prohibeat ne tantulam hanc legem obliuioni tradat, dum cæteroqui honeſtiſſimè ſuum peruulgare nomen molitur ac poſteris propagare? Sed vt rem hanc vniuerſam concludam, legite obſecro nobilem illam Ciceronis epiſtolam ad Luceium (habetur, ni fallor, libro v. familiarium) & intelligetis quid in re non magnopere diſſimili factitarit hic magnus & prudentiſſimus author. Erat M. Tullius vir Conſularis, quíque non modò eloquentiæ verùm etiam philoſophiæ laude & admiratione iam Latinorum & Græcorum aures animóſque compleuerat: denique toto terrarum orbe & Ciuis optimi & oratoris ac philoſophi ſummi nomine colebatur; & tamen ob res in Conſulatu geſtas ſic æſtuauit cupiditate gloriæ, vt Luceium enixè roget obteſtetúrque vt facta illa hiſtoriæ mandet, ídque quamprimum, priuato volumine ac ſeorſum ab aliorum factis, maiore etiam cum laude quàm vel hiſtoriæ leges ferant, vel ipſa veritas exigere videatur. Denique flagitare haud dubitat, vt ne mendacium quidem magnoperè pertimeſcat, dummodo eum ornet ac poſterorum memoriæ magna cum laude tranſmittat. Quid mirum igitur Virgilium ob gloriæ cupiditatem exordij legem neglexiſſe & in alienum initium incidiſſe, cum M. Tullius non initij alicuius ſed præcipuas hiſtoriæ leges negligat? Sed quid dico negligat? imò violari iubeat ac prodi? id quod eò admirabilius videri debet, quod cum ipſemet Cicero in 11. de Oratore eam inter cæteras promulgaſſet legem, ne Hiſtoricus quid mentiretur, hanc ipſe contemni iubet ac violari. Atque ex his iam ſecunda nobis heroici poë-

43 matis extabit lex, Vt ne ſcilicet ab aliena re initium ducamus, ſiue alieno vtamur initio, ſed a re ipſa ordiamur, eam ſtatim proponentes, ac perſpicuis verbis materiam indicantes: quandoquidem alienis abduci vbique turpe & vitioſum eſt, ſed initio Propoſitionis vnde regenda eſt diſputatio vniuerſa, turpiſſimum ac vitioſiſſimum. Niſi tamen hanc tibi legem negligendam putes, quòd ſecus interim Virgilium, hoc eſt poëtam optimum, feciſſe velis. Certè dum Plato eos in Dialogum induxiſſe dicitur, qui ob temporis interuallum venire in congreſſum haud potuiſſent, Dialogi legem violaſſe fertur. Et tamen id aliqui

Plato-

Digitized by Google

Platonis exemplo egregium ac dignum imitatione iudicarunt. Quibus tamen ipſe vel quia non facilè conceſſerim in eam culpam incidiſſe Platonem (id quod in Timæi Commentarijs docuimus) vel quia noſter Maro ante mortem (quantùm ego quidem coniectura aſſequi poſſum) initium illud aboleri iuſſit, nequaquam aſſentio.

Sed iam ad germanum ac proprium Aenidis initium deueniamus.

IAM Explanatur Altera pars Propoſitionis, quæ vna cēſetur germana & propria. Quod vt breuiter et ordinatè fiat, XII. dictis ea interim comprehenduntur, quæ indigent explicatu.

Arma virumque cano, Troiæ qui primus ab oris *Part. II.*
Italiam fato profugus Lauinaque venit
Littora; multùm ille & terris iactatus & alto
Vi Superum, ſæuæ memorem Iunonis ob iram.
Multa quoque & bello paſſus, dum conderet Vrbem
Inferretque Deos Latio: genus vnde Latinum,
Albanique patres, atque altæ mœnia Romæ.

Hoc ſi me audiatis, vel potiùs rationem in conſilium adhibeatis, proprium eſt ac germanum Aeneidis initium: in quo vniuerſi poëmatis argumentum profertur ac tanquam ante oculos nobis proponitur.

Multa verò ſunt ac propè innumera quæ dici poſſent de hac propoſitione: ego tamen inſtituti memor rebus facilioribus ad Grammaticos tranſmiſſis, grauiores proſequar & 44
opportuniores: inprimíſque heroici poëmatis vias & rationes oſtendam. Itaque in præſens quæ ad propoſitionem pertinent quibuſdam veluti punctis Stoicorum more attingam & ad Inuocationem properabo.

I. Eſt, Poëtam Inſcriptione materiam vniuerſim tantùm protuliſſe in medium: nam Aeneidis nomine ſignificauit quidem Aeneæ facta eſſe decantanda: quæ verò & qualia eſſent non indicauit. Indicat igitur hoc in loco, ac monet eſſe tum arma tum viri errores. Ita quidem materiam bipartitò diſtribuit, nimirum in Aeneæ & bella & peregrinationes ſiue errores.

II. Eſt, rurſus in Inſcriptione preſsè ac tacitè quodammodo & poteſtate Romanos effeciſſe tum dociles (id quod iam antea docui) tum attentos ac beneuolos. Nunc igitur in iiſdē veſtigijs inſiſtens noſter Vates eádem apertè præſtat atque perſpicuè. Nam dociles efficit dum apertiùs proponit ac per partes diſtribuit res dicendas: præſertim verò quia continēter viri ſeu Aeneæ errores & facta certis capitibus comprehendit: attentos dum quas Vir iſte terra maríque vel egerit vel paſſus ſit, quod eſt res multas & graues, ſignificat eſse canendas. Et quidem res magnas & graues agere, præclarum: conſtanter pati ac fortiter, præclariùs: at agere & pati, maximum & præclariſſimum. Sic Mutius apud Liuium facere, inquit, & pati fortia; Romanum eſt. Denique illos Virgilius efficit beneuolos, quia ſatis *lib. 2.*
indicat hunc Virum eſse Romanæ Vrbis conditorem Romanorúmque parentem & authorem. Ita vt non poſſit non ſibi Romanorum beneuolentiam conciliare dum eorum veluti parentem & authorem celebrandum proponit.

III. Eſt, eádem tum propoſitione tum bipartita diſtributione indicare heroica Homeri poëmata ſibi Aeneide imitanda: ſiquidem per arma Iliadem, per Virum Odyſſeam, ſibi æmulandam proponit & exprimendam. Et ideò ſex libris errores, ſex arma & bella, proſequetur. Vt propterea vel ab initio coniectare liceat Virgilium fore acerrimum Homeri imitatorem. De qua re tota in progreſsu dicemus paſſim pro vt res poſtulauerit, ſimúlq; 45
docebimus noſtrum Vatem ſic imitari Homerum, vt in multis etiam data opera ab eo diſceſſerit, inprimíſque nil non melioribus auſpicijs ac fœliciùs imitatus ſit.

IV. Videri interim rem perturbato ordine aut commutato proponere. Siquidem arma proponit priùs & bella, tum viri errores. Et tamen errores attingit & canit priùs, deinde bella. ea verò de cauſa (ſi me audias) in huiuſcemodi hyſterologiam incidit Virgilius quia quemadmodum Homerus ſua ille poëmata ſic diſponit, vt primò Iliadem proferat ac bella, tum Odyſſeam & errores (poſt bellum enim errauit Vlyſſes) ita Virgilius, quippe qui videri ſtatim voluit Homeri æmulator, ſtatim etiam per arma Iliadem, per errantem virum Odyſseam, ſibi veluti æmulationis materiam & campum ſtatuendam exiſtimauit. Quanquam rectè iſtud (dicat aliquis;) at cur deinde contrario cecinit ordine? Multis de cauſis de quibus tamen atque adeò de tota Aeneidos œconomia, quoniam quam & obſeruaui-

ſeruauimus & rurſus obſeruabimus, hyſterologia, huc nos impellet, dicam copioſè non multò poſt, atque ita dicam, vt tota hæc ordinis permutatio laudem ac dignitatem conciliatura ſit Virgilio: tantùm abeſt vt ei vitio vertenda ſit. vide p. 83.

Nihil eſſe cur minùs probemus huius artificium Propoſitionis aut in illa hæreamus, quòd hîc Aeneas dicatur primus in Italiam veniſſe, cum tamen Saturnus, Ianus, Euander, Hercules, Antenor ipſe, eodem Virgilio teſte in Italiam ante Aeneam perueniſſe conſtet; nam primi in Italiam venerunt illi quidem & Latium tenuerunt, non tamen ex Troiæ oris profecti ſunt: poſtremus etſi ex Troia diſceſſit, non tamen in Italiam, ſed in Ciſalpinā Gall.ā ſiue ad Euganeos Ciſalpinis finitimos venit, quæ regiones ſi nō Virgilij tēpore, ſaltem Aeneæ, ab Italia nec exiguo tractu, dirimebantur. Denique Italia olim (Strabone teſte) Siculo freto claudebatur & Tarentino: deinde paulatim ad Rubiconem (Rauennæ & Arimini oras interluit) producti ſunt eius fines, ita vt Patauinus ager, quò tandem peruenerat Antenor, ab Italia ſupra centum millia paſſuum (tametſi a Latio trecenta) ac tota ferè interioris Aemiliæ parte diſtaret. Ita vt multò poſt Italia ad Alpes vſque dilatata ſit, ac ſupero inferóque mari & Alpibus Claudatur & Apenninis (id quod eleganter Lyricus Poëta noſter expreſſit cum caneret, V.

46

—— Il bel paeſe
Ch'Apennin parte, e'l mar circonda e l'Alpe;

ferè media ſecetur, qui ſe ab Septentrionis Alpibus ad extremam vſque Calabriam ſundunt. Vt propterea Italiam haud tenuerit Antenor. Tametſi quocunque tandem nomine Italiam vſurpet Poëta, haud verendum ne Antenor non excludatur, dum vir hic in Latium penetraſſe dicitur. Multò minùs dum tā multa de hoc viro ſubijcit, quæ in Aeneam cadunt omnia: in alium nullo modo.

Fato profugum fieri Aeneam a Poëta nobili conſilio & artificio. Cum enim fama percrebuiſſet Aeneam cum Græcis in patriæ perniciem cōſpiraſſe atque adeò illam prodidiſſe, nec huiuſmodi famam, quippe quæ ab Hiſtoricis non obſcuræ notę manaſſet, liceret diſſimulare, omnino ſibi faciēdum putauit vt tacitè illam præcluderet, atque omnem ab Aenea infamiam depelleret. Id quod Virgilius tum Aeneide paſſim molitur tota, tum maximè in II. libro vbi & Hector, & Venus, & alij introducuntur qui fugam ſuadeant Aneæ illud recolentes, VI.

Sat patriæ Priamóque datum. ——

Nunc igitur clam rei huius peragendæ iacit ſemina, Aeneam profugum faciens. Quid enim erat cur fugam arriperet, ſi cum hoſtibus victoribus conſpiraſſet? Quanquam ne quis fortè Aeneam adhuc reprehenderet, quòd ſatius fuiſſet cum Hectore, aliſque fortiter cadere, quàm fugam capeſſere, (ideò enim viſus eſt Turnus Aſiæ deſertorem appellaſſe Aeneam) addit fato fuiſſe profugum: verè enim illud ſemper optauit vt ſibi fortiter liceret cadere ac pro Patria mortem occumbere. Itaque cum aliquando in ſœuam tempeſtatem incidiſſet, exclamabat —— *O térque quatérque beati,*

47

Quis ante ora patrum, Troiæ ſub mœnibus altis,
Contigit oppetere: o Danaum fortiſſime gentis
Tydide, méne Iliacis occumbere campis
Non potuiſſe? tuáque animam hanc effundere dextrâ?
Sæuus vbi Æacidæ telo iacet Hector, vbi ingens
Sarpedon, vbi tot Simois correpta ſub vndis
Scuta virum, galeáſque, & fortia corpora voluit.

Secus tamen accidit, quia in fatis erat (id quod in progreſſu declarabit ſæpè) vt in Latium perueniret, atque vrbem conderet, ac Romani Imperij iáceret fundamenta. Et hæc ſunt quibus Caſſandra Apolline inſtincta, Hector in ſomnis, Creuſa, Anchiſes, Delphicum Oraculum, Penates, Helenus Vates, Nantes denique, ſed Mercurius inprimis, perpetuò Aeneæ perſonat aures.

Quorum tamen Aeneæ fatorum, quantumuis exaggeratè inculcētur, & ad fidem admirandis eius factis conciliandam refricentur, fides ſit apud Authorem. Ipſe quidem, etſi Liuius quoque ſcribit Aeneam vocantibus fatis in Italiam nauigaſſe, ſi fatis admonitum & inſtigatum ſenſit, ne iuranti quidem crediderim. Et mihi quidem in hanc rem attentiùs intuenti, videntur priſci illi mortales triplici de cauſa ſua iſta intruſiſſe fata. Prima eſt quia vt erant ſuperſtitioſi, oracula paſſim adire ſolebant, præſertim in rebus obſcuris & arduis:

Digitized by Google

arduis:ita fiebat vt a Dæmone reſponſa interdum acciperent, quibus verè aliqua, multa
obſcurè,pleraque falſa & fraudulenta,denunciabantur:etſi tali tantóque artificio vt men
dacia & fraudes non facilè apparerent. Altera quia non deeſſent qui vafrè & callidè oracu
la & reſponſa comminiſcerentur & peruulgarent, præſertim vt Populos ac milites in
ſuam ſententiam faciliùs traherent. Sic Numa, Minos, Sertorius, Scipio, aliíque multi. At- 48
que hoc videri poſſet Aeneæ obijcere voluiſſe Turnus, dum ille venditaret ſe fatorum iuſ
ſu in Latium veniſſe & nouas quærere ſedes. Itaque.

——— Sunt & mea contrà
Fata mihi, ferro ſceleratam excindere gentem,

inquit Turnus. Poſtrema quia vt Poëtæ res veras imitantur & ad earum ſimilitudinem
multa comminiſcuntur, fata etiam fabulis & actionibus variandis & illuſtrandis libenter
in poëmata intruſerunt: præſertim verò quia ſic ea componunt ac fingunt, vt admiratio-
nem quoque excitent, quæ in primis in heroico poëmate cienda eſt. Vt propterea mini-
mè mirum ſi tam libenter Homerus ac Virgilius ſuis iſtis fatis poëmata reſperſerint. Ta-
metſi hoc in Libro fata, vt dicere cœperam, introducit Poëta noſter, vt tacitè ab Aenea
proditionis depellat vel crimen vel criminis ſuſpicionem.

VII. Non temerè ambigi qui fieri potuerit vt Aeneas ad Lauina littora peruenerit: cum
enim a Lauino hoc inuenerint nomen quod multò poſt ab eodem Aenea ædificatum
& a Lauinia vxore appellatum eſt, nullo modo fieri potuit vt ad Lauina Littora appulerit
Aeneas. Sanè Lauinium ab Aenea conditum & a Lauinia, quam duxerat, vxore appella-
tum, teſtatur Liuius. Igitur quoniam Aeneas a Liuio dicitur in agrum Laurentem veniſ-
ſe, cenſent aliqui Lauinium idem eſſe cum Laurento: alij diuerſam Vrbē, quæ tamen exta
ret eo tempore, Sed quoniam hæc authoritate Hiſtoricorum minimè confirmātur, fides
ſit apud Authores. Satius igitur eſt vt dicamus πρόληψιν, hoc eſt per anticipationē, id dictū
eſſe: quod eſt veniſſe in eum locum vbi erant littora quæ ſubinde a Lauinio Lauinia ſeu
Lauina ſunt appellata. Quæ anticipationis figura eſt etiam alijs ſcriptoribus familiaris.

VIII. Multum fuiſſe iactatum Aeneam, ac diu terra maríque agitatum, conſtabit poëmate to-
to. Sed inprimis in ſex prioribus libris. Nunc ſummatim ſat ſit monuiſſe in montē Idam 49
ſeceſſiſſe primùm, ibique tanquam delituiſſe dum ſub Antandro conderetur claſſis. In-
de verò ſoluiſſe, & in Thraciam primò delatum, ita vt cum ad Occidentem intendendus *lib. 3. p.*
eſſet curſus, in Septentrionem, quia ſcilicet quò vocaretur a fatis ignoraret adhuc, & vt ip- *165. p.*
ſe canit, *lib. 3. p.*

Incerti quò fata ferant, vbi ſiſtere detur. *164. p.*

nauigauerit. Inde verò recedens in Delum, hinc Vrbes græcas quaſdam ac Cycladas emen *p. 107. p.*
ſus, in Cretam, paulò poſt ad Strophades, ad Attium, mox etiam Corcyrā prætergreſſus
in Epirum: hinc, Tarentum cum vix attigiſſet, in Siciliam, Scyllam & Charybdim propè
radens, ac Cyclopum littus attingens, defertur: at paulò poſt in Africam, inque Siciliam
rurſus: vnde Cumam Syrenis declinatis peruenit (atque hîc primò attigit Italiam) & ad
Herebum penetrauit: Cumámque rediens & Caietam attingens, hinc Circem declinans
tandem aliquando Latium tenuit: Sed tamen ita tenuit, vt priùs ſexcenta incommoda &
pericula terra maríque paſſus ſit. Vt propterea iurè canat noſter Vates

—— Multùm ille & terris iactatus & alto.

Hæc verò omnia Vlyſſis fermè exemplo affinguntur Aeneæ, ſiquidem Vlyſſes quoque
Troia ſoluens, ad Cicones, inde in Thraciam ad Lothophagos, mox ad Cyclopes, ab his
in Aeoliam, hinc ad Læſtrygones & Circem, ab hac ad Herebum peruenit: rurſúſque ad
Circem reuerſus, demumq; Scyllam, Carybdim, Syrenáſque prætervectus, in Ogygiam
nauigauit: vnde tandem ad Phæacos, móxque Ithacam delatus eſt. Quo tempore mirum
eſt quàm multa pericula, quàm graues dolores, perpeſsus ſit. Vt proinde merito canat
Homerus

πολλὰ δ' ὅγ' ἐν πόντῳ πάθεν ἄλγεα

Multa quoque in Ponto paſſus tormenta——

IX. Vi ſuperûm iactatum, ſed Iunonis maximè, quæ tum Aeolum, tum Irim, Iuturnam, O-
pim, quin Furiam etiam ex Herebo in Aeneam concitauit. Imò verò Iuppiter etiam, etſi
alioquin erga Aeneam propenſiſſimus, eum iactari ſaltem permiſit vt Iunoni tantiſper
indulgeret. & hoc eſt de quo non multò poſt cum Ioue conquereretur Venus. Quid plu-
ra?

Digitized by Google

ra? ſi quis Aeneam, dum terris iactatus dicitur, ſpectet in Phygia priuſquam nauiget, illum inueniet cum Troianis omnes ferè Cœleſtes habuiſſe aliquando infenſos. tametſi reuera iactationes intelligit Virgilius quibus poſtquam conſcendit, aut Troia ceſſit, agitatus eſt: in quibus quoſdam tantùm ex Dijs habuit aduerſos, vel fortaſſe vnam Iunonẽ: & ideò quemadmodum hîc cum dixerit Aeneam iactatum vi ſuperûm, ſubijcit *ſæuæ memorem Iunonis ob iram,* ſic in inuocatione re vera vnam Iunonis iram aut Iunonianæ iræ cauſas requirit, & ob vnam Iunonem exclamat

—— *Tantaéne animis cœleſtibus iræ?*

ſed de his planiùs in progreſſu.

Videri Poëtam phyſiologiæ ac rerum naturæ minimè gnarum dum facit iram memorem cui ſenſus ineſt nullus. Quinetiam cum ira ſit breuis veluti furor, quid eſt quod eam appellet memorem? id enim tacitè indicat diuturnam fuiſſe ac ſtabilem, quæque è Iunonis pectore ac memoria nunquam excideret. Denique ira memoriam perturbare ſolet ac mentem, tantùm abeſt vt nos memores efficiat. cur igitur memor appellatur? Verùm quod ſenſum tribuat iræ nihil eſt quod miremur. Facit enim hoc Poëtarum more, X.
Vide 628 qui ſenſum etiam tribuunt eleganter mutis inanimatíſque rebus. hinc illud. *Pontem indignatus Araxes.* Quinetiam Virgilius Aeſchylum, authorem ſanè grauem, ſequi potuit qui in Agamemnone iram, ſeu μῆνιν μνήμονα appellat ac memorem. Quod verò ira breuis eſſe ſoleat, frequens eſt quidem, non tamen perpetuum. Quare viri principes apud Homerum dicũtur iram difficilè concoquere, at tum iniuriam vlciſci, cum eam viſi ſint obliuiſci: id quod in Tiberio maximè notant hiſtorici. Vt omittam nõ de homine agi hoc in loco ſed de Iunone, quam iræ tenacem facit: vt ſcilicet Aeneæ in tanta acerbitatum
51 tolerantia laudem cõciliet & commiſerationem gignat. certè libro V. talem deſcripſit Iunonem vt iram concoqueret nunquam.

Iunonis grauis ira nec exaturabile pectus,
Quam nec longa dies, pietas nec mitigat vlla.

& ideò exclamat —— *tantaéne animis cœleſtibus iræ?*

Ad extremùm ira ſic perturbat mentem ac memoriam ipſam, vt a cæteris eam diuellat, non ab iis vnde præſens excitatur ira: nam memoriã in his occupat, vt abſorberi quodammodo videatur. & ideò iurè hoc in loco dicitur memor.

Multa quoque bello fuiſſe paſſum Aeneam, conſtabit ſex poſterioribus libris. Verùm quam obſecro Vrbem condidit? aut vbi illam condidit? Sed de hac re, quoniam paulò grauior eſt dubitatio, ſigillatim non multò poſt. XI.

Nunc illud potiùs animaduerto, videri Maronem tacitè tres cauſas indicare propter quas bellum Aeneas ſuſcepiſſet, ac multa, vt fit, bellando paſſus eſſet: quas etiam facilè attingit, vt intelligamus quibus maximè de cauſis bellum ſit ſuſcipiendum. Prima eſt vt pacem eámque tutam aſſequamur. Neque enim per ſe vllo modo expetendum bellum cum ſit ærumnis plenum & calamitatibus. Sed alterius cauſa ac pacis primùm, ſed quæ tuta ſit & conſtans. Inſuper religionis ac diuini honoris gratia, vt ſcilicet pietatem colere ac diuinum cultum retinere valeamus. Denique vt famam tueamur, honeſtè etiam eam propagemus & gloriam nobis poſteritatíque comparemus. Primam igitur cauſam indicat dum ait bellum ab Aenea ſuſceptum vt conderet vrbem, in qua tandem aliquando tuti ac pacifici degerent. Alteram dum diceret bellum ſuſcepiſſe vt Penatibus ac Dijs ſedes ac domicilia excitaret, vt in ijs ritè colerentur. Etſi enim Aeneæ religio veriùs eſſet ſuperſtitio, religionem tamen profitebatur. Poſtrema dum addit

—— *Genus vnde latinum,*
Albanique patres, atque altæ mœnia Romæ;

bellum enim ſuſceperat etiam vt triplici illo regno, atque adeo terrarum Orbis imperio
52 per poſteros ſaltem potiretur. Ita vt egregiè interim philoſophari videatur ac ſummis ducibus fines præſcribere & cauſas honeſti belli.

Aeneam detuliſſe ſecum quidẽ ſuos Deos (id enim non reticetur a Virgilio) verùm qua in Vrbe quibúſue ſedibus collocarit tandem, ægrè reperiri, nec videri a Poëta expreſſum. cum tamen paſſim iactet Aeneas ſe penatibus ſedes quærere. Sed de hoc vbi de Vrbe. Atque ibidem dicemus quo pacto Latinum genus extiterit ab Aenea, cum multò antea vigerent Latini. certè Albanos patres, ac deinde temporum decurſu Vrbem Romam, ab Aenea per poſteros deriuaſſe, non ægrè intelligitur; at Latinos difficilè. XII.

Digitized by Google

Sed quoniam graues iam ſuccedunt dubitationes quædam, atque illæ Propoſitioni vniuerſaéque Actioni intelligendæ pernecesſariæ, quæque Poëmatis œconomiam atque artificium continent vniuerſum, agedum ad eas noſtra ſeſe conuertat oratio.

SVBIICIVNTVR Dubitationes quadā. I. Dubitatio.

Principiò igitur illud eſt requirendum cur Virgilius perturbato ordine vel proponat vel decantet Aeneidis argumētum. Etenim in Propoſitione Arma priùs & bella (id quod iamdiu obſeruare cœperam) ponit canenda, tum nauigationes & errores: & tamen in progreſſu errores canit priùs, tum arma, ita vt ὕστερον πρότερον atque ordine perturbato vel propoſuerit vel cecinerit. Quanquam ne hyſterologiam in ijs tantùm adamaſſe videatur, mox ēt, ſtatim ſcilicet atq; errores attinget, ad ordinis perturbationē recurret, poſteriores errores priùs, priores poſteriùs exponens. Et ſanè cum poëſis atque Ars imitetur Naturam, Natura verò ordine adminiſtret, omnia, quis non fateatur Poëtæ quoque ordinem fuiſſe colendum ac retinendum? idque eò magis quòd ordo mirificè iuuat ad intelligentiam & memoriam: contra verò hyſterologia atque ordinis perturbatio illis obeſt plurimùm. Ego verò hyſterologiam iſtam & agnoſco & fateor. etſi quoniam hyſterologia gemina eſt, atque vna quidem ad propoſitionem & poëma vniuerſum pertinet, dum Propoſitio Tractationi aut Tractatio Propoſitioni haud reſpondet, altera ad certam Tractationis partem, dum magna errorum pars perturbato ordine recenſetur, nunc de priore dicā ac poſteriorem opportuniori loco reſeruabo. Imò verò priorem ſic attingam, vt quæ ſigillatim pertinet ad poëma vniuerſum, diſſimuletur interim & alibi expendatur: quæ in Propoſitione ſita eſt, expediatur inpræſens. Ergo Propoſitionis hyſterologia poſita eſt nō tam in rebus ſiue factorum commemoratione quàm in vnica voce: ita vt exigui momenti ſit: quin, ſi attentiùs ſpectemus, nullius planè: quandoquidem vocum commutatio interdum ob nouum dicendi genus habet admirationem quandam: ſæpè etiam elegantiam refert ac venuſtatem. quis enim quandam eámque iucundam nouitatem & venuſtatem haud agnoſcat dum canit Poëta,

Reſpondetur. Ac priùs oſtenditur in Tractatione ordinem vniuerſim haud fuiſſe perturbatum.

53

——frugesque receptas
Et torrere parant flammis & frangere ſaxo?

Sanè fruges priùs frangimus tum torremus. Sed tamen conuerſa narratio neſcio quo pacto magis allicit ac delectat

——Moriamur, & in media arma ruamus:

inquit Poëta: vbi non ſine venuſtate quadam commutatur ordo. Adde quòd & ſuſpicionem adimit affectatæ diligentiæ, & poëticum ſtylum diſſociat ab hiſtorico. Vt omittam poſſe hoc ingentem exēplorum veluti Syluam conferri ex Philoſophis, Oratoribus, Poëtis, quin ex Hiſtoricis ipſis, quibus maximè omnium hyſterologia vitanda eſt. quæ etiam exempla attingentur fortaſſe dum in hyſterologiam illam incidemus, quam in rebus, hoc eſt in errorū cōmutatione, poſitā eſſe obſeruabimus: Vt propterea cum inpræſens cōmutatus ordo in vnica voce poſitus ſit, & ſuos habeat vſus, ac ſummatim poëmati vel maximè ſit accōmodata, ita vt qui de figurata oratione verba faciunt, verborū hyſterologiā in poëtis cōmēdare ſoleant, Virgilij induſtria hac in re probāda ſit quidē, culpanda nullo mō.

II. Dubitatio.

Iam verò illud maiorem habet dubitationem quod pertinet ad Actionē, quæ ſanè videtur gemina: nam & arma canenda proponuntur & errores, quorum ſingula propriam ſibi actionem & fabulam depoſcunt ac vendicant. Sanè Homerus bello vnum, erroribus alterum conflauit Poëma. Imò verò Virgilius ipſe viſus eſt tandem geminā hanc Actionem agnoſcere. Siquidem cum Aeneam ad Latium traduxiſſet vbi erroribus finem impoſuit, ſic ſeſe ad bella comparauit, vt noua eáque ampliſſima & Propoſitione & inuocatione vſus ſit: cui ēt continenter nouam rerum narrationem ſubiecit. Itaque cū cecinifſet: 54

Nunc age, qui reges, Erato, quæ tempora rerum
Quis Latio antiquo fuerit ſtatus, aduena Claßem
Cumprimùm Auſonijs exercitus appulit oris,
Expediam, & primæ reuocabo exordia pugnæ.
Tu Vatem, tu diua mone. dicam horrida bella,
Dicam acies, actóſque animis in funera reges.
Tyrrhenámque manum, totámque ſub arma coactam
Heſperiam. maior rerum mihi naſcitur ordo:
Maius opus moueo:

in quibus ampliſſima propoſitione & Inuocatione vtitur, fatetúrq; ſibi maiorem rerum ordinem ſuboriri, ac maius ſe opus moliri; ſic pergebat:

Rex

—— Rex arua Latinus & vrbes
Jam ſenior longa placidas in pace regebat.
Hunc Fauno & Nympha genitum Leurente Maſica
Accipimus. Fauno Picus pater : iſque parentem
Te Saturne refert, tu ſanguinis vltimus author.
Filius huic, fato Diuum, proléſque virilis
Nulla fuit, primáque oriens erepta iuuenta eſt:
Sola domum & tantas ſeruabat Filia ſedes.

Hæc atque id genus alia multa narrauit continenter non ſecus atque ab initio: ita vt ſatis indicet ſe nouam Actionem aggredi : cum tamen duas actiones ac fabulas vno eodémque poëmate complecti vitioſum ſit ac turpe. Nam ſi eò confugias vt dicas hæc omnia ab vno eodémque Heroë eſſe profecta, atque hinc fieri vt actionis conſeruetur vnitas, iam nihil erat, cur Ariſtoteles Theſeidem & Herculeidem eo nomine reprehenderet,
55 quòd vnitate careret. nam Theſeis multas illa quidem actiones ſed vnius tamen eiuſdémque Herois continebat: ſic Heracleis. Ego verò fateor Herois vnitatem, ſi Ariſtotelem in conſilium adhibeas, non ſatis eſſe ad fabulæ vnitatem. Sed tamen illud etiam affirmarem, eſſe longè difficillimum in heroico poëmate fabulæ vnitatem cuſtodire. Cum enim heroica fabula pateat quam latiſſimè & ingenti rerum multitudine varietur (atque hinc eſt vt certis nullis concludatur temporis finibus) fit ſanè vt ægrè res omnes nectere liceat & neceſſaria aut veriſimili (id quod Ariſtoteles iubet) ratione copulare. Et hinc eſt vt Ariſtoteles ipſe, qui in poëmate fabulæ vnitatem neceſſariam eſſe ſtatuerat, ad extremùm fateatur Homerum quem alioquin diuinum facit, reuera nec in Iliade nec in Odyſſea fabulæ vnitatem cõſeruaſſe. Itaque eum excuſat quòd ſaltem ad eam propè acceſſerit. Ex quo ſanè fieret vt nobis eodem modo tueri Virgilium liceret : cum errores & bella ſic differant, vt vix fortaſſe poſſent in vnam eandémque fabulam coaleſcere.

Quanquam, ſi me audias, Virgilius ſic ea copulauit, vt inde vnigenam quoque actionem conſtituerit. Et quanquam hæc res percommodè in ſeptimo libro obſeruatur, præſtat tamen hoc quoque in loco eam agnoſcere vnde initium ducitur, & in quo diſſitæ iſtæ Actionis partes proponuntur. Ergo cum Aeneas in Latium perueniſſet, optatáſque penatibus ſedes quæreret, ecce tibi Regij paſtoris ceruus a Troianis transfigitur, vnde ſtatim ad arma concurritur, & ad bellum (præſertim Troianorum conſilio a Turno & Latinis cognito) deſcenditur. Itaque errorum finem ſic cum belli initio copulauit, vt neceſſaria ſeu veriſimili ratione ab erroribus bellum manauerit. ex quo fit vt fabulæ vnitas inde exiſtat: præſertim verò quia errores illos nondum peripetia erat conſecuta : nec quam poë- Explicatur.
56 mati ab initio fortunæ commutationem propoſuerat, vt Vrbem conderet Aeneas, contigerat. Vt proptera cum peripetia & nobilis illa fortunæ cõmutatio vnde actio abſoluitur, non ex erroribus modò, verùm etiã ex bello, quod ex errorum fine manauit, penderet, ac propterea errores ac bellum vnius Actionis euaderent partes, Virgilius fabulæ vnitatem conſeruauerit. Quanquam enim haud grauatè fatear ex Aeneæ erroribus & bellis non tam natura quàm arte & admirabili Poëtæ induſtria actionem conflatam eſſe vnigenam & ſingularem, cum non illi eſſent errores ex quibus bellum ſuapte conſequeretur, Virgilius tamen ex erroribus diſcordiam ſeruit, rurſus ex diſcordia bellum, ex bello victoriam, vnde fabulæ vnitas extitit & Actionis. Nec eſt cur noua nos perturbet inuocatio. nam in vna eadémque fabula inuocare ſæpè licet : quod & Homerus & Virgilius frequenter facit. Vbi enim res graues canendæ ſint & illuſtres, receptum eſt vt viam noua inuocatione munias : quemadmodum Oratori quoque licet inter dicendum attentionem renouare. Narratio verò varia & multiplex eſt neceſſaria, tantùm abeſt vt nouam inde actionem colligere liceat. Denique poëma narrationibus variatur ac ſpargitur vndique. Neque verò noua vtitur Propoſitione: ſed ea quæ ſtrictim ab initio indicauerat in generali propoſitione, dum arma proponeret ac virum qui multa paſſus eſſet bello, hîc tanquam expolitione dilatat illuſtrátque. Cum enim priorem argumenti partem abſoluiſſet, iámque ad poſteriorem, quam per arma iamdiu deſignauerat, accedendum foret, è re erat huiuſce partis grauitatem nobis in memoriam reuocare & expolitione declarare. Et hac de cauſa non ait, Nouus rerum mihi naſcitur ordo, aut nouum opus moueo, ſed maius opus moueo, maior rerum mihi naſcitur ordo: quod eſt, jam mihi grauior argumenti pars ſuccedit in qua non errores ſed bella

tractanda ſunt . Vt proinde Erato mihi ſit inuocanda . Hæc vt Aeneidem ab ijs tuear, 57
qui geminam illi aſcribunt fabulam. Nam quantopere hac in re noſter Vates ſuperauerit Homerum, & quid de Homero ſit ſentiendum, nos tum in noſtra Comparatione tum in Ariſtoteleæ Poëticæ Commentarijs docuimus copioſè; fortaſſe etiam in progreſſu, ſi noua id occaſio poſtulauerit, attingere non grauabimur. Iam verò illud etiam hærentes habet interpretes, quòd de condenda Vrbe canitur in Propoſitione, dum enim ait,

III. Dubitatio; ob quā requiritur NVM Aeneis ſit abſoluta atque perfecta.

Multa quoque & bello paſſus dum conderet Vrbem,

ſignificare omnino videtur Aneæ condendam fuiſſe Vrbem, ídque inter cætera eſſe canendū, ſed tamen hanc Vrbē, præſertim dum bellum gereret, condidit nunquā. Et ſanè fateor Aeneam cum in Thraciam appuliſſet, Vrbē ædificare cœpiſſe; nam in III. ſic canit,

Terra procul vaſtis colitur Mauortia campis:
(Thraces arant) acri quondam regnata Lycurgo:
Hoſpitium antiquum Troiæ, ſociíque penates,
Dum fortuna fuit, feror huc, & littore curuo
Mœnia prima loco, fatis ingreſſus iniquis:
Aeneadáſque meo nomen de nomine fingo.

Sed hanc Vrbem & ſtatim ferè deſeruit a Polydoro admonitus vt inde aufugeret, & verò procul a bello fundare cœpit. Denique paulò poſt in Delo ab oraculo didicit non in Thracia eſſe fatales ſedes, ac terram in qua Troia excitanda eſſet, ſed in ea regione vnde primùm Troiani duxiſſent originem.

Dardanidæ duri, quæ vos a ſtirpe parentum
Prima tulit tellus, eadem vos vbere læto.
Accipiet reduces: antiquam exquirite matrem.
Hic domus Aeneæ cunctis dominabitur oris,
Et nati natorum, & qui naſcentur ab illis.

Fateor etiam in Cretam nauigaſſe, ibíque Vrbem fundaſſe, quam Pergameam dixit. 58

Ergo auidus muros optatæ molior Vrbis,
Pergameámque voco: & lætam cognomine gentem
Hortor amare focos, arcémque attollere tectis.

Sed rurſus peſtilentia ingruente ſedes mutare coactus eſt; præſertim verò cum penates Troianos admonerent non in Creta ſed in Heſperia fatalem terram requirendam, ac propterea in Italiam nauigandum.

Eſt locus, Heſperiam Graij cognomine dicunt;
Terra antiqua, potens armis atque vbere glebæ
Oenotrij coluere viri: nunc fama, minores
Italiam dixiſſe, Ducis de nomine gentem:
Hæ nobis propriæ ſedes: hinc Dardanus ortus.

Itaque in Italiam curſum intendit: ibidémque cum tandem aliquando deſcendiſſet, Vrbem ſibi condendam, in eâdémque penates collocandos, propoſuit. Quapropter cum vix deſcenſionem feciſſet, & cœlitus optatæ ſibi terræ auguria magno cum ſplendore affulſiſſent, canebat,

Dicitur hic ſubitò Troiana per agmina rumor
Aduenisse diem, quo debita mœnia condant.

At quî tandem aut vbi hanc fundauit Vrbem? Nuſquam interim. Vt propterea Aeneis imperfecta & manca cenſenda ſit. Agedum igitur totam hanc dubitationem attentiùs explicemus, quærentes priùs Num Aeneis abſoluta ſit atque perfecta. Hinc enim licebit animaduertere ac ſtatuere num Vrbs illa condita fuerit, nec ne. Denique cum turpiter ignoretur. An perfectum ſit & abſolutum Poëma illud quod explanandum ſuſceperis, id omnino conſtituamus neceſſe eſt. Neque verò requirendum hoc tempore num ex Hemiſtichijs, quæ Aeneide totâ diſſeminata ſunt, quædam imperfectam quoque habeant ſententiam (de hac enim re vbi ſeſe illa obtulerint) ſed num ea quæ ſibi Vates proponit canenda, in Poëmate continenter proſequutus ſit omnia. Propoſitio enim ſine dubio ea eſt ex qua Aeneis dijudicanda eſt & an abſoluta ſit æſtimanda. Denique ea carmina 59

Multa quoque & bello paſſus, dum conderet Vrbem,
Inferrétque Deos Latio: genus vnde Latinum;
Albaníque patres, atque altæ mœnia Romæ,

habent

Digitized by Google

habent dubitationem tum propter Vrbem, quemadmodum dicere cœpi, tum propter Deos qui in latium importandi eſſent, tum propter Latinum genus quod procreandum indicatur: ac de his ſingulis inſtituenda erit dubitatio.

Principiò igitur nequaquam eſt quod dubitemus aut inficiemur Aeneam (ſi Virgilium audiamus) eo conſilio ſoluiſſe & nauigaſſe, vt nouam Vrbem conderet ac Troianũ Regnum veluti excitaret: id enim Oracula paſſim illum admonebant. Itaque ſtatim atque in Thraciam peruenit, Vrbem condidit quam ſuo de nomine appellauit. Quòd ſi de Polymneſtoris crudelitate admonitus, inde ſtatim diſceſſit, ac Delum nauigauit; mox etiã de fatali ſolo Oraculum conſuluit, & in Cretam item nauigans Pergameam condidit. Tametſi, quoniam perperam exiſtimauerat eam inſulam ab Oraculo tanquam fatalem terram indicari, inde etiam diſceſſit, ac latium, quod tandem fatalem terram eſſe planè didicerat, tenuit. Quid eſt igitur cur non fatalem Vrbem illam, cuius cauſa in Latium deſcenderat, in Latio condidiſſe memoretur? Certè hinc Aeneidem imperfectam eſſe ſatis ſupérque intelligitur: præſertim verò quia cum alieno loco ſemel atque iterum Vrbem ædificaſſet, multò magis ædificanda fuit cùm in fatalem terram perueniſſet, de qua iam dubitatio aut ſuſpicio ſupererat nulla. Deinde propoſitio ſine dubio eſt quoddam veluti ſeminarium Narrationis & Tractationis: ac propterea ſibi mutua proportione reſpondent: ita vt Tractatio ſit ampla quædam & dilatata propoſitio, propoſitio contrà perbreuis anguſtáque Tractatio, perinde ac de inſcriptione diximus & propoſitione. Cùm igitur in propoſitione canat

Non eſſe abſolutam probatur. I.

II.

60 *Multa quoque & bello paſſus dum conderet Vrbem,*

poſtulabat ſanè ratio vt in Tractatione Vrbem conderet ſeu Aeneam condentem Vrbem induceret: præſertim cùm & bellum & quæ interim Aeneas paſſus eſſet, cecinisſet. Huc accedit quòd Dionyſius Halicarnaſſæus ac Liuius perſpicuè ſatis teſtantur Lauinium ab Aenea in Latio fuiſſe conditum, & ab Lauinia vxore appellatum. Quis igitur inficiari audeat Aeneidem eſſe imperfectam, cùm eiuſmodi ædificationem prætermiſerit Virgilius? id quod eò magis fatendum eſt quòd & in primo libro & in duobus poſtremis Vrbem hanc fatalem condendam ac Lauinij nomine appellandam teſtatus ſit. Et huc etiam pertinet quòd Valerius Maximus ſcribit Deos iſtos Lauinium ab Aenea fuiſſe illatos. quod item argumento eſt Virgilium morte occupatum Vrbis ædificationem quam omnino decantare ſtatuiſſet, prætermiſiſſe. Sed & interpretum multorum authoritas accedit atque conſenſio, qui fatentur iurè hanc Vrbem requiri ad extremùm, ac propterea videri noſtrum Vatem non expleuiſſe quæ de Vrbe condenda ac penatibus Dijs in ea collocandis ſibi propoſuerat ab initio. Quid quòd Vegius hac vna de cauſa decimumtertium librum addidit Aeneidi, quòd ea deeſſe animaduertiſſet quæ paulò ante commemorabam? Itaque cùm Virgilius duodecimum librum Turni morte atque Aneææ victoria concluſiſſet, Rutulos Vegius in decimotertio ſubegit Aneææ, Latinam gentem cum Troiana conſociauit, imprimíſque Vrbem fatalem condidit, Deos in ea collocauit, ac demum, quoniam Iuppiter edixerat Veneri, fore vt illa magnanimum Aeneam tolleret ad ſydera, Venerem ipſam induxit quæ natum extulit in cœlum. Hæc Author iſte vt expleret Aeneidem. Denique cum Virgilius morti proximus cremari Aeneidem iuſſerit, ídque teſtamento etiam mandarit, quis non animaduertat id ea planè de cauſa iuſſiſſe quòd imperfecta eſſet, ac propterea eum pudere veluti colophone deſtitui opus, vnde turpe ac monſtruoſum videri poſſet? Nam qui Virgilium per morbum deliraſſe aiunt dum id præciperet, verendum eſt ne delirent ipſi. non enim deliris teſtandi ſit poteſtas, ſed ijs qui ſi non corpore, mente ſaltem, valent & iudicio. Hæc habui quibus ſuaderem minùs abſolutam atque perfectam eſſe Aeneidem.

III.

Val. l.1.c.1. IV.

V.

VI.

VII.

61 (beside: "nè de cauſa iuſſiſſe quòd imperfecta eſſet")

Nunc quaſi mutata nauigatione ad contrariã ſententiã dilabamur. Ac primùm certũ eſt Virgilium illud ſibi propoſuiſſe in hoc Poëmate vt Homeri Odyſſeam & Iliadem imitaretur: ita tamen vt Homericam prolixitatem declinaret. quapropter quam Homerus quatuor & viginti libri comprehenderat Odyſſeam, ſex expreſſit noſter Vates, atque ita expreſſit, vt nihil in illis deſideretur. Cùm igitur Homerus quatuor item ac viginti libris Iliadẽ conflaſſet, atque hanc ſex rurſus libris expreſſerit Virgilius, quis credat librum vllum addere voluiſſe aut ſex libris iſtis Iliadem non vndiq; perinde atque Odyſſeã exprimendã ſtatuiſſe? Nã ſi quis cauilletur obijciátque, ſi nõ liber vllus ſubijciẽdus ſit, duodecimũ ſaltem eſſe imperfectũ, is inde errorem agnoſcat ſuũ, quòd hic liber & optimo fine

Contraria ſententia ſuadetur. I.

concluditur, nimirum Turni morte Aeneaéque victoria, & carminum numero æquat
cæteros, aliquos etiam ſuperat. Quod argumento eſt Virgilium nihil ſibi addendum
putaſſe aut ſtatuiſſe. Deinde certũ eſt ea de cauſa poſtulaſſe ab Auguſto vt ſibi liceret in
II. Græciam nauigare, quòd cuperat Aeneidem, non quidem abſoluere, ſed emendare, lima-
re, perpolire: ſic enim teſtantur omnes. Si igitur argumentum ipſum ſpectemus, deſide-
ratur nihil. Ac profectò, cùm Aeneidem elaboraſſet Auguſto flagitãte, atque illi in dies fe
rè eam lectitaret, quis credat ita ad extremùm illam Auguſto obtuliſſe, vt fine careret, ac
III. monſtri inſtar appareret? Neque verò illud eſt prætermittendum, Auguſtum ea lege Tuc
IV. cæ ac Varo præcepiſſe vt nequid adderent Aeneidi, ſed delerent potiùs ſiquid otioſum
aut redundans videri poſſet. Ex quo factum eſt vt tum Propoſitionis initium; tum ex ſe-
cundo viginti circiter Carmina reiecerint illi quidem, addiderint nihil quod argumento
eſt Virgilium ſatis antea indicaſſe abſolutam eſſe Aeneidem ſi argumentum ſpectemus; 62
limandam tamen ac perpoliendam, & in aliquibus caſtigandam. Non igitur vel liber ali-
V. quis addendus erat, vel producenda longiùs Aeneis. Denique quî fieri poſſit, vt nemo an-
te Vegium, hoc eſt ante ætatem fermè noſtram, viderit & clamarit Aeneidem eſſe tot par
tibus imperfectam. Seu tam multa in ea deſiderari? Vel igitur vnus Vegius vigilat ac
ſapit, ita vt cæteri dormitaſſe videãtur, vel certè bonus iſte vir dormitat altiùs ac toto
aberrat cœlo.

Dubitatur. At enim non malè tuam confirmaſti ſententiam; ſed tamẽ illud rei caput eſt ac vertex, vbinam fundetur Vrbs illa fatalis, vbi penates Dij in ea collocentur. Cum enim Aeneæ bella, quaéque is paſſus eſſet, cecinerit noſter Vates, poſtulabat ſanè ratio vt quoniam Vrbis ædificationem & Deorũ collocationem cum bello cõiunxerat in Propoſitione canẽs,

Multa quoque & bello paſſus dum conderet Vrbem,
Inferrétque Deos Latio ——

Vrbs iſta inter bellandum conderetur: penates quoque Dij eodem tempore in Vrbem illam inueherentur: ita vt ægrè videatur contrarijs argumentis occurri poſſe. *Reſpondetur.* Ego verò ſic ſtatuo. Aeneas reuera apud Virgiliũ Vrbem condidit de qua loquitur Propoſitio. Etenim vix deſcenſionem fecit in Latium, cum Vrbem deſignauit extruxítque: ita vt quemadmodum in Thracia aut in Creta ſtatim ac deſcendit, Vrbem condidit, ſic in Latio. Et hoc eſt quod ſignificatur dum canitur

—— Ipſe humili deſignat mœnia foſſa
Molitúrque locum, primáſque in littore ſedes
Caſtrorum in morem pinnis atque aggere cingit.

dum enim mœnia deſignat ſedéſque condit, Vrbem deſignat & condit. *Dubitatur rurſus.* Neque verò mihi obijciat quiſquam, has ſedes caſtra ſæpè ac vallum appellari, & veriùs militare munimentum fuiſſe & caſtra quàm Vrbem: *Reſpondetur.* nam eidem munimento ſtatim ipſemet Vates Vrbis tribuit nomen dum canit. 63

Aeneas Vrbe & Socijs & Claſſe relicta.

& alibi

—— Vltróque incluſerit Vrbi:

hoc enim intelligit munimentum. Quid multa? huius Vrbis nomen quoque expreſſit dum caneret

—— Nec te Troia capit ——

cum enim Numanum transfixiſſet Aſcanius, ecce tibi Apollo, vt eum quaſi Alexandrum alterum laudaret, Nec te Troia capit; ſubdit è veſtigio, Vrbis illius prodens nomen. Et ſanè hanc planè Vrbem, Troiam inquam, intelligit item Liuius, dum ait Ab Sicilia Troianos Claſſe Laurentum tenuiſſe, addítque, Troia & huic loco nomen eſt. Quanquam obijcies fatalem Vrbem intelligi dum canitur *Dubitatur adhuc.*

Multa quoque & bello paſſus dum conderet Vrbem,

quaéque non Troia ſed Lauinium eſſet nuncupanda. Itaque & Iuppiter

—— Cernes Vrbem, & promiſſa Lauini
Mœnia ——

inquit Venerem filiam alloquens: & Aeneas ipſe in XII. Vrbẽ ſibi adhuc ædificandam, ac Lauinium a Lauinia appellãdam teſtatur. Vt omittam Drancem etiam in XI. hoc eſt multò poſt Troiam illam conditam, ſe Vrbi ædificandæ ſaxa ſubuectandi cupidum oſtendere. Et hanc quoq; Vrbẽ Dionyſius ac Liuius conditã ſcribunt ac Lauiniũ appellatam: ita vt

cum

Digitized by Google

cum hanc prætermiſerit Virgilius, Aeneis adhuc imperfecta dicenda ſit. Minimè verò. Etenim ſi Lauinium intellexiſſet dum diceret

Multa quoque & bello paßus dum conderet Vrbem,

turpiter mentitus eſſet. Aeneas enim poſt deuictum Turnum triennio toto regnauit ac pacificè regnauit. Id quod Iuppiter ipſe apud Virgilium edixerat futurum dum diceret

Bellum ingens geret Italiâ: populóſque feroces
Contundet, moréſque viris & mœnia ponet
Tertia dum Latio regnantem uiderit æſtas
Ternaque tranſierint Rutulis hyberna ſubactis.

Itaque poſt idem triennium Lauinium condidit & pacificè condidit, ita vt nihil interim paſſus ſit, tantùm abeſt vt bellum geſſerit & multa ſit paſſus dum Lauinium conde-
64 ret. contrà tamen multa paſſus eſt dum Troiam conderet, cum ingentem Troianorum ſtragem ediderit Turnus: idémque dicendum dum in latium inferret Deos. Cum enim ex Hetruria magna cum militum manu rediiſſet, & aperto iam Marte cum Turno decertare cœpiſſet, multos ex Troianis ac ſocijs reliquis, in primis verò Pallantem, amiſit: ipſe quoque vulneratus eſt, quod tum planè illi accidit, cum in Latium Deos vt inferret, arma conuertit. Ita vt noſtra hæc ſententia perſpicuè oſtendat poſtremam hanc Propoſitionis partem cum Narratione, Narrationem cum Propoſitione, conſentire. Quod tamen nullo modo oſtendere poſſunt qui Vrbem iſtam Lauinium eſſe dictitant, & huc pertinet etiã quod Virgilius canit, Aeneam Primas in littore ſedes collocaſſe: omnino enim primas appellare videtur vt intelligamus alias etiam ſedes fuiſſe poſtea ſtatuendas, perinde ac Iuppiter, Drances, Aeneas ipſe deinde teſtati ſunt. Non igitur ſui immemor fuit Virgilius, ſed quod propoſuerat præſtitit. At enim cur non ſecundæ Vrbis, Lauinij inquam, cecinit ædificationem? Ea de cauſa, quia hæc multò poſt bellum condita eſt: cum tamen Virgilius interim Aeneæ errores ac bella canere decreuiſſet: hæc enim heroicæ fabulæ grauiſſimũ ac benè longum offerebant argumentum: quod producendum non fuerat longiùs ſed Turni morte & Aeneæ victoria terminandum, vt tum nobili fine clauderet Poëma, & fabulæ, quoad eius fieri poſſet, conſeruaretur vnitas, ſiue vnica inde exiſteret actio: id quod nullo modo contigiſſet ſi ea rurſus ſubnectere ſtuduiſſet quæ triennio poſt geſta fuerant. Quin ne ſiquidem ad vnigenam Actionem reuocari hæc potuiſſent, erant canenda: heroica enim facta ad heroicum pertinebant poëma & in quibus Aeneas fortiter multa & egiſſet & paſſus eſſet, ac ſui admirationem excitaſſet: non quæ pacificè ac ſine heroicæ virtutis ſignificatione aut admiratione peregiſſet, cuiuſmodi fuit Lauinij ædificatio. Atque huc
65 etiam pertinent verba quibus ad extremùm Iuno ſupplicat Ioui,

Dubitatur rurſus. Reſpondetur.

Pro Latio obteſtor, pro maieſtate tuorum:
Cum iam connubijs pacem fœlicibus (eſto)
Component, cum iam leges & fœdera iungent,
Ne vetus indigenas nomen mutare Latinos,
Neu Troas fieri iubeas, Teucróſque vocari:
Aut vocem mutare viros aut vertere veſtes.
Sit Latium, ſint Albani per ſæcula reges:
Sit Romana potens Italâ virtute propago.

eâdem enim ſupplicatione eodémque tenore verborum ſupplicat pro Albanis ac Romanis, quo pro Latio obteſtatur, pro connubijs, pro fœdere inter Latinos Teucróſque iungendo. Cum igitur pro Albanis & Romanis haud ſupplicet quaſi verò horum quoque ſucceſsionem ſubiicere ac decantare conſtituerit, ſed potiùs vt ea omnia, quippe quæ futura aliquando erant, optaret ac prædiceret, idem ſanè de fœdere, connubio ac cæteris illis pro quibus ſupplicat, ſentiendum eſt: ea enim flagitando ominatur. Et hinc eſt vt dũ hæc flagitat, eas voces vſurpet, *Cum iam component, cum iam leges & fœdera iungent:* ſpectat enim oratio in ea facta quæ non quidem interim erant decantanda, quemadmodum errores & bella decantantur, ſed optanda &, quoniam futura erant, ominanda.

Atque hinc iam animaduertere licet, cur dicat tum quoque paſſum eſſe dum inferret Deos Latio: cum tamen ad extremùm non faciat illum penates in Latium vel certè in Vrbem ac ſedes quas penatibus quærebat inferentem. Nam fateor quidem penatibus etiã quos ſecum detulerat & in Latium adduxerat, ſedes fuiſſe attribuendas, ſed poſt victoriã, qua tamen claudere ſtatuerat poëma: ita vt non hoc ſibi factum proſequendum & canendum

IV. Dubitatio. Explanatur.

Digitized by Google

dum proponat,ſed quoniam reuera euenit poſtea, ominandum, Nam eueniſſe, Valerius *lib. I*
Maximus aliíque multi teſtantur. Quin Dionyſius Halicarnaſſæus ſe in templo quodam *c. 8.*
Penates iſtos vidiſſe ſcribit. Erant autem lignea quædam Idola (ſi quibuſdam credimus) 66
in quibus Veſta & alia ſuperſtitioſa colebantur numina, quæ ſanè cum Dardanus ex Italia
ſecum detuliſſet in Phrygiam, atque Ilij collocaſſet, Aeneas ignibus erepta, vnà cum Ve-
ſtæ igne quem perpetuò aſſeruabant, ſecum euexit. Et idcirco quemadmodum Hector
verbis illis Aeneam compellauerat.

Sacra ſuóſque tibi commendat Troia penates:
Hos cape fatorum comites, his mœnia quære.
Magna pererrato ſtatues quæ denique ponto.
Sic ait & manibus vittas Veſtámque potentem
Aeternúmque adytis effert penetralibus ignem,

Sic Aeneas hæc omnia dum bellum gereret non quidem Lauinium detulit & in ſacris
vel potiùs ſuperſtitioſis ædibus collocauit, (hæc enim nondū extructa fuerant) ſed in Latiū
intulit, cū ſ. eò deſcēdiſſet, ac bellū ſuſcepiſſet. Et ideò verè ait Poëta multa quoq; paſſum
V. fuiſſe Aeneā dū inferret Deos in Latium: quod tamen falsò dixiſſet ſi Lauiniū intellexiſ-
Dubitatio. ſet. Quod ſi ſubijcit inde futurum Latinum genus, Albanos patres, altæ mœnia Romæ,
hæc ſanè haud proponit canenda quemadmodum cætera (tametſi hæc quoque præclaris
Reſpondetur. epiſodijs ante victoriam attingit ac nobili effert præconio) ſed tantùm ad attentionem ac
beneuolentiam ſibi conciliandam, admirationémque ciendam monet fore vt inde Lati-
num genus, Albani reges, Roma denique, hoc eſt totius terrarum orbis regina, proceden-
te tempore propagetur. Alioquin qui pugnaret Virgilio fuiſſe canendam Albanorum re-
gum hiſtoriam & Romanæ vrbis ædificationem quòd ſignificauerit ab Aenea Albanos
Dubitatur ac Romanos eſſe propagandos, perinde faceret ac ſi vellet etiam me Bucolica & Georgi-
adhuc. ca interpretari quòd ab initio dixerim Virgilium qui Aeneidem cecinit, Bucolica quo-
que & Georgica compoſuiſſe. Quanquam Albanos (dicat quiſpiam) & Romanos con-
ſtat ſatis fuiſſe hinc propagandos. cum Albam Aſcanius poſt annos triginta, Romam, Ro 67
mulus poſt quadringentos, ædificarit, at Latini erant antea. Itaque Iuno apud Virgilium
ſic canit,

Pro Latio obteſtor.——
Ne vetus indigenas nomen mutare Latinos.
Neu Troës fieri iubeas ——

& rurſus in VII. narrandum proponit.

Quis Latio antiquo fuerit ſtatus, aduena Claſſem
Cum primùm Auſonijs exercitus appulit oris:

Reſpondetur. Sed tamen cum a Troianis, qui Latinum ſubinde nomen acceperunt, inſtauratum & con
ſeruatum ſit Latinum nomen quod alioquin iure belli (id quod Iuno ſatis indicat) delen-
dum & in Troianum conuertendum erat, fortaſſe non iniuria ab Aenea & Troianis dici-
tur fuiſſe Latinum nomen. Quanquam tutius ſit dicere Latium dilatatum, & in vetus ac
nouum diſtinctum, ita ut cum nouum a Troianis extiterit, atque ab hoc Albanum, & ab
Albano Romanum, iurè inde Latinum genus Albanúmque ac Romanum Regnum dici
poſſit deriuatum. Certè dum Plinius antiqui Latij & noui mentionem facit, & Virgilius
ipſe ſibi canendum proponit,

Quis Latio antiquo fuerit ſtatus,

huic ſententiæ fauet mirificè. Et hoc etiam ſibi fortaſſe voluit Iuſtinus dum ab Aenea La-
tinos ortos faceret. Hæc de Propoſitione. quæ enim in Heroica Propoſitione leges feren-
dæ & obſeruandæ ſint, eæ in Procemij fine ſubijcientur commodiùs,

INVOCATIO. *part. III.*

Muſa mihi cauſas memora: quo numine læſo,
Quidue dolens Regina Deum, tot voluere caſus
Inſignem pietate virum, tot adire labores,
Impulerit. tantæne animis cæleſtibus iræ?

Propoſitione abſoluta, ad Inuocationem deſcendit noſter Vates: in qua ſanè cauſas ſibi a
Muſa commemorari poſtulat propter quas Iuno Aeneam, hoc eſt virum pietate inſignē, 68
tantoperè ſit perſecuta. De qua tamen re, atque adeò de tota huius Inuocationis ſenten-

tia,

Digitized by Google

tia,quoniam ſuas habet dubitationes,eáſque grauiſſimas, in progreſſu copioſè. Interim enim lubet paulò rem altiùs ordiri, ac primùm de Inuocationis cauſa & vſu, déque Muſarum ac Poëtici furoris inuentu, pauca quædam præfari, quibus ad Virgilianam Inuocationem ſenſim deſcendam.

Ergo inuocat Virgilius: ac iurè. Si quid enim eſt hominis proprium,illud maximè eſt, vt diuinum inuocet Numen. Cætera enim animantia reuera numen nec inuocant nec colunt,ſed ne agnoſcunt quidem,vnus homo eſt,qui illud & agnoſcit & inuocat & veneratur. Itaque Philoſophorum Coryphæus Plato ea planè de cauſa fictum cenſuit hominem & procreatum vt Deum coleret & inuocaret. Quapropter in libro de vniuerſitate, cum, ad hominis procreationem deueniſſet, tum planè Animal illud condendum eſſe dixit, quod diuinum Numen agnoſceret & inuocaret. Quanquam ea etiam de cauſa noſter Vates inuocat,quòd intelligat arduum ſibi opus inſtituendum ac difficillimum. Dum enim illud aggreditur opus in quo ſummi Herois bella erroréſque decantare illiúſque virtutem celebrare decreuiſſet,(quod ſine dubio eſt per ſe arduum) cum ijs Romanorum gloriam coniungere & Auguſto canere,qui terrarum orbis imperio potiretur, & cum Ioue ipſo quodammodo Mundi Imperium partitus eſſet, conſtituerat. Et hac de cauſa ita clauſit Propoſitionem,vt ſignificaret eum ſibi Heroëm canendum a quo non modò Latinum aut Albanum,verùm etiam Romanum Imperium eſſet propagādum. Adde idcirco etiā inuocaſſe,quòd apud Poëtas conſuetudine receptum eſſet,vt heroicum poëma inſtituētes,diuinum inuocarēt numen. Quem morem Homerus,Heſiodus ac cæteri fermè omnes coluerāt,ita vt turpe eſſet a laudatiſſimo hoc inſtituto diſcedere. Præſertim verò quia olim,Oratores quoque id facere conſueuiſſent. Certè Demoſthenes Græcorum oratorū
69 vertex ſæpè,cum ad dicendum veniret,inuocauit: Pericles etiam,hoc eſt magnus Orator, cum orationem inſtitueret,Deum(ſi Plutarcho credimus) enixè precabatur vt ne verbū quidem ſibi dicenti ex ore imprudenter excideret. A quo more haud ſanè abhorruit latinæ parens eloquētiæ M. Tullius: nam præterquam quod in Oratione pro Rabirio,pro Murena,atque alibi ſæpè inuocat: in hac ipſa quam pro Murena habuit,oratione,dum inuocaret,ſe aliàs quoque hunc coluiſſe morem teſtatus eſt. Id quod iamdiu Plato & fecerat & faciendum præceperat, *Si enim* (inquit) *omnes qui aliquid ſapiunt, ſic ſe gerunt, vt Deum, quicquid inſtituant, ſiue magnum illud ſit ſiue paruum,ſemper inuocent,quantò magis id nobis erit faciendum qui de Vniuerſitate inſtituimus diſputationem?*

Cur inuocet, oſtenditur. I. II. III.

At enim ſit iſtud: ſed cur inuocat Muſam? ea de cauſa,quia peruulgatum eſſet Mūſas eſſe Iouis ac Memoriæ filias proindéque res geſtas memoria fideliter complecti & condere,& quoniam meminiſſent,poſſe cæteris commemorare. Id quod egregiè expreſſit Virgilius in VII. dum inter inuocandum caneret

Cur inuocet Muſā. I.

Et meminiſtis enim Diuæ,& memorare poteſtis.

Quo in loco ſine dubio Homerum eſt imitatus qui in II. Iliados, vt Latinè audiatur; ſic canit.

Dicite nunc Muſæ cæleſtia templa colentes,
Vos etenim Diuæ cum ſitis, cuncta tenetis:
Omnia præſentes vidiſtis,& omnia noſtis:
Ad nos vix tenuis fama perlabitur aura.

Sic Homerus. Quanquam ea etiam de cauſa inuocat Muſas,quòd priſci illi mortales exiſtimarent aut venditarent Muſas in Apollinis eſſe tutela (nam ideo Muſagetes dictus eſt Apollo) proindéque Vaticinio præeſſe,ac Poëtas afflare,& canentibus aſpirare. Ita vt Muſæ in primis inuocandæ eſſent Poëtis. Verumtamen illud quoque fatendum eſt,hinc ambitioſiùs dignitati ſuæ conſuluiſſe: nam videri atque appellari & Sancti & Vates affectabant. Itaque Ouidius.

II. III. *Vbi de poetici furoris inuentu.*

70 *At ſacri Vates & Diuum cura vocamur;*

& rurſus;

Eſt Deus in nobis,agitante caleſcimus illo.
Sedibus æthereis ſpiritus ille venit.

Itaque M. Tullius vt Archiæ faueret, *A ſummis* (inquit) *hominibus eruditiſſimiſque accepimus cæterarum rerum ſtudia & doctrinas & præceptis & arte conſtare; poëtam natura ipſa ualere, & mentis uiribus excitari,& quaſi diuino quodam ſpiritu afflari. Quare ſuo iure noſter ille Ennius ſanctos appellat Poëtas,quòd quaſi Deorum aliquo dono atque munere commendati nobis eſſe videantur.* Et rurſus,

To.2.p. 211. in Aldo 6. fol.

ſus. *ſæpè* (inquit) *audiui Poëtam bonum neminem* (*id quod a Platone & Democrito in ſcriptis relictũ eſſe ferunt) ſine inflammatione animorum exiſtere poſſe, & ſine quodam afflatu quaſi furoris.* In quam vel opinionem vel ſuſpicionem Ethnici (nam de noſtratibus, qui furorem poëticum excipiunt ac tuentur mordicus, miror) incidére, quòd Dæmones, qui a cæcis illis mortalibus in Oraculis colerentur, carmina ſæpè funderent, homines etiam occuparent, verſus inde fundentes ac poëmata. Nobis tamen dum poëmata pangimus, verum Numen inuocare præſtat, vel certè Muſas elegantiæ tantùm cauſa, & venuſtatis, non ſuperſtitioſo Ethnicorum conſilio ac more. Certè cum Muſa, quaſi μελοῦσα, Orpheo teſte, tantùm ſignificet, Priſci illi mortales Cantum ad quandam veluti diuinitatem reuocantes (id quod paſſim facere conſueuerant in multis) Muſam ſeu cantum donarunt diuinitate. ex quo deinde factum eſt, vt quoniam cantus vel voce, vel fidibus, vel flatuoſis (vt ita dixerim) inſtrumentis, vt tibijs editur, tres conſtituerint Muſas. Tametſi cum Sycionij (ſcribit hoc Varro) tres iſtas Muſas a tribus artificibus ære exprimendas curaſſent, vt pulcherrimas deligerent quas Apollini conſecrarent, factum eſt vt quoniam omnes videbantur pulcherrimæ, omnes illi & exceperint & Apollini dicauerint. Itaque eleganter Auſonius. 71

Muſis & earum diuinitati vnde ortus.

Tres ſolas quondam tenuit quas dextera Phœbi:
Sed Sycion totidem ternas ex ære ſacrauit.

Ita factum eſt vt decurſu temporis Poëtæ atque alij multi licenter multa de illis commẽti ſint, quæ earum diuinitatem ſuperſtitioſè augent. Tametſi nõ Poëtæ ſolùm, verùm etiã Philoſophi (ſi Deo placet) atque inter hos Plato, multò verò magis Platonici, Muſarum diuinitatem extulere, eas ad cœleſtes orbes ciendos (quanquam hac de re, quod pertinet ad Platonem, copioſiùs opportuniore loco) ac muſicum concentum edendum traducẽtes, ſexcentáſque inde nænias nobis obtrudentes, quas percenſere longum eſſet. Quapropter Muſas iſtas elegantiæ cauſa (vt dicebam) inuocare quidem nobis liceat: diuino illas nomine ornare, præſertim ſeriò, aut opem ab illis implorare, haud liceat. niſi tamen eas ad meliores fruges traducas, verum numen (id quod egregiè Italicorum epicorum fecit princeps) Muſæ a qua opem flagitat, agnoſcens nomine. Itaque (vt eum Italicè canentem audiamus, eſt enim qui audiatur digniſſimus) ſic Muſas ad optimas fruges reuocauit.

Muſæ qua tandem ratione a nobis inuocãdæ.

O Muſa, tu che di caduchi allori
Non circondi la fronte in Helicona,
Ma sù nel Cielo infrà i beati Chori
Hai di Stelle immortali aurea corona,
Tù ſpira al petto mio celeſti ardori.

Quibus ſine dubio diuinum Spiritum intelligit Muſæ nomine: huius enim eſt inſpirare cœleſtia. Sed redeo ad Virgilianam Inuocationem: in qua ſanè a Muſa poſtulat Vates ſibi memorari cauſas propter quas Iuno Aeneam tantoperè ſit perſecuta. Cum enim eſſet vir pietate inſignis, quis non miretur a cęleſti numine tot tantiſque caſibus & infortunijs inuolui, tot periculis ſeu tot ærumnis & calamitatibus agitari? Si enim ægrè feras mortalem tali tantóque odio æſtuare, quis ferat diuinum numen, a quo vel maximè liuor & perturbatio abeſſe debet ira atque odio in Heroëm pietate inſignem exardeſcere? Itaque exclamat noſter Vates, ac non admiratione ſolùm verùm etiam indignatione commotus, 72

Quæ ſit germana propoſita Inuocationis ſententia.

—— tantaéne animis cœleſtibus iræ?

Hæc eſt germana huius loci ſententia & vis. Tametſi (vt verè fatear) verborum conſtructio ſubdura videri poteſt ac ſpinoſa: & ideo facilè crediderim locũ hunc ex ijs fuiſſe quos Virgilius planiores effeciſſet, ſi (quod decreuerat) Aeneidem emendare ſibi ac perpolire licuiſſet. Et quidem ſi dixiſſet, Muſa mihi memora quo numine læſo, & quæ ſequũtur, nec *Cauſas* interpoſuiſſet, commodiùs explicaretur locus: ſed cum interim *Cauſas* interponat (credo quòd videri vellet bonos Hiſtoricos imitari, qui cauſas præmittunt rerum geſtarũ narrationi) dicátque mihi cauſas memora quo numine læſo, hærere cogimur. Sed fortaſſe hæc eſt ſententia, Muſa mihi cauſas memora (propter quas ſcilicet Aeneas a ſuperis & a Iunone in primis, multùm ille & Terris & alto iactatus fuerit: hoc enim in propoſitione affirmauerat) & quo numine læſo, quídue dolens, eum inſectaretur Iuno. Nam dicere Muſa mihi cauſas memora quo numine, niſi quid ſuppleatur, ſubdurum & incõditum videri poteſt: Ita quidem requirit qua in re offenſa eſſet Iuno dum Aeneam inſectaretur: ac ſi fortè in nullo offenſa eſſet numine (pijſſimus enim erat) quid indoleret; propter quod eum inſectaretur. Hæc videri poſſit verborum vis ac ſententia. Nam vtrum læſum numen

a Iuno-

Digitized by Google

a Iunone ſit diſtinguendum (huc enim facilè recurrat dubitatio) id verò examinabitur
infrà opportuniùs. Nunc quædam attingamus quæ minùs ſpinoſa imò periucunda vi-
deri poſſint, & verò Poëtæ artificium etiam atque etiam pateſaciunt. Ergo dum dicitur
Muſa mihi cauſas memora haud ab re fuerit obſeruaſſe vocem iſtam deprecantis eſſe nō
imperantis: ſiquidem Muſæ ſupplicat ille quidem non imperat. Id quod indicaſſe velim *Iam in Ma*
ne nouus Protagoras aliquis Virgilium perinde atque Homerum carperet ac reprehen- *romana in*
deret. Certè cum Protagoras in illud incidiſſet Μῆνιν ἄειδε θεά, & Ἄνδρα μοι ἔννεπε Μοῦσα, *uocatione*
non dubitauit Homerum arrogantiæ inſimulare, quaſi imperaret Muſæ: cum tamen, ſi- *obſeruantur.*
in quis eas voces deprecando potiùs (id quod faciendum monet Ariſtoteles) quàm impe- *I.*
poet. rando proferat, arrogantiam præſeferat nullam. Et idcircò (vt id obiter notem) optan-
par. dum eſſet vt quod dicendo varijs flexionibus vocis ac bonis commodè indicamus, com-
98. modè etiam ac ſignificanter ſcripturâ quoque liceret exprimere. Id quod optimè fieret,
ſi quemadmodum interrogantes, ſic admirantes, increpantes, ironicè loquentes, impe-
73 rantes, deprecantes notâ aliquâ inter ſcribendum animi ſenſum indicaremus, ſimúlque
pronunciationi rationem ac modum præſcriberemus. Porrò huiuſmodi notarum defectu
cum alibi paſſim tum maximè in poëmate, præſertim Dramatico, hæremus, quæ ſit ſen-
tentia & quî efferenda ſint verba magnoperè dubitantes. Sed & illud eſt obſeruandum, *II.*
cautè omnino ac ſcitè *mihi cauſas memora* dixiſſe Virgilium, non *cane* aut *mihi referas*;
quòd velit ea ipſe canere: ac propterea ſibi poſtulat memorari ac ſuggeri. nam hinc tri-
cis ſeſe illis expedit, in quas inciderat Homerus dum eas voces *Cane Dea*, aut *dic Virum*,
inuocando vſurparet: cum canendi munus Muſæ tribuens, ipſe reuera in poëmate
reliquo delituerit, nec vllas ampliùs partes obierit. De qua tamen re copioſiús infra &
opportuniùs.

Neque verò hîc ſilendum eſt, Virgilium quemadmodum in Propoſitione tacitè famā *III.*
illam refellere cœperat, quæ Hiſtoricorum quorumdam culpâ de Aenea percrebuerat,
eum ſcilicet Patriam prodidiſſe; ita hîc in eandem curam, etſi aliud agere videatur, incum
bere: cum enim vir pietate inſignis appellaretur, pietas verò in Patriam vel maximè decla-
retur, quis Virgilium audiat, ac tali Aeneam crimine inſimulare audeat? & ob id credi-
derim factum vel maximè, vt Aeneæ pietatis titulum ac laudem tribuerit noſter Vates.
Et ſanè de Aeneæ pietate Virgilius paſſim toto poëmate, ſed in. II. inprimis, vbi oſtendit
quàm egregiè omnia pietatis officia tum Dijs penatibus præſtiterit, tum parenti, vxori,
nato, amicis, Priamoque inprimis qui calamitate premeretur; ac patriæ vniuerſæ. Ac pro-
pterea non neceſſe eſt quicquam de Aeneæ pietate commemorare hoc tempore. Tam-
etſi vnum præterire nullo modo poſſum quod ab Aeliano memoriæ proditum eſt. Etſi
enim de Aeneæ pietate Xenophon atque alij præclarè ſcribunt multa, id tamen quod ab
74 Aeliano commemoratur, dignum eſt quod audiatur. *Cum captum eſſet Ilium* (inquit hic au
thor) *Achiui, prout decebat Græcos homines, captiuorum ſortem miſerati, hoc per præconem denun-
tiarunt, vt ſinguli ex liberis ciuibus, quod vellent vnum aliquod ſecum auferrent. Aeneas igitur cæte-
ris neglectis, deos penates exportabat. Græci pietate viri oblectati, permiſerant inſuper vnum ex ſuis
poſſeſſionibus accipere. ille patrem annis & ſenio confectum, ſublatum in humeros portabat. obſtupe-
ſcentes etiam hoc facto non mediocriter ex omnibus eius facultatibus vt abſcederet permiſerũt; confiten
tes erga eos qui pietatem in Deos exercent, quique parentes reuerenter colunt, etiam natura inimicos nō
poſſe non æquos & placatos ſe præbere.* Sic Aelianus de Aeneæ pietate. Quam ſanè rem antea
Ouidius etiam carminibus commendarat cum caneret

——— Sacra & ſacra altera Patrem.
Fert humeris venerabile onus Cytherëius Heros
De tantis opibus prædam pius eligit illam,
Aſcaniúmque ſuum ———

Iam verò vocibus illis *tot voluere caſus*, videtur poëta vtcunque ad Syſiphum alludere. *IV.*
Syſiphus (vt eſt apud poëtas) ſaxum ſic voluebat vt nullum vnquam voluendi finem fa-
ceret. Itaque in prouerbium abijt, Syſiphi ſaxum voluere: quod de illis vſurpatur qui
nunquā ſe moleſtijs expediunt, ſed nouis ſemper laboribus ac difficultatibus implicantur.
Haud igitur dictu abſurdū putarim Virgiliū ad Syſiphū ſpectaſſe, quaſi Aeneas alter Sy-
ſiphus, ſed quis tamen ac probus, videri poſſet, dū Iunonis irâ tot caſus voluere cogeretur.
Dum verò ſubdit Virgilius Aeneam cogi item a Iunone *tot adire labores*, videtur tacitè
nouum quēdam Herculem proferre quem hoſtilem in modum rurſus perſequitur Iu-
no, cum

Digitized by Google

no, cum Aeneam perinde atque Herculem ad periculoſos labores impuliſſe dicatur. Et ſa
nè Virgilius in libro VIII. cum Herculis labores deſignaret, non diſſimili illos ratione de-
ſcripſit. nam, —— *Duros mille labores*
Rege ſub Euryſtheo fatis Iunonis iniquæ, 75 lib. 8. p.
VI. pertuliſſe ait. ita vt hîc Aeneam quaſi nouum Herculem, ibi Herculem quaſi priſcũ Ae- 312. u.
neam proferre videatur. Sed inſuper obſeruandum Aeneam hîc etiam ab ijs, quæ forti- 13.
ter tolerauerat, tacitè commendari: cum ſummæ fortitudinis munus ſit grauia & aduer-
ſa celſo animo perferre: quemadmodum Mutius indicauit apud Liuium. ſiquidem non
modò affirmauit facere & pati fortia Romanum eſſe, verùm etiam oſtendit ſibi ad mor
tem perferendam non minùs animi eſſe quàm fuiſſet ad cædem. Alexander etiam (vt
paulò ante monebam) mirificè lætatus eſt inter vulnera quòd audiſſet eius qui fortiter
VII. egiſſet multa, eſſe grauiſſima quoque conſtanter perferre. At enim quid tu numen Iuno-
nis tamdiu prætermittis quod læſum ambigitur? ego verò rem differebam quòd nec cer-
ti quicquam haberem, nec in re ſuperſtitioſa coniecturis agere atque adeò tempus terere
vellem: præſertim verò quòd ne illud quidem conſtet, num læſum iſtud numen ad Iuno-
nem ipſam pertineat; quaſi verò quærat quodnam Iunonis numen fuerit læſum: an verò
aliud intelligat numen quod citra Iunonem læſum fuerit, ita vt pœnas interim cogatur
pendere. Certè in propoſitione videtur præter Iunonem aliud, nec vnum, numẽ agnoſce-
re offenſum ac violatum cum dicat

—— *Multùm ille & terris iactatus & alto,*
Vi Superum, ſæuæ memorem Iunonis ob iram:

& tamen in progreſſu vnam Iunonem offenſam vel potiùs iratam, proindéque vnum
Iuuonis numen Aeneæ infenſum profert Virgilius. Sed quoniam in re ſuperſtitioſa ver-
ſamur, nihil eſt quòd magnoperè pertubemur ſi paulò obſcurior ſit locus. Quanquam
fortaſſe dilucidabitur hîc quoque tandem ſi fateamur de læſo Iunonis numine loqui Vir
gilium, ita vt requirat quodnam ex varijs Iunonis numinibus læſum ſit, ac ſummatim
quid dolens Iuno, inſignem pietate virum proſequatur. Et ſanè (ſiquis rectè æſtimet) 76
vnum arripit Poëta tanquam certum, alterum quærit: arripit Iunonis non vnum eſſe nu
men ſed plura: quærit quod tandem ex illis numen læſiſſet Aeneas cum eum tantoperè
inſectaretur Iuno. ac profectò ſatis vulgatum erat apud poëtas plura eſſe tum Iouis, tum
Palladis, tum Phœbi, tum denique Iunonis numina, ac de Iunone ex ipſius Iunonis ver-
bis conſtat, quibus ſua numina veluti feſſa indolet, canens

—— *At credo, mea numina tandem*
Feſſa iacent.

Denique Ouidius etiam ad hunc, quem explanamus, Virgilij locum alludens, dum
caneret,

Si de tot læſis ſua numina quiſque Deorum
Vindicet, in pœnas non ſatis vnus eris, Faſt. l. 7.

multa Iunoni quoque attribuit numina: & Lilius Gyraldus ſyntagmate III. illa (etſi mi-
ror hunc non explanaſſe locum, quin de numinibus nil ſigillatim) cum nominibus varijs
VIII. miſcet: ita vt de hac multitudine dubitare haud liceat. Quanquam quid per ea intelli-
gendum ſit aut deſignetur obſcurum. An igitur fata Iunonis (hæc enim non ſemel in-
troducuntur a Virgilio) eadem ſunt cum numinibus? ægrè id concefferim. Nam Iu-
nonis fata ſignificare decreta quæ obfirmato animo complecteretur, conſtabit non
multò poſt: decreta verò illa in numina minùs commodè conuertantur. An igitur va-
rios ſignificant diuinitatis effectus? ſic Macrobius: cui tamen minimè aſſentior: quan-
doquidem quos effectus læſiſſet Aeneas, percunctaretur Virgilius, quod neſcio an fri-
gidè magis quàm importunè ſtatueretur. Quod ſi ad poteſtates confugias, quaſi verò
varijs poteſtatibus eſſet inclyta, iam eadem recurrit dubitatio, quæ poteſtates ſint illæ
& quî rurſus lædantur. Niſi tamen, quoniam apud poëtas Dij hanc rerum vniuerſita-
tem inter ſe diſtribuerunt, ita vt Ioui cœleſtesq́; ſedes, Neptuno maria, Plutoni infera
regio ac Tartara, Vulcano ignis, alijs alia obtigerint, ac propterea fontes, flumina, ſyl-
uæ, montes, ſuis inſtructa dicantur numinibus; Iunoni aëris, nuptiarum, & thori, partus
quoque & alia quædam in poteſtate ſint, vnde numina quodammodo varientur. Nam 77
idcirco ſæpè etiam numen totam eius poteſtatem exprimit, vt cum canitur, *Et quiſquam*
numen Iunonis adoret? Quanquam neque adhuc dubitatione careat quî poteſtatem
ac nu-

ac numen violare ac lædere dicantur mortaels. Qua in re ne Poëtas quidem quicquã aut
cõperti aut conſtituti hac in re habuiſſe crediderim: ſed temerè, vt ſæpè ſit in rebus obſcu
ris ac ſuperſtitioſis, commentos eſſe ac ceciniſſe Iunonis ac Deorum ſuorum numina. Il-
lud tamen nos pro comperto affirmare poſſumus, numen, quoniam Diuinitatem ſigni-
cat ac Deum, vnum eſſe, ita vt nos iurè dicamus propitiato aut inuocato numine & ſimi-
lia: numina verò, quoniam vnicum eſt, non iurè ad cæleſtes reliquos transferamus. Quã-
uis dum numinis aut Diui nomen quod item ſolius Dei eſt, beatis mentibus liberaliùs tri-
buimus, pietas potiùs, quòd ſanctitatẽ ſignificatam velimus, quàm præpoſterũ loquẽdi ge
nus, quod tamen declinandum eſſet, æſtimanda ac ſpectanda ſit. Ita quidem (vt ad rem re-
deam) Iunonis numinibus cũ Poëta conſtitutis, iurè illud ẽt quæritur continenter. Quid-
ue dolens Iuno Aeneam perſequeretur. Nam ſi fortè Aeneas quippe inſignis pietate nul-
lum violaſſet Iunonis numen, ſaltem memorandum eſſet Muſæ cur doleret Iuno dum
Aeneam perſequeretur. Atque hinc eſt vt Poëta ſtatim, quoniam ſatis in eam nos opinio-
nem adduxit uix fortaſſe quicquam excogitari poſſe, vnde Iuno, niſi per ſummam ſæui-
tiam, Aeneam inſectaretur, epiphonemate illo nobili concludat Inuocationem.

IX. Quid doleret Iuno dum perſequeretur Aeneam.

——*Tantaene animis cæleſtibus iræ?*

vbi τὸ πάθος, id quod Ariſtoteles in heroico poëmate inprimis fieri iubet, egregiè mouet
& Aeneæ cõmiſerationem apud Auditores conciliat ac laudem. Ita quidẽ videor mihi lo
cũ hunc dilucidaſſe, nam quod ait, *tantaéne animis cæleſtibus iræ?* non ita eſt accipiendũ quaſi
78 verò varij cœleſtes animi Aeneæ eſſent infenſi atque illum inſectarentur; ſed quia dum vi
det Iunonem ſic exardeſcere, eleganter liceat admirari & exclamare ſimúlque requirere
tantaéne inſint animis cœleſtibus iræ. Denique vi ſuperûm in Propoſitione iactatus dici-
tur Aeneas poëtico & oratorio more, augendi ſcilicet causâ: cum alioquin vna Iunonis irâ
iactaretur Aeneas, vni Iunonis numini atque odio eſſet obnoxius. Sed his omiſſis illud ad-
huc addere lubet quod in propoſita Inuocatione ſine crimine haud poteſt prætermitti.
Etenim requirat facilè quiſpiam cur Virgilius aut aliena aut certè anguſta, & propoſitio-
ni poëmatíque haud conſentanea, Inuocatione vtatur. Nam Inuocatio reſpondere debet
Propoſitioni, quæ tamen bella & errores propoſuit decantandos. de cauſis Iunonianæ iræ
ne verbum quidem. & tamen huius ſibi cauſas poſtulat commemorari. Quòd ſi dicas ha
ſce cauſas ad errores pertinere, cum hi ab Iunonis ira profecti ſint, iam ſaltem anguſtis fi-
nibus coërceretur Inuocatio: cum propoſitio manet latiùs: ſiquidem præter errores, con-
tinet bella, & id genus alia. Certè Homerus ab hoc Inuocationis genere in vtroque poë-
mate abfuit longiùs: cum quicquid propoſuit, id a Muſa commemorari voluerit.

X. In quo Dubitatur contra Virgilianam inuocationem.

Quan-
quam, ſi me audiatis, huiuſmodi Inuocatio ingenij plenisſima eſt & artificij. Siquidem
Aeneæ errores ac bella ſic canere decreuerat, vt egregia Romanorum facta militarémque
virtutem ſimul celebraret: quæ ſanè in eo enitebat vel maximè quòd Carthaginienſibus
quibúſcum de Imperio Terrarum Orbis dimicarunt, poſt longum & periculoſiſſimum
bellum deuictis, breuî optato Imperio potiti eſſent. Igitur Iunonem inducit quæ, quoniã
Carthaginienſibus vnicè faueret, mirificè angeretur, quòd neſcio quo pacto audiuiſſet
ex Aenea Romanos oriundos qui Carthaginienſes ſuperarent, ſubindéque Græcis etiam
deuictis omnium gentium dominatum obtinerent. Scitè igitur Virgilius requirit a Mu-
79 ſa cur Iuno tantoperè inſectaretur Aeneam, vt ſcilicet continenter huiuſce cauſas iræ ape
riat & in Romanorum laudes proſiliat. Et idcircò ſtatim ad Narrationem deſcendens ſic
canit,

Respondetur, & admirabile illius artificium oſtenditur.

I.

Vrbs antiqua fuit, Tyrij tenuere coloni,
Carthago, Italiam contra Tyberinaque longè
Oſtia, diues opum, ſtudiiſque aſperrima belli:
Quam Iuno fertur terris magis omnibus vnam
Poſthabita coluiſſe Samo. Hic illius arma,
Hic currus fuit: hoc regnum Dea gentibus eſſe,
Siquâ Fata ſinant, iam tum tenditque fouétque.
Progeniem ſed enim Troiano a ſanguine duci
Audierat, Tyrias olim quæ verteret arces.
Hinc Populum latè regem, bellóque ſuperbum
Venturum excidio Libyæ. ſic voluere Parcas.
Id metuens, veteriſque memor Saturnia belli,

Digitized by Google

Prima quod ad Troiam pro caris geſſerat Argis,
Nec dum etiam cauſæ irarum ſæuique dolores
Exciderant animo: manet alta mente repoſtum
Iudicium Paridis, ſpretæque iniuria formæ,
Et genus inuiſum, & rapti Ganymedis honores.
His accenſa ſuper, iactatos æquore toto
Troas, relliquias Danaum atque immitis Achillei,
Arcebat longè Latio, multóſque per annos
Errabant acti fatis maria omnia circum.
Tantæ molis erat Romanam condere gentem.

quibus mirum eſt quàm appoſitè ac fœliciter ad Romanorum laudes Muſam retulerit
ſuam. Sed ad inuocationem redeamus. In qua ſanè hærerem ipſe ac ſuſpicarer ne minùs
conueniens ſit huiuſmodi Inuocatio, cum ex tam amplo Propoſitionis campo in tam an-
guſtum gyrum includat Muſæ, quam inuocat, curam, niſi animaduerterem fore vt hinc
Virgilius non modò commodam, de qua dicebam, Romanos celebrandi occaſionem arri 80
II. piat, verùm etiam ſibi cohærenter ſternat viam ad Aeneæ tum errores tum bella canenda,
quibus Aeneidis continetur argumentum. Etenim ab Iunonis ira, eiuſdémque cauſis, tũ
III. ad ipſius Iunonis turbas vnde reipſa iactatur Aeneas, tum ad huius calamitates, mox etiã
ad bella, victorias, fœlicitatem, progreditur. Fuerit igitur vt Homerus totius rei, quã pro-
poſuerat, munus & curam Muſis commendauerit, pleriq; etiam poëtarum hac in re Ho-
merum fermè imitati ſint, nam id nihil prohibet quominùs Virgiliana inuocatio pleniſſi
IV. ma ſit ingenio, & inprimis poëmati pro inſtituto pertexendo accommodata: præſertim
verò quia vt primo loco errores canendi erant, ac propterea cauſæ requirendæ, aptè ob hu
iuſmodi cauſas inuocetur Muſa. Denique ſi quando opus fuerit Inuocationem inſtaura-
bit noſter Vates: maximè verò vbi ad alteram Propoſitionis partem ventum fuerit. in qua
arma & bella pangenda erunt. Vt propterea non ægrè ferendum ſit inpræſentia Inuoca-
V. tionem ad vnas Iunonis iras ſeu irarum cauſas referri. Vt omittam videri Virgilium non
omnino ab Homero diſceſſiſſe in huiuſmodi Inuocatione. hic enim in Iliade, etſi quic-
quid propoſuit, id Muſæ canendum imponit, tamen ad extremùm ſigillatim cauſam ſiue
VI. authorem irarum, Achillis & Agamemnonis a Muſa requirit, quem etiam ſubijcit è ve-
ſtigiò. Quod ſanè eò etiam commodiùs huc cadit, quòd huiuſce rei percunctatio Aeneæ
pietati declarandæ (id quod paulò ante dicere cœperam) ac propterea vulgato illi crimi-
ni eluendo, opportuna ſe ſe offerat occaſio. Quapropter quemadmodum in Propoſitio-
ne profugum fecit Aeneam, vt tacitè indicaret fieri haud potuiſſe vt cum hoſtibus in Pa-
triam conſpirauerit, qui fugâ ſibi conſuleret, ita in Inuocatione profugi huius pietatem ce
lebrat, ut ſenſim eandem minuat ac diſſipet ſuſpicionem ac famam. De qua re in progreſ-
ſu adhuc copioſiùs.

Alia quædam adducitur in quibus hac Inuocatio induſtriã redolet.

Verùm in eo etiam enitet Virgilij iudicium, quòd non Muſis harum commemorationẽ 81
imponit rerum, ſed cõmemorari ſibi poſtulat ac ſuggeri, vt ea ipſe perſequi ualeat: quod
continenter facit ad narrationem aggrediens: cum tamen Homerus (id quòd paulò antè
indicare cœperam) res propoſitas dici ac decantari a Muſa poſtulet, Muſámque ipſam ca-
nentem faciat. ex quo fit, vt dum hæc eodem tenore pergit, ac Poëtę more vel narrat vel
alios dicentes facit, vnde nam auſpicetur Poëta narrandi munus aut quas ipſe ſuſtineat
partes, nuſquam appareat: ita quidem in progreſſu Muſa ipſa Muſam inuocat apud Ho-
merum. Et hac etiam de cauſa Virgilius fortaſſe Homericam Inuocationem declinauit,
ac propriam ferè excogitauit. Quanquam, vt totam hanc rem paulò latiùs explicemus,

Quo conſilio ſibi cauſas memorari poſtulet Virgilius.

agedum eam dubitationem cum lepidam tum Virgiliano artificio intimè agnoſcendo
accommodatam explicemus Num ſcilicet Poëta, dum ait.

Muſa mihi cauſas memora,

has ſibi cauſas a Muſa memorari velit, hoc eſt narrari & exponi, quaſi verò ab ipſa Muſa ca
nendæ ſint: an verò ſibi memorari, hoc eſt in memoriã redigi ac ſuggeri & aſpirari, vt eas
ipſe canere poſſit. ſi enim primum affirmes, iam Muſa erit quæ continenter eas exponat
cauſas, quæque è veſtigiò concinat

Vrbs antiqua fuit, Tyrij tenuere coloni,

& quæ ſequuntur ad acclamationem illam vſque,

Tantæ molis erat Romanam condere gentem.

hic

hîc enim clauditur cauſarum narratio quas commemorare iuberetur Muſa. Quinetiam quoniam dum pergitur,

Vix è conſpectu Siculæ telluris in altum
Vela dabant læti, & ſpumas ſalis ære ruebant:
Cum Iuno æternum ſeruans ſub pectore vulnus,
Hæc ſecum.

nullum ſe ſe offert indicium vnde iam Poëta narrandi munus ſuſcipiat & Muſæ ſuccedat, imò verò quoniam huius loci ſententia (id quod non multò poſt declarabitur) illa eſt, *Igi-*
82 *tur cum Iuno decreuiſſet Troianos perpetuò ac maria omnia circum inſectari, vix eos è Sicilia ſoluentes vidit, cum ira percita atque odio, hæc ſecum locuta eſt*; ſine dubio Muſa pergeret in narrando. Ex quo fieret vt non Poëta ſed Muſa ipſa caneret ad finem vſque ac poëmate detineretur toto. Atque hinc etiam efficeretur vt cum deinde in progreſſu toties inuocetur Muſa, Muſa Muſam inuocaret: quod neſcio an ridiculū magis quàm mõſtroſum videri poſſit. Et tamen id paſſim accidit Homero dum canendi munus imponit Muſæ. hinc enim fit vt nuſquam non canat Muſa, ac proinde eò deueniat, vt cum nuſquam appareat canendi munus reſumi ab ipſo Poëta, Muſa Muſam inuocet turpiter dū inſtauratur Inuocatio. Quòd ſi affirmes alterum, nimirum Poëtam ſibi a Muſa memorari ac ſuggeri voluiſſe cauſas illas, iam Poëta ab Homero quem ſibi imitandum propoſuerat diſcederet. Etenim certum eſt Homerum in Iliade iubere, vt Muſa ipſa, quam inuocat, canat; ſic enim ille.

Iram cane Dea Pelidæ Achillis pernicioſam.

& in Odyſſea,

Virum dic mihi Muſa verſutum qui multùm errauit,

& rurſus

Horum partem aliquam Dea dic & nobis.

ita ut a Muſa pangi & decantari illa iubeat. Ego verò ſine dubio crediderim Latinum Poëtam ſibi vt canenti ſubijciantur & aſpirentur poſtulare. nam præterquam quòd hoc modo ea declinaſſet vitia in quæ alioquin incidiſſet ſi Muſam ipſam canentem feciſſet, alibi etiam Muſam inuocat vt ſuggerat & inſpiret: ſibi verò canendi reſeruat partes. Itaque in vij. ſic inuocabat; *Explanatur.*

83 *Nunc age qui Reges Erato, quæ tempora rerum*
Quis Latio antiquo fuerit ſtatus, aduena claſſem
Cumprimùm Auſonijs exercitus appulit oris,
Expediam, & prima reuocabo exordia pugnæ.
Tu vatem, tu diua mone. dicam horrida bella:
Dicam acies, actóſque animis in funera reges,
Tyrrhenámque manum, totámque ſub arma coactam
Heſperiam; maior rerum mihi naſcitur ordo:
Maius opus moueo.

vbi hæc omnia ſibi expedienda & dicenda perſpicuè teſtatur: ſéque moneri flagitat a Muſa. eodem modo in ix. vbi ſic inuocat.

Vos o Calliope precor aſpirate canenti
Quas ibi tum ferro ſtrages, quæ funera Turnus
Ediderit, quem quiſque virum demiſerit Orco.

quo etiam in loco, quoniam pergit,

Et mecum ingentes oras euoluite belli.
Et meminiſtis enim Diuæ & memorare poteſtis,

ſatis indicat memorare ſibi valere, inſpirare. Vt propterea fortaſſe dum alibi Muſas hortatur vt pandant moueántque cantus, ſibi Poëta res voluerit pandi & in ſe cantus excitari: non a Muſa ipſa decantari; quaſi verò mouere cantus ſit aſpirare canenti, non canere.

Nec eſt quòd interim perturbemur dum ab Homerica Inuocandi ratione diſcedit. nā non temerè ſed conſultò diſcedit. Quare quemadmodum diſſociauit generalem illam Inuocationem a Propoſitione, ab Homero planè diſcedens, ſic ab Inuocationis forma illa, quippe vitioſa, ſibi diſcedendum putauit. Iam enim monuimus Virgilium ſic Homerum ſibi imitandum propoſuiſſe, vt vitia quoque vitaret, virtutes contrà ſectaretur, atque in primis caſtiùs & fœliciùs eum imitaretur.

Explicaui Aeneidis tum Inſcriptionem tum Propoſitionem tum Inuocationem: adi-

Digitized by Google

IAM PRIMAE HEROICI Poematis leges proferuntur.

tum quoque aperui ad Narrationē. Nunc tamen, antequā ad hanc curſum intendā, lubet paucis leges illas colligere quæ videri poſſint heroici poëmatis Inſcriptioni, Propoſitioni, Inuocationi, conuenire: Narrationi quoque commodū aditum ſternere & aperire. Quod dum facio, illud vos moneo, me Epicum poëma non quodcunque ſed perfectum ſpectare, quódque omnibus ſit abſolutum numeris, & in primis conſiſtat. Leges enim atque præcepta perfectum ac ſummum ſpectare debent. Alioquin ſat ſcio Epicos Poëtas proferri poſſe qui haſce leges vel ignorarint vel ſpreuerint: qui tamen ex ijs erunt qui in ſecundis aut tertijs conſiſtant. 84

INSCRIPTIONIS LEGES. I.

Igitur prima lex ea ſit vt Inſcriptio non extrinſecùs & ab aliena re ducatur, ſed a materia & re ipſa; nec ab eius parte tantùm ſed ab vniuerſa: ita ut argumentum vniuerſim exprimatur aut ſaltem adumbretur totum. Sic Odyſſea, ſic in primis Aeneis, a materia vniuerſa deſumitur, vnde generatim ſaltem de argumento admonemur.

II.

Altera lex ſit, vt eádem Inſcriptio Heroëm quoque deſignet ac referat cuius facta ſint celebranda. Nam præclarum quidem eſt materiam, ſed præclariſſimum vnà cum materia Heroëm deſignare. Et quidem Inſcriptio eſt quædam veluti contracta & perbreuis Propoſitio: Propoſitio contrà eſt copioſa quædam ac dilatata Inſcriptio. Quapropter cū Propoſitio & de materia, & de Heroë explicatè nos admoneat ac doceat, id in Inſcriptione generatim eſt faciendum ac poteſtate. Id quod tū Odyſſea præſtat, tum maximè Aeneis, quæ & materiam & Heroëm deſignat egregiè.

III.

Tertia lex ea ſit, vt hæc duo non multis Inſcriptionibus aut nominibus ſed vno eodémque nomine deſignentur. Certè Homerus & Græci id obſeruarunt diligenter. Itaque & Theſeidem & Heracleidem & Perſeidem & Odyſſeam, & alias id genus Epicas Inſcriptiones, offendimus paſſim, quibus materia & Heros vno eodémque nomine poëmati tanquam præfigitur. Quod præceptum Latinos etiam coluiſſe, & quoad eius fieri potuit æmulatos eſſe, nec Epicos ſolùm ſed Tragicos etiam & Comicos, docuimus ſuprà. 85

IV.

Illud tamen quarto loco obſeruetur vt hæc Inſcriptio auribus ſuauiter cadat, vel certè non incóndita aut aſpera videatur. certè Terentius dum hoc retinet præceptum, ac propterea ne multas Inſcriptioni adhibeat voces Eautontimorumenon, hoc eſt ſe ipſum punientem, profert, auribus minùs conſuluit. Idem dixerim de Ariſtophane, qui dum vnico ſemper nomine Comœdias inſcribit, ac materiā perſonámq; deſignare molitur, in Inſcriptione illa θεσμοφοριαζούσας id eſt Cereris ſacra celebrātes, aſperiore titulo vſus eſt & inſuaui.

V.

Sed & quintò enitendum vt eâdē Inſcriptione quoquo modo Auditorē docilem efficiamus, attentum, beneuolum. Etſi.n. id Propoſitionis eſt propriū, quæ propterea in tripartitū hoc munus diligenter incūbit, & diſtinctè atque explicatè hæc præſtat; Inſcriptio tamen, quoniā (vt diximus) eſt contracta quædā Propoſitio, adumbrare hęc debet & poteſtate ſaltē efficere. Et quanquam non facilè quilibet hæc omnia vno Inſcriptionis nomine audito, perſentiat; perſentient tamen eruditi, quique exercitatas aures afferāt heroico poëmati. neque.n. Epicus, quemadmodū Comicus, plebeis canit ac fermè indoctis, ſed ſibi & Muſis ac Muſarum ſtudioſis. Memini me legere apud M. Tullium fuiſſe quoſdam qui vſque adeò exercitatas aures afferrent in Theatrum, vt primò tibicinis inflatu audito futuræ Comœdiæ aut Tragœdiæ genus agnoſcerent, & Anthiopa aut Andromachem agendam intelligerent. Adeò præluſiones illæ cum certa actione cōgruebant. Sic eruditi Viri & in Epico curriculo exercitati, ex Inſcriptione ipſa, cum materiā & Heroëm perſentiunt, tum dociles, tum, niſi aliunde irrita fiat Inſcriptio, attenti ac beneuoli efficiuntur.

Sanè Virgilium vno Aeneidis nomine hæc omnia præſtitiſſe docuimus antea: dū enim Auguſto & Romanis canit, ijs vno Aeneidis nomine propoſito materiam & heroëm offert; mox etiā ob materiam dociles, ob vulgatam Herois pietatem & fortitudinem, quæ inde illis in memoriam recurrit, vtcunque attenti efficiuntur: denique Romanæ gentis ac Iuliæ familiæ authorem ac principem celebrandum intelligentes, quoquo modo beneuoli reddantur neceſſe eſt. Hæ Inſcriptionis leges. 86

PROPOSITIONIS leges. I.

Propoſitionis ea eſt princeps, vt non ab aliena re, ſed ſtatim a materia initium ducas & argumento. Sic Ilias Achillis iram, Odyſſea Vlyſſis errores, Aeneis Aeneæ facta ſine cunctatione vlla proponit. A quo præcepto vix fortaſſe Græcus ac Latinus aut etiam Italicus diſceſſit vllus. niſi tamen Orpheum proferas, qui tamen ſuſpectus eſt & adulterinus cenſetur a multis. nam qui Italicè Aeneidē æmulatus eſt dum Tridentino Cardinali caneret, huic Virgilianum illud initium quod alienum eſſe docuimus, perperam imitari placuit.

Altera

Altera lex illa erit quam non dubito aut leuē aut ſuperſtitioſam multis videri poſſe: ſed tamen ſiquis attentiùs animaduertat, ab Epicis Poëtis colitur ac mordicùs propemodū retinetur. Ea verò ſit vt a quarto caſu, qui ab accuſando nomen habet Propoſitionem ordiamur, ſic Homerus in Iliade Μῆνιν inquit, ἄειδε θεὰ Irā cane Dea: & in Odyſſea Ἄνδρα μοι ἔννεπε Μοῦσα, Virum mihi dic Muſa: ſic Poëta Cyclicus, Fortunam Priami cantabo: ſic Ouidius, Tempora cum cauſis: ſic Lucanus, Bella per Emathios: ſic Statius, Fraternas acies, & rurſus in Achilleide, Magnanimum Aeacidā: Valerius Flaccus, Prima Deûm magnis canimus: ſic Virgilius, qui omnium inſtar eſſe potuit, *Arma virúmque cano:* vt vel ex hoc intelligere liceat hoc eſſe proprium ac germanū Aeneidis initium. Quòd ſi non neceſſarium id exiſtimes aut percommodè non tibi cadat, illud curato, vt accuſandi caſus parùm admodum abſit ab initio, ſic Ouidius: In noua fert animus: Petrarcha, Muſa virū referas, & noſter Torquatus, Canto l'arme pietoſe. Itaque Horatius cum metro & numero impediretur, quartum caſum ſubiecit dum Odyſſeæ initium verteret illis vocibus, Dic mihi Muſa virum, cum tamen reuera ab accuſandi caſu incipiat Homerus. II.

87

Iam verò eam quoque legem in heroica propoſitione colas oportet: nimirum vt argumentum non minutè proſequaris: ſed generalibus partibus & quibuſdam veluti capitib. comprehendas. quam enim habet proportionem ad Propoſitionem Inſcriptio, hanc habet Propoſitio ad Narrationem: quapropter quas diſtinctè Narratio proſequitur argumēti partes, has quibuſdam capitibus Propoſitio comprehendat neceſſe eſt. Denique ſatius eſt vt in Propoſitione pauca éaque grauia, & fœcunda proponas, quæ deinde dilatentur, & magno cum poëmatis ſplendore ac bono explicentur, quàm vt minutè recenſeantur ab initio. præſtat enim ex flamma lucem non fumum edere. itaque egregiè Virgilius qui bella & errores proponit, quibus deinde longè ac latè in Narratione diſtinctis, & magno ſplendore uariatis, mirificè illuſtratur & ornatur Poëma. III.

Ad hæc, vt aceruatim dicam, enitendum vt in Propoſitione apertè ſatis & explicatè, docilitatem, attentionem, beneuolentiam tibi concilies: quod Virgilium in hac Propoſitione ſtrenuè admodum ac diligenter feciſſe, docuimus copioſè. Vt perſpicuè proponas, breuiter, ordinatè: ita ſcilicet vt nihil obſcurum, nihil redundans, nihil diminutū habeat Propoſitio: de quibus, quoniam hæc præcepta ſunt heroicæ propoſitioni cum oratorio exordio & proœmio quocunque communia, non agam longiùs. IV. V. VI. VII.

Quòd ſi in Propoſitione Virgilianam hyſterologiam imitari placeat, diligenter etiam caueto ne id temerè facias & inconſultò. Ille enim naturalem armorum errorúmque ordinem tantiſper commutauit, quòd animaduerteret hinc initium fore magis & heroicū & graue & magnificum, gratius etiam Romanis futurum, quibus canebat, cum armis immortalem ſibi gloriam ac Mundi Imperium peperiſſent. Vt omittam non potuiſſe nō animaduertere, fore vt initium eſſet humile, & cum heroico poëmate minùs conſentiens, vbi ab erroribus aut nauigationibus Propoſitionis duxiſſet initium. VIII.

88

Ad hæc omnino efficiendum erit vt ad extremùm Propoſitionem cum Narratione conferas, diligentérque caueas ne quid propoſueris quod deinde fortè fortuna prætermiſeris: aut contrà narraueris quod Propoſitio generatim ſaltem non comprehendat. IX.

Quanquam illud etiam prouidendum eſt diligēter, vt ne in Propoſitione vllam habeas Epiſodiorum rationem: quātumuis enim pulchra eſſent & plena decori & admirationis, Propoſitio germanis fabulæ partibus ac proprijs & eſſentialibus, vt ita dixerim, dicanda eſt, non ijs quæ extrinſecùs aſſumuntur. X.

At quid de cauſis rerum, puta errorum, belli, & aliorum id genus. num cauſæ proponēdæ ſunt perinde ac facta ipſa? Minimè verò. nam quemadmodum hiſtoria, ita heroica Actio quæ eſt hiſtoriæ ſimulacrum, ſine cauſarū narratione exiſtere poteſt. Tametſi enim qui cauſas & conſilia rerum geſtarum aperuerit hiſtoricus, rem magis ac magis illuſtrauerit, ubi tamen lateant, quod ſæpè accidit, aut fortè aliqua de cauſa prætermittantur, adhuc hiſtoria cenſenda erit integra: ex rebus enim geſtis & ſingularibus conſtat, cum ſit Narratio, rerum geſtarum, non ex cauſis. Sic igitur de heroico poëmate iudicandum. Quod ſi Ouidius illud cecinit in Propoſitione, XI.

Tempora cum cauſis Latium digeſta per annum,
Lápſaque ſub terras, órtaque ſigna canam,

89 iam faſtorum monumentum non eſt heroicum, & verò cauſæ ab Ouidio in materiæ loco proponuntur ac tanquā argumenti partes: nos contra inficiamur cauſas tanquā rerum ge-

 ſtarum

Digitized by Google

tarum cauſas eſſe proponendas in materiæ loco. Rectè igitur Virgilius eas ſibi, quoniam vſui futuræ erant vel maximè, extra propoſitionem a Muſis memorari poſtulauit, quemadmodum hiſtoricus etiam in Narratione non ſine laude illas proſequitur: proponit nullo modo.

INVOCATIONIS Leges.

I. Neque verò non monuerim vt Inuocatio (iam enim ad hanc præterlabitur Oratio) generalis præſertim, quæque poëmati vniuerſo præponatur, ſeparatur a Propoſitione: cum enim aliud ſit Propoſitionis munus, aliud Inuocationis; atque illa inſtituta ſit docilitatis, attentionis, beneuolentiæ, conciliandæ gratia, hæc ad opem implorandam, ſine dubio cōmodè ſeiungetur. Tametſi non negarim in decurſu Poëmatis ſiue Actionis Virgilium alicubi, ſtyli ſcilicet variandi ac delectandi cauſa, permiſcuiſſe cum Propoſitione Inuocationem. Quare in lib. VII. cum ad Erato conuerſus quædam proponere viſus eſſet ſic canens:

Nunc age, qui reges Erato, quæ tempora rerum,
Quis Latio antiquo fuerit ſtatus, aduena Claſſem
Cum primùm Auſoniis exercitus appulit oris,
Expediam, & primæ reuocabo exordia pugnæ,

mox eandem inuocauit atque opē petijt, ea ſimul proponens quæ deinde canenda eſſent.

Tu Vatem, tu Diua mone. dicam horrida bella
Dicam acies, actóſque animis in funera reges,
Tyrrhenámque manum, totámque ſub arma coactam
Heſperiam. maior rerum mihi naſcitur ordo.
Maius opus moueo.

niſi tamen hîc dicas Inuocationem non tam permiſceri cum Propoſitione quàm duabus illis propoſitionis partibus interijci. Sed in VII. non multò poſt videtur omnino eas permiſcere cum ait,

Pandite nunc Helicona Deæ cantúſque mouete. 90
Qui bello exciti reges, quæ quémque ſecutæ
Complerint campos acies, quibus Itala iam tum
Floruerit terra alma viris, quibus arſerit armis:
Et meminiſtis enim Diuæ & memorare poteſtis.

& in IX.

Quis Deus o Muſæ tam ſæua incendia Teucris
Auertit? tantos ratibus quis depulit ignes?
Dicite. priſca fides facto, ſed fama perennis.

& rurſus.

Vos o Calliope precor aſpirate canenti,
Quas ibi tum ferro ſtrages, quæ funera Turnus
Ediderit, quem quiſque virum demiſerit Orco.

& IV. Georgicorum

Quis Deus hanc, Muſæ quis nobis extudit artem?

Sed tamen in his locis partim non tam proponit, quàm aliquid ſciſcitatur a Muſis vt cum dicitur,

Quis deus hanc Muſæ, quis nobis extudit artem?

partim proponit Inuocationis gratia: vt ſcilicet, commemorata illarum rerum magnitudine, Muſæ opem ferant. Denique ea ſit altera Inuocationis lex vt inde aditus commodus aperiatur ad Narrationem: id quod egregiè perfeciſſe Virgilium, & indicauimus antea, & docebimus non multò poſt copiosè.

II.

Exordij totius leges, quæq; Poema uniuerſum attingunt.

Hæ ſunt inuocationis leges atque adeò totius exordij. Quanquam tres adhuc leges proferre cogor, quas etſi præcipuas & perneceſſarias, placuit ad extremùm reijcere, quòd earum in Inſcriptione ſimul & Propoſitione, addo etiam in Inuocatione, continentérque in Narratione, habenda eſt ratio.

I. Prima igitur ea ſit, vt Actio & fabula ex hiſtoria & rebus geſtis deriuetur. nam vt Actio Comica excogitetur a nobis & fingatur, receptum eſt quidem ac tritum. Contra verò in Tragœdia ægrè omnino, in Epopeia nullo modo, admittitur, ſed ex hiſtoria ſumēda eſt. & idcirco vix vllū apud veteres Tragicos inuenies qui ficti planè argumēti ſpectaculū dederit. Vt propterea Italici quidā nō magnopere laudētur, dū ficti argumenti tragœdias conſcribunt. quantumuis. n. in moribus, ſententia, dictione excellerent, ac reliqua Tragœ- 91

Digitized by Google

diæ munera pro dignitate obirent, adhuc in ſecundis aut in tertijs conſiſterent, quòd in fabula, quæ reuera puppis & prora propemodum uideri debet, peccatum ſit. Atque idem ſanè, ac multò magis, de heroico poëmate eſt ſentiendum: quandoquidem argumentum maiores noſtri ex rerum geſtarum monumentis deſumpſere; ita vt nullum apud eos ficti planè argumenti heroicum (de vero heroico loquor) extet Poëma. Sic Ilias, Odyſſea, Theſeis, Heracleis, Aeneis & id genus alia in Achillis, Vlyſſis, Theſei, Herculis, Aeneæ aliorúmque fortiſſimorum Ducum factis inhærent, vt propterea Ariſtoteles ſine vlla dubitione ſtatuerit, Horatius etiam confirmarit, ex rebus geſtis deſumendum heroicum argumentum. Quam rem nos in Ariſtotelis Poëtica diſputauimus copioſè.

Nunc tantùm dicam veriſimili ſeruiendum in poëmate. itaque cum a veriſimili non abhorreat vt ludicræ quædam actiones & facetæ inter populares acciderint priuatim & inter domeſticos parietes, ac propterea a cæteris ignorentur, actiones quoque nouæ & fictæ, niſi aliunde fidem amittant, videri poſſunt veriſimiles. cum enim clam acciderint aut priuatim, quid eſt quòd illis fidem recuſes adiungere, quòd nemo eas tibi narrauerit vnquam, nec ad populi aures peruenerint? Contra verò Regum & heroum actiones, præſertim illuſtres & graues, non domeſticis parietibus comprimuntur, ſed in vulgus & longè ac latè manare ſolent. Quapropter ſi quis fabulam Tragicam dederit, aut Heroicam conflauerit, ægrè inueniat fidem, vbi noua & inaudita fuerit ac nemini explorata quis enim Regem aliquem in Tragico ſpectaculo ſibi mortem conſciſcere videat, aut regiam ſtirpē delere, & non commentitium id exiſtimet, cum nil vnquam de hac re fuerit auditum? ſic
92 nemo Hieroſolymitanam Vrbem a Gothofredo expugnatam crederet Torquato, niſi iam antea id publicis monumentis aut conſtanti fama vulgatum eſſet. Ex hiſtoria igitur, quæ conſtet fama aut litteris contineatur, deriuetur heroica fabula.

Altera eſt vt actio ſit illuſtris & heroica tuba non indigna: idque cum alijs de cauſis, tū II.
vt ingentem admirationem excitet, ac viros nobiles ad egregia facta incendat. Sic Alexandrum heroicis Achillis factis incenſum legimus atque alios alijs. Itaque & Ariſtoteles in ſua Poëtica nos admonuit illuſtrem & maximè admirabilem eſſe oportere Epicam actionem: alij etiam hinc viros nobiles ad fortia facta prouocandos teſtati ſunt. Quam rem noſter etiam Torquatus egregiè cecinit. Cum enim heroica Gothofredi facta ſuſcepiſſet decantanda. Eſtenſem Ducem ad æmulationem ſic prouocabat,

E ben ragion (s'egl'auuerrà ch'in pace
Il buon popol di Christo vnqua ſi veda:
E con Naui, e Caualli al fiero Trace
Cerchi ritor la grande ingiuſta preda)
Ch'à te lo Scettro in terra, o ſe ti piace,
L'alto Imperio de' mari, a te conceda;
Emulo di Goffredo: i noſtri carmi
Intanto aſcolta, e t'apparecchia all'armi.

Poſtrema lex eſt, vt quæ ex antiquitate ac rebus geſtis illuſtria facta exceperis, vnigenæ fa- III.
bulæ & actioni ſeruiant conſtituendæ, ita vt vel ſuapte, ſponte, vel ſaltem Poetæ induſtria, vnica fabula conflari poſſit. Sunt enim actiones quædam illuſtres, ex quibus commodè ſingularem actionem conſtituas. tale fuit Troiæ excidium, talis Hieroſolymitanæ Vrbis expugnatio. Itaque Torquatus actionem perfectè vnicam ſic conſtituit vt in hoc genere
93 nihil perfectius: Idem contigiſſet Homero niſi hinc Achillis iram, illinc Agamemnonis exercitum Ilium obſidentem, denique multa quæ ægre cohæreant, ad vnicam fabulam reuocaſſet. Contrà Virgilio, quoniam & Iliadem & Odyſſeam vno eodémque poëmate ſibi æmulandam & exprimendam propoſuerat in Aeneæ factis, magnoperè laborandum fuit, vt vnicam inde fabulam conſtitueret. Quocirca licet ex erroribus bella ſeuit & deriuauit, ſimúlque errores & bella veriſimili ratione coniungens ad vnum terminum copulauit: nimirum ad eam victoriam vnde Lauiniam, Regno, vno verbo optata fœlicitate potitus eſt, haud tamen defuerunt qui adhuc in Aeneide vnitatem requirerent. Hæ ſupererant leges, quarum habenda eſt ratio in Inſcriptione & Exordio. Cæteras quæ ad Narrationem pertinebunt, colligemus & proſequemur ſuo loco.

NVNC, quoniam iamdiu Latinum Poëtam cum Homero nobis comparandum propoſuimus, & verò in Inſcriptione id iam perfecimus, agedum in Propoſitione quoque & Inuocatione comparemus illos. Sed Iliadis Propoſitionem deſcribamus uiſſimè

IAM COMPARATVR VIRGI-

LIVS CVM HOMERO in Propoſitione. & prius in Propoſitione Iliadis.

priùs, tum breuiſſimè agnoſcamus. Propoſitio igitur ex bono Interprete eſt huiuſmodi

Iram cane Dea Pelidæ Achillis
Pernicioſam, quæ infinitos Achiuis dolores impoſuit.
Multas autem fortes animas Orco ante tempus demiſit
Heroum: ipſos autem laniamenta fecit canibus,
Auibúſque omnibus (Iouis autem perficiebatur conſilium)
Ex quo ſanè primùm diſiuncti ſunt litigantes,
Atridiſque rex virorum & diuus Achilles.
Quiſnam ipſos Deorum liti commiſit vt pugnarent?

In qua, mea quidem ſententia, ira ab Epica dignitate abhorret longiùs: nec heroica Propoſitione digna eſt: præſertim verò quia ira hoc tempore nec pro vera fortitudine vſurpatur, nec pro factis quæ ab ea promanarint ira, quæ cenſetur comes fortitudinis, eiuſdémque cos aut ſtimulus dicitur; ſed pro perturbatione & iracundia in quam ob Pellicem ademptam turpiter incidit Achilles. Neque interim non violatur heroici poëmatis Propoſi- 94
tio, dum eiuſmodi ira infinitos dolores Achiuis intuliſſe dicitur: quæ enim magna laus; cum ſaltem in hoſtes, non in commilitones, herois ira eſſet conuertenda? Denique dum Homerus Achillis iram ſibi proponit decantandam, ſine dubio inuidiam ſibi creat, quòd ira, vt dicere cœperam, non facilè digna ſit heroico poëmate: dum verò eam appellat pernicioſam, iam inuidiam auget multò magis: Sed dum Græcis ipſis pernicioſam fuiſſe & Achiuis infinitos dolores attuliſſe canit, ad ſummum eam perducit, ſiquidem herois eſt ſuis fauere, ac procorum ſalute decertare, non perniciem illis moliri. Quid quòd in progreſſu intelligere haud licet quî tandem Achiuis cauſa fuerit dolorum? niſi tamen propter vnam abſentiam (ſic enim illi patrocinantur Interpretes) quia ſcilicet receſſerit ad naues nec pugnantibus opem tulerit, id accidiſſe velis. quod tamen ne iurantibus quidem illis crediderim. nam præterquam quod ἄλγε' ἔθηκε, hoc eſt, *dolores impoſuit*, inquit Homerus, quod frigidè de ſecedente affirmetur & ineptè, ſubtilis iſta ne dicam Sophiſtica efficientiæ ratio vix in ſcholaſtico puluere toleretur, tantùm abeſt vt ad poëſim ſit referenda. Adhæc, Heroës illi fortes, niſi pauci, Orco demiſſi, haud inueniuntur: ídque ſiue Græcos ſpectes ſiue Troianos: ſed & barbariem ſpirat illud,

Ipſos autem laniamenta fecit canibus
Auibúſque omnibus.

Quid? an non impium eſt aut indignum quod canatur Iouis conſilium & voluntatem expletam fuiſſe, dum canibus atque auibus heroës obijcerentur? Vt omittam id in Narratione potiùs fuiſſe attingendum, quàm in Propoſitione exaggerandum. quid plura? Muſa Iouis erat filia, quæq; res geſtas memoriæ conſeruaret omnes: & Poëta, qui illius opem implorat, audebit ipſam Muſam admonere ac docere, inde Iouis voluntatem & conſiliũ 95
expletum fuiſſe? planè haud committendum erat vt hîc exclamari poſſet, Meſeligenes Muſam? Neque verò non ſine crimine quinetiam cum laude prætermitti potuit deſcriptio temporis & occaſionis eiuſmodi rerum quæ exprimuntur, dum canit,

Ex quo ſanè primùm diſiuncti ſunt litigantes,
Atridiſque Rex virorum & diuus Achilles.

hæc enim ad Narrationem fuerant reijcienda: præſertim ne rurſus, quod ſit, hæc eſſent cõmemoranda. Nam dum quærit quis Deorum contentiones illas excitaſſet, quaſi verò Dei planè inſtinctu & imperio excitetur contentio, id quàm turpe ſit dictu compertum eſt. quapropter tùm hæc tum cætera fermè omnia quæ modò commemorabam, grauiter a Platone redarguuntur. Denique ſi huiuſce Propoſitionis cauſam atque iræ materiam requiras, totam in Briſeide adempta, hoc eſt in muliercula & Pellice, niti animaduertas: quod ſanè heroica Propoſitione eſt indigniſſimum. Nam cur interim qui tali ac tantæ iræ perturbatione æſtuet vir, appelletur diuinus, non ſatis video: quin (vt ingenuè fatear) indignum planè intolerandúmque eſſe ſentio. Conſultiùs itaque Virgilius qui Aeneæ non iram ſed egregia facta ſibi propoſuit canenda, quáſque celſo animo pertuliſſet calamitates: atque ita etiam propoſuit, vt Propoſitio grauis, illuſtris, atque heroica tuba digniſſima (id quod iamdiu demoſtrauimus) videri poſſit.

Nunc venio ad Propoſitionem Odyſſeæ, quæ eſt huiuſmodi,

Virum

Digitized by Google

Virum dic mihi Muſa verſutum, qui valde multùm
Errauit, poſtquam Troiæ ſacrum oppidum diripuit:
Multorum autem hominum vidit vrbes & mentem nouit:
Plurimos verò ille in mari paſſus eſt dolores ſuo in animo,
Magna cura ſeruans ſuámque animam, & reditum ſociorum.
Sed neque ſic eripuit ſocios, tametſi cupidus,
Suis enim ipſorum nequitijs perierunt
Stulti, qui boues ſupergradientis ſolis
Comederunt: aſt is abſtulit reditus diem.
96 *Horum partem aliquam Dea filia Iouis dic & nobis.*

COMPARATVR cum propoſitione Odyſſea.

In hac verò propoſitione multa ſunt quæ nullo modo (aut magnopere fallor) conſentiunt cum heroico argumento. quòd enim Vlyſſes politropos ac verſutus fingitur, atque hoc nomine quaſi Heroë digniſſimo decoretur, id verò abſurdum eſt. nam quis callidum ingenium & verſutum aut etiam (vt liberaliter cum Homero agamus, & benignè nomē iſtud, tantiſper dum planiùs de eo conſtiterit, interpretemur) verſatile & varium, laudet in Heroë? Certè Homeri æmulator Virgilius nihil minùs quàm verſatile ingenium & varium attribuit Aeneæ, ſed pium inprimis ac fortem, iuſtitia quoque inſignem illum efficit: quibus heroicæ virtutis ac perfectionis ſummam comprehendit: & idcirco Ilioneus.

Rex erat Æneas nobis quo iuſtior alter
Nec pietate fuit, nec bello maior & armis;

cecinit de Aenea vt eum heroica virtute cumularet. quare acerrimus heroicorum poëtarum æſtimator Torquatus Virgilium, in ſui herois appellationibus imitatus eſt ille quidem Homerum nullo modo. Igitur ſatius fuiſſet vt Homerus Vlyſſem prudentia ornaſſet, quàm verſatile illi ingenium & varium affinxiſſet. Quanquam id tolerabilius fuiſſet: quandoquidem reuera politropos non tam verſatilis ingenij virum quàm verſutum planè ſignificauit Homero, quaſi verò aſtus & verſutia probanda ſit. quid plura? an non in progreſſu tota hęc Vlyſſis verſutia mendacijs inſtruitur, & ad fraudes deflectit ac ſæuitiam? ſic ſanè quapropter Minerua ipſa mendacia & fraudes in eo agnoſcit ac pandit, dum ſic eum alloquitur, vt ex interprete audiatur

Doloſus eſſet & fallax qui te ſuperaret
p.197 inſer. *In omnibus dolis, & ſi Deus opponeret*
Malè verſute, dolis inſatiabilis ——

Hæc Pallas apud Homerum in XIII. vt alia loca omittam multa.

Atque hinc quam Homerus heroi ſuo verſutiam attribuit, hanc Torquatus callido tribuat Aleti, dum ſic canit,

Parlar facondo e luſinghiero e ſcorto,
97 *Piaceuoli coſtumi e vario ingegno*
Al finger pronto, all'ingannar accorto,
Gran fabro di calunnie, adorna in modi
Noui, che ſon' accuſe e paion lodi.

Denique ſicut Homeri Achillem (id quod ad Iliadis propoſitionem referri velim) in Argantem conuertit quem Homericis coloribus deſcripſit cum caneret

Impatiente, ineſſorabil, fiero,
Nell'arme infaticabil' & inuitto,
D'ogni Dio ſprezzatore, e che ripone
Nella ſpada ſua legge e ſua ragione.

ita Vlyſſem Homericis pigmentis in Alete expreſſit. Sed ſi etiam politropos Homero (quod tamen optandum magis quàm credendum) ſignificet virum miræ dexteritatis, quique vtramque fortunam præparato pectore ſuſtinere valeat: profectò dum in propoſitione ſic inducitur, vt eiuſmodi dexteritate ac prudentia ſe multis ac magnis periculis, ex ſocijs ne vnum quidem, ſubtrahat, ſed amittat omnes, abhorret ab heroicæ propoſitionis dignitate. etſi enim Homerus interim eum excuſare nititur quaſi verò illi præ ſua perierint ſtultitia & iniquitate, tamen è re erat heroica hos quoque Vlyſſis prudentia ac virtute è periculis conſeruare, atque hanc heroi laudem adiungere: præſertim verò quia heroica peripetia poſtulabat vt infortunia in proſperitatem tandem aliquando conuerterentur, & fortunæ commutatio non vni Vlyſſi eſſet fœlix (ſi tamen fœlix cenſeri poteſt

vbi tot

Digitized by Google

vbi tot millia ſociorum amittit miſerè) ſed Duci & commilitonibus vniuerſis. Certè Virgilius & Aeneam, qui Vlyſſis inſtar errauerat ac ſexcenta pericula euaſerat, & ſocios ad optatam fœlicitatem traducit: quare quemadmodum Aeneas ad eorum ſalutem ſtrenuè vires omnes ac neruos intenderat, ac tum verbis illos in ſpem erexerat, 98

O paſſi grauiora: dabit deus his quoque finem.
Vos & Scyllaam rabiem, penitúsque ſonantes
Acceſtis ſcopulos: vos & Cyclopea ſaxa
Experti, reuocate animos, mæſtúmque timorem
Mittite. forſan & hæc olim meminiſſe iuuabit.
Per varios caſus, per tot diſcrimina rerum
Tendimus in Latium, ſedes vbi fata quietas
Oſtendunt: illic fas regna reſurgere Troiæ.
Durate & voſmet rebus ſeruate ſecundis.

tum factis eorumdem ſoſpitatem curauerat,

Aeneas ſcopulum interea conſcendit & omnem
Proſpectum latè pelago petit, Antea ſiquâ
Iactatum vento videat, Phrygiáſque biremes,
Aut Capyn, aut celſis in puppibus arma Caici

& rurſus,

At pius Aeneas per noctem plurima voluens,
Vt primùm lux alma data eſt, exire locóſque
Explorare nouos, quas vento acceſſerit oras,
Qui teneant (nam inculta videt) hominéſne feráne,
Quærere conſtituit, ſociiſque exacta referre.

Sic ad extremùm eos in Latium ſoſpites traducit omnes, ita vt tandem plerique omnes nouis ſedibus & Regno fruantur. Itaque egregiè, vt ſemper ſolet, totum hunc Homericæ Propoſitionis locum,

Magna cura ſeruans ſuámque animam & reditum ſociorum?
Sed neque ſic eripuit ſocios tametſi cupidus.

tacitè inſimulauit, & qualis fingendus fuiſſet oſtendit Torquatus, dum ſui poëmatis Propoſitionem claudens cecinit,

Che fauorillo il cielo: e ſotto a i ſanti
Segni riduſſe i ſuoi compagni erranti.

quaſi diceret haud committendum fuiſſe vt commilitones a ſui Ducis fœlicitate præcluderentur, ac fortunæ commutatio vni Duci fœlix, cæteris calamitoſa ſuccederet ac miſera. Neque verò cum Propoſitionis artificio & decoro conſentit minuta illa flagitij commemoratio vnde Vlyſſis ſocij interijſſent. quandoquidem vltionem vltioníſque tum effectus tum cauſas proſequi ad Narrationem pertinebat. denique nihil erat cur tam diſtinctè omnia attingeret vt vix deinde quicquam noui ſupereſſet quod de flagitio illo in Narratione commemoraret: præſertim verò quia in Propoſitione Auditorum ſtudia excitanda ſunt potiùs, vt ad rerum narrationem auidiùs aſpirent, quàm penitus informandi atq; adeò explendi ſint ab initio. Itaque Torquatus indicauit quidem Gothofredum ſoſpites recepiſſe errantes ſocios: ſed errorum cauſas & rei ſeriem ad Narrationem reiecit; ita vt Propoſitionis veluti grauitatem multò meliùs conſeruarit. Adde quòd ea fabula humilior videri poteſt quàm vt heroico poëmati vllo modo ſuppeditare valeat argumentum. Quapropter dum Virgilius Odyſſeæ Propoſitionem imitatur, atque errantem virum ſibi canendum, Homerico nimirum modo ac more, proponit; reliquas iſtas ſic declinat vt nec in Propoſitione illas nec in Narratione attingat. Sed illud palmare in Homero quòd cum Inuocationem a Propoſitione haud ſeparet, & quæ proponit, a Muſa omnino decantari velit, minutè admodum ea Muſæ percenſet quaſi verò eorum ignara eſſet, nec Muſam inuocanti, ſatis eſſet ea ſummatim attigiſſe. quare dum verbi gratia canit Poëta, 99

Sed neque ſic eripuit ſocios quamuis cupidus:
Suis enim ipſorum nequitijs perierunt
Stulti: qui boues ſupergradientis Solis
Comederunt: aſt is his abſtulit reditus diem.

& tamen continenter pergit,

Horum

Horum tu partem aliquam Dea filia Iouis dic & nobis.

100 minuta diligentia vtitur ſine dubio. Certè ſi Virgilius ita proponeret, vt ſimul rebus, quas propon t, canendis. Muſam inuitaret, ac propterea Muſam compellans diceret,

Arma virúmque canas Troiæ qui primus ab oris
Italiam fato profugus, Lauinaque venit
Littora,

non malè fortaſſe, ſed ſi adderet dum Muſam item compellaret,

—— Multùm ille & terris iactatus & alto
Vi Superum ſæuæ memorem Iunonis ob iram,
Multa quoque & bello paſſus dum conderet vrbem
Inferrétque Deos Latio: genus vnde Latinum
Albanique patres atque altæ mœnia Romæ.

ineptè: quandoquidem Muſa minimè omnium egebat tam longis ac diſtinctis mandatis aut monitis: ſatiſque de Poëtæ optatis inſtructa fuerat, cum ad Viri illius & errores & arma canenda inuitaretur. quis igitur ferat Homerum tam minutè ac diſtinctè ea impoſuiſſe Muſis quæ narrari cuperet ac decantari? certè ea omnia,

Multas autem fortes animas Orco ante tempus demiſit.
Heroum: ipſos autem laniamenta fecit canibus
Auibúsque omnibus (Iouis autem perficiebatur conſilium)
Ex quo ſanè primùm diiuncti ſunt litigantes
Atridéſque Rex virorum & diuus Achilles.

redundant. ea verò

Plurimos verò ille in mari paſſus eſt dolores ſuo in animo
Magna cura ſeruans ſuámque animam & reditum ſociorum,
Sed neque ſic eripuit ſocios quamuis cupidus:
Suis enim ipſorum nequitijs perierunt
Stulti, qui boues ſupergradientis Solis
Comederunt, aſt is his abſtulit reditus diem;

ſunt otioſiſſima,

101 Neque verò illius mihi probatur induſtria dum virum proponit canendum qui multorum hominum Vrbes vidit, ac mentes nouit, ſeu mores percepit, cum tamen in progreſſu nihil minùs quàm de gentium Vrbibus & inſtitutis aut mentibus cognoſcendis fuerit ſolicitus Vlyſſes. cum enim ad nauigationem incubuerit, &, ſiquando ad terram appulit, tempeſtate potiùs quàm voluntate delatus ſit, mirum eſt id canendum proponi quod otioſum videri poteſt, nec cũ Narratione conſentiet: præſertim verò quia dum Septẽnio toto retardata eſt eius nauigatio & in terra detentus eſt, ſolitarius traduxit dies apud Calypſo, tantùm abeſt vt mortalium Vrbes ac mores luſtrauerit & explorauerit. itaque Virgilius qui rurſus ſuum Aeneam Vlyſſis more errantem fecit, totam iſtam laudem, vnde multorum Vrbes ſcilicet & mores cognouit, prætermittit: idque ea, opinor, de cauſa, quòd animaduerteret ſummo ſtudio nauiganti & in Latium contendenti, non hoc ſtudium conuenire aut laudem. Denique niſi Vlyſſes inde hominum mores cognouit & vrbes, quòd præteriens tum Ciconum agrum depopulatus ſit, tum Polyphemum orbauerit oculo, tum vno atque altero die apud Alcinoum hoſpitio exceptus altiùs dormitarit, indeque ſomno conſopitus Ithacam vſque peruenerit, vix ac ne vix quidem ſentio quales mores aut quas Vrbes Vlyſſi agnoſcendas obtulerit Homerus. Ad extremùm, etſi heroica Propoſitione dignum videri poteſt eum virum canendum & celebrandum propoſuiſſe qui multa paſſus eſſet ac dolores graues pertuliſſet (quòd enim Troiam diripuiſſet, id verò quam Vlyſſi conciliet laudem, aut cur heroicum videri poſſit, non video) tamen vt herois vita omnibus partibus perfecta eſſet ea quoque fuerant proponenda & continenter concinenda quæ præclarè egiſſet: nam non modò grauia pati, verùm etiam præclara facere Heroicum eſt.

Qua de cauſa Virgilius, etſi in Propoſitione diligenter habuit rationem eorum quæ paſſus eſſet Aeneas, quæ tamen præclarè geſſit, & propoſuit & decantauit. Sanè Torquatus

102 hac etiam in re tacitè inſimulauit Homerum dum de ſuo Heroë caneret,

Molt'egli oprò co'l Senno e con la mano:
Molto ſoffrì nel glorioſo acquiſto.

ita

ita quidem Homericæ propoſitiones vlcus ferè totæ videri poſſunt: Virgiliana grauis (id quod iam antea declaratum eſt) & heroicæ tubæ accommodata.

VIRGILIANA INVOCATIO confertur cum Homerica.

Nunc ſupereſſet vt Homericas Inuocationes cum Virgiliana conferrem: ſed quoniam Homerus Inuocationem ſic miſcuit cum propoſitione vt inuocando propoſuerit, proponendo inuocarit: vix quicquam ſupereſt quod de inuocatione ſigillatim dici poſſit. Quanquam vnum atque alterum vel proferam vel in memoriam reuocabo. Primum eſt aptiùs Virgilium inuocationem a propoſitione ſeparaſſe, quàm illam cum propoſitione coniunxerit Homerus. De qua tamen re, quoniam ex ijs quæ diximus dum Virgilianam inuocationem exploraremus, multò verò magis dũ nugas nuper detegeremus quibus Homerus detinuit Muſam, nihil eſt cur faciã longiùs. Alterũ eſt reuera Homerũ ſic inuocaſſe, vt Muſæ canẽdi ac narrãdi munus impoſuerit, nõ vt ſibi canẽti aut canere cupienti aſpiraret, poſtulaſſe. ita factũ eſt vt deinde neſcias quid aut quouſq; vel Muſa vel poëta cecinerit: ſed potiùs in eã ſuſpicionẽ impellaris, Homerũ, quoniã Muſæ canẽdi ac narrãdi munus perſpicuis verbis impoſuit, deinde per incogitantiam in eos veluti ſcopulos incidiſſe quos indicabã; inprimis verò effeciſſe vt Muſa (quod tamen haud animaduertit aut reputauit) Muſam inuocauerit. Certè dũ in Iliade *Iram*, inquit, *cane Dea*, & rurſus illud ſciſcitatur a Muſa

Quiſnam ipſos Deorum liti commiſit vt pugnarent?

continentérque. Muſam reſpõdentem (niſi enim Muſam reſpondiſſe fatearis, ac ſciſcitanti Poëtæ ſatisfeciſſe, nihil aut obſcuriùs aut inconſultiùs inducit)

Latonæ & Iouis filius: hic enim Regi iratus
Morbum per exercitum ſuſcitauit malum; 103

& quæ ſequuntur, & eodem tenore pergit, fit ſanè vt in ſecundo libro in quo Muſa inuocatur, & in alijs locis in quibus rurſus inuocatio inſtauratur, fateri cogamur a Muſa ipſa Muſam inuocari, cum nuſquam appareat poëtam Muſæ in narrando ſeu canendo ſucceſſiſſe. Atque hinc etiam illud conſequitur vt ſiquando narratio & cantus ad res minùs ſerias & graues deflectit (id quod non raro accidit) non ſine decori perturbatione Muſa ijs narrandis detineatur. Certè ſcurriles Vulcanis iocos, ac Deorum riſus, Terſitis conuitia, & id genus alia in Heroico poëmate ne a poëta quidem cum dignitate narrentur tantùm abeſt vt ijs nugis canendis Muſa ſit detinenda & occupanda. Quod enim cecinit Flaccus dum de fabulæ ſolutione præciperet,

Nec Deus interſit, niſi dignus vindice nodus
Inciderit.

ſine dubio in Homeri Muſam egregiè conuenit, quæ non nugis ac rebus leuibus, quin ne mediocribus quidem, erat adhibenda ſed ſerijs & grauioribus: nec rurſus poëmate toto erat detinenda & in narratione integra occupanda, ſed in præſtantiſſimis rebus, &, vt ſemel dicam, muſa dignis. Imò verò Virgiliano more canenti vt aſpiraret inuocanda fuit, non vt caneret.

Hæc habui quibus Virgilianum exordium cum Homeriano cõferrem. Tametſi, vt ingenuè fatear, magnoperè optaſſem vt in Homeri propoſitione nullæ maculæ, nulli nęui, apparerent. ita enim admirabile Maronis ingenium & iudicium maiore cum dignitate conferre licuiſſet, ac dignoſcere. Sed quæ in exordio defuit opportunitas, vtinam in Narratione ac poëmate reliquo non ſit requirenda. Quanquam ſi non eam nobis Homerus obtulerit, offeret certè Virgilius alibi, dum cum eo Torquatum, hoc eſt Epicum longè præſtantiſſimum & admirabilem, pro vt inſtituimus comparabimus.

De Narratione.

Hæc vt Virgilium in exordio toto ſiue in propoſitione cum Homero conferrem. Nunc ad Aeneidis Narrationem aggrediamur: quam ſanè percommodè in Aeneæ Troianorúmque errores ac bella diſtribuas primùm: ſiquidem ſex prioribus libris errores, (etſi Troiæ interpoſito excidio) ſex poſterioribus bella decantantur. At verò primum hunc quem aggredimur librum (de cæteris enim ſuo loco) in ſeptem principes partes diſpertias licet: quemadmodum nos obſeruabimus in progreſſu, ſingularum argumentum ex ordine commonſtrantes. Nunc ſat ſit primam, quæ a Carthaginis deſcriptione ducitur, ea continere quæ ad Iunonem in Troianos iraſcentem eoſdémque inſectantem pertinẽt. Atque hanc ſic orditur Virgilius.

Part. 4.

Vrbs antiqua fuit (Tyrij tenuere coloni)
Carthago, Italiam contra Tyberinaque longè

Oſtia,

104 Oſtia, diues opum, ſtudijſque aſperrima belli:
Quam Iuno fertur terris magis omnibus vnam
Poſthabita coluiſſe ſamo. Hic illius arma,
Hic currus fuit: hoc regnum Dea gentibus eſſe
Siqua Fata ſinant, iam tum tenditque fouetque.

Deſcribit noſter Vates Carthaginem: ídque vt hinc ſenſim ad Iunonem deueniat quæ Carthagini faueret vnicè, continenterque cauſas proferat propter quas ipſa Iuno Aeneã tantoperè perſequatur; atque hinc ad ipſos Aeneæ errores deſcendat, qui ab Iunonis ira profecti ſunt. Ex quo fit vt nobile Inuocationis artificium hinc appareat: cum ab Iunonianæ iræ, quas requirit, cauſis, ampliſſimum ſibi ad Narrationem aperiat aditum: quod ſanè artificium eò nobilius videri debet, quòd Virgilius ita ſibi interim aperit aditum ad Aeneæ tum errores tum verò bella decantanda, vt ſimul ad Romanorum Iuliaéque gentis, maximè verò ad Auguſti facta ac laudes ſubinde celebrandas, viã muniat percõmodè.

Sed quoniam hactenus de œconomia & artificio ſatis conſtituit, primam hanc Narrationis partem agnoſcamus in qua deſcribit Carthaginem. Cum enim Epopœia hiſtoriæ tanquam è regione reſpondeat, ſitque veriſimilis quædam hiſtoria, nil mirum ſi a Deſcriptione incipit: atque eodem nomine, quoniam Poëſis eſt affinis eloquentiæ, Carthaginẽ ita deſcribit, vt eandem exornet mirificè. Ita fit vt non facilè ſit ſtatuere Hiſtoricíne rectiùs an Oratoris, an Poëtæ impleuerit partes. Mihi ſanè videri ſolet optimi & & Hiſtorici & Oratoris & Poëtæ partes cumulatiſſimè expleuiſſe. Hiſtorici, quia antiquitatis, conditorum, nominis, ſitus, potentiæ, ſtudiorum & exercitationum, rationem habet diligenter; ita vt non modò Politiæ, verùm etiam originis ac Genealogiæ, Topographiæ, Chorogra-
res phiæ, quæ ad deſcriptionem mirificè conferunt, & germana ſunt Hiſtorici inſtrumenta, ſpecimen dederit: earúmque initia ad Carthaginem deſcribendam, ac tanquam ante oculos ponendam, appoſitiſſimè retulerit. Oratoris, quia vix fortaſſe vllus obſeruari poteſt locus vnde argumenta laudandarum Vrbium hauriantur, ex quo non hauſerit Virgilius. Itaque laudat eam non modò ab antiquitate & conditoribus, aut etiam a ſitu & regione, verùm etiam ab opibus & diuitijs, a potentia & ſtudijs rei militaris, a ſumma Iunonis beneuolentia, vnde illã cæteris terris anteponeret: a præſidijs varijs, quibus eam ad terrarum Orbis Imperium vocabat, ac gentium omnium Reginam conſtituere moliebatur: ita ut omnia ferè & Naturæ & Artis; ſiue mauis humana diuínaque ornamẽta in hanc Vrbem contulerit. Quapropter ſiue Ariſtotelem conſulas qui in I. Rhetoricorum laudandæ Vrbis commonſtrat locos, ſiue ad Iſocratem confugias qui in Panathenaicis Athenarum laudes proſequitur, ſentias Virgilium eloquentiæ præcepta optimè calluiſſe: & in Carthaginis deſcriptione mirum in modum explicaſſe. Principiò igitur antiquam facit Carthaginẽ, & rectè: nam antiquitas, Ariſtotele authore, quemadmodum familijs & gentibus, ita Vrbibus non mediocrem adiungit dignitatem: & quamuis non ſatis conſtet inter Hiſtoricos de Carthaginis origine, verùmtamen longè ante Romam fuiſſe conditam fatentur omnes: non pauci etiam ante Troianum excidium ædificatam ſcribunt: denique hæc ipſa veræ originis inſcientia & obſcuritas a ſumma vetuſtate & antiquitate profecta eſt. Addit Tyrios eam tenuiſſe, vt ab ijs, quippe fundatoribus, nouum illi accederet dignitatis pondus. ij enim, vt cæteras eorum prærogatiuas ac laudes hoc loco prætermittam, uideri poſſent Colonijs deducendis & Vrbibus ædificandis a Natura procreati & ficti. Nam varias
106 Mundi plagas & peragrarunt & tenuerunt: varias in Græcia atq; alibi paſſim Vrbes multas condiderunt: ſed duas inprimis in Africa; Vticam ſcilicet, Catonis Vticenſis morte nobilitatam, & Carthaginem quæ hîc Africæ caput conſtituitur. vt minimè mirum Romanos tandem quemadmodum fortitudine ac potentia Carthaginienſes ſuperarunt, ita cõdendis Vrbibus coloniiſque deducendis eorum induſtriam & famam ſuperare voluiſſe. ſiquidem a Romulo & Romanis Sexaginta ferè Coloniæ ſupra cẽtum deductæ apud Hiſtoricos numerantur & quãuis interim Virgilius Tyrios non tam Carthaginẽ ædificaſſe q̃ tenuiſſe ſcribit, tñ ab eis fundatã planiùs ſignificabit in progreſſu. Ita quidẽ primò Vrbẽ hãc tũ ab antiquitate tũ a primis habitatorib. atq; adeò fundatorib. & deſcribit & celebrat

Mirificè verò Vrbis huius dignitatẽ illuſtrat nomẽ quod exponitur: ea.n. eſt Carthago de qua (inquit Salluſtius) præſtat magis ſilere, quàm paucá loqui. Atque idcirco ſatius

E erit

Quo conſilio deſcribat Carthaginem.

Inuocationis Artificiũ ex hoc Narrationis initio elucere, & cur.

Quali & quanto artificio deſcripſerit Carthaginem: & qua ratione optimè & Hiſtorici & Oratoris & Poeta partes impleuerit in hac Deſcriptione.

Quomodo Hiſtorici.

Quomodo Oratoris.

erit vt ipſe etiam vos ad Polybium, Appianum, alióſque trāſmittam quàm vt ampliſſimū hunc campum in præſens excurram. Quanquam, ne vos omnino ieiunos relinquamus, illud ſaltem dicam, Carthaginem in tertio bello quod geſſit cum Romanis, trecentas Vrbes ſub ſua ditione numeraſſe: ſeptingenta verò millia hominum intra mœnia aluiſſe, ac tam ingenti armorum vi fuiſſe inſtructam vt omnes Africæ milites terra marìque commodè armare poſſet.

Iam verò, quoniam talis ac tantæ Vrbis ſitum ac regionem continuò potuiſſet quis requirere, ac ſciſcitari, addit contra Italiam fuiſſe ſitam, quod eſt è regione Italiæ: ita vt hanc rectâ aſpiciat, quanquam cùm Italia ſupero inferóque mari cingatur, ac ſeſe a Septentrione ad Meridiem fundat longè, quis hinc agnoſcere valeat Carthaginis ſitum? Hac itaque de cauſa addit Virgilius è veſtigiò, *Tyberinaque longè* Oſtia, quibus docemur ita fuiſſe collocatam contra Italiam, vt poſita eſſet è regione Tyberis, atque eius oſtia recto curſu reſpiceret, nam ea verba, *Italiam contra Tyberinaque longè* Oſtia, ſignificant contra Italiam & contra Tyberina Oſtia fuiſſe ſitam, ſed longè, quòd nimirum interiectum ſit mare, & ideo in IV. cecinit, 107

Littora littoribus contraria fluctibus vndas,

diſtat verò a Romano littore ſiue ab oſtijs ducētis paſſuum millibus aut paulò plus. Quò fit vt reuera procul abſit, ac Mediterraneum, quantum eſt latitudine, interiectum ſit totū. Quanquam nihil prohibet quominùs biduò aut triduò nauigijs peragrari poſſit ſpatium iſtud. Itaque Cato cùm perſuadere inſtitueret Romanis Carthaginem eſſe delendā quòd è regione eſſet collocata, nec tam abeſſet quàm Vrbis ceruicibus immineret, præcoces ficus è Carthagine adductas tulit in Senatum quæ non ante tertiū diē Carthagine acceptæ eſſent. Ita quidē dum Italiæ ac Romæ è regione & veluti ſub eâdem linea collocatur, hinc etiam nonnihil ei dignitatis ac ſplēdoris accedat oportet. cū Italia cæteris regionibus omnibus cęli clementiâ, vbertate ſoli, hominum ingenijs, vno verbo, fœlicitate, antecellat.

Auget verò Carthaginis dignitatem ab opibus, vt quoniam auro, agris, pecore, commeatu, armis, claſſe, amicis, potentia, valebat plurimùm, hæc omnia opum nomine comprehenderet atque adeò prædiuitem eſſe oſtenderet. Et ideò non diues ſolùm dicitur, ſed diues opum: vt omne diuitiarum genus, omnem opum vim, indicet. Quanquam, quoniā opes non magnoperè ad dignitatem cōducunt, niſi ſplendeſcant vſu ac militari inprimis, vnde ſecuritatem paremus, ac ſummatim militaris virtus per ſe quoque plurimùm valet ad Vrbem aliquam illuſtrandam, ſtatim addit militari quoque laude ac belli ſtudijs fuiſſe aſperrimam: vbi ſanè cum militaris virtus duros exigat labores atque aſperos, hinc quoque augendam putauit bellicæ laudis famam. Ac fortaſſe hoc in loco Platonis decretum ſpectauit, quo ſtatuit vt qui ſuam Rempublicam cuſtodirent milites, inſtar generoſi canis 108
in ſuos domíque mites, in alienos ac bello feroces & aſperi, ſeſe oſtenderent. Denique bellica Carthaginis virtus ea fuit vt bello principem ſibi laudem arrogaret: quaſi verò effoſſum caput equi (inuenerant hoc dum deſignarent Vrbem) id portenderet, cum equus ſit bellicoſiſſimus. Et hac de cauſa hîc currum & arma, quaſi belli arcem cōſtitueret Carthaginem, dicitur collocaſſe: vt ſcilicet intelligamus quātopere præſtiterit inter eas vrbes quæ belli floruiſſent laude. Denique Romani non aliunde quàm ex Punico bello militarem ſcientiam illam collegerunt qua Mundi Imperium adepti ſunt. Sed quoniam Iunonis mentionem fecimus, quam Carthagine currum & arma collocaſſe ait noſter vates, quæſo eius carmina repetamus & quam vim habeant ad Carthaginis commendationem expendamus, ſic igitur pergit Virgilius,

Quomodo Poetæ

Quam Iuno fertur terris magis omnibus vnam
Poſthabita coluiſſe Samo. Hîc illius arma,
Hîc currus fuit: hoc regnum Dea gentibus eſſe,
Si quâ fata ſinant, iam tum tenditque fouétque

Quo in loco quoniam Virgilius Carthaginem non modò hiſtorico more deſcripſit, ac propterea eius nomen, ſitum, conditores, colonos, antiquitatem, potentiam, ſtudia, moréſque retulit, verùm etiam, quaſi orator, ornauit, nunc Poëtica quoque lumina (vt par eſt) & ornamenta eidem adiungit illuſtrandæ. ita fermè cum multa & magna naturæ artiſque præſidia numerauerit; nunc progreditur ad diuina, quæ poëticè exprimit ornátque eleganter. Ac profectò fuit in more poſitum apud priſcos ſeu Romanos ſeu Græcos vt familias & Vrbes ad diuinos authores referrent; itaque plurimas Græcorum

Digitized by Google

rum Romanorúmque & familias & Vrbes ad Herculem, ad Iouem, ad Neptunum, ad Venerem, ad Martem relatas ſentias, ſigillatímque Carthaginem ad Iunonem: quæ propterea in IV. Carthaginem appellat ſua mœnia. Hîc igitur noſter vates Iunonem introdu-
109 cit quæ hanc vrbem cæteris omnibus antepoſuerit: quibus intelligitur Argos, Mycenas, ſpartam ac reliquas, quótque eam Græciâ & Aſiâ totâ colerent, poſthabuiſſe Carthagini. Quid plura? Samum etiam in qua nata erat, educata, ac Ioui nupta, poſthabuit: Samum inquam, in qua Templum pulcherrimum ac toto Terrarum Orbe celeberrimum in eius honorem excitatum erat: vbi nobile eius ſimulacrū magna veneratione coleretur. Vt minimè mirum poëtam addidiſſe non modò currum & arma hîc collocaſſe, verùm etiam omnem eò cogitationem conieciſſe: vt Carthaginem (ſi quâ tamen ratione ſinerent fata) Terrarum Orbis caput conſtitueret. Et hac de cauſa Venus non multò poſt Carthaginē appellabit Iunonis hoſpitium: & in IV. vt dicebam Iuno ipſa Carthaginem ſua mœnia appellare non dubitabit dum Venerem ſic compellabit

Nec me adeò fallit, veritam te mœnia noſtra
Suſpectas habuiſſe domos Carthaginis altæ.

Dum verò ait,

—— *Hîc illius arma, hîc currus fuit;*

videtur etiam ad pictores (eſt enim pictori affinis poëta) aut ſtatuarios reſpicere, qui eam modò curru delatam exprimunt, modò hærentem aſta, aut etiam clypeum gerentem dextra, haſtam ſiniſtra: & ideò etiam Curetis ſiue Haſtata dicebatur. Quanquā hæc a poëtis mutuantur pictores. Nam Homerus etiam in currum eā imponit, Virgilius alibi amatam facit. Ouidius quoque Virgilium imitatus, eam de Carthagine ſic loquentē inducit,

Cum mea ſint illo currus & arma loco.

Hæc inquam eſt Carthaginis deſcriptio & laudatio. Hiſtoricæ, Oratoriæ, Poëticæ, induſtriæ pleniſſima. Nam ſiquis miretur, cur non eandem a ſtudijs Artium liberalium & doctrinarum laudauerit, cum hinc etiam magna Vrbibus accedat dignitas, id accidiſſe credi-
110 derim, vel quia apud hiſtoricos non facilè reperiatur Carthaginiēſes doctrinarum ſtudia magnoperè coluiſſe (ideò Græcos alibi ab huiuſmodi artibus laudat quòd eos coluiſſe cōpertū eſſet) vel quia haud deceret ijs eā ornare laudibus quibus Romani, hoc eſt victores, vix adhuc (id quod libro VI. fatetur) florere cœpiſſent: vel etiā quia vbi arma dominantur atque impensè tractantur, doctrinæ frigere ſolent, id quod is facilè ſenſiet qui legerit Ciceronis Orationem pro Murena. ſed ad Iunonem redeamus de qua Virgilius ſic pergit, *Dubitatur qua de cauſa non eam ab liberalium quoque Artiū ſtudijs celebrarit. Reſpondetur.*

Part. I.

Progeniem ſed enim Troiano a ſanguine duci
Audierat, Tyrias olim quæ verteret arces.
Hinc Populum latè regem belloque ſuperbum
Venturum excidio Libyæ: ſic voluere Parcas.

Nullam non libenter arripit occaſionem Romanum commemorandi nomen ac celebrandi. Quare quemadmodum in propoſitione dixerat fore vt ex Vrbe illa quam Aeneas conditurus eſſet, orirentur Albani ac Romani, & rurſus Carthaginis deſcriptionem concludet acclamatione illa nobili *Sic pergit ad Iunonianæ iræ cauſas, vt caſionē arripiat Romanos celebrandi.*

Tantæ molis erat Romanam condere gentem:

Sic in præſentia Narrationem exorſus eſt a Carthaginis deſcriptione, cum tacitè Romanos introducit, qui forent a Troiano ſanguine procreandi, ac procedēte tempore Scipione minore Duce Tyrias arces euerſuri, ac proinde futurum quoque eſſet vt hic populus longè latéque regnaret, ac bello ſuperbus, nobilis inquam & inclytus, euaderet ex Libyæ excidio. ac rectè. nam Carthagine euerſa & Libyæ ſubinde ciuitatibus multis ſolo æquatis, factum eſt vt Romani ſpiritus ingentes ſumpſerint, ſéque dignos putarint qui longè latéque regnarent, & ad Terrarum Orbis Imperium aſpirarēt, quo breui etiam potiti ſunt. Nam hanc planè eſſe vim huius loci ſatis conſtat vel quia alioquin perperam poſt Tyrias arces a Romanis euerſas, diceretur fore vt populus bello ſuperbus ſeu inclytus ad Libyam
111 excidendam proficiſceretur, vel quia ita res habuit vt ex Carthaginis & Libyæ excidio Romani ſpiritus illos ſumpſerint longè ac latè dominandi ac Terrarum Imperium occupandi, vel quia venturum pro futurum (hîc enim futurum metri cauſa non commodè vſurpari poterat) vſitatum eſt ac familiare Virgilio, apud quem legimus. *Qui cana populū venturum excidio Libyæ*

E 2 Nouit

Digitized by Google

——Nouit namque omnia Vates
Quæ ſint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur — 4. Geor. & Protheo.

& in VI. Aeneid.

—— & omnis Iuli.
Progenies magnum cæli ventura ſub axem.

& rurſus *æuum & ſæclum venturum*: *Sybilla præſcia venturi*, & quod magis cum hoc conuenit loco, *bella fato ventura*, hoc eſt ex fato futura, dicuntur: Vt omittam Ciceronem ipſum cū ſcriberet in libro de Fato venturum eſſe immutabile, venturum pro futurum vſurpaſſe. Vt propterea Seruij & Latinorum multorum pace rectiùs verterit hunc locum Italicus Interpres cum caneret,

Ma già contezza hauea ch'era di Troia
Per vſcir'vna gente; Onde vedrebbe
Le ſue torri ſuperbe a terra ſparſe.
E della ſua ruina alzarſi intanto
Tant'auanzar d'orgoglio, e di potenza,
Ch'ancor dell'Vniuerſo imperio haurebbe.

vbi licet ea vox *contezza*, non adamuſſim reſpondeat voci illi audierat, ea tamen planè

E de la ſua rouina alzarſi tanto,

planè exprimunt quod volumus, ſcilicet populum illum ex libyæ excidio futurum ſeu euaſurum latè dominum ac Regem. Quòd ſi quis fortè retinere cupiat Seruij explanationem, ac populum latè Regem bellóque ſuperbum ad Libyam excidendam venturū fuiſſe dicat, is ne in ταυτολογίαν incidat, pro progenie Corneliam gentem, pro populo latè Rege Romanos intelligat: tametſi reuera nondū latè regnabat, ita vt hinc ēt intelligatur ſignificari fore vt latè regnaret ex Lybiæ excidio: rurſus illud, *Hinc populū latè Regē venturū*, non 112
ex progenie illa explices, ſic enim ὕστερον πρότερον narraſſet, quod, dum hiſtorici fungitur munere, vitioſū eſſet; ſed poſtquā euerſæ fuiſſent Tyriæ arces: nam Carthagine euerſa, ſubinde exercitus miſſus eſt, qui alias multas Lybiæ vrbes æquauit ſolo. quamuis hac de cauſa Tyrias arces a Cornelia progenie, cæteras vrbes a Romano populo euerſas ſubdurè affirmaueris cum ſub idem tempus & Carthago & Legatis Romanis iubentibus cæteræ Libyæ vrbes exciſæ fuerint ac dirutæ. Atque hoc eſt quod ait Parcas voluere. Parcarum verò fabula atque illarum miniſteria nota ſunt. Et quanquā hæ tripartito illo munere hominum vitā diſpenſare dicantur, verumtamen aptè etiam tale miniſteriū in Vrbes cadit ac regna, quorum initium, mediū, finis ex poëtarum ſententia Fatis ac Parcis ſubiecta ſunt. Certè Florus Romanum Imperium eleganter animantis inſtar ætatibus variauit, quaſi infantiā cæteráſque ætates in eo ad decrepitam vſque ætatem notare liceat; ac Genethliaci Vrbibus perinde atq; hoīb. tanquā vitæ periodos ſtatuūt, q̄ tamē quā rectè faciāt, ipſi viderint

Partic. 6.

Id metuens, veteriſque memor Saturnia belli
Prima quod ad Troiam pro caris geſſerat Argis:
Nec dum etiam cauſæ irarum, ſæuique dolores
Exciderant animo: manet alta mente repoſtum.
Iudicium Paridis, ſpretæque iniuria formæ,
Et genus inuiſum, & rapti Ganymedis honores.

Quas ob cauſas Iuno tantoperè perſequeretur Aeneam.

Cauſas recenſet noſter Vates propter quas Iuno tantoperè perſequeretur Aeneā ac Troianos: etſi enim ea vel maximè illius exulceraſſet animum, quòd pertimeſceret ne ex Troianis progenies illa tandem exiſteret quæ Carthaginem euerteret, aliæ tamen accedebant cauſæ quibus cruciabatur. Ac primùm verebatur ne fruſtrà ſuſcepiſſet tot labores pro caris Argiuis in Troiano bello, & ea in irritū caderent quæ decēnio illo toto aduerſus Troianos egiſſet. Cum. n. ſuperſtites eſſent multi, quid ſi inde nouū Regnū ac Troia tandē aliquando reſurgeret? Sed & alia in mentē recurrebant, atq; adeò iras & dolores fouebāt: nimirum iudiciū Paridis & ſpreta pulchritudo ac forma: inuiſum Troianū genus quod ab Electra Iouis pellice per Dardanum dimanaſſet: rapti deniq; Ganymedis honores quia rapti eſſent Hebæ, quæ Iouis erat pocillatrix: vel certè rapti Ganymedis honores, qui Ganymedes ab Aquila raptus eſſet, ſiue ēt a Dijs vt eſſet a poculis. Homerus. n. de illo ſic canit, 113

Ganyme-

— — Ganymedes
Qui tum pulcherrimus fuit mortalium hominum:
Quem etiam rapuerunt Dij, Ioui vt pocillator eſſet
Pulchritudinem ob ſuam.

Quanquam verendum ne raptus Ganymedis dicatur ad ſalaciſſimi Iouis impudicitiam turpiſſimam tacitè indicandam. quidni enim præpoſterus Iouis amor non augeat Iunonis iram, atque in Troianos, quos alijs de cauſis oderat, ob Troianum Ganymedem incendat? ita quidem illud *rapti* neſcio quo pacto plus ſignificaret, quàm vox primo auditu referret. His igitur incendebatur Iuno in Troianos. Etſi non me latet eſſe qui Antigonem quoque huc referant Laomedontis, hoc eſt Troiani regis filiam. Cum enim de pulchritudine (vt eſt apud Ouidium) non dubitaſſet cum Iunone contendere, ſine dubio potuit id etiam Iunoni in mētem recurrere. Itaque Italicus Aeneidis interpres non dubitauit hunc locum ſic vertere

—— Ella che tema
Hauea di ciò, non poſto anco in oblio
Come a difeſa de' ſuoi cari Argiui
Foſſe a Troia acerbiſſima guerriera,
Ripetendone il ſeme e le cagioni
Se ne ſentia nel cor profondamente.
Hor di Pari il giuditio, hor l'arroganza
D'Antigone, il concubito d'Elettra,
114 *Lo ſcorno d'Hebe; al fin di Ganimede*
E la rapina, ei non douuti honori.

Sed profectò quantumuis Corradus etiam Antigonis arrogantiam commemoret (commemoret inquam: nam qui in hunc locum cadat nō oſtēdit) ægrè tamen intelligas quàm fideliter locum conuerterit Italicus interpres iſte & Antigonis arrogantiam ex verbis illis, ***Et genus inuiſum*** quaſi latentem eduxerit: nā inuiſum genus ſignificat quidem Troianā ſtirpem propter Electræ concubitum fuiſſe inuiſam & odioſam Iunoni, ſigillatim verò Antigonem, magis quàm quemuis ex Troianis aliam nullo modo. niſi fortè eò cōfugias vt dicas illud *ſpretaéque iniuria formæ* non ad Paridem referri cuius iniuria ſatis expreſſa fuerit in illis, *Iudicium Paridis*, ſed Antigona ſignificare. quanquam enim ſatis ſupérque Antigonis arrogantiam vlta eſſet Iuno, (in auem enim eam conuerterat) tamen adhuc Troianos ob Antigonis arrogantiam odiſſe potuit. Sed vt vt ſit, Iunonianæ iræ cauſas expoſuit Virgilius. Itaque iurè pergit,

Partic.7

His accenſa ſuper iactatos æquore toto
Troas, relliquias Danaum atque immitis Achilli
Arcebat longè Latio: multosque per annos
Errabant acti fatis maria omnia circum.

Vbi his omnibus (inquit) de cauſis quas recenſuimus, incenſa Iuno & inflammata Troianos, Troianos inquam miſeros, qui Achillis ac Danaum ferro ac flammis fuerant ſuperſtites, iactatos quamuis æquore toto; arcebat longè a Latio: ita vt iam multos annos errarent fatis huc illuc maria omnia circum agitati ac pulſi. Ita quidem noſter Vates, cum a Muſis poſtulaſſet vt ſibi cauſæ memorarētur propter quas Iuno Aeneam tantoperè perſequeretur, atque illas ſubinde (Muſis nimirum eas illi ſuggerentibus) euulgauerit, iam vt in circulum recurrat oratio, concludit has planè fuiſſe cauſas propter quas Troianos diu iactaſſet Iuno. Atque hinc ſanè illud habet dubitationem; quî fieri potuerit vt cùm fata in
115 Italiam vocarent Troianos, nunc iidem Troiani fatis agi, & huc illuc impelli dicantur. certè in libro decimo Aeneas profitetur ſe in Italiam profectum vocantibus fatis. Verùm nihil fortaſſe prohibet quominùs fatis etiam acti & huc illuc veluti iactati a fatis dicātur. nam ab initio iuſſi ſunt Troiani ab Oraculis & reſponſis nauigare ac nouam Vrbē condere quòd in fatis eſſet vt nouum excitarent regnū: ſed tamen locus ac Regio in qua excitandū eſſet vel non declarauerant Oracula illa & fata, vel obſcuriſſimè attigerant. Itaq; cum Aeneæ Antandro ſoluenti nauigandum eſſet in Italiā, atq; adeò ad Occidentem, ipſe in Thraciā ad Septētrionē curſū intendit: ſed tamē portētis ac monitis cōmotus, rèuocauit

Quantoperè Aeneā ac Troianos perſecuta ſit Iuno.

curſum,ac Delum peruenit,vnde etiam Oraculi obſcuritate in Cretam ſoluit,quaſi verò ibi excitandum eſſet regnum & tamen a Penatibus didicit aliò nauigandum & in Italiam omnino contendendum, ad quam etiam non antea peruenit quàm huc illuc diu ac multùm iactatus eſt.itaque fatis etiam huc illuc actus eſt,ita vt fatis acti errarent Troiani dum ſedes mutare iuberentur.hac igitur de cauſa cōcludere potuit Virgilius & Iunonem Latio arcuiſſe illos longè, & multos annos erraſſe fatis actos; iuréque proinde epiphonema illud ſubieciſſet,

Part.8. Tantæ molis erat Romanam condere gentem:

quaſi diceret cum Troiani a Iunone arcerentur,& a fatis errare cogerentur,maximæ difficultatis (quanquam de hoc paulò poſt fuſiùs) fuiſſe Romanam condere gentem.

Tametſi,quoniam reuera interim Iunonianæ iræ requirebantur cauſæ,ab re videri poſſet commemoraſſe Troianos fatis,ijs inquam fatis quæ ab Oraculis paſſim Troianis pangebantur,fuiſſe iactatos,& huiuſmodi errores in fata illa reuocare.adde quòd illud *acti fatis* videtur ſæuum quid & hoſtile indicare, quaſi verò exagitati atq; huc illuc eiecti hoſtilem in modum fuerint ac per ſæuitiam,quod haud par eſt de fatis ſuſpicari quæ ad nouū Regnum illos vocarent. Certè cum Aeneas in primo ad tolerantiam hortaretur Socios, 116
illud memorabat

Per varios caſus, per tot diſcrimina rerum
Tendimus in Latium, ſedes vbi facta quietas
Oſtendunt: illic fas regna reſurgere Troiæ,

ita vt fata fauerent Troianis,non eos iactarent.Itaque ſatius eſt vt facta hoc in loco fixa Iunonis decreta de Troianis inſectandis interpretemur:quod enim quis decreuerit obfirmato animo,id tanquā fatum (quod ſcilicet fatalia decreta imitetur quæ mutari nequeunt) videri poteſt.& hoc planè conſilio in libro VIII. (id quod rem mirificè explicat) cecinit Herculem duros mille labores pertuliſſe fatis Iunonis iniquæ, quod eſt firmis decretis. quin fortaſſe illud Turni ſpectat in IX. —— *Sunt & mea contra*
Fata mihi, ferro ſceleratam exſcindere gentem.

Vbi facta fixa animi decreta & obfirmatam voluntatem ſignificant. Denique quod paulò ante ſignificauit dum caneret, —— *Multùm ille & terris iactatus & alto*
Vi ſuperum, ſæuæ memorem Iunonis ob iram,

id planè,aut ego fallor;ſignificat dum de eâdem Iunone loquens,ſubdit,

Arcebat longè Latio, multóſque per annos
Errabant acti fatis maria omnia circum,

eſt enim poſterior hic locus veluti expoſitio quædā prioris in quo dixerat *ſæuæ memorem Iunonis ob iram*.Ita vt ſæuam illam & implacabilē Iunonis iram hîc cōuerterit in Iunonis facta,quod eſt in obfirmatam eius mentem & fixum decretum Troianos inſectandi. Et hac etiam de cauſa,quia ſcilicet obfirmato animo perſequeretur Aeneam,canit alibi,

Iunonis grauis ira & inexaturabile pectus,
Quam nec longa dies, pietas nec mitigat vlla.

Sed iam quoniam epihonemate ſeu acclamatione rem concludit Virgilius,atque ait, 117
Tantæ molis erat Romanam condere gentem.

videatur fortaſſe alicui appoſitè vti epiphonemate,cum fatis cauſas Iunonianæ iræ expoſuerit; ſed tamen quid planè ſignificet, aut quò acclamatio omnino ſpectet, obſcurū eſt. Ergo Seruius & Donatus ſic exponunt vt dicant Troianos cum huc illuc iactarentur,conſtanter id pertuliſſe quòd ſcirent tanti momenti eſſe ac tam præclarum & nobile Romanam condere gentem,vt non grauatè tot incōmoda & errores eſſent perferendi, ſed profectò cum interim nihil de Troianorum conſtantia,ſed tantùm eos Iunonis irâ diu ac multùm iactatos dicat,nimis violenter hinc talis ſententia eruitur:quam etiam minùs opportunam eſſe docebimus.Igitur mea quidem ſentētia,cum docuiſſet a Iunone diu ac multùm errare coactos ac iactatos Troianos ſubiecit è veſtigiò

Tantæ molis erat Romanam condere gentem.

vt intelligeretur tanti momenti fuiſſe Romanā condere gentē a qua euertenda eſſet Carthago,Græci ſubigendi,Imperiū denique Orbis terrarū Carthaginiēſibus & Græcis veluti è manibus extorquendū,vt nunquam non illos inſectata ſit Iuno.Itaq; illud *Tantæ molis* non ſignificat tantæ difficultatis nec tantæ dignitatis,ſed illud ꝙ dicitur,*di tante conſeguēze*
erat

Digitized by Google

erat condere Romanam gentẽ, ac tantoperè Iunonis hinc facta optátaque omnia euertebantur, vt Iuno terra maríque perpetuò ſibi Troianos duxerit inſectandos ne vnquam Latium attingerent, ac gentem illam procrearent a qua Carthago euerti poſſet, Alexandro etiam aut ſucceſſoribus dominatus extorqueri; Imperium denique quod Carthaginienſibus parabatur, auferri: hæc eſt huius loci germana ſententia.

Verùm quid tu Virgili, non ad ipſos Aeneæ errores deſcendis? cum enim cauſas diligenter exploraueris vnde Iuno tantoperè Troianos obfirmato animo inſectaretur, ac maria omnia circum errare illos cogeret, poſtularet ſanè ratio vt ad huiuſmodi errores commemorandos deſcenderes; præſertim verò quia hæc canenda propoſuiſti: eádemque, vt
118 ante bellum geſta ſunt, primo loco eſſent commemoranda. Ergo ad eos iam iam conuertit ſe ſe Virgilius, & ideò canit,

Part. 12.

Vix è conſpectu Siculæ telluris in altum
Vela dabant læti, & ſpumas ſalis ære ruebant,
Cum Iuno æternum ſeruans ſub pectore vulnus,
Hæc ſecum. Mene incepto diſiſtere victam?
Nec poſſe Italia Teucrorum auertere regem?
Quippe vetor fatis. Pallaſne exurere claſſem
Argiuum, atque ipſos potuit ſubmergere ponto,
Vnius obnoxam & furias Aiacis Oil*ei*?
Ipſa Iouis rapidum iaculata è nubibus ignem
Diſiecitque rates, euertitque æquora ventis.
Illum expirantem transfixo pectore flammas
Turbine corripuit, ſcopuloque infixit acuto.
Aſt ego, quæ Diuum incedo Regina, Iouiſque
Et ſoror & coniux, vna cum gente tot annos
Bella gero. & quiſquam numen Iunonis adoret
Præterea? aut ſupplex aris imponat honorem?

De Troianis conqueritur Iuno & in eos exardeſcit rurſus.

Vix, inquit, Troiani è Sicilia ſoluentes læti, & inter ſe gratulantes (fortè vel quia in luctu fuerant ob Anchiſis mortem, ita vt iam ad hilaritatem eſſet redeundum: vel quia diſceſſuri lautiori conuiuio, vt fit, excepti eſſent ab Aceſte: vel quia ab optato Latio non magnoperè abeſſent) vela dabant vt in Italiam contenderent: vix æratis nauium roſtris ſalſas vndas ſecabant; cũ Iuno, quippe quæ æternũ odij vulnus ſub pectore ſeruabat, Troianorũ lætitia proſperaéque nauigationis initio perſpecto, ac dolore proinde iráque magis ac magis exagitata, hæc ſecum. Ergo ipſa, ipſa inquam, ab incepto deſiſtere cogar, ac diſcedam victa? & cum Teucrorum, hoc eſt infimæ ſortis ac proſtratæ gentis regem, vel potiùs Regem ſine Regno, quin exulem, extorrem ac profugum ſine tribu & lare, atque adeò er-
119 ronem, Italia iamdiu auertere moliar, re infecta, diſrumpar licet, abibo? An fortaſſe ipſa vetor fatis? Indignum ſanè & intolerandum: cum enim Palladi, cuius numen, etſi præclarum, meo eſt inferius, licuerit paterno fulmine Argiuorum Claſſem exurere, & Caſſandræ conſtupratorem, Argiuóſque ipſos ponto demergere, ídque ob vnius Aiacis, Oi'*ei* noxam, ac propterea hunc, trãsfixo pectore, acuto infixerit ſcopulo, æquúmne erit vt ego, quæ Diuûm incedo Regina, Iouíſque & ſoror & coniux, vna cum gente tot annos bella geram, ac voti compos efficiar nunquam? ſcilicet illud ſupereſt (ac facilè etiam continget ſi victa diſceſſero) vt nemo iam numen Iunonis adoret, nec quiſquam meis ſupplex aris imponat honores. ſic Iuno.

Quanquam non eſt committendum vt eius querelam non paulò attentiùs expendamus, & quàm exaggerata conſtet argumentatione & amplificatione doceamus. Ergo Pallas, inquit, hoc eſt, Dea quidem ſed non Regina Deorum, potuit Argiuorum claſſem exurere: at ego Deorum Regina ne diſijcere quidem valeo Claſſem Troianorum: illa in-

Digitized by Google

tegram quadraginta nauium claſſem, eámque victricem ac potentem perdidit, ego exiguã
& afflictam a Latio arcere haud queo. illi licuit eorum naues euertere qui pro ea pugnaſ-
ſent: mihi hoſtes inſenſiſſimos haud conceditur pellere aut retardare. Illa non modò flam
mis incendit naues ſed Argiuos ipſos ad vnum demerſit ponto: ego profugos iſtos ne põ-
to abigere quidem poſſum. quin illos, etſi omnium egenos, lætos intueor. illi vnius Aia-
cis ob ſcelus, ſed quid dico ſcelus? imò noxam ac leuiſſimam culpam, licuit in Argiuos
omnes ſæuire: mihi grauiſſimas Troianorum omnium culpas, ne in vnum quidem profu
gorum Regem leuiſſimè vlciſci conceſſum eſt: Imò verò illa inſontem ferè Aiacem in
Argiuis omnibus eſt vlta, cum amoris, vel potiùs furoris, in quem ob amorem inciderat,
vi Caſſandram violauerit, ita vt cum mentis ferè eſſet impos, excuſandus fuiſſet: ego illos,
etſi ſexcenta in meum numen ac volentes peccauerint, nullam iniuriæ partem reponere 120
potis ſum. Illa breuì vlta eſt acceptam iniuriam, ita vt non diu eam pertulerit: ego Troia-
nos multos iam annos incaſſum perſequor. illa denique propria manu, quod ſine dubio
magnum offenſis ſolatium affert, repentè transfixit Aiacem ac turbine correptum & flã-
mis, acuto infixit ſcopulo: ego Diuûm Regina ac Iouis ſoror & cõiux incaſſum cum Tro-
ianis iam multos annos pugno. vt propterea illud vnum ſuperſit, nimirum vt nemo am-
pliùs meum adoret numen, nemo meis aris in poſterum imponat honores. Hæc eſt vis Iu
nonianæ lamentationis.

In qua tamen ne quid diſſimulem, magnam habent dubitationem ea verba, *Quippe ve-
tor fatis*: vt enim preſſa ac breuis eſt ſententia, ſic obſcura. Et quidem ſi seriò & affirmatè
ait ſe prohibitam fatis, nõ rectè deinde ratiocinatur ſed temerè: cum Pallas nullis (id quod
euentus indicauerat) prohiberetur fatis. quòd ſi non ſeriò ſed per irriſionem & contem-
ptum id profert, quaſi non facilè credat ſe fatis prohiberi, immemor ſit Virgilius, qui pau
lò antè dixiſſet audiſſe Iunonem ſic voluere Parcas. Itaque non vno in loco deinde fate-
tur Iuno in fatis eſſe vt in Latio reſurgat Ilium. Sed ſi perturbatus ſpectetur Iunonis ani-
mus atque ira percitus, egregiè canit Poëta, *Quippe vetor fatis*: ſiquidem Iuno fatis non
quidem fidem abiungit, aut illa irridet, ſed iniquo tolerat animo ac propter iræ æſtum &
per animi impotentiam arguit tanquam iniqua: quaſi diceret indignum eſſe huiuſmodi
fatum ac ſæuum: quod probat argumento ducto a minori: quia ſcilicet cum Palladi licue-
rit vlciſci Aiacis iniuriam quæ tamen, quippe ab amore ac furore profecta leuis erat, mul-
tò magis ſibi concedi debuerit vt Troianos a Latio ſaltem auerteret, cum omnes, quippe
ab adultera orti & adulteri fautores ac rapinarum propugnatores, criminoſi eſſent ac ſce-
leſti: ita ut indigna & iniqua ſint fatorum decreta. Hæc iratæ mens Iunonis. Quæ propte-
rea ad Aeolum ſine cũctatione properat vt Troianorum claſſem ſi non demergere, at cer 121
tè diſijcere poſſet & ab Latij ingreſſu retardare. ita quidem Aeoli ope ingentem Troianis
tempeſtatem excitat, vnde Troiani in Latio arceantur, & in Africã naufragi propellantur.

Tria hic nõ poſſe diſſimulari, quæ magnã habent dubitationem.

I. Dubitatio.

Tria verò ſunt quæ dubitare cogor hoc in loco antequam ad Aeolum cum Iunone ten
damus. Ac primum quidem eſt. Videri Virgilium gemino vti Narrationis initio, atque
adeò præpoſterè texere Narrationem: ſiquidem Inuocatione abſoluta, commodum ini-
tium dederat Narrationi nobili illa Carthaginis deſcriptione, proíndeque appoſitè cecine
rat, Vrbs antiqua fuit, & quæ ſequuntur. & tamen nunc Narrationem alteram videtur or
diri, quaſi deintegrò Narrationem auſpicaretur. An non auditis eas voces

Vix e conſpectu Siculæ telluris in altum
Vela dabant læti & ſpumas ſalis ære ruebant.

quàm appoſitè Narrationis initium inferant? Rectè. verè enim inter carmen illud,

Tantæ molis erat Romanam condere gentem;

& nouam hanc Narrationem,

Vix è conſpectu Siculæ telluris in altum
Vela dabant læti & ſpumas ſalis ære ruebant,

nullus intercedere nexus videtur, vnde hæc duo carmina cohæreant cum ſuperiore: ita vt
ſolitaria & ad Narrationem quandam inchoandam inſtituta videri poſſint. Sed tamen il-

Diluitur.

lud etiam veriſſimè affirmetur Poëtam vnica voce rem totam vel componere vel declara
re ac nos dubitatione eximere potuiſſe, ſi nimirum vocem Oratoribus & Hiſtoricis ad res
nectendas tritam adhibuiſſet, atque incepiſſet, *Vix ergo* vel *Vix igitur*: qua vocula turbas
Grammaticorum ſedaſſet omnes & verò perſpicuitati conſuluiſſet egregiè. Nam cum
antea docuiſſet Iunonem multis de cauſis ſe ſe ad Troianos inſectandos conuertiſſe, co-
hæren-

122 hærenter & verò perſpicuitati ſeruiens ſubieciſſet, Igitur vix ſoluerant Troiani è Sicilia, cum ecce tibi ſtatim Iuno, quippe Troianis infenſa, his indoluit vocibus. Quam rem vniuerſam Orator rurſus paulò latiùs & verò clariùs expreſſiſſet his ferè verbis continuans orationem. Quæ cum ita eſſent, ecce tibi vix è Sicilia ſoluerant Troiani, cum Iuno his vocibus conqueſta eſt. Ita ſanè cum reuera preſsè loquatur Virgilius, nos particulam, igitur, vel ergo ſubintelligamus (vt ita dixerim) & cogitatione ſuppleamus; atque ambiguitatem tollemus omnem: quandoquidem hæc narratio cum ſuperiore optimè cohærebit, & perinde cohærebit ac ſi ceciniſſet

Ergo vix Siculo ſoluentes littore in altum
Vela dabant læti, & ſpumas ſalis ære ruebant;

Interim tamen crediderim ego inde accidiſſe vt Virgilius hoc in loco preſsè & ferè concisè locutus ſit, quòd de induſtria quandam veluti celeritatem ad præcipitem Iunonis iram canendam adhibere voluerit: vel certè vt Aeneidem per otiũ & accuratè ſibi poſtea emendandam atque omnibus numeris explendam propoſuerat, minutam quandam, ſed neceſſariam tamen, diligentiam vnde cohærentiam & perſpicuitatem nuſquam non conciliaret orationi, tantiſper poſthabuit. Igitur nihil erat cur Macrobius & alij quidam Aeneidis Narrationem hinc æſtimandam & ducendam ſtatuerent, quaſi verò incompertum eſſet num Carthaginis deſcriptio & quæ ſequuntur, ad Narrationem pertinerent aut inter exordiũ & Narrationem noua aliqua pars a Poëta fuiſſet interiecta. Multò minùs erat cur alij Virgilium reprehenderent quaſi gemina vſus ſit Narratione, etſi enim preſſe loquitur, rectè tamen & cohærenter (inſtitutam ſcilicet Narrationem continuans) loquitur.

Alterum eſt, quid cauſæ ſit, cur Virgilius iam Aeneæ errores a Sicula nauigatione & iactatione ordiatur. nam Aeneam antea ſeptennio ferè toto iactatum fuiſſe conſtabit non multò poſt. & ſanè cur ab erroribus incipiat, etſi arma prius propoſita eſſent, declaratum eſt ſatis: verùm dum rurſus Iunonem, quam Troianis infenſam oſtendit, eoſdem inſectantem inducit, ſic perturbat errorum ſeriem: vt fortaſſe excuſari vix poſſit. Ego verò ſic ſtatuo. Primùm non eſſe illos audiendos qui pugnant ad Aeneidis actionem non pertinere errores illos qui præſentem antegreſſi ſunt: quaſi verò reliqui illi errores tertio libro tanquam Epiſodia inſerantur. alioquin nihil erat cur Virgilius illud in Propoſitione caneret, *II. Dubitatio.*

123 *Multùm ille & terris iactatus & alto.* *Reſpondetur. Ac primò Minturni aliorũque nonnullorum ſententia reijcitur.*

nam cum Propoſitione ea proferat, quæ propria ſunt Actionis & fabulæ, Epiſodia diſſimulet neceſſe eſt vt cum in Propoſitione tantoperè iactatus fuiſſe dicatur Vir iſte, iactationũ omnium, non vnius tãtùm quæ ferè poſtrema eſt, ratio habeatur: præſertim verò quia nulla erat cauſa cur poſtremam potiùs quàm reliquas caneret Poëta, cum eius errores ſibi canendos propoſuiſſet qui a Troia profugus in Italiam ac Latium contendiſſet. quid plura? Virgilius errantem & facit & canit Aeneam Vlyſſis inſtar, ita vt Homerũ æmuletur, at Ariſtoteles docet oẽs Vlyſſis nauigationes & errores ad Odyſſeæ actionẽ pertinere proindeque argumentum præſtringens, ait longum ſermonem eſſe Odyſſeam & longas nauigationes erroréſque varios eius continere, qui multos annos errauerat atque hos errores ad Actionem pertinere, cætera eſſe Epiſodia. Aeneis igitur Aeneæ errores & nauigationes omnes in argumenti loco habeat & Actione ipſa comprehendat neceſſe eſt. Iam verò nec illi ſunt audiendi qui cenſent Poëtæ ordinem non quidem naturalem & hiſtoricum eſſe ſeruandum in quo res prout geſtæ ſunt narrantur, ac primæ primum, mediæ medium, poſtremæ poſtremum in locum conijciuntur, ſed præpoſterum & perturbatum, quem ipſi honeſtiore vocabulo artificioſum appellant: quaſi verò præſtet Poëtam a medijs vel extremis initium facere, atque hinc conuerſo ordine, ad prima demigrare. Et ſanè ſic Homerus in Odyſſea dum Vlyſſis errores caneret: a poſtremis enim incepit. Sic Vida in Chriſteide, ſic rurſus (ſi Plutarchum & alios quoſdam audias) Homerus in Iliade: quod Horatij præceptum fuiſſe ſtatuunt dum in ſua Poëtica iubet vt Poëta in medias res auditorem rapiat. atque hoc planè modo Horatij ſententiam explicuit Vida in ſua Poëtica & confirmauit *Aliorum quoque refellitur ſententia, qui ordinem naturalem improbant in Poeſi.*

124 copioſè: Iliadi etiam non Odyſſeæ tantùm hunc ordinem tribuens. Quin Cicero etiam & Quintilianus perturbatum ordinem appellant Homericum: ſed maximè omnium id pugnat Macrobius qui in VIII. libro Saturnalium & in Homero & in Virgilio artificioſum hunc ordinem agnoſcit, ſtatuítque Poëtæ eſſe germanum ac proprium. Quibúſcum ſentit Scaliger, author ſanè in re poëtica non contemnendus. Non, inquam, audiendi ſunt ii, quandoquidem vt omittam Homerum in Iliade reuera naturalem ordinem ſequi cum

Achillis

Achillis iram ſibi canendam proponat, quam a cauſis ducit & hiſtorici more proſequitur, ortum, ſtatum, inclinationem, extinctionem concinens, ſanè, Orpheus, Apollonius, Valerius Flaccus in Argonautica naturalem ordinem ſequuntur: ſic Silius, Lucanus, Statius, Petrarca, Sannazarius naturali inhærent ordini. eundem amplexus erat antea Lucretius, dum Naturæ opera: Ouidius dum Faſtos dies, Virgilius ipſe dum Agriculturæ munera decantaret. Idem poſtea magnus Vates Torquatus, qui Hieroſolymitanam expugnationem ac bellum decantaturus quod Goffredo duce geſtum eſt, prima primùm cecinit, media in medium, poſtrema in poſtremum locum conjecit: ita vt Duce conſtituto exercitum conflarit, Hieroſolymæque expugnandæ ſubmiſerit, cum hoſte certauerit, victoriam retulerit, ac votis perſolutis poëma abſoluerit. Quanquam Ariſtoteles maximè omnium pro naturali decertat ordine, qui Auerroë atque alijs interpretibus fatentibus, naturalem ordinē retinendum præcepit. quæ ſententia inde confirmatur quòd Epopeia & Poëſis eſt Ars. Ars verò Naturā imitetur, quæ tamen a perturbato ordine abhorret longiùs. Et huc pertinet quòd Ariſtoteles poëma cum pulcherrimo contulit animante, quod niſi debita partium collocatione gaudeat, monſtri ſit ſimile. Quòd ſi etiam Poëſis non temerè loquens pictura appelletur, quæ pictura non confundit partes & perturbat rerum imaginem, ſed Naturam ſequens, recto ordine imitatur, idem Poëſis efficiat oportet. Vt omittam perturbato rerum ordine intelligentiam ac memoriam perturbari, quin Naturæ fundamentum, Artis regulam & normam denigrari.

Statuitur tandē Virgilium iuſta de cauſa tantiſper diuertiſſe ab ordine naturali, etſi hic alioquin ſit optimus.

At enim ſi ita eſt, cur Virgilius, hoc eſt Vertex poetarum, perturbato differit ordine? ergo huius rei cauſam afferamus, ſimúlque doceamus Virgilium tantiſper a naturali ordine non temerè diſceſsiſſe, etſi naturalem ordinem alioquin præſtet ſectari. Principio igitur illud obſeruemus, Virgilium in vniuerſum naturalem ordinem conſeruaſſe. Cum enim priùs nauigaſſet Aeneas tum bellum geſsiſſet, nauigationes priùs & errores cecinit, tum bellum. quod ſi errores rurſus perturbato cecinit ordine, ita ut ſi non generatim, ſaltem in aliqua parte ac ſigillatim a naturali diſcedat ordine (neque enim id vllo modo inficiari licet) id ſanè in primo tantùm libro fecit, vbi ferè a poſtremo cœpit errore. itaque cum Aeneas ad tertij initium errores narraret ſuos, hos continuò ad ordinem reuocauit, a primo errore incipiens, & ex ordine percurrens cæteros, donec ad eum deuenit quo in Siciliam delatus eſt. ita quidem ſic perorauit, vt poſtremum errorem quo in Africam appuliſſet, reticuerit, & ideo aiebat, 125

Hic labor extremus, longarum hæc meta viarum.

(errorem intelligens quo in Siciliam peruenerat) tum pergebat,

Hinc me digreſſum veſtris Deus appulit oris.

alterum intelligens quo appulerat in Africam: quem, vt a Poëta in primo narratus fuerat & verò Didoni ob Ilionei Aeneæque orationem, notus eſſe poterat, præſtabat non iterare.

Quibus de cauſis deflexerit a naturali.

At enim ſit iſtud: ſed tamen præpoſtero adhuc ordine errores ſi non perſequitur, auſpicatur ſaltem, fateor commutato initio auſpicari, ſed nō temerè: nam ſi quæ cauſæ ſubſint, vnde interdum licet nonnihil de via deflectere, hæ ſe ſe obtulerūt Virgilio. Prima eſt quia Homerum imitabatur qui in Odyſſea reuera perturbato cecinit ordine Vlyſſis errores: ita metſi Homerus multis libris a naturali ordine digreſſus eſt: Virgilius breuì ſe ad ordinem naturalem reuocauit: ille rurſus ad ordinem ſic redijt, vt nauigationes interciſas & truncas (id quod in Tertij fine docebimus) reliquerit: hîc perſecutus eſt omnes, omnes ad ſeriem ordinémque redegit: Deinde cum Actio conſimilibus eiuſdémque generis factis aut tota aut maxima ex parte cōtinetur vt multis iteratíſq; ſiue prælijs, ſiue nauigationib. ſiue Terrarū peregrinationibus, ſiue cladibus aut periculis vel id genus alijs, hęc verò, ſi hiſtorico narrētur ordine, miram afferunt ſatietatem: itaque præſtat ea ſtylo variare, atque alia repræſentare quaſi tunc gererentur, alia quaſi anteacta ſtrictim percenſere: ac propterea alia Poetæ ipſi qui res explicatè perſequitur, alia alijs qui ſtrictim ea recenſeant, attribuere. Id quod operæpretium fuit in tanta errorum ac nauigationum multitudine: in quibus Poëta, vt ſatietati occurreret, alias ſibi reſeruauit, alias Aeneæ narrandas attribuit, quod tamen efficere haud potuiſſet ſi ipſe cœpiſſet a primis. nam haud relictus fuiſſet locus vnde Aeneæ reliquas narrādas tribueret. Qui enim errores ac res geſtas narrat, is res anteactas narrat. ſi igitur primos errores, tanquam gererentur ac propterea tanquam præſentes expreſſiſſet Poëta, & (quod in primo hoc libro facit) imitatus 126

eſſet

eſſet,inſequentes errores continuare eodémque modo perſequi potuiſſet quidem ac tanquam præſentes exprimere, alteri narrandos committere nullo modo. ita quidem nec orationem ac ſtylum variaſſet quô in tanta rerum ſimilitudine ſatietati occurreret,nec errores illos,quoniam imitatio ſeu repræſentatio ſolet eſſe ornatior & apparatior ac multò quàm narratio rerum geſtarum & præteritarum manare latiùs,niſi prolixitudine ingenti complexus eſſet ac permoleſta. Ergo in mediam errorum aciem ſe ſe coniecit, vel potiùs ferè in extremam,vnde Aeneam ſufficere potuit Narrationi ſtylo variato nimiam ſimilitudinem ac longitudinem declinauit. Itaque vbi & magna rerum ſimilitudo ſe ſe o-
117 bijciat, vel maxima rerum,etſi diſſimilium, moles ac multitudo, (hæc enim vniuerſa non commodè Poëtæ ipſius repræſentatione,ſed Poëtæ repræſentatione partim, partim preſſa alicuius narratione,percenſetur) vel prima,vt ait Plutarchus,minùs illuſtria ſint nec motus & affectus contineant,vnde nobile fiat poëmati initium atque admiratio in primis excitetur, præſtat ordinem vtcunque variare. ita ſcilicet vt nobiliora Poëtæ repræſentationi committantur,cætera alicuius narrationi tranſmittantur, quemadmodum in Aeneide a ſolertiſſimo Poëta factum videmus. Et quidem non decet Poëtam res geſtas ſtrictim percenſere ac facta hiſtorico more perſequi ſed amplificare & poëticis luminibus ac pigmentis illuſtrare: Epiſodijs etiam,vnde admiratio magis ac magis excitetur,ornare & dilatare. Id quod noſter Vates in ea tempeſtate præſtitit, qua Troiani è Sicilia in Africam delati ſunt,cui deſcriptiones adhibuit, conciones & id genus alia quibus admiratio & voluptas conciliatur. Quapropter ſi ingentem illam errorum molem,& multitudinem eadem ratione cecini ſſet, ac bella etiam, quemadmodum ſtatuerat ac propoſuerat, ſubijcere voluiſſet, in immenſum ferè creuiſſet opus. Itaque operæ pretium omnino fuit aliquem ſubinde introducere qui res anteactas narraret præſcius, quemadmodum licet animaduertere dum Aeneas excidium Troiæ ſuáſque nauigationes minore apparatu,quin hiſtorico ferè more ac modo,etſi reuera illuſtri & non ſine affectibus, perſequitur. Ex quo fit vt cum Poëma repræſentationem habeat in primo libro, tum narrationem in ſecundo & tertio,hinc ad repræſentationem redeat, ac poëma hoc artificio diſtinguat & variet, cum ſatietati occurrat, tum magnam poëmati conciliet dignitatem. Quòd ſi nulla huiuſmodi cauſa id ſuadeat, quin commodè liceat rerum ordinem ac filum ab initio ad finem vſque ſectari,vt cum nec ingens eſt rerum moles, nec partes ſunt inter ſe perſimiles, nec prima facta affectibus & ſplendore carent, retinendus eſt ſine dubio naturalis ordo, quemadmodum in Iliade, ſi quis rectè æſtimet, & Gothofrido animaduertitur. De qua re tota,
pag. quoniam copioſè diſſeruimus tum in noſtra Comparatione, tum in Ariſtoteleæ Poëticæ
702. Commentarijs vbi & aduerſarijs reſpondimus, & quas pro naturali ordine rationes attu-
128 limus,vix ac ne vix quidem a Virgilio violatas oſtendimus, hæc ſatis in præſens.

III. Dubitatio.

Nunc poſtrema ſe ſe obijcit dubitatio de perſonis quæ introducuntur a Poëta & loquẽtes fiunt. Etenim Poëta quemadmodum docet Plato in 2. de Republica, cùm imitatur, vel figura vel voce imitatur: figura,cum perſonas ipſas inducit quæ alienam ſuſtineant ac referant:id quod in Comœdia & Tragœdia & in vniuerſùm in Drammatico poëmate vſu venire ſolet, in quo Poëtæ latet perſona, & ſubijciuntur Actores: voce, cum Poëta ipſe aliorum refert dicta,ſed ita refert vt non ex propria,ſed quoad eius fieri poteſt,ex aliena perſona loqui videatur. & ideò non hiſtorici more obliquo ſermone ſed recto eos loquentes facit: atque hac de cauſa adhibet verba illa, Tum Iuno, vel ſic fatur, vel At ille, & conſimilia. Cuius geminæ imitationis exempla in Dialogis extant: ex quibus alij perſonas præfigunt,& Dramaticam imitationem conficiunt,alij authorem ab initio loquentem faciũt, qui tamen in progreſſu interpoſitis particulis illis,Tum ille, Hic contra,& ſimilibus, alterum imitationis exprimit genus. Igitur heroicum poëma ſecundo hoc imitationis genere continetur,in quo Poëta primùm apparet & loquitur, tum alium voce imitatur atque adeò loquentem facit,& ita facit vt vices variet ac varietate ſatietati occurrat delectétque magis.Hic igitur Iunonem primò introducit Virgilius ac ſuam tantiſper perſonam,quãtùm tamen patitur hoc poëmatis genus, abſcondit ac celat.

Quo artificio & conſilio introducẽda perſona & Proſopopœia poëmati adhibenda

Ita quidem cum in Heroico Poëmate perſonæ introducendæ ſint, quærimus quo artificio & conſilio ſint introducendæ: neque enim temerè aut introducendæ aut detinendæ ſunt: nec rurſus niſi conſultò & commodis vicibus variandæ. Primò igitur ſic ſtatuo. nobiles præſertim ab initio præſtan-
129 téſque perſonas (vt ſcilicet ſplendorem referat poëma) introducendas. ſic Homerus in Iliade Iouem primò loquentem facit,in Odyſſea, Chryſen venerandum Apollinis ſacerdotem

Digitized by Google

dotem in Illiade; Virgilius Iunonem,noſter Torquatus Homeri Iliadem æmulatus, Deū ipſum: alij alias eáſque illuſtres ferè. Et hac fortaſſe de cauſa factum eſt vt Stoici affirmauerint heroicum poëma non modò hominum verùmetiam Deorum actiones imitari. Videbant enim perſonas admodum illuſtres induci paſſim: ita ut ſi perſonas ſpectes, non minùs Deorum quàm hominum res agi videantur. Tametſi cauendum eſt ne dum ad nobilitandum poëma Deos introducimus,ſeu potiùs (vt rectè loquar) cœleſtes, vel nugemur,vel impia canamus,quemadmodum facit Homerus, qui vel perpetuis diſcordijs ſuos ille Deos inuoluit ac mendacijs & flagitijs onerat,vel epulis,riſu,iocis detinet.Itaque tum a Platone tum ab alijs reprehenditur acriter: inter quos M. Tullium numeres licet, qui propterea cū miraretur,Homerum tā facilè humana retuliſſe ad Deos, ſcitè profectò ac penè diuinè ſubdebat, *Mallem vt diuina ad nos:* quaſi diceret iras,diſcordias,mendacia, bella,adulteria traduxiſſe ad Deos,cum tamen oportuiſſet pietatem, iuſtitiam, innocentiam traducere ad mortales. Virgilius tamen cautior fuit & caſtior. licet enim quædam excipit ab Homero,vt Iunonem odiſſe Troianos, Venerē contra pro his aduerſus Iunonem exarſiſſe, flagitia tamen non facilè affingit cœleſtibus: ſed omnium caſtiſſimus fuit Torquatus quique beatas mentes diuinúmque numen magna cum dignitate & decore in poëma induxit ſuum. Denique vt multa paucis complectar, in perſonis,quales quales illæ ſint,inducendis,videndum eſt vt non ſine decoro & opportunitate actioni adhibeantur,nec facilè, præſertim cœleſtes,longiore ſermone occupentur. Satiùs enim eſt perſonas variare ac vices, quàm diu eaſdem detinere.Quæ cum ita ſint,non poſſum non mirari Homerum qui etſi in VII. Odyſſeæ Vlyſſem narrantem feciſſet quæ ſibi ab Ogygia ad Phæacos vſque 130
contigiſſent, tamen paulò poſt eundem induxerit quatuor integris libris exponētem ſuas nauigationes ac ſuis illum erroribus percenſendis tamdiù detinuerit.Contrà Virgilius laudandus qui,etſi multa ſatis narranda eſſent, vix vno atque altero illum narrantem induxit libro: idque narratione mirificè variata, cum in priore Troiæ excidium in altero errores narret ſuos. Ita quidem vnico Aeneas percenſet libro quæ fermè Vlyſſes quinque fuerat perſecutus. At enim qui variandæ vices? ſanè Ariſtoteles in ſua poëtica iuſſit vt Poëta ipſe quàm pauciſſima loquatur, ac tantiſper ferè dum quibuſdam verbis alios introducit; atque huic vel illi aditum ad dicendum ſternit: quin Homerum (id quod mirum videri poſſet) laudat, quòd hunc morem coluerit: cæteros reprehendit qui loquerentur frequēter. Hîc igitur dubitatio ſe ſe offert grauiſſima: etenim Plato temperari iubet orationem atque adeò Poëtæ non minorem quin maiorem partem committi. Homerus etiam ſibi plura vendicauit,præſertim in Iliade, vbi multò plura loquitur ipſe quàm reliqui omnes. Virgilius etiam,quem nos optimum Epicum cenſemus, ab eâdem Ariſtotelis ſententia receſſit: ſiquidem multa & magna ex propria proſequitur perſona. Ac, ſi me audias, rectè; idque multis de cauſis. Prima quia dum alij introducuntur, ad dicta & ſermones percenſendos introducuntur:id quod & in Chryſe quem primùm introducit Homerus in Iliade; & in alijs perſonis obſeruare licet: idem, ne exempla petam longiùs, in Aeneide dum introducitur Iuno, Aeolus, Aeneas. Itaque Iuno, *Mène*, inquit, *incæpto deſiſtere victam?* & quæ ſequuntur. Contra verò Poëta res ipſas geſtas perſequitur, vt Iunonem poſthabita Samo Carthaginem dilexiſſe, huic Terrarum orbis Imperium affectaſſe,mox etiam ad Aeolum contendiſſe, tempeſtatem excitaſſe,& id genus alia. Quantum igitur facta verbis tantum Poëtæ narratio aliorum præſtat Narrationi. Quòd ſi interdum perſonæ etiam facta com- 131
memorant, vt Vlyſſes & Aeneas cum ſuos errores referunt, iam præterquam quod poëtæ more loquuntur, & eundem tenorem ſeruant, res præteritas tantum attingunt, non præſentes. ita ut narrent potiùs quàm repræſentent. Itaque vnus Poëta, quippe qui res præſentes imitatur ac repræſentat, præcipuum obit munus. Adde quòd veriſimile cuſtoditur faciliùs dum Poëta loquitur,quàm dum introducuntur cæteri: nam quemadmodū hiſtoricus dum ipſe loquitur ac res geſtas narrat, faciliùs ſibi conciliat fidem quàm dum Conciones rectas inſtituit atque alios loquentes facit,ſic Poëta. & quamuis Poëta ſic aliorum ſubit perſonam vt eorum verba ob Muſarum opem fidenter referat & non ſine decoro,hiſtoricus contrà,cum minùs veriſimile ſit aliorum ſermones & conciones totidē verbis referre potuiſſe, nihil tamen prohibet quo minus Poëta dum res geſtas de more narrat,multò minùs diſcedat a veriſimili. Quamquam illud imprimis vrget. nam actio ex factis & rebus geſtis conſtat inprimis, ita vt quemadmodum hiſtoria dicitur rerum geſtarum quia has in primis narrat, ita Epopœia quæ eſt ficta hiſtoria res geſtas, quàm dicta

magis

Digitized by Google

magis perſequitur. quòd ſi inſtes cum Ariſtotele, Poëtam dum loquitur ab imitatione recedere, cum tamen poëſis ſit imitatio, iam Plato pernegat Epopœiam in imitatione poſitam eſſe totam, quin ſtatuit magnam partem imitatione carere, cum perpetua imitatio ſit Dramatici: quare dum neceſſitas cogit vt Poëta ipſe multa loquatur, idque ab Homero & Virgilio factitari video, non poſſum hac in re non ab Ariſtotele diſcedere & cũ Platone ſentire. Quanquam vt Ariſtotelem, ſi quo modo fieri poſſit, tueamur, fortaſſe ſuſpicari licet Ariſtotelem comparatè loquutum eſſe, quia ſcilicet videbat alios Poëtas ferè totos fuiſſe in narrando, & quæ perſonas inducendo, vnde egregiè variatur ſtylus, paratur laus, propemodum ignoraſſe. cum tamen Homerus hanc laudem agnouerit & quæſierit, ita vt non dico paucißima loquatur ſed frequenter inducat perſonas, alioquin ſi
132 pugnes perſonas conciliaſſe tantùm ad dicendum & quàm paucißima loquutum eſſe (id quod Ariſtotelis verba ſonare videntur) ac propterea in vniuerſum quàm paucißima Poëtæ tribuiſſe, aſſentiri nullo modo poſſum.

Iam uerò ad Iunonem redeo: quæ cum tantam iram coquere haud poſſet, moræ impatiens, in Aeoliam conceſsit, ac ſupplex Aeolo fuit, vt tempeſtatem in Troianos excitaret, quare ſic pergebat Poëta.

Part. Talia flammato ſecum Dea corde volutans
10 Nimborum in patriam loca fœta furentibus Auſtris,
133 Aeoliam venit. Hîc vaſto rex Aeolus antro
Luctantes Ventos, Tempeſtatéſque ſonoras
Imperio premit, ac vinclis & carcere frenat.
Illi indignantes magno cum murmure montis
Circum clauſtra fremunt: celſa ſedet Aeolus arce
Sceptra tenens, molítque animos & temperat iras.
Ni faciat, maria ac terras cœlúmque profundum
Quippe ferant rapidi ſecum, verrántque per auras.
Sed Pater omnipotens ſpeluncis abdidit atris,
Hoc metuens, molémque & montes inſuper altos
Impoſuit: Regémque dedit qui fœdere certo
Et premere, & laxas ſciret dare iuſſus habenas.
Ad quem tum Iuno ſupplex his vocibus vſa eſt.

Secum ipſa aduerſus fata inuecta fuerat Iuno: & ideò quemadmodum dixerat Vates,
Hæc ſecum —— ita hîc ſubiungit
Talia flammato ſecum Dea corde volutans.
ita vt quam Virgilius expreſsit Iunonis querimoniam, etſi admirabili amplificatione inſtructa ſit oratoriόque artificio pleniſsima, non inter Conciones ſit referenda, ſed primus Concioni locus proximo ſit concedendus in quo Iuno alloquitur Aeolum. Quanquam antea quam Iunonem cum Aeolo congredientem faciat & colloquentem, ipſius Aeoli Regiam, Aeoliam inquam, deſcribit: quam primùm Nimborum patriam appellat: idque ea de cauſa, opinor, quòd cum ad Auſtrum ferè vergat, pluuijs ac nimbis ſit obnoxia. & ideò iurè etiam furentibus Auſtris fœtam ſtatuit Aeoliam. Tametſi nihil prohibet quominus per Auſtros cæteros quoque ventos intelligamus: præſertim cum è ueſtigiò ſubijciat, —— Hîc vaſto Rex Aeolus antro

Aeoliam deſcribit in quam ad Aeolũ ſupplex ſe confert Iuno.

Luctantes Ventos, Tempeſtatéſque ſonoras
Imperio premit —— & paulò poſt,
Vna Eurúſque, Notúſque ruunt, crebérque procellis Africus.
adhuc enim Aeolia cenſeri poſſit Nimborum patria cum expoſita ſit Africo, & Africus
134 ibi dominetur: quemadmodum verè Aeoliam aptè facit patriam ventorum, ita ijs aptè mox perſonam attribuet, & Aeoliæ veluti ciues, etſi a Rege preſſos, effinget. Cohærenter

F etiam

Digitized by Google

etiam Aeolum Regem facit, qui illis præſit quos tanquam ciues conſtituit. Tempeſtates verò in eâdem collocat Regia poëtico more, quòd ibi propter Ventorum ſtrepitus degere videantur, alioquin terra maríque erumpentibus ventis excitantur. Iurè tamen tempeſtates etiam premi ac vinclis & carcere frenari & coërceri dicuntur, quòd luctantes venti, a quibus gignuntur, frenentur interim & cohibeantur. At enim quid venti dum ab Aeolo tantoperè coërcentur? *Illi indignantes magno cum murmure montis. Circum clauſtra fremunt* —— At ſi ita eſt, verendum ne aliquando clauſtris perruptis elabantur, ac ruentes terras penè euertant ac maria. Minimè verò: ſiquidem

——Celſa ſedet Aeolus arce
Sceptra tenens, mollitque animos & temperat iras.

Quibus, etſi poëticè, ventorum vim exprimit ac furorem, nos diuinæ prouidentiæ veluti frena(id enim Aeoli cura ſignificare poteſt interim) intelligere poſſumus, & hæc ventis ipſis tanquam iniici & adhiberi quemadmodum mari quoque & aquis adhiberi, ventos etiam eidem obtemperare, diuinitus didicimus. Et idcirco in Ventorum peruicaciam intuens adhuc noſter vates, pergit.

Ni faciat, maria ac terras, cœlúmque profundum
Quippe ferant rapidi ſecum, uerrántque per auras.

verè enim interdum periclitaretur, non dico cœlum, ſed inferior Mundi plaga, niſi ventorum ac tempeſtatum tẽperaretur furor. etſi poëticè amplificat rem Vates, ad hyperbolem vſque deueniens. Atque ad eandem ſummi opificis prouidentiam pertinet quod è veſtigiò ſubiicitur.

Sed pater omnipotens ſpeluncis abdidit atris,
Hoc metuens, molémque & montes inſuper altos
Impoſuit, Regémque dedit qui fœdere certo
Et premere, & laxas ſciret dare iuſſus habenas.

Vbi tria obſeruanda ſunt. Primum eſt fortaſſe cum Phyſiologia optimè conſentire, vẽ-
tos atris ſpeluncis contineri ac montibus cohiberi: qua tamen in re integrum ſit Philoſo- 135
phis iudicium: neque enim ventorum origo obuia eſt ac facilem habet explicatũ. Alterũ eſt veriſſimè dici, fœdere certo laxari iis habenas: idque vt opportuna vẽtorum expiratione res naturales iuuentur omnes, in primis verò plantæ & animantes. Denique expirationibus aër alitur & æther, inquit M. Tullius, præſertim ſi tempeſtiuè perflent. Poſtremũ eſt Aeolum hoc in loco apertè proponi atque deſcribi tanquam diuinæ prouidentiæ adminiſtrum, cum iuſſus a Deo, qui propterea Omnipotens appellatur, habenas laxare & cohibere dicatur. Quod ſanè in Ethnico poëta nõ vulgariter probandũ eſt. Sed redeo ad Aeoli Regiam, cuius deſcriptio longè pulcherrima eſt & admirabilis, in primis verò poëticis luminibus ſic referta, vt cum naturali ventorum ratione coniungi poſſit atque ortu, & verò ad hiſtoriam reuocari. Tametſi, quoniam reuera longum eſſet ad omnia, multa libenter prætereo: præſertim verò quia Homeri Interpretes quos ſecuti ſunt Conradus & alii hoc in loco, de Aeolo, Aeolia, & ventis multa ex antiquitate commemorant. Vnum tamẽ non prætermittam. nimirum ſeptem eſſe Aeoliæ inſulas quæ a Græcis Hiphæſtiades, a Latinis Vulcaniæ, dicũtur: inter has Strongyle, quæ ad Orientem & Meridiem vergit: in qua Aeolum olim dominatum ferunt. hic igitur vel quia Aſtrologiæ & Phyſiologiæ excelleret ſcientia, ac propterea ventorum ortum obſeruaſſet, priſcíſque illis mortalibus, qui Siciliæ oras prænauigarent, declaraſſet, vel quia ex aſcendente nebula & fumo(quod tradũt aliqui) quem quiſque dies ventum afferret, coniectaret ac prænoſceret, callidéque prædiceret, locum dedit fabulæ ut ventorum & Promus & Rex diceretur. Ita factum eſt vt Homerus in X. Odyſſeæ libro, multò verò explicatiùs noſter Virgilius, Aeoliam nimborum
patriam fecerit, quaéque furentibus Auſtris atque adeò ventis tanquam grauida dicere- 136
tur. Aeolum contra illis præfecerit qui in eo antro ac Regia dominaretur. Et hac de cauſa fabulam amplificantes perſonam ventis etiam dederunt: ita ut cum luctarentur tempeſtatéſque cierent, carcere & vinculis(id quod Horatius etiam expreſſit dum caneret,

Ventorúmque regat pater,
Obſtrictis aliis præter Iapyga)

frenandi eſſent. Atque hæc ſanè & alia quædam, per te obſeruare poſsis pleraque hauſit ex Lucretio. Sed iam Iunonem audiamus, quæ & in Aeoliam peruenit, & Aeolum ſupplex allocuta eſt, Amor enim atque ira ac ſummatim cupiditates efficiunt vt pro-

priam

Digitized by Google

priam dignitatem interdum obliuiſcamur ac decorum cõtemnamus. Nam vt ſupplex ſit Aeolo Deorum Regina, id verò indignum & indecorum eſt. Sed ad concionem.

Part. II
Aeole (namque tibi diuûm pater atque hominum Rex
Et mulcere dedit fluctus, & tollere ventos)
Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor
Ilium in Italiam portans victóſque penates.
Incute vim Ventis, ſummerſáſque obrue puppes.
Aut age diuerſos, & diſijce corpora ponto.
Sunt mihi bis ſeptem præſtanti corpore Nymphæ,
Quarum quæ forma pulcherrima, Deiopeiam
Connubio iungam ſtabili, propriamque dicabo:
Omneis vt tecum meritis pro talibus annos
Exigat, & pulchra faciat te prole parentem.

Nunc primùm concionem (id quod dicere cœperam) habet Virgilius, perbreuem illam quidem, ſed egregiam tamen atque omnibus numeris abſolutam. denique quantum breuitate tantum eloquentia (vt ſpero) & pulchritudine delectabit. Et ſanè cum in Carthaginis deſcriptione non modò hiſtorici aut Poëtæ verùm etiam Oratoris admirabilem ſibi laudem comparauerit, rurſúſque in Iunonis querimonia amplificandi virtutem in qua eloquentia enitet inprimis, oſtenderit, poſtulat ſanè ratio vt in prima hac cõcione non eloquentiæ ignarus ſed diſertiſſimus atque adeò eloquentiſſimus appareat. Eſt
137 autem in ſuaſione poſita hæc concio: Aeolo enim ſuadere nititur vt Troianorum diſijciat claſſem, ac, ſi fieri poſsit, euertat. Porrò autem qui in deliberatiuo verſetur genere ac ſuaſionem habeat propoſitam, huc eò primùm cogitatio eſt referenda, vt doceat rem quam ſuadet, fieri poſſe. ſi enim ſit ἀδύνατος, Iſthmum perfodiat atque operam & oleum perdat, Deinde docendum eſt neque eſſe factu difficillimam: alioquin ferè ἀδύνατος, & impoſsibilis (vt cum Quintiliano loquar) habeatur. Quòd ſi docere poſsis rem eſſe facilem, quinetiam omnino eſſe in auditorum poteſtate ſitam, præſtat hoc quàm diligentiſsimè demonſtrare vel potiùs arripere, vt tutius & commodiſsimè auditores in ſententiam adducas. Quanquam eò etiam mens conijcienda eſt, vt doceas eſſe auditoribus vtilem. niſi enim id oſtenderis, temerè orationem ſuſcipias. rectè enim Ariſtoteles præcepit vtilitatem in ſuaſione ſpectandam, & in finis loco habendam. quis enim credat ad eam deliberationem deuenturos auditores quæ omnis ſit expers vtilitatis? Quòd ſi acceſſerit honeſtas ac dignitas, multò magis eos in tuam ſententiam adduxeris, fortaſſe quicquid e[illegible] obtinueris. Verùm vbi docueris rem non eſſe impoſsibilem, non difficillimam, quin facilem & in auditorum poteſtate, vtilem quoque & honeſtam inſuper, adhuc tibi enitendum erit ut aduerſarias rationes euertas, aut ſaltem eleues & labefactes. neque enim orator muneri ſatisfecerit ſuo, niſi quemadmodum ſuam confirmauerit ſententiam, ita euerterit alienam. Denique enitendum vt quæ tibi fauent amplifices: quæ obſtant extenues. Ad extremùm τὸ πρέπον & decorum in oratione tota ſeruandum colendúmque eſt diligenter. Hæc in deliberatiuo genere prouidenda.

Aeolum alloquitur auxilium petens.

Id quod in hac etiam Iunonis concione licebit animaduertere, ad quam redeo. Etſi
138 enim præ odij æſtu ad eum accedit quem per Iridem accerſere aut de ſua voluntate admonere debuiſſet, atque illi ſe ſupplicem oſtendit cui iuſtiùs imperaſſet; veruntamen in concione ſic ſe colligit ac verba facit, vt dicendi artificium & eloquentiam in eius concione mirificè eniteat. Ergo, *Aeole*, inquit primùm: vbi quoniam erat Iouis & ſoror & coniux, atque adeò regina Deorum, aptè ſanè ac non ſine dignitate beneuolentiam ſibi conciliat, cum interim de nomine, ac ſine dubio blandum in morem, compellet eum cui tantoperè præſtabat: præſertim quia eius laudes continenter attingit ac dignitatem commendat. Denique cum Aeoli antrum ingredi non dubitaſ-

ſet atque ſupplex ſe ſe illi obtuliſſet, ſine dubio beneuolentiam ſibi parauerat: ſed cum eum mox de nomine ac blandum in morem appellet, mox etiam laudibus ornet atque illius poteſtatem extollat, partam ſibi Aeoli beneuolentiam altiùs confirmet neceſſe eſt. Iam verò, quoniam decorum poſtulabat vt regum more paucis ageret, ſine cunctatione vlla rem occupat, vt ſtatim ac poſtulatum proferret ſuum, conſtaret nec impoſſibile aut difficillimum eſſe ſed ex ijs quæ fieri poſſunt: imò facilè atque adeò in ipſius Aeoli poteſtate ſitum. & ideò primò commemorat Aeolo tempeſtatum poteſtatem ab Ioue tributam illi eſſe ac propterea fluctus miſcere ac tempeſtates excitare poſſe pro arbitratu. idque eò magis quòd a ſummo hominum Deorúmque Rege hæc ei facta eſſet poteſtas & tributa authoritas: ita vt iuſtè eam obtineret & exercere poſſet. ac tum demum enixè ab eo poſtulat vt tempeſtatem excitet in Troianos. Iam verò quia Aeolus potuiſſet honeſtatem probare quidem, ſed ad vtilitatem in primis conuertere animum, atque hanc maximè requirere, idcirco tum honeſtatis tum maximè vtilitatis aperit fontes: honeſtatis dum ſignificat eum a patre hominum ac Deorum hoc eſt ab eius coniuge accepiſſe egregiam illam dignitatem: illi enim ſatis indicat præſtare vt ei gratificetur, cum inde & memorem animum gratúmque viciſſim præferre poſſit: quibus tacitè etiam (id quod vtilitatem continet) illi in mentem reuocat, hinc omnem aleam & periculum Iunonianæ iræ 139
& offenſionis eſſe declinandam. Vtilitatis dum illi deſpondet pulcherrimam Deiopeiam, & in ſpem adducit pulcherrimæ prolis ac ſummæ voluptatis. Quanquã honeſtatem etiã obijcit dum ait *gens inimica mihi*. etenim apud priſcos Mortales, præſertim Ethnicos, ea inualuerat opinio, hoſtes iuſtè & cum dignitate profligari: quantum enim dignitatis collocabant in amicis colendis, tantum laudis in hoſtibus inſectandis. Itaque M. Tullius eo maximè nomine celebrauit Lucullum, quòd paternas inimicitias egregiè eſſet perſecutus. Quid plura? Hæbræus Populus, hoc eſt Dei Populus, cum ſibi præciperetur vt proximum diligeret, exiſtimauit (ſed perperam) inimicum odio habendum & inſectandum. vt mirum ſit Socratem & Platonem vidiſſe, & (quod ſummam laudem meretur) grauiſſimis verbis docuiſſe, ſatius eſſe iniurias perferre quàm inferre. quam rem Plato Chriſtianum ferè in morem explicat & ſuadet. Virgiliana igitur Iuno, quoniam in concione populariter loquendum eſt, arripit tanquam certum licere hoſtes inſectari ac perſequi, ut rem quam poſtulat non modò vtilem ſed honeſtam eſſe oſtendat.

Et quoniam ea quæ minùs fauet, ſunt in deteriorem partem, quoad eius fieri poſſit torquenda factum atque conſilium Troianorum profert quaſi iniquum aut audaciſſimũ: quapropter non ait optare eos nouas ſedes nanciſci, ac penates in eis ſtatuere, & perfugiũ aliquod ſuis calamitatibus requirere, ſed vt tacitè id totum eludat, è contrariò clamat eos Ilium in Italiam portare: in primis verò reticet Aeneam eſſe eorum ducem: ne ſcilicet interim aut Aeneæ pietatem innocentiámque reputaret Aeolus, aut illicò Venus illi in mẽtem veniret, proíndeque ægrè adduceretur, vt Aeneæ obeſſet. ſilet etiam de fatis: ne hinc refractarius efficeretur Aeolus aut pertimeſceret: tantúmque memorat gentem ſibi inimicam eſſe, vt qui ipſius Iunonis authoritatem ac dignitatem æſtimaret, ac nihil præterea 140
requireret. Denique & breuitate & munificentia & Regia quam exprimit dignitate decorum mirificè tuetur.

Dubitatur. Quanquam, dicat quiſpiam, eo vitio laborat & ſanè maximo, quòd rem petit quæ, tua pace, fieri nullo modo poteſt, tantùm abeſt vt ſit facilis & in Aeoli poteſtate. ſi enim eſt in fatis vt Troiani perueniant in Latium & nouum excitent Regnum, quod ipſa etiam ſat nouit, quid eſt quod Troianorum claſſem demergi iubeat non modò iactari ac diſijci? ſed tamen in hoc etiam mirificè enitet Virgilij artificium. nam audierat quidem Iuno *Reſpondetur.* (audierat inquam, non planè exploratum habebat) eſſe in fatis vt Tyriæ artes euerterentur a progenie, quæ è Troiano duceretur ſanguine: neſcio quid etiam perceperat de nouo, quod excitaturi eſſent Regno: ſed tamen nec fortaſſe ijs interim fidem omnino adiungebat, nec ſat nouerat num Troiani illi qui interim nauigabant, fati præſcripto in Latium peruenturi eſſent omnes: aut etiam breui. denique aliquam ſaltem partem perdi ac mergi poſſe non diffidebat: in primis verò ſperabat (id quod in progreſſu conſtabit ſatis) diu ac multùm poſſe retardari. & hac de cauſa petit illa quidem vt euertatur claſſis (ne quid ſcilicet intentatum relinquat) ſed vbi id fortè non contigerit, poſtulat vt diſijciatur, & huc illuc in longinquas Terras propellatur, & ideò cum dixiſſet

Incute vim ventis ſubmerſáſque obrue puppes;

Saltem

Digitized by Google

Saltem ſi id fortè non ſuccederet, diſiungi petit, & in varias partes diſijci: & huc perti-
net ambiguum illud dictum ſed cautionis plenum *diſijce corpora ponto*; quaſi diceret Tro-
ianos aut mortuos aut viuos repellendos aliò. & hinc eſt vt Orontis naufragium ſit ſecu-
141 tum: cæteri diſperſi omnes. denique mixta erat claſſis externis etiam. quid igitur ſi fortè
externorum auxilia Troianis adimerentur, cum fata Troianis tantùm præfixa viderentur?
& ideò (vt id obiter notem) Orontis naufragium eſt conſecutum, quòd ſcilicet non
Troianus eſſet ſed Lycius: itaque Lycij omnes ad vnum interiere. Non igitur rem quæ
fieri nequit, petit, ſed vt ad iactationem quoque traducit petitionem, poſſibilem, faci-
lem, quæque in Aeoli eſſet poteſtate, & quæ demum optatum finem magna ex parte
inuenerit & obtinuerit. hæc de Iunoniana concione. Nam verba ſigillatim non neceſſe
eſt hoc in loco diſtinctiùs perſequi. Illud tamen non prætermittam, perbreui concione
vſam eſſe Iunonem, ac breui peroraſſe: idque, opinor, vt Regiæ authoritatis ac digni-
tatis rationem haberet: præſtat enim Regem, multò verò magis Reginam, rem paucis
agere, præſertim verò dum eum alloquitur cũ ſummoperè antecellit dignitate. Ita vt in
hoc etiam eluceat Poëtæ induſtria, qui τὸ πρέπον, mirificè conſeruauit. Quanquam ea
etiam de cauſa breuì perorauit, quòd res indigeret celeritate, & cunctatio eſſet omnis abij-
cienda: iam enim Troiani Tyrrhenum ſecabant mare, ac remis velíſque properabant in
Latium. Itaque non erat oratio producenda longiùs, ne benè gerendi dilaberetur occaſio.
Denique ſic breuitati ſtuduit Iuno, vt nihil prætermiſerit quod ad Aeolum exorandum
& in ſententiã adducendum pertinere videretur. Sed iam Aeoli concionem & quid Iuno-
ni reſpondeat audiamus. ſic enim pergit Virgilius.

Cur perbreui concione vtatur Iuno.

Part. 12

Aeolus hæc contra. Tuus, ò Regina, quid optes
Explorare labor; mihi iuſſa capeſſere fas eſt.

Egregiam ſanè, vt dicebam; & grauem concionem habuit Iuno vt Aeolum in Troia-
nos concitaret: vt inquam, illum adduceret ad tempeſtatem excitandam qua Troianorũ
classem diſſiparet, ac, ſi fieri poſſet, euerteret. Itaque Aeolus quoniam tali oratione permo-
142 tus, omnino decreuit Iunoni morem gerere, Hæc contra.

Aeoli reſponſio.

——Tuus, o Regina, quid optes
Explorare labor, mihi iuſſa capeſſere fas eſt.

quaſi diceret. Cum tu ſis hominum Deorúmque Regina, tuum eſt explorare quod tibi
in optatis eſſe poſſit continentérque alijs iubere, aliorum tua mandata curare: denique,
quod ad me attinet, tuum eſt imperare, meum obtemperare. Vbi ſanè veterator egre-
gius non quid æquum ſit aut iniquum reputat, vt par erat, ſed quid è re ſua ſit, decernit.
Equidem poſtulabat ratio vt Aeolus ſcitaretur diligentérque cogitaret qualis eſſet ea gẽs
quæ cum Iunone inimicitias exercere diceretur: vel certè cum hoſtes illi Ilium in Italiã
portare dicerentur, ac propterea Aeneam ac Troianos eſſe perciperet ſatis, Aeneæ pieta-
tem ac Troianorum innocẽtiam reputaret: ſimúlque æſtimaret eos eſſe diuinum genus,
atque a Venere & Ioue profectos, in primis verò in memoriam reuocaret diu ac multùm
iactatos eſſe & in afflicto ſtatu verſari, ita vt commiſeratione potiùs & auxilio quàm odio
ac ſupplicijs digni eſſent. Denique ſaltem tempus ad deliberandum poſtulare debuiſſet, vt
maturè deliberaret: id enim & eius dignitas & rei grauitas poſtulaſſet. Sed nimirum vete-
rator quid è re ſua ſit æſtimat tantùm: præſertim verò quia facilè ſenſerat aculeos Iuno-
nianæ orationis, & cur Iuno ea primùm pronunciaſſet,

Aeole (namque tibi diuum pater atque hominum Rex,
Et mulcere dedit fluctus & tollere ventos)

nam perinde erat ac ſi tacitè indicaret, illi prouidendum eſſe diligenter, ne ſe beneficiorũ
immemorem oſtenderet, atque ipſam Iunonem, a qua ferè pendebat totus, irritaret: ſed
potiùs illi, quoad eius fieri poſſet, gratiam referret. hac igitur de cauſa cum ſuæ vtilitati
proſpiciendum ac propterea Iunoni alacriter ſatisfaciendum ſtatueret, non requirit quæ
gens illa eſſet, non Aeneæ pietatem reputat ac Troianorum innocentiam, ac ſummatim
143 quàm iniquum eſſet eorum claſſem euertere: ſed ſibi omnino Iunoni indulgendum ac
ſeruiendum proponit ac ſtatuit. Ex quo optimè animaduertere licet præſtare in oratio-
ne beneuolos primo quoque tempore facere auditores: fit enim vt nõ ægrè deinde nobis
gratificentur: præſertim ſi de re aliena iudicent aut deliberent, vel ſuam illi vtilitatem cũ
noſtra coniunctam videant: in re enim aliena plurimũ tribuunt gratiæ, in propria omnia

Digitized by Google

propriæ tribuunt vtilitati. Quanquam non eò impudentiæ deueniunt vt non videri velint iuſtitiæ obtemperare. Atque hinc fit vt æquitatis nomine reſpergere ſententiam aut deliberationem nitantur. Sic Aeolus, qui ſanè ſic ſuam vtilitatem ſpectat, vt facti huius turpitudinem eleuare vel honeſtate quadam reſpergere moliatur: quin rationes quaſdam obtendit quibus rei dignitatem mirificè adiungat. Igitur Iunonis authoritatem commemorat, quæ cum eſſet omnium Regina, digniſſima videretur cui obtemperarent omnes: contra verò ſe illi ſubiectum eſſe indicat, ac propterea eius mandata ſibi curanda potiùs, quàm examinanda. imò verò ſibi nefas eſſe non eius iuſſa capeſſere: vel potiùs ſibi in ſummi beneficij atque adeò fœlicitatis loco habendum illius mandata exequi atque illi obtemperare. Quibus addit ſe quantus eſſet, totum eius beneficio eſſe: ac propterea ſuam dignitatem omnem ac poteſtatem qualis qualis eſſet, Iunoni acceptam referre. Et ideò pergit.

Part. 13.

Tu mihi quodcunque hoc regni, tu ſceptra Iouemque
Concilias: tu das epulis accumbere diuum,
Nimborumque facis, tempeſtatumque potentem.

quibus verbis mirum eſt quàm exaggeret beneficia quibus Iunoni eſſet obſtrictus: quaſi verò in re iniqua etiam rependendum ſit beneficium. ita ſanè honeſtate quadam reſpergit factum. atque hac planè de cauſa illud tam exaggeratè commemorauit.

Nimborúmque facis tempeſtatúmque potentem.

vt ſcilicet intelligeretur ſibi nefas eſſe non ventis, nimbis, tempeſtate Iunoni obſecundare cuius beneficio ijs imperaret. Atque hîc fortaſſe liceret ad Phyſiologiam confugere, ac docere Aeolum, quippe ventorum Promum ac Regem, a Iunone ſuam authoritatem ac vim agnoſcere, quòd aër cui præeſt Iuno, ventis materiam ac veluti fomitē miniſtret. Tametſi ne cuipiam licenter philoſophari videar, atque adeò vagari longiùs, ad fabulam redeo; atque Aeoli rationes, quales quales ſint, Iunoni probandas relinquo: cui veterator iſte adulatur ac ſibi obtemperandum decernit. Agedum igitur ſint iſthæc Aeole. Verùm celeritate opus eſt & factis non verbis: nam Troiani iam Tyrrhenum nauigant æquor & in Italiam properant. Ergo Aeolus omni cunctatione abiecta ſceptri vel certe tridentis, quem pro ſceptro geſtabat, conuerſa cuſpide, montem ferit, (atque hinc iam ſecundam huius libri partem licebit auſpicari qua tempeſtas continetur) ac cauernas aperit. hinc Vēti, veluti agmine facto è ſpeluncis ſeſe proripientes irrumpunt, ac terras turbine excitato diuerberant ac perflant, móxque in mare prorumpunt, hoc ab imis vſque ſedibus euoluentes, atque ingentia fluctuum volumina ad littora ſtrepitu ac fragore maximo impellētes. & ideò ſequitur Poëta. 144

Succedit iam. II. huius libri Pars, in qua deſcribitur tempeſtas. Part. 14.

Hæc vbi dicta; cauum conuerſa cuſpide montem
Impulit in latus; ac venti velut agmine facto,
Qua data porta, ruunt, & terras turbine perflant.
Incubuere mari, totumque a ſedibus imis
Vnà Eurusque Notuſque ruunt, creberque procellis
Africus: & vaſtos voluunt ad littora fluctus.

Quanquam alia quoque conſequuntur quibus tempeſtatis vis oſtenditur. ſiquidem Troianorum omnium excitatur clamor: facilè enim alij exclamabant quæ factu opus eſſent imperantes & ad nautica miniſteria ſocios cohortantes: alij terrore & horrore perciti ac mortis metu, plerique etiam, tanquam in re deſperata, diuinam opem clamoribus implorabant. deinde rudentum, nauticorum inquam funium, ſtridor emittitur, vnde armamentorum omnium ſtrepitum intelligere licet. ad hæc repentè nubes eripiunt cœli aſpectum, diémque in noctem conuertunt: ita vt ponto atra nox incubaret. Sed & Poli atque adeò Cœlum vndique intonabant tonitruis, atque æther crebris fulgurum micabat ignibus. Denique omnia miſeris Troianis minitabantur & præſentem intendebant mortem. & hac de cauſa pergit, 145

Inſe-

Digitized by Google

Inſequitur clamorque virum ſtridorque rudentum.
Part.15. Eripiunt ſubitò nubes cœlumque diemque
Teucrorum ex oculis; ponto nox incubat atra.
Intonuere poli, & crebris micat ignibus æther;
Præſentemque viris intentant omnia mortem.

his tempeſtatem deſcribit: cuius etiam effectus ſubijcit e veſtigiò.

Nunc quædam dubitare lubet in quibus poëtæ induſtria & peritia videtur requirenda. *Dubitatur. I.*
Ac primùm è cauernis illis Eurus, inquit, Notus, Africus, ruit, denique (quem introducit
non multò poſt) Aquilo. vbi Homerum imitatur qui in V. Odyſſeæ tempeſtatem excita-
turus, Eurum, Notum, & Aquilonem ſuſcitat ille quidem; ſed pro Africo Zephyrũ pro-
fert; idque vt principes ventos, quíque a quatuor ſpirarent Mundi angulis, commemora-
ret. Eurus enim qui etiam Subſolanus ab Oriẽte ſpirat: Zephyrus qui ab alijs Phauonius
appellatur, ab Occidente: Aquilo qui Boreas vocatur ab Homero, a Septentrione: deni-
que Notus, quem Latini Auſtrum, a Meridie. præpoſterè igitur Virgilius imitatur Ho-
merum, cum Africus inter Notum & Zephyrum collocetur & non princeps & cardina-
lis ſit, ſed lateralis. quòd ſi dicas hîc Africum pro Zephyro vſurpari (ſic enim aliqui, vt
principes ventos Homeri more hoc modo exprimat) iam nemo non intelligit in maiorẽ
ignorationis culpam Virgilium impelli: cum nec ſitus nec qualitas Auſtri in Zephyrum
conueniant: quin, vt Zephyrus eſt placidus, Auſter ſæuus, ille Euro hic Cæſiæ opponitur,
ac propterea inter ſe mirificè diſcrepant. Ego verò crediderim Virgilium ab Homero de- *Reſpondetur.*
146 induſtria receſſiſſe quod pertinet ad Zephyrum, atque adeò tacitè Homerum caſtigaſſe,
cum Zephyrus minùs idoneus ſit tempeſtati excitandæ: & ideò Africum ſubſtituit, illúd-
que cecinit quod coarguat Homerum,

—— *Crebérque procellis*
Africus.

quaſi diceret non tam principum ventorum habendam fuiſſe rationem ad tempeſtatem
excitandam, quàm eorũ qui procellis vel maximè eſſent idonei. At enim cur deinde Ne-
ptunus Eurum & Zephyrum vocat increpátque? an non Zephyrum mutuò pro Auſtro
viſus eſt vſurpaſſe ac tempeſtati idoneum reputaſſe? Acutè. Sed quàm verè, iam iam cõ-
ſtabit. Ergo, ſi Virgilium audias, è cauernis venti prodierant omnes: vt enim naturaliter
fluunt, aperto aditu, nullus non eruperat ſtatim: & quamuis placidiores, vt Zephyrus, ſo-
litarij haud eſſent tempeſtati ciendæ idonei, cæteris ſaltem ſuppetias ferunt ſigillatímque
nimbis ſeruiunt gignendis: hi namque ex multorum conſpiratione ventorum gignuntur.
& ideò Virgilius ſtatim atque Aeolus percuſſit montem, ſubiecit,

—— *At Venti velut agmine facto*
Quà data porta, ruunt, & terras turbine perflant.

& quamuis principem tempeſtatis laudem Euro, Noto, Africo, Aquiloni tribuit, omnes
tamen mari incubuiſſe canit, ac pro ſuis quemque viribus mari concitando interfuiſſe.
Quòd ſi Neptunus ſigillatim increpat Eurum & Zephyrum, Auſtrum præterit, præterit
etiam Notũ; quod ſanè inde contingere potuit, quod Auſter reuera & Notus vſui eſſent
Troianis dum in Italiam nauigarent, Zephyrus & Eurus vſum haberẽt nullum, quin ob-
eſſent, cum hic in Africam, ille in Siciliã rurſus & in Græciam eos repelleret: ita vt Euro
& Zephyro reſtinctis, commodiùs agi poſſit cum Troianis. de qua tamen re (nam ſat ſcio
Aquilonem adhuc dubitandi locum relinquere) conſtabit planiùs infra, vbi ſingulorum
147 effectus indicantur.

Maiorem habet dubitationem quod ſubijciam. nam viſus eſt quidem Virgilius hacte- *Dubitatur. II.*
nus boni & hiſtorici & oratoris & poëtæ partes explere, quemadmodum ex Carthaginis
deſcriptione, Iunonis lamentatione, ac rurſus ex præclara eiuſdem Iunonis concione ſatis
conſtat. verùm Meteorologiæ ac Phyſiologiæ inſcius videri poteſt. nam ventos in montiũ
ac terræ cauernis detinet ac gignit, cum tamen in media aëris regione gignantur, ac ſuas
veluti ſedes habeant. deinde qui fieri poteſt vt ab vno eodémque veluti puncto fluant:
certè cum Eurus a ſolis ortu (nam ideò Subſolanus dicitur) Aquilo a Septentrione, alij ab
oppoſitis cæli plagis ſpirent, temerè ex vna eadémque cauerna proferuntur. ita fit, vt cum
Aeolia ſic ſpectet è Sicilia ſoluentes atque in Tyrrhenũ proram intendentes, vt vẽti aliqui
qui inde egrediuntur, niſi retrocedant, & naturalem mutent curſum, illos appetere ne-
queant,

Digitized by Google

queāt, qui è Sicilia ac Tyrrhe no nauigent in Latium; tota hæc tēpeſtatis ratio euertatur.

Reſpondetur. Sed tamen, quod pertinet ad Ventorum originem ac ſedem, nihil eſt quod perturbemur; quandoquidem dum longè variæ ac diſſidentes extant ſententiæ de ventorum origine, inprimis verò difficillima reputatur cognitu, integrum erat Virgilio receptam a Poëtis famam amplecti. itaque Homerum ſequitur qui in Aeoliæ cauernis viſus eſt ventos gignere & collocare. vt omittam ſine dubio ventos in terræ cauernis detineri, quod ex terræ motu conſtat ſatis, dum venti egreſſu prohibiti, terras concutiunt. vt quamuis reuera ex halitu gignerentur calido & ſicco dum ſolis vi attollitur ad medium aërem, adhuc Poëtæ liceat in ſubterraneos halitus intendere. Denique num naturalis ventorum curſus retineri poſſit, dum ex eâdem porta iiſdémque cauernis educuntur, commodiùs explicabitur infrà vbi ſigillatim Noti & aliorum ventorum effectus deſcribuntur. Nunc tantùm di- 148
cam eum qui ſenſum & perſonas, ac proinde animum, iram, indignationem, illis tribuerat, ac propterea carcere & vinculis a Rege cohiberi affirmauerat, quod in Poëta niſi temerè non reprehendatur, pro licentia Poëtarum concedere potuiſſe vt ex eâdem erumpetent cauerna. certè Homerus in x. Odyſſeæ libro viſus erat non diſſimili eos ratione deſcribere.

Partic.16.

> Extemplo Aeneæ ſoluuntur frigore membra.
> Ingemit, & duplices tendens ad ſydera palmas,
> Talia voce refert.

Deſcribit quædā quæ conſequuntur ex tempeſtate. & primo quid Aenea. Deſcribit quæ conſequuntur ex tempeſtate hac grauiſſima: ídque ab Aenea, vt par erat, ducto initio: nimirum vt quis eſſet Aeneæ ſenſus & qua ratione affectus, conſtaret primùm. Aeneæ igitur ſoluuntur (inquit) frigore membra. & rectè. nam in ſummo timore ſanguis & calor recurrit ad cor, vt vitæ ſiue fontem ſiue arcem muniat: ita inſtituente Natura ne animal deficiat & intereat. Ex quo fit vt extrema membra ſanguine & calore deſtituta, occupentur frigore; interdum etiam rigore ac tremore, ita vt diſſoluta videantur.

Dubitatur Quanquam ſunt qui Virgilio obiiciant, frigoris eſſe durare & conſtringere, non ſoluere: ac propterea frigori id tribuiſſe quod caloris eſt proprium: vt enim frigoris eſt conſtringere, ita caloris ſoluere. Et ſanè Scythæ infantes abluebant frigidâ vt durarent membra. quem morem Virgilius etiam expreſſit, apud quem ſic

> —— *Natos ad flumina primùm*
> *Deferimus, ſæuóque gelu duramus & vndis.*

Reſpondetur. Sed non tam facilè id dubitaſſent, ſi illud reputaſſent, hîc frigus pro timore vſurpari, non propriè. Quod ſi inſtent, frigus calori (quod nos docuimus) ſucceſſiſſe & membra occupaſſe, ac propterea frigus etiam ſoluendis membris adhiberi, iam illud quoque fuerat reputandum calorem ideò ſoluere quia liquefacit: membra verò dum frigore dicuntur ſolui, non liquefieri, ſed tantùm nutare & ad ſummum tremere. quare quemadmodum in paralyſi ſoluuntur quidem membra, nec tamen liqueſcunt; ita in præſens fri- 149
gore & rigore ſoluuntur membra, hoc eſt rigore ac tremore corripiuntur: quod timori ac frigori, quoniam idcirco non liqueſcunt membra, ſed tantùm a priſtina conſtantia & firmitate recedunt, iurè acceptum referas.

Dubitatur rurſus. Reſpondetur. Magis commoueor dum Aeneas pertimeſcit, ac primus omnium, & ſubitò, quin ingemiſcit etiam: cum fortiſſimi Ducis & Herois ſit vel non timere vel minimè omnium ac feriùs timere: denique ingemiſcere nullo modo. Sunt igitur qui excuſent Aeneam quòd non mortem pertimeſceret aut huius metu ingemiſceret, ſed genus illud mortis timeret ac deploraret: quòd ſcilicet eſſet inglorium. Et ſanè id res indicat dum exclamat,

Partic.17.

> ——— O térque quatérque beati,
> Quîs ante ora patrum Troiæ ſub mœnibus altis
> Contigit oppetere.

vbi eos reputat perbeatos quòd cum laude & pro Patria cecidiſſent. & ideò (quod rem confirmat altiùs) pergit

Partis. 18

> —— O Danaûm fortiſſime gentis
> Tydide, mene Iliacis occumbere campis

Non

Digitized by Google

Non potuiſſe? tuáque animam hanc effundere dextra?
Sæuus vbi Aeacidæ telo iacet Hector, vbi ingens
Sarpedon, vbi tot Simois correpta ſub vndis
Scuta virûm, galeáſque & fortia corpora voluit.

quibus ſe infœlicem reputat quòd Diomedis quicum olim ſingulari certamine dimicauerat, non occubuerat armis, & forti illius dexterâ non effuderit animam. denique hac de cauſa Hector, Sarpedon, & quiſquis ſecus Ilium ab Achille & Græcis interfectus eſſet, fortunatus cenſetur & fœlix. Et ſanè vbi fortitudinis declarandæ adſit locus, magna ſolatij pars comitatur mortem. Certè Epaminondas optimum cenſuit in caſtris emori. Callicra-
150 tes etiam conqueſtus eſt quòd morienti manu vti ac decertare non liceret. Quid multa? Ariſtides Muſtellæ morſu cum deperiret, indoluit quòd ſaltem cum Leone optaſſet congredi. Itaque Aeneæ apud Virgilium, pulchrum mori ſuccurrit in armis: & ideò etiam canit de quibuſdam

Corpora bello,
Obiectant, pulchrâmque petunt per vulnera mortem.

Hac igitur de cauſa ſe calamitoſum reputat Aeneas cum nequeat vitam pugnando fundere. Quanquam (vt verè fatear) alia eáque multò nobilior ſeſe illi offert cauſa: nimirum quia animaduertit illud ſibi mortis genus imminere, vnde ſepultura carendum ſit. Itaque Thieſtes optat vt Atreus frater naufragio intereat quòd talis interitus cùm inglorius ſit tum verò dolorem afferat maximum. Atque hac de cauſa Vlyſſes apud Homerum imminens ſibi naufragium & ignobile appellat & triſte, proptereáque mœret. Et hoc ſanè ex Homero rurſus licet perdiſcere, apud quem Achilles ſic differit

—— Cauſa æquior eſſet,
Si fortis fortem interimat. nam mortis honeſtæ
Impia fata adimunt ſolatia, ſcilicet iſthoc
Obruat in fluuio, Ceu natus patre ſubulco
Quem torrentis hyems ignota condat arena.

Atque id ſanè expreſſit Horatius Ode XXVIII. Libri I. in qua Tarentinum Architam qui naufragio interierat; ſuum fatum deplorantem inducit, & vt ſibi puluis inijceretur deprecantem. quin Virgilius ipſe idem in Palinuro & Miſeno expreſſit, qui item perierant naufragio. Itaque Palinurus ſic deprecatur Aeneam.

Eripe me his inuicte malis: aut tu mihi terram
Inijce;

cui Sybilla

Et ſtatuent tumulum, & tumulo ſolemnia mittent.

151 cũ igitur Aneæ tale mortis genus immineret, quid mirũ ſi non modò timeat ſed ingemiſcat? Certè Ouidius, hoc eſt Virgilij imitator egregius, cũ naufragiũ ſibi imminere aĩaduerteret, hanc cauſã attulit qua mortis timorẽ excuſaret. quare ſic cecinit lib. 1. Triſt. eleg. 2.

Non lethum timeo: genus eſt miſerabile lethi.
Demite naufragium, mors mihi munus erit.
Eſt aliquid fatóque ſuo ferróque cadentem
In ſolida moriens ponere corpus humo.
Et mandare ſuis aliqua, & ſperare ſepulchrum,
Et non æquoreis piſcibus eſſe cibum.

his igitur de cauſis videtur planè excuſandus Aeneas. Nam primùm timuiſſe ac ſupra cæteros, non eſt facilè concedendum: cum enim Poëta ceciniſſet antea

Inſequitur clamórque virum ——

ſatis conſtat hunc Troianorum clamorem a timore fuiſſe profectum. ſiue enim clamarent miniſteria imperantes, ſiue ſuam vicem dolentes, ſiue opem diuinitus implorantes, clamor a timore oriebatur. Quòd ſi eorum non exprimitur gemitus, neque etiam prohibemur, quominùs ſuſpicione illum attingamus: multa enim reticent Poëtæ quæ vel intelligi volunt, vel coniectura informari poſſunt. Quid plura? dignitatis decus multò plus in Heroë valet ac Duce quàm in priuatis hominibus. quid mirum igitur ſi Aeneas infœlix lethum & inglorium præ cæteris pertimeſceret, ac propterea ingemiſceret? Quanquam

illud

Digitized by Google

illud prætermittendum non eſt vnde Aeneas non modò culpa eximitur omni, verùm etiã laudem meretur ſummam. Ergo dum Aeneas tendit ad ſydera palmas, an non Cœleſtes implorat? diuinámque opem efflagitat? Sic ſanè. vt enim qui Manes implorarent & Inferos, ſupplodebant ſeu terram pede percutiebant (ſic enim docet Euripidis interpres in Hecuba) qui marinos Deos, manus in mare intendebant (ita planè Cloanthus apud Virgiliũ) *Idẽ Seruius Aen. l. 4 part. 19. in illud manib. ſupinis.* ſic cœleſtes appellantes manus intendebant in cœlum: id quod Hebræos etiam, atq; alias gentes multas quoque Natura docente, factitaſſe legimus dum Numen precaretur: & verò in II. libro faciet (fictè ille quidem, ſed in Græcorum morem intuens) Sinon, de quo, dum Cœleſtes appellaret, canitur,

Suſtulit exutas vinclis ad ſydera palmas.

152 quis igitur non æquo animo ferat vel potiùs non laudibus extollat Aeneam, qui in ſummo ingloriæ mortis periculo ac diſcrimine vnde ſepultura etiam carendum eſſet, lacrimas etiam & gemitus numini adhibeat propitiando?

Sed quoniam Aeneæ ſenſum explorauimus atque vniuerſam eius lamentationem quò ſpectaret, nec ſine illius dignitate, oſtendimus: nunc Poëtam audiamus, qui ab Aenea ad iactatam eius nauem atque hinc ad Claſſem vniuerſam ſeſe conuertit ſic canens,

Partic. 19.

Talia iactanti ſtridens Aquilone procella
Velum aduerſa ferit, fluctúſque ad ſydera tollit.
Franguntur remi: tum prora auertit, & vndis
Dat latus: inſequitur cumulo præruptus aquæ mons.

Siue hæc de Claſſe pronũciet vniuerſim, quaſi velum & prora pro velis & proris vſurpentur, ac propterea communis calamitas deſcribatur, ſiue de vnius Aeneæ (quod ego planè crediderim) pronuncientur naui, quaſi hæc, dum lamentaretur Aeneas, paſſa ſit quæ narrantur, ſatis conſtat hæc plurimùm valere ad tempeſtatis magnitudinem declarandam. nam & Aquilo producitur qui augeat procellam, & alia multa de velo, fluctibus, remis, prora, vndis, laxatíſque compagibus commemorantur, vnde intelligatur Regiam Aeneæ nauim in ſummo naufragij periculo verſari. quibus omnibus & res ante oculos ponitur & τὸ πάθος mouetur & commiſeratio inprimis excitatur. Dum verò pergit

Partic. 20.

Hi ſummo in fluctu pendent, his vnda dehiſcens
Terram inter fluctus aperit: furit æſtus arenis.

Ad reliquam Claſſem pergit, quid ei acciderit memorans.

ab Aeneæ naui ad alias, ſuppreſſo tamen interim tum earum tum Ducum nomine, progreditur, atque hos proíndeque eorum naues ſignificat cernere licuiſſe ſic in ſublime elatas fluctibus vti in ſummis aquarum voluminibus hærerent. ſiue ex aqueis montibus penderent: aliæ contra ſic inter fluctuum voragines deſcendiſſe vt imam terram attingerent atque arenam raderent: Addit verò *furit æſtus arenis*, ſiue quia interim arenæ a ventis percellebantur, ſiue quia æſtus maris eas miſceret, ſiue demum quia naues ipſæ imas radentes maris ſedes, magnam arenarum vim excitarent. quam rem rurſus Virgilius in III. non minùs breuiter quàm eleganter expreſſit cum caneret Aeneas 153

Tollimur in cœlum curuato gurgite, & ijdem
Subducta ad Manes imos deſcendimus vnda

Ouidius etiam egregiè ſanè ac perſpicuè, vt ſolet, idem expreſſit dum caneret,

Ne miſerum, quanti montes voluuntur aquarum?
Iam iam tacturos ſydera ſumma putes.
Quanta diducto ſubſidunt æquore valles?
Iam iam tacturas tartara nigra putes.

Iam verò vt minùs adhuc generatim de nauium iactatione nos admoneat, ſic pergit,

Part. 21.

Tres Notus abreptas in ſaxa latentia torquet
Saxa, vocant Itali medijs quæ in fluctibus Aras.
Dorſum immane mari ſummo. tres Eurus ab alto
In breuia & ſyrtes vrget (miſerabile viſu)
Illidítque vadis, atque aggere cingit arenæ.

Tres,

Tres, inquit, naues torſit Notus ad ea ſaxa quæ ab Italis Aræ appellantur: &, vt nos minùs lateant, ait eſſe in medijs fluctibus: quin, vt planiùs de illis conſtet, addit immane dorſum referre. Videtur autem ſcopulos quoſdam deſignare qui inter Sardiniam & Africã cernuntur: qui ſanè ſcopuli inde Aræ dicti ſunt quòd ibi fœdus inter ſe percuſſerint Afri & Romani: de quibus Lucanus

Pergit docens quid ſigillatim quibuſdam contigerit nauibus.

154 *—— Anguſtiùs aris*
Victoris Lybico pulſatur in æquore ſaxum
Tarpeijs:

ita quidem hi ſcopuli qui pro aris fuerunt ac propterea aræ vocantur, etſi dorſum immane referent, latebant ob ingentem vim tempeſtatis & fluctuum. Et in hæc, quæ laterent ſaxa, tres naues impulit Notus. vbi optimè ſeruatur phyſiologia: nam Notus vt perflat a Meridie, in ea ſaxa ſpirat propemodum rectâ, ita vt ad eas tres naues illas propellere valuerit; præſertim verò cum facilè ab Euro & Aquilone arcerentur ab Italia. ſed ad Eurum ipſum: de quo mox Virgilius.

—— Tres Eurus ab alto
In breuia & ſyrtes vrget (miſerabile viſu)
Illiditque vadis atque aggere cingit arena.

Quibus item phyſiologia ſeruatur egregiè. dum enim a Meridie non exiguo maris tractu ad Occidentem protenduntur ſyrtes, facilè contingere poteſt vt naues ab Euro ad ſyrtes conijciantur: & in vadoſa loca, quæ ad Occidentem pertinent, detrudantur: nam huc ſpirat Eurus. Ita quidem eas ab alto ſeu medijs illis Mediterranei ſpatijs rectâ in extremas illas oras perpuliſſet, atque arenis, quoniam earum vis excitari ſolet magna ventis ſeruientibus ac tempeſtate, in aggeris modum cinxiſſet. Iurè autem interponit *miſerabile viſu*; breuia enim opponuntur profundis, & ideò Tacitus, *Neque diſcerni poterant* (inquit) *breuia a profundis*; vada item ſignificent ea per quæ, quoniam profunditate carent vadere homini licet & propterea Seneca *vada breuia* inquit: ex quibus intelligitur naues breuijs illis ac vadis miſerandum in modum hæſiſſe. & idcirco neceſſe erit vt a Neptuno ſubleuentur tridente. Atque idem conſtare poteſt dum in ſyrtes vrgeri dicuntur naues illæ: ſyrtes enim
155 vaſta quædam ſunt Africæ loca, quæ profundis vadoſiſque variantur aquis, ita vt in ijs naues miſerè implicentur. ſunt autem ſyrtes maiores & minores: atque hæ Carthaginem verſus protenduntur: atque has ſine dubio intelligit Poëta. Tametſi quæcunque Africæ loca nauigationem impediunt, etiam vadoſa tantùm, ſyrtes ferè nomine appellantur. Iam verò dum pergit Virgilius

Par. 22. Vnam, quæ Lycios, fidúmque vehebat Orontem,
Ipſius ante oculos ingens a vertice pontus
In puppim ferit, excutitur, pronúſque magiſter
Voluitur in caput, aſt illam ter fluctus ibidem
Torquet agens circum, & rapidus vorat æquore vortex.

nauis altera, qua Lycij Oronte duce vehebantur, non in ſaxa, non in breuia & ſyrtes, compellitur, ſed ſæua tempeſtate atque adeò vortice ſuperatur: ita vt æquore tanquam voretur. Duo verò hîc obſeruari velim. vnum eſt non temerè Lycios nominari atque hos potiùs quàm Troianos extremæ calamitati ac naufragio adijci; quandoquidem Troiani a fatis Italiæ reſeruabantur. Alterum eſt, augeri calamitatem, & affectus mirificè commoueri tum a Lycijs qui omnes vorantur aquis: tum a duce qui fidei commendatur laude, ídque ea, opinor, de cauſa, quòd Troianis in bello tuliſſet opem, nunc verò in aduerſa fortuna eos comitaretur: tum ab Aenea, ante cuius oculos fidus amicus & comes extinguitur: tum a naui quam pontus ingens atque adeò mons fluctuum in puppim ferit: tum a magiſtro qui vi fluctuum excutitur & præceps deijcitur pronus: tum a naui tota quæ in gyrum vortice agitatur, ita vt a rapido æquore miſerandum in modum voretur. Atque hinc etiam intelligere licet nõ vnius vel Noti, vt tres primæ, vel Euri, vt tres aliæ, ſed multorum ventorum vi, concuſſam & ſuperatam eſſe Orontis nauem: tametſi vi Noti quod in vi. ſignificat inprimis obruta fuerit: nam vortices, Ariſtotele authore, pugnantium ventorum concurſu gignuntur, & in Mediteraneo vi Noti vel maximè. Et ideò nil mirum ſi pergit

Cur Lycij & Orontis nauis mergatur.

Apparent

Apparent rari nantes in gurgite vaſto,

Part. 23. Arma virûm, tabulæque, & Troïa gaza per vndas. 156

nam vortex facilè vorat omnia. Verùm quoniam longum eſſet inſiſtere in nauibus ſingulis, & varios tempeſtatis effectus diſtinctè perſequi, atque adeò artificium varietate oſtentare, addit,

Part. 24. Iam validam Ilionei nauem, iam fortis Achatæ,
Et qua vectus Abas, & qua grandæuus Aletes,
Vicit hyems: laxis laterum compagibus omnes
Accipiunt inimicum imbrem, rimiſque fatiſcunt.

Quid reliquis contigerit.

quibus quid cuique priuatim accideret diſſimulans (etſi nonnullas ſigillatim nominat, earum duces commemorans,) quod commune erat ac rem continet vniuerſam, exponit, nimirum iam hyeme victas omnes; & compagibus ferè ſolutas vndique ſatiſcere atque inimicum imbrem excipere.

Hic verò obſeruandum eſt duodecim nauium (ſi rectè recolas) hactenus rationẽ fuiſſe habitam in tempeſtatis deſcriptione: contra verò octo fuiſſe prætermiſſas: quas tamen non multò poſt in Africanum littus protruſas ſignificabit, vt totius Claſſis, quæ xx. cõſtabat nauibus, ratio habeatur: ex quibus intelligitur longè variam fuiſſe earum ſortem: ita vt quod ab Aeolo flagitauerat Iuno, expletum videri poſſit.

Incute vim ventis ſubmerſáſque obrue puppes:
Aut age diuerſas, & diſiice corpora ponto,

dixerat Iuno. quapropter ecce tibi Aeolus qui tum ventis vim impreſſerat maximã vnde Claſſis incuteretur, & quoad eius fieri poſſet obrueretur (tametſi vna tantùm interierat quòd nil vltra concederent fata) tum in diuerſas planè oras claſſem diſiecerat, ita vt Regia a cæteris tandem diuulſa, tres naues in ſaxa, tres in ſyrtes, alias ad littora perpuliſſet; denique corpora mortua partim, partim afflicta, ponto diſijci; ita vt vltima primis reſpondeant. Sed iam ad Neptunum, de quo ſic Virgilius. 157

Part. 25. Interea magno miſceri murmure pontum,
Emiſſámque hyemem ſenſit Neptunus: & imis
Stagna refuſa vadis, grauiter commotus & alto
Proſpiciens, ſumma placidum caput extulit vnda.
Diſiectam Aeneæ tot videt æquore claſſem:
Fluctibus oppreſſos Troas, cœlique ruina.
Nec latuere doli fratrem Iunonis, & iræ.
Eurum ad ſe Zephyrúmque vocat; dein talia fatur.

Obſeruantur quædam dum Neptunus introducitur.

Perſpicua videri poſſent quæ hoc in loco noſter canit Poëta dum Neptunum primùm inducit: ſed tamen non ab re fuerit pauca quædam interponere & obſeruare. Primum eſt magno cum decoro introduci Neptunum (id quod poëmati ſplendorem conciliat ac dignitatem) & verò peropportunè. vt enim Aeolus hoc eſt Rex ventorum, ad tempeſtatem concitandam, ita ad eandem reprimendam ac ſedandam vnus Neptunus appoſitè indu-
I. citur. Denique cum Neptuno inſcio atque adeò inuito, mare, hoc eſt eius regnũ, miſceretur, & ab imis ſedibus quod eſt funditus propemodum euerteretur, cur non exerat caput tempeſtatémque compeſcat? Alterum eſt ſcitè Neptunũ alto ac veluti in maris meditullio collocari idque ad prouidentiam deſignandam, vt enim a Natura cor in medio
II. ferè animante collocatur, vt cõmodè partibus calorem ac vim ſubminiſtrare poſſit omnibus, ſic Rex in medio Regno vt proſpicere & opitulari poſſit commodiùs. itaque rectiùs, mea quidem ſententia, noſter Vates, quàm Homerus qui Neptunum è montibus Solymorum facit non modò conſpicientem Vlyſſis nauem, verùm etiam tempeſtatem ipſam cientem. ſed de hac re poſtea. Neque verò non appoſitè rurſus imo mari colloca-
III. tur Neptunus: placidiore enim loco ac tuta inprimis ſede prȩſtat collocari: ima enim maris pars rarò tempeſtate iactatur, ventis verò nunquam appetitur. Nam in imis ponti

ſedibus,

Digitized by Google

ſedibus, vt dicebam, o Poëta collocari interim Neptunum inde intelligere licet quòd imas ſedes perturbari animaduertit. & ideò tum Neptunum tum marinos quoque Deos,
158 quippe illius aſſeclas & adminiſtros aut etiam aulicos, imis vndis collocari a Poëtis ex Heſiodo intelligitur dum in Theogonia ſic canit,

Ex Amphitrite autem & grauiſſimo Neptuno
Triton latè potens natus eſt magnus: qui maris
Fundum tenens, apud matrem charam & patrem Regem
Incolit auream domum ——

ſic Virgilius ipſe in IV. Georgicorum Cyrenem cum marinis nymphis in imo collocat gurgite, Quòd ſi fortè obijcias ex alto non ex imis aquis proſpectaſſe tempeſtatem & propterea interim non in imis a quis collocari, equidem reſponderim nil adhuc prohibere quominùs in medio pelagi ſpatio, quà ſeſe latè longéque fundit, imis tamen ſedibus commoretur. Quanquam fieri quoque potuit vt Virgilius interim prouidentiæ causâ in pelagi centro, ſed tantiſper ab imis ſedibus procul, tanquam in ſtatione quadam collocauerit Neptunum: etſi alioquin in imis vndis (ſi Poëtas audias) ſuos habeant receſſus ibíque cum marinis Dijs degere & quietem captare ſolent.

Jam verò ad eandem prouidentiam declarandam pertinet quòd per ſe Neptunus obſeruat tempeſtatem, non ab alijs diſcit, quemadmodum regibus ac Dynaſtis interdum aliquibus accidit, qui deſidiæ ſic ſe tradunt, vt Vrbium & Regni tumultus vix ab alijs & ſerò audiant, IV. *Quod multis conſtat.*

Cum mala per longas conualuere moras.

Huc etiam quod obſeruauit æſtimauítque (id in quo multi item peccant ex mortalibus) qualis & quantus eſſet tumultus ille, cum ſtagna atque ima pelagi vada, proíndeque imas vndas ad quas niſi vehemens tempeſtas haud peruadit, perfuſas animaduertit & agitatas. Neque enim minùs conducit ad Regni adminiſtrationem periculi magnitudinem ac ſtatum diligenter æſtimare, quàm per ſe ipſum illud agnoſcere & explorare. V.
Huc quod grauiter commouetur ac perturbatur; par enim eſt commoueri ob maris tumultus & Regni, non quòd aliqui ex mortalibus faciunt interdum, hoc in lucro pone- VI.
159 re & ad quæſtum conuertere. Eódémque pertinet quod ſtatim placidum exerit caput: vt ſcilicet rem totam perluſtret propiùs & vndique ac non modò tempeſtatem illam qualis & quanta eſt, verumetiam ipſius tempeſtatis cauſas agnoſcit. Neque verò interim ſecum ipſe pugnat Virgilius apud quem vno eodémque tempore Neptunus hinc grauiter commouetur, illinc placidum caput extollit. Neque verò id contendo quòd exiſtimem grauiter quidem Neptunum commotum fuiſſe in ventos, placidum ſeſe ac mitē oſtendiſſe in Troianos: hæc enim, quod Seruij & aliorum quorumdam pace dixerim, Neptuno antea contigit, quàm diſiectam claſsē cerneret aut Troianos obſeruaret: ita vt placidum caput extulerit antequam Troianos aut quemquam iactari animaduertiſſet. Et ideò poſtquam extulit caput, diſiectam Aeneæ claſſem afflictóſque Troianos agnouiſſe memorat noſter Vates. Cur igitur & grauiter commouetur, & placidum attollit caput? quia nimirum ſic commotus eſſet animo vt aſpectum adhuc placidum præſeferret. Par enim eſt Regem in tumultibus commoueri quidem animo, ſed tamen grauitatem adhuc, conſtantiam, placidúmque vultum referre: prudentis enim eſt iram ac perturbationem ſic compeſcere, vt vel non occupet cor, vel non ſeſe in oculos effundat ac vultum, vt enim ira quæ oculis ac vultu declaratur, plurimùm detrahit de venuſtate ac dignitate, cum iratus, (id quod eleganter diſſerit magnus Baſilius) ebrio ſimillimus videri interdum ſoleat, ita prudentiam & moderationem pacatus ac placidus exprimit vultus. denique quemadmodum Aeneas dum altum corde dolorem premeret, ſpem ſimulabat vultu, ita prudens Rex animi perturbationem celat, ſerenitatem placidúmque vultum referre nititur. Et quanquam in tumultibus præſtet quandoque iram exerere & indignitatem vultu etiam præferre, vt ſceleſti cohibeantur faciliùs, verum- VII. VIII. *Baſil. in orat. contra iracundos.*
160 tamen vbi ſedare omnia placido queas vultu, temerè iram exeras. Vt propterea cum in Neptuni eſſet poteſtate compeſcere tempeſtatem, haud eſſet cur ventos non dico irati more increparet, aut etiam (quod ſe facturum ait) mulctaret, ſed a perfecto ſtatu diſcederet. Vt omittam ea etiam de cauſa decuiſſe placidum ſeruare vultum, nec extrinſecùs iram exerere, quòd tumultus authores aut certè cauſas nondum perceperat. IX.

Digitized by Google

turpe verò eſt, re nondum penitus cognita & perſpecta, iræ indulgere. Neque rurſus ad eandem prouidentiam quam par eſt mortalibus exemplo eſſe, non pertinet quod ſtatim ſubijcit,

Diſiectam Aeneæ toto videt æquore Claſſem,
Fluctibus oppreſſos Troäs, cælique ruina.
Nec latuere doli fratrem Iunonis & iræ:
Eurum ad ſe Zephyrúmque vocat: dein talia fatur.

nam vno eodémque temporis momento diſiectam Claſſem conſpicit Neptunus: cuius fit aduertit: in quo ſtatu verſentur Troiani, ac iam iam fluctibus oppreſſos ferè videt ac tempeſtate: vnique Iunonis agnoſcit & dolos & iras: ad extremùm; vt celeriter afflictis opem ferat Troianis, Eurum ad ſe Zephyrúmque vocat, ac paucis alloquitur, ne aut cunctatio obeſſet miſeris illis, aut, niſi increparet ventos eorúmque Regem, non ſuam ille dignitatem tueri videretur. Quo tamen in loco cur Eurum ad ſe vocet in promptu eſt cum & primus ad tempeſtatem ciendam erupiſſet, & verò principem obtineat Mundi ſedem, conſtat enim apud Philoſophos ac Peripateticos inprimis Mundum ingentis animantis atque adeò vaſtiſſimi Gygantis inſtar figurari qui Orientem occupet capite, pedes coniecerit ad Occidentem, dextram ad Articum ſeu Septentrionem, ſiniſtram ad Meridiem protenderit: vultum denique, quoniam ſupinus collocatur ad noſtrum Hemyſphœrium, humeros ad Antipodas conuerterit: ita fit vt Eurus, quoniam Mundi caput, hoc eſt nobiliſſimam partem, obtinet; atque inde ſpirat vnde Mundus inſtituit motum, princeps videri poſſit. Tametſi enim haud deſunt qui ab Artico ad Antarticum Mundi figurant longitudinem, dexteram & ſiniſtram Orienti & Occidenti tribuunt, præſtabilius tamen videri poteſt inde initium ſumere, vnde Sol apparet primùm. Sed cur 161
Zephyrum appellat poſt Eurum? præſertim verò quia hos ſupra adhibuit tempeſtati, Zephyrum ne nominauit quidem. An quia Zephyrus, quippe ſuauiſſimus omnium Neptuni conſpectu ac venia dignus eſſet? ægrè id affirmem, cum Zephyrum peræquè ac cæteros increpet, ac pares in culpa faciat. An igitur quia in Italiam nauigantibus Troianis Zephyrus è regione aduerſaretur Euri? vix crediderim hac de cauſa. nam etſi Auſter & Notus prætermitti poterant quòd fauere poſſent in Italiam nauigantibus, Aquilo certè qui maximè omnium obeſſet, multò magis quàm Eurus aut Zephyrus fuiſſet accerſendus. Vt omittam modò curſum aliò quàm in Italiam intendendum. Sed clauſula hæc ſit; Neptunum ſic ad ſe Eurum & Zephyrum accerſiſſe, vt ventos omnes increpare decreuiſſet. cum igitur ſatis eſſet ex ventis vnum atque alterum appellare, tum vniuerſos (quod ſtatim facit) obiurgare, placuit fortaſſe placidos appellare vel qui minùs truces interim viderentur, ac propterea Aquilonem, Auſtrum, Notum, quippe truces ac proteruos, aſpectu nequaquam dignare aut ex nomine compellare voluit. Sed ad Neptunum qui ſic increpat, ventos,

XI. (margin)

Partic. 26.

Tántane vos generis tenuit fiducia veſtri?
Iam cœlum terrámque meo ſine numine venti
Miſcere, & tantas audetis tollere moles?
Quos ego: ſed motos præſtat componere fluctus.
Poſt mihi non ſimili pœna commiſſa luetis.
Maturate fugam, Regíque hæc dicite veſtro:
Non illi imperium pelagi, ſæuúmque tridentem,
Sed mihi ſorte datum; tenet ille immania ſaxa
Veſtras Eure domos. illa ſe iactet in Aula
Aeolus, & clauſo ventorum carcere regnet.

Quibus ventos increpat & non ſine indignatione ac ſtomachatione quadam arrogantiam illis obijcit & temeritatem: cum ipſo Neptuno inſcio auſi eſſent talem ac tantam 162
Ventos increpat Neptunus. excitare tempeſtatem. Quo in loco quemadmodum tacitè illorum auget temeritatem ab ignobilitate generis (cum enim ignobile eſſet illorum genus, & parens terra diceretur, quid ni maior ſit eorum audacia ac temeritas qui tanti numinis imperium ac iu-

ac iura perturbare & violare non dubitaſſent ?) ita tempeſtatem ipſam amplificat quaſi cœlum inde terrámque miſcerent, ac ſummatim nihil non perturbarent. Et hac etiam de cauſa ad minas deſcendit. Nam pœnis repetendis tantiſper ſuperſedet, ne, ſi in h s immorerur in præſens, ſerius quàm par eſt, præſto ſit afflictis Troianis. Et ideò pergit,

Quos ego: ſed motos præſtat componere fluctus.
Poſt mihi non ſimili pœna commiſſa luetis.

vbi, vt Troianorum periculum magis ac magis exprimat, ac propterea reprehenſione ac punitione interim miſſa, ad tempeſtatem ſedandam Troianóſque extremo periculo liberandos ſeſe conuertat, appoſitè vtitur reticentia, ac ſententiam quam fortè pœnæ promulgandæ inſtituerat, non modò non explet, ſed vix inchoatam ſupprimit. Dum verò ait fore vt venti poſtea non ſimili pœna luant commiſſa, ſignificat non æqualem eſſe illorum culpam, ac propterea non vna eadémque mulctandos pœna: vel certè ſe non conuicijs ac minis, vno verbo verbis, quemadmodum inpræſentia, ſed factis vlturum talem ac tantam eorum temeritatem. Quare illud non *ſimili pœna*, valet non huic quam minis ac verbis ſumo, pœnæ ſimilis erit pœna, quam Luetis poſtea: quaſi diceret ſe factis talem ac tantam vlturum audaciam & temeritatem. Quanquam quoniam potuiſſent ſuam illi culpam in Regem reijcere a quo & emiſſi fuerant, & ſibi vim incuſſam facilè ſenſerant, Aeolum quoque increpari per eos iubet; itaque ſubdit eueſtigiò,

163 *Maturate fugam Regique hæc dicite veſtro,*
Non illi imperium pelagi, ſæuúmque tridentem
Sed mihi ſorte datum: tenet ille immania ſaxa,
Veſtras Eure domos: illa ſe iactet in Aula
Æolus, & clauſo ventorum carcere regnet.

vbi conuicijs etiam traducit Aeolum ac temeritatis arguit nomine, cum ſui regni, ne dicam cauernæ, tranſilijſſet fines, ipſiúſque Neptuni regnum infeſtare auſus ſit. Denique Regem cauernoſum ventíſque dignum eſſe indicat, ita vt obſcuritas ac temeritas obijciatur vtriſque. Hæc Neptunus: quem ſanè dum ait

Tántane vos generis tenuit fiducia veſtri;

crediderim equidem generis mentionem feciſſe vt eis patris (ab hoc enim vel vno vel maximè ducitur nobilitas) óbijceret ignobilitatem, vt docebam antea: ſed tamen eo conſilio vt ſignificaret etiam eos ex temerarijs maioribus ortos eſſe, ac propterea haud videri voluiſſe degeneres dum tam ingentes turbas miſcerent; tametſi eorum confidentia & temeritas intoleranda eſſet cum Neptuni Regnum Rege inconſulto atque adeò inuito tantoperè permiſcerent. At enim vt de ventorum ignobilitate conſtet, quis eorum fuit genitor? aut cur ob maternam Auroræ nobilitatem atque alijs de cauſis non commendetur eorum origo? An non ventos in Deorum loco habuerunt multi & coluerunt? ſic ſanè. ſiquidem ab Heſiodo diuini appellantur. Orpheus diuinos illis honores adhibet & hymnos canit. Græci, Heſiodo teſte in Polymnia, aras illis ſtatuere. Phœnices, Euſebio teſte, templa quoque poſuere. quid? nónne Aeneas apud Virgilium ſacrificat Zephyris? denique, ne ſim longior, non modò Poëtæ verumetiam Hiſtorici multa ſcribunt ex quibus intelligitur a priſcis illis mortalibus, præſertim Græcorum Ethnicis, honore affectos, quaſi dignitate & nobilitate præſtitiſſent. Quanquam Virgilius tum

164 in Aſtræum ac fratres, tum in Typhæum nepotem ſpectat, qui inter Titanes & Gygantes numerantur: hi enim ignobiles habebantur, tum quia terra orti eſſent, tum quia impietatis nomine a Ioue ad Tartara fuiſſent coniecti, quòd Dijs bellum mouere non dubitaſſent. & quidem ex Aſtræo ortos ventos canit Heſiodus,

Ἀστραίῳ δ' Ἠὼς ἀνέμους τέκε καρτεροθύμους
Ἀργέστην, Ζέφυρον, Βορέην τ' αἰψηροκέλευθον
Καὶ Νότον,

hoc eſt

Aſtræo verò Aurora ventos peperit magnanimos
Argeſten, Zephyrum, Boream rapidum
Et Notum.

ex Typhæo verò dum ait,

> Ἐκ δὲ τύφωος ἔσ' ἀνέμων μένος ὑγρὸν ἀέντων;
> Νόσφι Νότυ βορέου τε, καὶ Ἀργέστου ζεφύροιο.

ideſt.

> *Ex Typhoëo autem eſt ventorum vis humidè flantium*
> *Excepto Noto, Boreáque, & celeri Zephyro.*

ita vt omnes ex Aſtræo & Typhoëo prognati ſint. Quam rem vniuerſam elegantiùs adhuc & verò vberiùs ex Heſiodo cecinit alter poëta his metris,

> *Iuppiter hinc Stygijs truſiſſe Typhona cauernis*
> *Dicitur. infames vomit is de gutture ventos.*
> *Non Boream, non ille Notum, Zephyríque repentis*
> *Flamina, non nigris Argeſtem ſpirat ab Indis,*
> *Quos Diuûm genus eſſe putes. quis commoda narret*
> *Illorum erga homines? mittit quæ flabra Typhœus,*
> *In mare præcipitant fruſtra, pontúmque nigrantem*
> *Túrbineque erumpunt vaſto, labat ætheris omnis*
> *Machina, mortales paſſim euerſura labores.*
> *Puluerei denſant nimbi, ſublataque vento*
> *Syluarum ſarmenta volant: pérque aëra longum*
> *Errantes qua parte ruant, qua denique campos*
> *Tempeſtate premant, miſeri didicere coloni.* 165
> *Sunt alij, freta qui verſant; puppéſque procellis*
> *Inuoluunt, fruſtra oratis ſuffragia nautæ.*

Quòd ſiquis obijciat adhuc ab Heſiodo & alijs dum a Gygantibus dicuntur procreati, diuinos appellari, quin Gygantes ipſos Deorum nomine cenſeri, iam Neptunus, quippe ex primarijs numinibus, Gygantes & ventos quaſi Deorum quiſquilias ignobilitatis notare potuit: nam comparatè ſaltem ignobiles ſunt & obſcuri. Verùm cur dicit, *Maturate fugam*, ac non potiùs *præcipitate fugam*? certè maturare eſt moderationem quandam & mediocritatem non celeritatem adhibere. & tamen celeritate opus erat vt præſenti eximerentur periculo Aeneades. Quanquam; maturate hoc in loco celeriter abſcedite valet ſine dubio & feſtinate. nam Cicero etiam, *Quod vt faceres, idque maturares, deſiderabat Reſp.* inquit ad Brutum: ac Salluſtius, *Antonius Catilinam cum exercitu perſequi maturet:* denique idem Liuio aliiſque multis ac Virgilio ipſo valet paſſim. Vt propterea hac in re Macrobij ac Gellij ſententia frigida videri poſſit dum ventis, quoniam maturandum præcipitur imperari putant non citò aut ſerò ſed temperatè ſenſímque diſcedendum; quaſi verò timendum, ne, ſi celeriter diſcederent, Claſſi obeſſent a qua diſcederent: Quod ita eſſe ex Iſocrate etiã & Ariſtotele licet animaduertere: dum enim ſcribit prior βουλεύου μὲν βραδέως, ἐπιτέλει δὲ ταχέως. *Conſulta quidem lentè; exequere autem ac perfice celeriter*, alter verò πράττειν μὲν δεῖ ταχὺ τὰ δόξαντα, βουλεύεσθαι δὲ βραδέως, *exequi ſanè opportet celeriter quæ deliberaueris; conſultare verò lentè*, ταχέως & ταχὺ idem valent quod ſæpè Latinis in eodem argumento ſignificat *maturè* & ideo Salluſtius *Prius quàm incipias* (inquit in Catilinaria) *conſulto, & vbi conſulueris maturè facto, opus eſt: vbi maturè* exprimit adamuſſim quod celeriter faciendum præceperant Græci illi. Atque eadem planè ſententia conſimilibus a Demoſtene teritur verbis dum inquit, δεῖ μὲν βουλεύεσθαι ἐφ' ἡσυχίας, ποιεῖν δὲ τὰ δόξαντα κατὰ σπουδήν; *Conſultare oportet quidem cunctanter; facere autem quæ conſtitueris, celeriter ac diligenter:* nam κατὰ σπουδὴν, quoniam opponitur ἐφ' ἡσυχίας, quod valet *cunctanter maturè* valet ſine dubio ac celeriter. Quid multa? illud *matura lentè*, quod in prouerbium abijt quod veteres, & ab Auguſto græcè vſurpatum fuit dum ſæpè diceret σπεῦδε βραδέως, ſignificabat quidẽ celeritatem & tarditatẽ miſcendam in rebus gerẽdis ne præpropera feſtinatio detrimentum afferret, ſed tamen σπεῦδε & *matura*, celeritatem & feſtinationẽ deſignabat, ita vt tarditas quæ admiſcenda eſſet, voce altera βραδέως ſeu lentè indicaretur, priore nullo modo. Deniq; fateor poma tunc matura dici cum nec acerba ſunt nec mitia, ſed inter acerba & mitia deprehenduntur; ſed maturare tamen paſſim valet celeriter pergere ac ſerò feſtinare & properare.

Iam verò, quoniam Troiani præſenti egent ope, verbis imponit modum prudens Neptunus, & tumidis fluctibus ſeſe placandis conuertit, quamuis enim iam ventos diſceſſiſſe 166

Gel. lib. 10. cap. 11.

ſceſſiſſe

ſceſſiſſe ac maris tempeſtatem cecidiſſe par eſt; adhuc tamen fluctus concepto æſtu agitari neceſſe erat, atque adeò mare ob ſparſas nubes caliginem ac tenebris obtectum fuiſſe. vel certè eodem quo venti capeſſunt fugam, tempore ac ferè momento ipſe etiam Neptunus compeſcit tempeſtatem:& ideò pergit Virgilius.

Part.27

Sic ait & dicto citiùs tumida æquora placat
Collectáſque fugat nubes, ſolémque reducit.
Cymothoë ſimul & Triton adnixus acuto
Detrudunt naues ſcopulo: leuat ipſe tridenti,
Et vaſtas aperit Syrtes, & temperat æquor,
Atque rotis ſummas leuibus perlabitur vndas.

Tempeſtatem ſedat Neptunus.

Duas habet partes Prouidentia, cognitionem ſcilicet & executionem: in quarum prima feſtinandum quidem ne nos rei benè gerendæ occaſio deſerat, ſed lentè, vt ne nos fallat rei cognitio, in altera, celeritate opus eſt: vbi enim prudenter cognoueris ac maturè deliberaueris, ſine cunctatione exequendum eſt. ob id igitur dicto citiùs tumida æquora placat Neptunus, ac ferè momento temporis. Denique celeriter cætera præſtat omnia quæ ad ſubleuandos Troianos neceſſaria videri poterant. de quibus tamen, quoniam perſpicua ſunt, non eſt quod agam longiùs. Illud potiùs eſt obſeruandum plurimùm inter Comicum, Tragicum, Epicum intereſſe. nam Comici eſt actionem ingenio & implicare & explicare, vix vt ſine crimine ad Deos confugiat & machinam, vt explicet rerum nodos. itaque peripetia ingenium redoleat neceſſe eſt. Tragicus paulò aliter. Nam & Oraculis ex fatorum decretis ſæpè implicat explicátque fabulam; ita vt quamuis poëtæ induſtria hic quoque appareat, nil tamen prohibeat, quo minùs Deos aut machinam vel etiam reſponſa Oraculorum interponat, Epicus deniquè ad Deos confugit paſſim, & tanquam ex machina proſiliens ſeſe expedit difficultatibus: id quod inpræſens ſatis conſtat: vbi tum Ne- 167
ptunum inducit, qui dicto citiùs tumida æquora placat, ſimúlque fugatis nubibus reducit ſolem, tum Cymothoë & Triton adhibetur nauibus eximendis è ſcopulis, tum rurſus eidem Neptuno tribuitur vt tridente naues ſubleuet apertis ſyrtibus, ac leuis in curru prætergrediatur mare: quæ omnia pertinent ad machinam. tametſi egregiè cadunt in Epopæiam quæ res arduas & admirabiles ac propterea incredibiles (admirabilia enim ferè incredibilia ſunt, ſi Ariſtotelem audias) proximas imitatur: denique cum rebus arduis & Heroicis diuinas quoque miſcet Epicus quæ communem morem & modum ſuperant. quod ſanè quemadmodum hoc in loco, ita paſſim animaduertere licebit poëmate hoc toto. Vt propterea hac etiam de cauſa Heroicum poëma, hominum Deorúmque Poëma Stoici appellarent.

Part.28

Ac veluti magno in populo cum ſæpè coorta eſt
Seditio, ſæuítque animis ignobile vulgus,
Iámque faces & ſaxa volant, furor arma miniſtrat:
Tum pietate grauem, ac meritis, ſi fortè Virum quem
Conſpexere, ſilent, arrectíſque auribus aſtant:
Ille regit dictis animos, & pectora mulcet.
Sic cunctus pelagi cecidit fragor, æquora poſtquam
Proſpiciens genitor, cælóque inuectus aperto
Flectit equos, currúque volans dat lora ſecundo.

Qua ratione tempeſtatem ſedauerit Neptunus

Vt declaret qua tandem ratione ſua Neptunus authoritate ac virtute ſedauerit tempeſtatem, ſimili vtitur, quod ſanè tum ex populari ſeditione, tum ex viro qui illã & probitatis opinione & dicendi virtute compeſcat, deriuatur. Quanquã verò eiuſmodi ſimile perſpicuũ videri poteſt, nõ tamẽ inutiliter pauca quædã in illo obſeruẽtur: præſertim verò quia reuera hîc primùm vtitur ſimili. Nã exẽplo vſus eſt iam antea dũ Iuno ſuũ illa factum cõtulit cum Palladis Aiacem vlciſcentis facto. viſus eſt etiam exemplo vti cum Hectoris &

Digitized by Google

Sarpedonis vicem cũ ſua conſerret Aeneas, iſtóſque per beatos iudicaret:ſimile certè nũc 168
primùm vſurpat. Et quamuis ad expolitionem quoque pertinere poteſt hoc ſimile, cum
potiùs explicet quid conſecutum ſit ſtatim ac fugatis ventis tumida placauit Neptunus
æquora (ſi enim iam placauit æquora, haud eſt cur ſuſpicemur nunc rurſus cecidiſſe pela-
gi fragorem: & ideò ait id factum poſtquam Genitor proſpexit æquora) tamen nihil pro-
hibet quominus expolitio ſimili peragatur. Sed iam quæ obſeruare ſtatueram proſe-
rantur.

Obſeruantur quædã. I. Primùm nobilem ſimilitudinem plurimùm valere ad poëmatis ſplendorem: ac pro-
pterea Virgiliũ, quippe qui egregijs & deſcriptionibus & proſopopęijs concionibúſque &
& alijs huiuſmodi præſidijs & ornamentis expleuerat illuſtraueritque poëmatis initium,
nunc ad ſimile, illúdque longè præclarum, confugere vnde magis adhuc & magis illuſtre-
tur & exornetur oratio. Denique ſimili, quemadmodum exemplum quoniam ad rem
pertinet declarandam, poteſt ab oratore, quin ab omnibus interdum vſurpari non ſine
laude; ſed tamen a poëta, qui tum ad rem declarandam, tum ad ornandum amplifican-
dúmque poëma illud refert, magna cum dignitate vſurpatur; & ideò frequenter vtitur ſi-
mili, ita vt poëtæ ferè proprium videri poſſit.

II. Alterum eſt, ſimile in eo eſſe poſitum vt furentium ventorum certamen atque adeò
tempeſtas vniuerſa reſpondeat furentis populi ſeditioni ac pugnæ: Neptunus qui tum au-
thoritate tum dictis ventos tempeſtatéſque compeſcit, viro graui, qui & pietate, & meri-
tis, & dicendi virtute plurimùm valeat apud populum. Ex quo fit vt quemadmodum hîc
furentem populum a ſeditione & furore ad quietem reuocat; ſic Neptunus ventorum
vim ac tempeſtatem compeſcat ac ſedet.

III. Tertium; videri noſtrum Vatem interim non tam ad certum virum aliquem ſpectare 169
qui & meritorum, & orationis vi ſeditionẽ cohibuerit, quàm vniuerſim eos indicare qui
tum pietate graues ac meritis, tum diſerti, furentem populum ab armis ad pacem facilè
reuocauerint, cuiuſmodi & P. Valerius fuit, & M. Popilius, & M. Cato, & noſter Cicero.
nam Menenium Agrippam cum ijs haud numerauerim, quia non tam pietate, meritis, &
eloquentia, quàm arguta fabella ſeditionem ſuſtulerit. quòd ſi fortè certum aliquem vi-
rum deſignarit, hunc Popilium fuiſſe crediderim, quem M. Tullius tum probitatis opi-
nione ac meritis, tum dicendi virtute Romanam plebem compeſcuiſſe ſcribit in Bruto.

IV. Poſtremum illud ſit, videri noſtrum Vatem in eorum ire ſententiam, qui exiſtimãt an-
ticipatam morum probitatem ac virtutem plurimum valere ad perſuadendum: quam
ſententiam mirificè tuetur Plato in Phædro & Gorgia, Ariſtoteles verò in primo libro
Rhetoricorum labefactat acriter: quaſi verò probitas ac virtus non anticipata ſed dicẽdo
expreſſa & orationis artificio quæſita, in Oratore ſit requirenda, atque hac ſint in ſenten-
tiam Auditores adducendi. De qua re, quoniam nos copioſè diſſeruimus tum in ea
Diſputatione & controuerſia in qua quæſiuimus num mores anticipati an dicendo ex-
preſſi plus valeant ad perſuadendum, idémque fusè rurſus proſequuti ſumus in ijs quæ in
Ariſtotelis Rhetoricem ſcripſimus commẽtarijs, nihil eſt quòd in præſentia diſſeramus.
Tantum dicam, non eſſe cunctandum fateri anticipatam probitatem & virtutem reuera
ad Rhetoricam artem non pertinere, cum moralibus præceptis & tractatione virtutum
non Oratorijs documentis paretur, ſeu veluti domo atque extrinſecus in Curiam ac forũ
afferatur, non in Oratoria palæſtra & Rhetorũ ſpatijs colligatur, ſed tamen ad perſuaden-
dum valere plurimum; cum virtus & exempla multò magis alliciant quàm verba. qua- 170
propter cum Plato & noſter Vates hoc in loco tanti faciunt probitatem ac merita ad per-
ſuadendum, hæc non artis propria & rhetoricis præceptis paranda, ſed iam antea virtutis
ſtudio comparata, ſentiant neceſſe eſt. Ita quidem ſi artem ſpectes, morata oratio & vir-
tus dicendo expreſſa, non merita ſunt requirenda ad perſuadendum. contra verò, ſi præ-
ſidia ſpectemus quæ extrinſecùs arripiuntur quibus ante dictionem & excolitur animus
& authoritas comparatur, Tametſi haud ita probitatem anticipatam amplectitur noſter
Vates, vt moratam quæque dicendo exprimitur, cõtemnat, nam hanc quoque verbis il-
lis exprimit & amplectitur; *Ille regit dictis animos & pectora mulcet*: quamquam id tum de-
mum facit cum anticipatam expreſſit verbis illis *Tum pietate grauem ac meritis ſi forte virum
quem Conſpexere, ſilent*; quo etiam fit, vt moratæ deinde ex anticipata vis ac pondus accedat.
Qualis igitur eiuſmodi vir magno fuit in Populo, vt in Romano, dum non ſemel ſeditio-
ne laborauit & ad arma deſcendit talis fuit Neptunus in propoſita tempeſtate. Itaque

cunctus cecidit pelagi fragor, vnde Troianis patuit Libyæ acceſſus ac perfugium, Itaque ſic pergit

Part.29. Defeſſi Aeneadæ, quæ proxima littora, curſu
Contendunt petere, & Libyæ vertuntur ad oras.

Iam igitur, quoniam tempeſtas conquieuit, ac Troiani è fluctibus ad Terras confugiunt, tertia ſuccedit huius libri Pars: iamdiu enim in ſeptem illum tribuimus partes quod attinet ad Narrationem, ergo ad proxima littora contendunt curſu Aeneades & Africæ oras petunt, etſi enim ab Italia recederent, ad quam aſpirabant, ſatiùs tamen fuit Libyæ oras, quoniam proximæ erant, appetere, afflicta corpora curare & reficere, ac Claſſem inſtaurare: cui rei iam ſeſe occaſio offert aliqua, cum tutiſſimus ſeſe obijciat portus in quem ſe
171 recipiant. quare ſic pergit Virgilius. *Succedit III. huius libri Pars.*

Part.30. Eſt in ſeceſſu longo locus: inſula portum
Efficit obiectu laterum: quibus omnis ab alto
Frangitur, inque ſinus ſcindit ſeſe vnda reductos,
Hinc atque hinc vaſtæ rupes, geminíque minantur
In cælum ſcopuli: quorum ſub vertice latè
Aequora tuta ſilent, tum ſyluis ſcena coruſcis
Deſuper, horrentíque atrum nemus imminet vmbra.
Fronte ſub aduerſa ſcopulis pendentibus àntrum:
Intus aquæ dulces, viuóque ſedilia ſaxo,
Nympharum domus. hic feſſas non vincula naueis
Vlla tenent, vnco non alligat anchora morſu.

Quibus carminibus nobilem portum deſcribit, quem ex Ithacenſi fermè exprimit: vt verò omnibus & Topographiæ & Poëſis luminibus illuſtrat. Et ſanè cum Vrbem nobiliſſimam atque omnibus inſtructam præſidijs atque alia multa graphicè deſcripſiſſet, & nobis ante oculos poſuiſſet, inprimíſque tempeſtatem ſæuam qua fracti eſſent Troiani; non ab re erat vt ad portum egregium ac tutum deſcribendum ſeſe conuerteret in quo afflicti Aeneades reficerentur. ſed illum breuiter agnoſcamus. Ac primùm quidem non eſt magnoperè altercandum aut curioſiùs inueſtigandum num talis portus aliquis ſit in Libya, præſertim verò prope Vrbem Carthaginis: ſi enim Hiſtoricum ageret Virgilius, rectè; nã Hiſtorici eſt in deſcriptionibus ne latum quidem vnguem a veritate diſcedere: poëtæ veriſimilia ſectari aut fingere: Virgilium autem hoc in loco veriſimili hærere inde conſtat, quòd Africa, Geographis docentibus, eſt portuoſa: & ideo Silius Carthaginem vt a diui- *Portum deſcribit ad quem confugiunt Troiani.*
172 tijs aliiſque huiuſmodi multis, ita a portubus horúmque opportunitate commendat. Potiùs requirendum eſſet num in hac deſcriptione aliunde, ex alio inquam portu, duxerit exemplum; &, ſi fortè duxerit; vnde tandem. qua in re dum Seruius pugnat ex nouæ Carthaginis (eſt hæc in Hiſpania) portu fuiſſe a Virgilio deriuatum, Corradus contra ex Brunduſino, equidem ægrè vni ant alteri aſſenſerim. video enim ex Ithacenſi (id quod ſignificare cœperã) quem Homerus deſcribit, ſic expreſſum, vt turpe ſit de hoc dubitare. quare vt huius rei ſpecimen tibi extet aliquod (nam vberiùs hac in re cum Homero Virgilium comparabimus non multò poſt) & duobus proiectis lateribus illum conſlat Homerus, & tutum ac ventis minimè obuium facit: in eodem ſine vinculo manere ait naues: eidem attribuit antrum, ídque obſcurum & nemoroſum, Nymphas ac perennes aquas: quæ omnia expreſſit Virgilius. quare, vt portus efficiuntur lateribus; & tunc frequentantur cum tutam ſtationem præbent, nõ inficias ierim hæc aut aliud quippiam ſimile habere potuiſſe Hiſpanienſis Carthaginis, aut Brunduſij portum: at ex ijs deriuatum exemplum, cum in promptu ſit apud Homerum, vix ac ne vix quidem crediderim. Quòd ſi pugnes Virgilium, ſaltem dum inſula hunc efficit portum, in Brunduſinum ſpectare potuiſſe, qui reuera inſula continetur, equidem non id magnoperè altercari audeam. nam cum Romani in Græciam ſoluentes, Brunduſij fermè conſcenderent, índeque facilè Virgilio contigiſſet cum in Græciam traijceret; nihil prohibet quo minùs inſula quoque portum coërceat

ſuum

Digitized by Google

ſuum, vt non nihil varietur imitatio. niſi tamen adhuc inſula temerè ex Brunduſino petatur portu, cum Ithaca ipſa ſit inſula, & ab Homero ſi non ad portum efficiendum at certè ad regionem, cum ad eam Vliſſes accederet, deſcribendam, inſula appelletur: ex Ithacēſi igitur deriuatus eſt Virgilianus hic portus. etſi Virgilium aliquam etiam tum prætermiſiſſe tum addidiſſe (vt fit) ac nouaſſe non eſt quod dubitemus: quemadmodum poſtea conſtabit ſatis. Huc igitur curſum intendit Aeneas. quare ſic pergit Poëta, 173

Partic. 31

Huc ſeptem Aeneas collectis nauibus omni
Ex numero ſubit——

Naues ſubeunt portũ, & quot quaue.

Ex quibus nauibus neceſſe eſt Aeneæ ipſius fuiſſe vnam, Achatis alteram. nam hunc iam iam conſtabit deſcendiſſe: cum tamen paulò ante conſtiterit hunc naui præeſſe cum cecinerit Virgilius,

Iam validam Ilionei nauem, iam fortis Achatæ
Vicit hyems;

tres præterea Abantis, Alethis, Meneſthei fuiſſe crediderim. cum enim hic naui (id quod ex V. libro ſatis conſtat) præeſſet, reliqui duo paulò ante numerati ſint inter nauium duces, coniectare ſatis licet horum naues cum regia ſubiiſſe portum: ſiquidem Antea, Capyn, Caicum, deſiderari, Amicum quoque, Lycum, Gyan, Cloanthum abeſſe, ad extremùm Sergeſtum, Ilioneum, Sereſtum cum ſeptem illis qui portum tenent Ducibus non eſſe numerandum, conſtabit in progreſſu: itaut, cum Orontea perierit naufragio, neceſſe ſit Abantem (ſi quis rectè æſtimet) Alethem & Meneſtheum inter ſeptem illos numerari. Sed iam, quoniam portum ſubiere, quid contigerit obſeruemus

Partic. 32.

——Ac magno telluris amore
Egreſſi optata potiuntur Troës arena.

In terram cupidiſſimi deſcendũt; & de Maris horrore.

Magnum ſanè monſtrum eſt mare, ac neſcio an maximum. Hinc Palinurus, etſi nauigandi experientiſſimus & exercitatiſſimus, ſæpè illud expauit, & aliquando exclamauit 174

Méne huic confidere monſtro?

quare egregiè Horatius,

Illi robur circa pectus triplex
Qui primus truci commiſit pelago ratem.

vt Seneca in Medea,

Audax nimiùm qui freta primus
Rate tam fragili perfida rupit:
Animámque leuibus credidit auſtris.

Hac etiam de cauſa trux paſſim à Poëtis dicitur, & audax Iapeti genus quod auſum fuerit ratem committere pelago. itaque iure quoque nauta exclamat apud Lucilium

Vitam ac fortunas miſer cui credidi meas?

hinc nautæ alium prætervecti, quamuis tempeſtate iactentur nulla, terram libenter ſpectant requirunt oculis: quam etiam vt primo aſpexerint, digito indicant cæteris, mox etiã acclamationibus conſalutant. Quod ſi is paſſim eſt nauigantium ſenſus vt mare pertimeſcant, terrámque expetant, quid Troianos feciſſe putandum eſt, ante quorum oculos Orontem ac Lycios vorauerat mare, quíque è naufragio ſemianimes, tandem aliquando portum ſubierant? Hos ſanè credendum nihil antiquius habuiſſe, nihil optatius, quàm vt deſcenderent, terram complecterentur, ac littore ſaltem, arena ipſa fruerentur. id quod egregiè indicat Virgilius dum canit magno telluris amore egreſſos, arena ipſa potitos eſſe eáque optatiſſima. nam ſi quis quærat ecquam iucunditatem afferre homini arena poſſit, cur in optatis eſſe, quì eadem frui mortales, is ſecum ipſe reputet, hos tempeſtatē, naufragium, mortem effugiſſe; atque intelliget ijs arenæ complexus in ſummæ habendum eſſe fœlicitatis loco. Verùm egreſſi quid primùm Troës faciunt vbi arena optata potiũtur? 175

Partic. 33

Et ſale tabentes artus in littore ponunt

Quid rei gerant deſcenſione facta.

inquit Virgilius. ac rectè, nam ſale hoc eſt ſalſo fluctu penè contabuerant: ſole igitur, quoniam iam Neptunus fugatis nubibus eum reduxerat, fruuntur & gaudent. nam, vt ait Ariſtoteles, iis qui nauigarunt, gratiſſimus eſt ſol, adde etiam ſalutaris: præſertim verò ſi ſale maris inquam fluctu, ſordeſcant vnde artus quodammodo tabeſcere ſolent. Atque hic ſanè Poë-

nè Poëta noſter dum madidos Troianos ac tabentes ſoli exponit,& id genus alijs ſeruit,ad humiliora tantiſper diflectit ſtylum vt varietur oratio. Et quidem cum perdiu ſplendida oratione ac magnifica vſus ſit, in qua Deos Heroëſque detinuit,ac ſummatim miram induſtriam(id quod deſcriptiones in primis & conciones declarant)ac nobile Oratoriæ, Hiſtoricæ,Poëticæ,virtutis ſpecimen præbuit,præſtat res quoque mediocres imitari, præſertim verò quia in ijs etiam Poëtæ ſolertia enitere poteſt & elegantia . itaque in ijs perſiſtens pergit,

Part.34

Ac primùm ſilicis ſcintillam excudit Achates,
Suſcepitque ignem folijs,atque arida circum
Nutrimenta dedit,rapuitque in fomite flammam.

vbi ſanè idem graphicè deſcribit qua ratione ignem excitarit Achates, veriſimile eſt ferrū ad ignem excutiendum è ſilice nondum adhiberi conueniſſe,cum de eo nihil: quamquā cum nec lapide ignis ſcintillas excuſſas dicat è ſilice, ac propterea percuſſu potiùs quàm attritu excitatas indicet quidem, lapidéne an ferro,non indicet, nihil eſt temerè affirmandum,ſed potiùs ſtatuendum id reticeri quod facilè (in vſum enim receptum ſpectabat) intelligi poteſt. certè quemadmodum apud multos lignorum attritu vt ederæ & lauri,ſpeculo etiam ſoli admoto, ita apud Liuium ferro è ſilice excuſſum legimus ignem. Nam ſi quis illud reputet,apud ueteres, ſiue Grecos velis ſiue Latinos nomen reperiri nullum quod focili, quem Itali vocant,reſpondeat,ac propterea a priſcis illis lapidis attritu ſeu potiùs percuſſu excitari conſueuiſſe ignem,haud equidem omnino aſſentiam. Etſi enim fa-
176 teor πυρεῖον & igniarium non omnino Italorum focili(quod tamen perperam aliqui autumant)reſpondere, verumtamen nihil prohibet quominùs ferro ſiue rudi ſiue perpolito, cui tamen proprium nomen haud tribuiſſent,è ſilice ignem excuterent priſci illi, quemadmodum Liuio teſte factitarunt poſteriores. Sed quoniam ignē parauit prouidus Achates, ad quem vſum referatur agnoſcamus.

Liu. in Theſaur. in penetrabile.

Part.35

Tum Cererem corruptam vndis,Cereáliaque arma
Expediunt feſſi rerum, frugéſque receptas
Et terrere parant flammis & frangere ſaxo.

Ignem ad illud primò referunt munus,quod mortalibus maximè omnium conducit, atque adeò neceſſarium eſt: vt ſcilicet frumentum torreant. neque verò frumentum planè corruptum fuiſſe crediderim,cum inutile ſit,ſed iam tum labefactari cœptum,itaut iamiam corrumperetur: vel certè corruptum quidem,quòd planè dilutum priſtinam formā amiſiſſet,ſed tamen nondum putredinem quam vocant, vnde planè inutilè ſit, contraxiſſet. quî enim tam ſubitò putreſcat ac penitus corrumpatur? Eleganter verò inſtrumenta varia quibus ex frumento panis conficitur, & appellantur arma & proinde expediri dicuntur. quamuis enim telo primùm,tum clypeo ac ſummatim ijs quibus hoſtē inuadimus, vel nos ipſi protegimus, hoc tributum fuerit nomen,tamen analogia quadam & proportione tum ad nautica tum ad ruſtica,tum,vno verbo,ad omnium propè artium inſtrumēta,traducitur,itaut ad coquinaria etiam & tonſoria deducatur: imo verò artibus etiam & doctrinis aptatur,quæ non ita facilè cēſeantur inſtrumenta. itaque doctrinarum artes ſenectutis arma dicuntur a M. Tullio,quemadmodum ab alijs facundia Oratoris, liberales
177 exercitationes ac ſtudia doctorum virorum,analogia item aliqua armorum cenſentur nomine. nil mirum igitur ſi a Poëta vanno,cribro,pilæ,molæ,& huiuſmodi alijs, ſi quæ sūt, armorum aptatur nomen. quæ tamen Cerealia dicuntur tum vt a cæterarum artium inſtrumentis atque armis diſtinguantur,tum vt elegantiùs ac magnificentiùs deſignentur. Iam verò dum ait Virgilius

Et torrere parant flammis & frangere ſaxo,

vtrum in his verbis ὕστερον πρότερον ſeu conuerſus ordo iurè obſeruetur, minimè diſputo. etſi enim Seruij ſententia tutior videri poſſit, cum Ceres, quia diluta erat,torrenda eſſet igni & ſiccanda,ex quo fieret vt ſeruaretur ordo,quid tamen, ſi quis torreri conuenire dicat Cereri aptiùs dum coquitur, quàm dum ſiccatur? tametſi reuera Virgilio flammis torrere,aliquando valet ſiccare. nam in Georgicis,cum exercitationes deſcriberet quibus per Hyemem occupari poſſunt Agricolæ,canebat.

Nunc

Nunc torrete igni fruges, nunc frangite ſaxo. Sed iam, vt a Troianis ad Aeneam ſeſe conuertit, paulò etiam attollit ſtylum: breui quoque ab Aenea ad cœleſtes Muſam extollet. Nunc igitur ad Aeneam redit ſic canens

Part. 36. Aeneæ vigilantia & cura.

Aeneas ſcopulum interea conſcendit, & omnem
Proſpectum latè pelago petit, Antea ſi quà
Iactatum vento videat, Phrygiáſque biremes,
Aut Capyn, aut celſis in puppibus arma Caici.

Sic ad humiliora dimittit Troianos multos vt Aeneam quippe Principem ac Ducem, inde eximat vt ad grauiora incumbat. Igitur dum illi res parant neceſſarias, Aeneas conſcendit ſcopulum: &, vt Principis eſt eorum ſaluti proſpicere quibus præeſt, diligenter explorat mare & iactatas oculis requirit naues: ex quibus numerat etiam aliquot, vel ducibus commemoratis eas deſcribit. Tametſi crediderim non omnes) niſi fortè Phrygijs triremibus claſſis ac nauium expleri numerum dicas, atque ijs Duces illos detineri quos interim reticet) enumeraſſe, cum in progreſſu alias naues ac Duces alios enumeret. Aptè verò omnem, inquit, proſpectum latè pelago petit, vt quicquid induſtriæ ad hanc rem conferre poſſit, id prouido Duci & peramanti tribueretur. Nam cum ipſemet hanc Prouinciam ſuſciperet, nec ſine aliquo fortaſſe periculo ſuſciperet, & pelagus quoad eius fieri poſſet, vndique ſcilicet ac longè & latè, perluſtraret, nihil ſupererat interim, quod errãtibus præſtare poſſet. Hac igitur de cauſa ſcitè Virgilius Aeneæ curam & prouidentiam ad ea reuocat officia quibus ſocijs, quos in littore dimiſerat, opitulari poſſet egentibus: & ideo pergit 178

Part. 37.

Nauem in conſpectu nullam. tres littore ceruos
Proſpicit errantes: hos tota armenta ſequuntur
A tergo, & longum per valles paſcitur agmen.
Conſtitit hic, arcúmque manu, celeréſque ſagittas
Corripuit, fidibus quæ tela gerebat Achates,
Ductoréſque ipſos primùm capita alta ferentes
Cornibus arboreis ſternit: tum vulgus & omnem
Miſcet agens telis nemora inter frondea turbam:
Nec priùs abſiſtit quàm ſeptem ingentia victor
Corpora fundat humi & numerum cum nauibus æquet.

Bonus Dux nunquam non prouidus. Vt nimirum dum inde rei benè gerendæ preteruolat occaſio, hinc eam arripiat ſtrenuè. Dum igitur inpræſens Aeneæ aſpectum effugiũt naues, cerui contrà ſe ſe offerunt, ſuum in ceruos transfert ſtudium & conatum, venationem exercens: ac præclarè quidem. Militem enim, ac Ducem in primis, mirificè decet venatio, cum ſit bellici certaminis imago, & rei bellicæ ob exercitationem, vnde robur & ſagacitas colligitur, accommodata. vt propterea non immeritò venatio quoddam veluti rudimentum militiæ cenſeatur. Itaque Xenophon ad venationem inſtituit Cyrum, eâque detinet frequenter. Huius igitur ſe, quippe Ducem, gnarum oſtendit Aeneas, cum ceruos inuadat & mira facilitate ſternat ſagittis. quo munere eò detinetur opportuniùs quòd eodem tempore proſpiciat ſocijs. Nemo autem expectet hoc in loco vt apologiam afferam pro Virgilio dum ceruos Africæ tribuit. Nam vel quia nil prohibet ibi fuiſſe aut eſſe potuiſſe heroicis illis temporibus, vel quia locorum ac regionum vices, rerúmque viciſſitudines mutantur, ac variantur in dies, nil abſurdum fuerit ceruos Africæ tribuiſſe. Quin etiã ſi Pindaro, Callimacho atque alijs ignoſcit Ariſtoteles dum ceruæ affingunt cornua, cum tamen fœminæ haud inſint (id enim artis poëticæ vitium non eſt, inquit Ariſtoteles, ſed alienæ, nimirum ex hiſtoriæ aut phyſiologiæ ignoratione profectum) quãtò magis omni 179

exi-

Digitized by Google

eximendus eſt crimine Virgilius, qui nihil cum natura pugnans aut ἀδύνατον, neque rurſus, non dicam a vero, ſed a veriſimili alienum pronunciat: quanquam ne a vero quidem, 180 cum Aelianus atque alij, inter quos Plinium etiam numeres licet, in quo tantoperè nituntur aduerſarij, ceruos concedant Libyæ. Mihi igitur videtur optimè & phyſiologiæ & hiſtoriæ leges tueri, ſimúlque penitius rem introſpexiſſe, cum è ſcopulo faciat proſpicientē ceruos, indeque illis turmatim incedentibus occurrere. Nam Xenophon è ſpeculis & obſeruari iubet & turmatim ſuos poſt Duces incedere affirmat. Et hac de cauſa egregiè & eleganter tum Duces & conſectatores agnoſcit in ceruis, tum Aeneam facit decertantem ac victorem diſcedentem. Ex ijs igitur ſeptem ſternit eóſque ingentes, vt ſcilicet ſeptem nauibus quæ multo milite conſtarent, prouideret. Atque ideo pergit Virgilius,

Part. 38.

Hinc portum petit, & ſocios partitur in omneis.
Vina, bonus quæ deinde cadis onerarat Aceſtes,
Littore Trinacrio, dederátque abeuntibus heros,
Diuidit, & dictis mœrentia pectora mulcet.

Quærat hîc fortaſſe quiſpiam, quî ſeptem ingentes ceruos è Sylua ad naues comportarit Aeneas, cum nec deceret eum id oneris ſuſcipere ac laboris, nec verò ſatis idoneus eſſet qui cum vno Achate id expleret munus: ſed multa reticent Poëtæ, quæ non ſunt curioſiùs requirenda, ſic paulò poſt Aſcanium ex Africa in Idaliæ lucos, hoc eſt in remotiſſimas regiones, transfert Venus, cum tamen non multò poſt idem Aſcanius Carthagine cum parente ſoluat: quin etiam vna tantùm nocte abfuerit. & tamen de eius reditu ne verbū quidem. Fingamus igitur redeunti occurriſſe aut ab Achate accerſitos eſſe ex ſocijs aliquos quibus huius rei peragendæ cura ſit demandata: aut certè non ſine ſociis vt adminiſtris ali-
181 quibus, vt Duci par erat, diſceſsiſſe; etſi, ne minuta aut quæ facilè intelligi poſſunt, conſectetur, de iis ne verbum quidem. Atq; hinc etiam licet animaduertere cur dixerit Aeneā arcum & ſagittas, vno verbo, arma corripuiſſe quæ gerebat Achates. ſiquidem Achatem igni excitando occupauerat Poëta tum pergebat

Aeneas ſcopulum interea conſcendit ——

etſi enim haud exponit Virgilius Aeneam antequam diſcederet, Achatem accerſiuiſſe, id tamen (ne omnia conſectetur) intelligi vult: quòd & debuit, cum Aeneas nuſquam ſine Achate, & potuit cum hic iam vſus eſſet igne excitato, indiuiduus Aeneæ comes diſcedentem conſectari. Sed redeo ad Aeneam a quo diſceſſeram. Partitur igitur ceruos Aeneas boni inſtar patrisfamilias, ac ſuam illis beneuolentiam & curam hoc quoque declarat argumento. Quanquam, quoniam ſine Baccho friget Ceres, continuò vina etiam inter eos diuidit, quibus ab Aceſte donatus fuerat, cum è Sicilia diſcederet. Tametſi, quoniam ad mœrorem leniendum oratio vim habet maximam, præſertim ſi a diſerto viro proficiſcatur & peramante, quíque ſuam erga nos beneuolentiam non vulgariter declararit, & verò prudentia, authoritate, multíſque ac magnis virtutibus valeat ac floreat, idcirco Virgilius eundem Aeneam inducit, qui verbis etiam aliquid eis ſolatii impertitur, &, vt ait Poëta, Dictis mœrētia pectora mulcet. Sed quæſo quibus dictis id faciat, & quàm diſertè, ac ſum-
182 matim eius concionem, audiamus.

Part. 39.

O ſocij (neque enim ignari ſumus antè malorum)
O paſſi grauiora, dabit Deus his quoque finem
Vos & Scyllæam rabiem, penitúſque ſonanteis
Acceſtis ſcopulos: vos & Cyclopea ſaxa
Experti, reuocate animos, meſtúmque timorem
Mittite. forſan & hæc olim meminiſſe iuuabit.
Per varios caſus, per tot diſcrimina rerum
Tendimus in Latium, ſedes vbi fata quietas

Oſten-

Digitized by Google

Oſtendunt: illic fas regna reſurgere Troiæ.
Durate & voſmet rebus ſeruate ſecundis.

Solatur Aeneas ſocios, & de illius beneuolētia, prouidentia et concione tota & artificio.

Apta ſanè & opportuna concio: par enim erat ut Aeneas, quippe Dux & verò dicendi laude(id quod Dares Phrygius de illo ſcribit) clarus, afflictos conſolaretur Troianos, &, quemadmodum dicere cœperam, illorum mœrorem ſi non omnino abſtergeret, mulceret ſaltem atque aliqua ex parte leniret. Vt igitur id faceret, opportunitatem captauit. non enim antequam curaſſent corpus & aliquam partem quietis cœpiſſent, id eſt aggreſſus: ſed poſtquam egreſſi, tantiſper collegiſſent vires quanquam inde augetur opportunitas, quòd tum ceruos tum vina illis ſubminiſtrauerat quibus non nihil reficerentur adhuc. faciliùs enim ei perſuadeas cui te beneficium oſtenderis. denique cum paternam in eos curam ac beneuolentiam declaraſſet, quidni opportunè addat dicta atque illos ſoletur verbis? Illud fortè obſtabat quòd dapibus parandis intenti eſſent ac fortaſſe famelici: quo tempore difficilè verba excipimus. Sed orationis breuitate ac ſuauitate huic etiam incommodo proſpicier.

Verſatur autem concio in deliberatiuo genere: vel certè ad deliberatiuum vtcunque 183
reuocari poteſt, dum enim efficere nititur vt mœrorem deponant ac ſpem concipiant, & ad laborum tolerantiam erigant animos, eorum aſſenſum quodammodo & deliberationē requirit, ac tolerantiam vt illis perſuadeat propoſitum habet. Principiò verò eos appellat ſocios: quod in procemij loco eſſe poteſt ad eorum beneuolentiam conciliandam & attentionem, cum a Rege ſocij, honeſtiſſimo ſcilicet nomine & iucundiſſimo, appellarentur. ſic Cæſar & Lucullus, hoc eſt Imperatores perdiſerti, ſuos milites appellabant commilitones, ſocios etiam apud Lucanum appellat eoſdem Cæſar. quare etſi Homerum non improbo dum Vlyſſes φίλοι, amici, inquit, ſolaturus ſuos, Virgilius tamen aptiùs ſociorum vſurpat nomen, cum ſocij munerum ac fortunæ ſocietate coniungantur. Sed de Homero vberiùs infra, nunc ad concionem redeo. In qua ſanè quoniam ad conſolandum multò plus valere oratio poterat, ſi quos appellabat ſocios, ij in periculis & calamitatibus quas obijſſent, fuiſſent ſocij, ideo pergit,

—— (*Neque enim ignari ſumus ante malorum*)

quod eſt nemo eſt inter nos qui non meminerit multas a nobis ſimùl calamitates perpeſſas & exantlatas. & ſanè huiuſmodi ſocietas neſcio quo pacto conciliat animos & affert iucunditatem, itaut ſæpè, communes ærumnæ incredibilem afferant beneuolentiam. Sed quoniam tunc maximè commemoratio anteactorum malorum idonea erat ad conſolandum in præſentibus malis, cum anteacta fuiſſent grauiora, idcirco ſequitur,

O paſſi grauiora, dabit Deus his quoque finem.

vbi ad ſpem in illis excitandam hoc argumenti genus non poteſt non aliquid momenti 184
habere ac ponderis quis enim in maioribus periculis ſoſpes fuerit, deſperet verò vel potiùs non ſperet in minoribus?

Quanquam quoniam aliquibus fortaſſe anteacta pericula minùs grauia aut certè non grauiora videri potuiſſent, præſertim verò cum recentis periculi memoria atque adeò calamitas præſens vrgere magis ſoleat, commemorat Aeneas exaggerátque anteacta pericula aitque

Vos & Scyllæam rabiem penitúſque ſonanteis
Acceſtis ſcopulos: vos & Cyclopea ſaxa
Experti, reuocate animos, mœſtúmque timorem
Mittite.

quibus tum docet renera ea fuiſſe grauiora (verè enim Scyllęa uorago quam appellat rabiem, & penitus ſonantes ſcopuli vnde perpetuus fragor & nunquam intermittens periculum deſcribitur, & Cyclopea ſaxa quæ cum per ſe tum propter Cyclopum feritatem ſine mortis periculo vix attingi poſſunt, grauiora videri poſſunt) tum id quod inſtituerat efficere nititur, nimirum ſpem atque animos reuocandos, deponendúmque metum. quibus etiam priorem ratiocinationem confirmat: ſi enim maiora, Deo duce, euaſerant, quidni his minoribus etiam Deus imponat finem? Appoſitè verò addit.

Num verè anteactæ calamitatis recordatio iucunda ſit

——*Forſan & hæc olim meminiſſe iuuabit:*

nam quemadmodum ait Seneca, *Dulce eſt meminiſſe quod durum fuit pati*. itaque in prouerbium abijt, *Iucundi acti labores*; id quod Euripides quoque commemorauit cum diceret,

ὡς

Digitized by Google

ὡς ἡδύ τοι σωθέντα μεμνῆσθαι πόνων,

185 *Quàm iucundum meminiſſe laborum vbi ſoſpes fueris.*

& eandem ſententiam non minùs ſcitè quàm eleganter expreſſit M. Tullius cum diceret, *Habet præteriti doloris ſecura recordatio delectationem:* & rurſus, *Iucundiorem facit libertatem ſeruitutis recordatio.* Neque verò huic rei minùs aſſentiendum eſt quod è contrario ſcribat M. Tullius præteritorum malorum recordationem eſſe acerbam, & Aeneas ideo excidium Troiæ reformidaret commemorare, quòd renueret dolorem renouare, nam reuera iјs anteactorum malorum recordatio accidit moleſta, qui ſe non tam euaſiſſe quàm magnis angoribus affectos, grauémque iacturam feciſſe, ſentiunt, aut ſe nondũ planè tutos animaduertunt, vel ſaltem quibus memoria & perturbatio veluti præſens obiiciunt malũ. Atque huc ſanè ſpectauit noſter Lyricus dum caneret.

In Bruto.

Che ſol de la memoria mi ſgomento.

amor enim, quo adhuc, neſcio quo pacto, occupabatur, Lauræ amiſſionem ac mortẽ non ſine moleſtia reuocabat in memoriam. & eodem fortaſſe nomine cecinit Aldigherius

Ch'ancor nel cor rinoua la paura

vt enim qui nauigant, ſic alliciuntur ac perturbantur, vt quamuis deſcenderint, adhuc ſibi iactari videantur, ſic perturbatio timorem, etſi alioquin cauſa timoris adſit nulla, ac dolorem afferre ſolet. cæteroquin qui omnino declinauerit periculum, & ſe tutum agnoſcat, lætatur præſertim ſi iacturam fecerit nullam (id quod nequaquam accidit Aeneæ, qui patria, fortunis, vxore ſpoliatus fuerat, (& ideo res illas anteactas ægrè commemorat) ac periculum declinauit omne, & idcirco qui è contrario iacturã fecerint aliquam, etſi alioquin,

186 ſoſpites diſceſſerint, malum illud ſine dolore commemorare vix valent: quandoquidem id eſt quoquo modo vulnus refricare. Hîc igitur idcirco ait noſter Vates fore vt in poſterum fortaſſe illos iuuet hæc recordatio, quòd fore ſperet vt tutiſſimi tandem in latiũ perueniant, ſéque fortunam proſperè commutaſſe ſentiant. eodémque nomine Euripides addit *σωθέντα*, vt ſcilicet doceat qui euaſerit planè incolumis ac ſoſpes, huic anteacti mali recordationem eſſe iucundam. Adde quòd Aeneas ideò videtur pronunciare.

——— *Forſan & hæc olim meminiſſe iuuabit,*

quia quæ propria quoque fortitudine ac virtute ſuperamus mala, ea poſteaquam tuti ſimus, ſine dubio iuuet recordari. cum enim honeſtæ ac ſtrenuæ actionis delectet conſciẽtia, par eſt vt fortibus ſolatium afferat eius mali ac periculi recordatio, quod ab eis fortitudine ac virtute fuerit ſuperatum. Et hinc vt hæc maximè libenti animo commemoremus. Atque huc ſanè pertinet illud.

Καὶ μέγα γάρ τε καὶ ἄλγεσι, τέρπεται ἀνὴρ
Μνημένος ὅστις πολλὰ πάθοι, καὶ πολλὰ ἔργε.
Valde etenim eſt iucunda viro renouata dolorum
Mentio, qui permulta tulit, permúltaque geſſit.

Idem Tibullus etiam commodè expreſſit cum caneret,

Troiæ quidem tunc ſe mirabitur, & ſibi dicet,
Vos benè tam longam conſuluiſſe viam.

Atque hæc ſanè recordatio eò interdum eſt iucundior, quòd prudentiam & ſapientiam afferre ſolet; vt enim is prudentiam maximè comparat & ſapientiam qui multa fortiter

187 & perfert & gerit; (ideo enim maximis in rebus & gerendis & ſuſtinẽdis ſuorum ciuium animos requirebat Latinus Orator) ſic horum commemoratione & recordatione prudentia & ſapientia fouetur augetúrque mirificè.

Sed ad Aeneã redeo qui tandẽ, ne illa prætermittat quæ ſunt præcipua ad ſocios conſolandos; nimirùm promiſſa fatorum & diuina reſponſa quibus quietæ in Latio ſedes ac regnum promittebatur, idcirco pergit diſertiſſimus Imperator.

Per varios caſus, per tot diſcrimina rerum,
Tendimus in Latium, ſedes vbi fata quietas
Oſtendunt: illic fas regna reſurgere Troiæ.

Quibus cõmemoratis, quoniam erãt ad perſuadendum aptiſſima, itaut nihil efficacius expeti poſſet; (quid enim diuinis promiſſis ac fatorũ reſponſis credibilius? aut quid extorris tutis ſedibus & Regno optatius?) perorat grauiſſima illa & iucũdiſſima cõcluſione vtẽs,

Durate & voſmet rebus ſeruate ſecundis.

Hæc eſt Aeneæ concio: qua neſcio an in hoc genere fingi aut expeti poſſit accõmodatior & perfectior: præſertim verò quia humanis diuiníſque argumentis inſtructa eſt.

Propoſita cõcio cum Homerica cõparatur, cui longè anteponitur.

Nunc ſi placet eiuſmodi cõcionem cum Homerica, quam ſine dubio imitatus eſt Vir-
gilius, conferamus: & quoniam res paucis & commodè hîc peragi poteſt, quantopere Vir-
giliana præſtet videamus. Homeri concio q̃ Vlyſſes habet in xij. Odyſſeæ eſt huiuſmodi.

O amici, non enim vllo pacto malorum ignari ſumus.
Non equidem hoc maius diceret malum, quàm cum Cyclops
Claudebat in ſpelunca caua forti vi.
Sed vt hinc mea virtute, conſilióque prudentiáque
Effugimus, & nimirum, & horum meminiſſe puto.
Nunc agite quemadmodum ego dixero, obediamus omnes,
Vos quidem remis maris fluctus profundos
Verberate tranſtra inſidentes, ſiquidem Iupiter 188
Det & hanc mortem effugere & euitare.
Tibi verò gubernator hoc præcipio, ſed in animo
Reconde, quoniam nauis cauæ gubernacula tenes:
Nunc quidem fumum & fluctum extra dirige
Nauem, tu autem ſcopulum conſidera, ne te lateat
Hinc impetu dilapſa, ex periculo nos deducas.

Hæc Vlyſſis concio. Et quanquam per ſe ſatis perſpicuum ſit Homericæ Virgilianã præ-
ſtare, quatuor tamen obſeruo vnde hoc magis ac magis conſtet. Vlyſſes vnũ tantùm an-
teactum periculum profert quo apud Polyphemũ perfuncti erant. Aeneas multa éaque
grauiſſima percenſet, quibus perſuaſio gignitur commodiùs: Vlyſſes rurſus miram præ-
ſefert ἀλαζονίαν & iactantiam, cum ſibi acceptum referat ſuperatum periculum, ac de ſua
prudentia & induſtria glorietur. Aeneas communiter, ac Dei beneficio, ſignificat ſupera-
ta pericula. Vlyſſes nihil proponit ſocijs vnde illos excitet, Aeneas quietem & regnũ, vno
verbo, futuræ fœlicitatis ſpem certiſſimã, ad quam eos diuinis humaniſque erigit argu-
mentis. denique in Virgilio nulla vox non ſuum habet artificium, itaut oratio pleniſſima
ſit decori, dignitatis, elegantiæ, grauitatis: quæ neſcio an in agnoſcere notari poſſint in Ho-
mero: præſertim verò quia nihil interim ſocijs vel reuocat in memoriã vel imperat quod
non per ſe quiſque poſſet, facilè animaduertere. quis enim dubitet remigibus remigan-
dum, gubernatori nauẽ dirigendam? quare minimè mirũ a Virgilio hanc perpauca fuiſſe
accepta, atque illa ad meliorem vſum & ſtylum reuocata. Nam dum amicos appellat ſuos
Vlyſſes, Aeneas, ſocios, id verò maiore cum dignitate fieri obſeruauimus antea. 189

Part. 40.

Talia voce refert: curiſque ingentibus æger
Spem vultu ſimulat: premit altum corde dolorem.

Aenea ſolicitudo.

Cum ab Aenea ad ſocios, ab ijs ad cœleſtes, Muſam & cantum traducere decreuiſſet, ac Poëma variare apposité, concludit Aeneæ cohortationem, ac reſumit dicendi munus canens,

Talia voce refert.

Vbi fortaſſe Poëta noſter ait voce hæc Aeneam retuliſſe, quòd alioquin animo mœſtus erat ac timore plenus; & ideo pergit Virgilius,

———— Curiſque ingentibus æger,
Spem vultu ſimulat, premit altum corde dolorem.

quibus verbis optimi Ducis prudentia exprimitur & pietas. quia enim ſingulorum calamitates quaſi proprias reputabat, ac vicés omnium dolebat, par erat vt curis ingentibus augeretur, & tum ſua tum aliorum gratia triſtaretur. & hanc ob cauſam paulò poſt Virgilius,

Præcipuè pius Aeneas nunc acris Oronti,
Nunc Amyci caſum gemit, & crudelia ſecum
Fata Lyci, fortémque Gyam, fortémque Cloanthum.

Contra vero cum ſociorum mœrorem abſtergere niteretur aut ſaltem lenire & mitigare
poſtulabat ratio vt vultu ſaltem ſpem ac lætitiam præſeferret, ſimúlque dolorẽ ac mœro-
rem pectore conderet altiùs. qui enim fieri poteſt vt in communibus ærumnis ad ſpem
& lætitiam reuocet ſocios, qui deſperet ac mœrorem præ ſe ferat? Igitur vno eodém-
que tempore ſpei argumenta lætitiaéque incitamenta offert Troianis, mœroris ac dolo-
ris cauſas condit animo. ſic Annibalem legimus cognita Haſdrubalis fratris & exercitus 190
quæ ad Metaurum ſecuta erat, internecione, dolore tecto ac diſſimulato, ſpem ſimulaſſe,

itaut

itaut riſum etiam, quaſi fortunam contemneret, expreſſerit. Denique optimi Principis ac Ducis virtus non in mediocri fortuna cernitur, ſed tum in ſecunda & fœlici, tũ in aduerſa & calamitoſa: in ſecunda ne efferatur proſperitate & inſolens, arrogans, ſuperbus, efficiatur: ſed temperatè ſe gerat ac moderatè. qua in re ſuam virtutem declarabit Aeneas in xij. poſt victoriam: in aduerſis ne deſpondeat animum ac mœrori ſuccumbat & deſperationi: par eum eſt grauiſſimis curis grauiter cõmoueri, animo cadere nullo modo, quin ſpem fouere, ac celſo animo & conſtanti pericula exhantlare; quod facit inpræſentia.

Iam verò priuati milites, quippe quos minùs tangeret communis calamitas, etſi tangeret tamen; minorem ægritudinem referunt: præſertim verò Ducis oratione non nihil erecti & ad hilaritatem reuocati: & ideo vt intelligatur non exiguum momentum habuiſſe Ducis optimi cohortatione ad eos ſolandos, ſimúlque ſtylum de more vtcunque variet ac Muſæ temperet ſæueritatem, pergit Virgilius.

Part.41 Illi ſe prædæ accingunt, dapibuſque futuris:
Tergora diripiunt coſtis, & viſcera nudant:
Pars in fruſta ſecant verubúſque trementia figunt.
Littore ahena locant alij, flammáſque miniſtrant.
Tum victu reuocant vires: fuſíque per herbam
Implentur veteris Bacchi, pinguíſque ferinæ.

391 Quibus carminibus ſignificat ſtatim poſt cohortationem illam, quoniam mœrorẽ mitigaſſent, aut non parum minuiſſent, alacriter ſe ad conuiuiũ parandũ cõuertiſſe, itaut excorient, euiſcerent, in fruſtra diſſecent, verubus infigant & aſſent, ahenis elixẽt ceruinam: tum verò conuiuentur reficiantúrque. Hîc verò expectet fortaſſe quiſpiam vt doceã non temerè fingi ahenis vſos Troianos ad elixandas carnes, prout in more poſitum eſt hoc tẽpore. Sed hac de re plurima Plauti, Ouidij, aliorúmque multorum loca, quin Homeri ipſius, clariùs nos admonent, quàm vt neceſſe ſit longiùs facere. vt mirum ſit Seruiũ ahena ad aliũ tranſtuliſſe vſum: quaſi verò aſsis tantùm carnibus veſcerentur. Erit etiã qui optet vt agam de ratione accubitus, ac doceam num ſederent an accumberent: ſed de hac re cõmodiùs ad ſecundi initium. nunc tantùm dicam ſic per herbam fuſos cẽſendos Troianos, vt non thoris vterentur aut ſellis, ſed pro neceſſitate humi diſcũberent. Illud potiùs monebo Virgilium in rebus humilioribus (eiuſmodi ſunt quaſi recenſuimus) a ſua elegãtia & venuſtate non diſcedere, ſed pictoris inſtar rem veluti ante oculos ponere, itaut rem humilem alioquin & plebeiam, qualis & lanium & coquum agere, non humiliter ſed cõcinnè ac pictoris inſtar expreſſerit. Vbi mirum eſt etiam quàm egregiè totam hanc rerũ ſeriem naturali quodam ordine cohærentérque referat ac proſequatur: dum enim ceruinã excoriãt, euiſcerant, in fruſta diſſecãt, verubus infigunt, aſſant, elixant etiam, conuiuãtur, reficiuntúrque, quis naturalẽ in his ordinẽ egregiè conſeruatum & expreſſum non agno-
392 ſcat? vt propterea diſcendum nobis ſit in humilibus etiam, ne dicam in vilibus, cuiuſmodi lanij coquíque ſunt miniſteria, poſſe poëtæ induſtriam enitere. Quanquam non eſt cunctandum fateri Virgilium reuera grauem & ad ſeria mirificè procliuem eſſe: itaut dum Homerus minuta ad nauſeam deſcribit, & conſectatur, Virgilius vix paucis, ac ſtyli & orationis variandæ cauſa ſatietatémque vitandi, attingat. quare quemadmodũ ſupra niſi ſerò non deſcendit ad mediocria (vix enim poſt deſcenſionem Troianorũ ad minora quædam deuenit) vnde breui etiam ad heroica ſeſe recepit, Aeneæ concionem & eloquentiã exerens; ita inpræſentia; ſic tantiſper rurſus ad manſuetiores redit Muſas, vt breui ſeſe attollere incipiat. nam & ſeria conuiuio ſubnectit quibus Troiani de amiſſis ſocijs miſcent ſermones: dum canit

Conuiuium parant Troiani, & hilariores.

Part.42 Poſtquam exempta fames epulis, menſæque remotæ,
Amiſſos longo ſocios ſermone requirunt,
Spémque metúmque inter dubij, ſeu viuere credant,
Siue extrema pati, nec iam exaudire vocatos.
Præipuè pius Aeneas, nunc acris Oronti,

Digitized by Google

Nunc Amyci caſum gemit,& crudelia ſecum
Fata Lyci,fortémque Gyan,fortémque Cloanthum.

Poſt conuiuium miſcent ſermones.

mox verò Iouem inducit ac Venerem,quibus diuinam prouidentiam declaret, & Albanorum Romanorúmque facta imprimíſque Auguſti gloriam edicat. Ita quidem paulò ante, dum Conuiuio parando, epuliſque, detinet Troianos, tantiſper Comicum ſtylum exprimit aut adumbrat, ad hilaritatem eos reducens: mox ſociorum fatum illos indolentes faciens,ad Tragicum aſſurgit: denique Iouem introducens qui Romanorum Augu- 193
ſtíque inprimis edicat fata,ad Heroicam redit granditatem. Sed rem totam quod attinet ad Heroicum ſtylum, ex illius Muſa diſcamus oportet, ſi tamen ipſe vnum priùs admonuero,nimirum nihil eſſe cur Aeneæ vitio vertamus gemitum,dum dicitur fata Orontis, Lyci & aliorum ingenuiſſe. Licet enim lacrymæ & gemitus in Vlyſſe culpandæ ſint,cum paſſim lugeat ac lacrymas muliercularum more mira facilitate fundat, Aeneas tamen graui de cauſa gemit,ob fortiſſimorum ſcilicet ſociorum & Ducum,quos periiſſe omnes ſuſpicabantur, deſiderium, humanum enim eſt ac pium carorum fato lacrymas tribuere. Neque idcirco verendum ne Troianos ad mœrorem & timorem, quem lenire ac mitigare cœperat, hinc reuocet: nam præterquamquod nihil prohibet quominus in poſterũ ſperent meliora ac bono ſint animo; ſanè hinc Aeneas ſuam erga omnes beneuolentiam & caritatem declarat: ex qua ad eum viciſſim diligendum, eidémque hilariter obtemperandum (quis enim Duci optimo a quo ſe diligi intelligat, non obtemperet?) prouocantur. Sed ad penſum.

Partic.43.

Et iam finis erat,cum Iuppiter æthere ſummo
Deſpiciens mare veliuolum,terráſque iacentes,
Littoráque & latos populos,ſic vertice cœli
Conſtitit,& Libyæ defixit lumina regnis;
Atque illum taleis iactantem pectore curas,
Triſtior,& lachrymis oculos ſuffuſa nitenteis,
Alloquitur venus —

Ab Aenea & Troianis ad venerē & Iouem ſeſe cōuertit Poeta.

Et iam finis erat. Tacita quadam tranſitione vtitur: cum enim ab Aenea & Troianis ad Venerem ac Iouem & a rebus ferè Tragicis ad Heroicas,denique ab humanis ad diuinas, ſeſe attollere decreuiſſet,par erat vt commodè inde diuerteret. Ait igitur. *Et iam finis erat.* Sed cuius rei erat finis? Conuiuij, dicunt aliqui;ſed minùs commodè: nam conuiuio finem fuiſſe impoſitum iam antea indicarat,cum caneret, 194

Poſtquam exempta fames epulis,menſæque remotæ,

itaque cum Conuiuio ſucceſſiſſet Colloquium & lamentatio de amiſſis ſocijs,veriùs colloquij & lamentationum (has enim miſcebant modò) finem dixeris adueniſſe. Et tamen alijs placet diei finem ſignificare: præſertim verò cum paulò poſt illud canatur,

At pius Aeneas per noctem plurima voluens.

Vt omittam noctem eſſe curarum matrem: & ideo cum interim dicat

Atque illum tales iactantem pectore curas,

coniectare licèt noctem indicari. Diei igitur aduenisse finem Noctémque proinde aduentaſſe voluit,ac ſignificauit Poëta noſter: vt ſcilicet commoda tranſitione ab Aenea, vt dicere cœperam,ac Troianis tantiſper ad Iouem diuerteret,ac Romanorum laudes. itaque Iouem inducit qui cum dies abijſſet,aduentaſſétque Nox,è ſummo æthere mortalē hunc Mundum,mare inquam,terras ac populos proſpectet,ſigillatímque in Libyæ regna defigat lumina. id quod partim ex ſapientum præſcripto facit,qui rerum omnium prouidentiam & procurationem tribuunt Deo,partim poëtica quoque libertate qua oculos illi tribuunt, vnde res mortales obſeruet: quod totum ad mentis oculos & intelligentiam eſt reuocandum. Et quamquam Poëta noſter Syroni Epicureo operam dederat, interim tamen rerum humanarum cognitionem aut procurationem non adimit Deo cum Epicuro, aut etiam cum Ariſtotele,qui veritus ne Diuina mens vileſceret ſi inferiora curaret,ſtatuit meliùs hæc ab eo ignorari quàm perſpici, & curari;ſed diuinam prouidentiam cum Stoicis admittit, multò verò magis cum Platone, qui a Deo omnia & intelligi & guber- 195

Iouis Prouidentia.

naci

nari affirmat, idque ſigillatim etiam, ita vt hominum quoque cogitata omnia intimè per-
uadat intelligentia, ac præmia proinde pœnáſque ijs decernat; Quòd ſi Deum item in æ-
there collocat ſummo, ætherem vſurpat, non Ariſtoteleo more pro igne, ſed more maio-
rum pro cœlo, ita vt illum in Cœli (id ferè addit) collocet vertice. Sic a M. Tullio paſſim
æther pro Cœlo capitur, vt cum ait, *Ardor Cœli qui æther vel Cœlum nominatur*: & rurſus, *Vlti-
mus ac domicilijs noſtris altiſſimus, omnia cingens & coërcens Cœli complexus, qui item æther voca-
tur, extrema ora & determinatio Mundi*. Denique vnus Ariſtoteles quintum illud corpus ex-
cogitauit quo Cęlum conſtaret, atque ab æthere ſeu igne, cœteríſque primis corporibus
differret: Plato contra & cæteri æthere, qui purior eſſet ignis pars, conflauerunt Cœlum:
& hac de cauſa ſummus æther ſummam Cœli partem ſeu verticem, Seruij pace, ſignificat
hoc tempore. Fateor quidem Ariſtotelem etiam Deum, quem primum ciētem motum
facit ac primam intelligentiam, in Çœli vertice collocaſſe, atque ibi planè vbi eſt incitatiſ-
ſimus motus (eſt autem incitatiſſimus in vertice, & ſummatim in ea parte, quæ
196 a centro maximè diſtat) ſed Virgilius interim non tam Ariſtotelē ſequitur quàm peruul
gatam poëtarum ac gentium ſententiam, qui præſtantiſſimam naturam ac mentem in
altiſſimo ac præſtantiſſimo collocant loco. Itaque Ariſtoteles ibi Deum tanquam in pun
cto collocat, ac cœlo torquendo deſtinat, ita vt fortaſſe ex eius ſententia neceſſariò mo-
ueat, nec inde diuelli poſſit, Virgilius contra eò conſcendiſſe ſignificat ſiue conſtitiſſe, at-
que inde ad Terras oculos defixiſſe. quæ omnia liberè illum agere ac mortalibus proſpi-
cere ſatis indicāt, ita vt Platonicus ac fermè Chriſtianus hac in re videri poſſit. Verumta- *Dubitatur.*
men hìc vnū dubitare cogor ac paulò ſubtiliùs dubitare: cur ſcilicet noſter Vates per no-
ctem inducat Iouem oculis maria & terras ac latos populos perluſtrantem. Si enim quę-
ram cur Deo pectus, oculos, perſonam affingat, rectè reſpondeas humano more loqui ac
poëtica licentia vti: ſolent enim poëtæ perſonam Ioui tribuere. Rectè. Sed cur interim
in metaphora non perſiſtit Vates? Si enim homo in æthere per noctem collocetur, haud
poterit propter Solis abſentiam latos Terræ Populos luſtrare oculis. quì igitur per noctē
id facit, Iupiter? aut cur eum inde Vates luminibus populos luſtrantem inducit? certè
nocturnum lumē, quin ne diurnum quidem, ſufficere poterat Terrarum populis tam fa-
cilè & vno ferè oculorum coniectu luſtrandis: per horarū enim interualla luce illuſtran-
tur, & apti fiunt qui perſpiciantur: ita vt non vno eodémque tempore Africæ, atque Aſię
populi, præſertim extremi & maximè diſſiti, diurna gaudeant luce: tātum abeſt vt ex eo-
dem cœli puncto latos populos, quod eſt omnes, ac proinde axi ſeu vertici etiam in quo
197 collocatur, obiectos intueri poſſet. Vel igitur nō humano more inducendus erat quíque
oculis ſpectaret populos, vel non omnes eius oculis obijciendi terrarum tractus ſed vnius
Africæ. Sed clauſula hæc ſit. extrema vitanda ſunt in rebus poëticis: neque enim Acri- *Reſpondetur.*
bologia Mathematica ab illis exigenda, quemadmodum neque talis ac tanta licentia, vt
cum placidis coëant immitia, ac ſerpentibus geminētur aues. itaque populariter res hęc
æſtimanda, ac propterea permittendū, vt Iuppiter dicatur luſtraſſe oculis terras, nec ſub-
tiliùs, ne dicam minutè, res æſtimetur. Certè qui conniueat M. Tullio dum Scipionem
è Cœlo Terras omnes ſpectantem inducit, is multò magis Poëtam ferat oportet dū Io-
uem non diſſimili ferè inducit ratione. Ioui igitur, dum ad terrarum curam conuertiſſet *Reditur ad explicatum.*
mentem, ac Libyæ regna proíndeque Troianorum calamitatem animaduerteret, oppor-
tunè occurrit Venus vt eum pro Aenea filio exoret. Quam rem optimè ceſſuram iam ab
initio coniectare licet: nam mulier, hoc eſt callida & ad exorandum ne dum orandum
ficta, quin tota ad decipiendum compoſita, rogabit: atque huc etiam pertinet quòd ſit
ætate florens ac pulcherrima, meretricijs etiam amoribus ac blanditijs aſſueta: itaque ſa-
laciſſimus Iuppiter non dubitabit eam exoſculari. Adde quòd filia, éaque mœſta, & la-
crymis oculos ſuffuſa nitentes, eum præcatur: ídque pro filio, proíndeque pro ipſius Iouis
nepote: ac tunc ſanè cum opportunitas ſeſe ingens obtuliſſet: cum enim Iupiter in affli-
ctos Troianos conuertiſſet oculos, quídni obſecro Iouis animum tangat nepotis calami-
tas & ad opem ferendam adducat? denique & pulchritudo filiæ, & afflictus Aeneæ ſta-
198 tus, tacitâ veluti eloquentiâ Iouis pectus ad clemētiam allicere & poteſt & debet. Quan-
quam oratione quoque Venus rem ad optatum finē perducet. Sed quęſo eam audiamus.

Part. 44. —— O qui res hominúmque Deúmque
Aeternis regis imperijs, & fulmine terres,

Digitized by Google

Quid meus Aeneas in te committere tantum?
Quid Troes potuere, quibus tot funera paſſis,
Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis?
Certè hinc Romanos olim voluentibus annis
Hinc fore ductores reuocato a ſanguine Teucri,
Qui mare, qui terras omni ditione tenerent,
Pollicitus: quæ te genitor ſententia vertit?
Hoc equidem occaſum Troiæ, triſteiſque ruinas,
Solabar, fatis contraria fata rependens.
Nunc eadem fortuna viros tot caſibus actos
Inſequitur: quem das finem Rex magne laborum?
Antenor potuit medijs elapſus Achiuis
Illiricos penetrare ſinus, atque intima tutus
Regna Lyburnorum & fontem ſuperare Timaui,
Vnde per ora nouem vaſto cum murmure montis
It mare præruptum, & pelago premit arua ſonanti.
Hic tamen ille vrbem Pataui, ſedéſque locauit
Teucrorum, & genti nomen dedit, armáque fixit
Troïa, nunc placida compoſtus pace quieſcit.
Nos tua progenies, cœli quibus annuis arcem,
Nauibus (infandum) amiſſis vnius ob iram
Prodimur, atque Italis longè diſiungimur oris.
Hic pietatis honos? ſic nos in ſceptra reponis?

Veneris cō cio ad Iouē pro Aenea. Hæc Veneris concio: in qua ſanè cur nobili illa compellatione vtatur qua Iouem apel-
lat, in promptu eſt; cum hinc tum beneuolentiam captet, tum æternis imperijs comme-
moratis quibus Mundum adminiſtrat, tacitè fata & æterna decreta ſuggerat quibus La- 199
tium nouúmque Regnum debebatur Aeneæ, & idcirco huiuſmodi facta iam iam aper
Dubitatur. tè commemorabit. Sed cur addat *& fulmine terres*, obſcurum; nam ad clementiam exci-
tandam & beneficientiam ſatius erat ab eorum commemoratione abſtinere quæ vlciſcē-
dis non iuuandis mortalibus adhibentur. Itaque rectiùs miſerator quàm fulminator (vt
ita dixerim) ſeu fulmine terrens, hîc appelletur. Vt omittam ægrè concedendum vt Dea
popularem opinionem illam ſectetur qua Iuppiter dicitur fulmine terrere mortales. Ita-
Reſpondetur. que Seneca; (*Quis* (inquit) *tam imperitus eſt qui credat fulmina è nubibus Iouem mittere*? Sed
clauſula hæc ſit. fortaſſe voces illas, quibus Iouem compellat filia, veluti ſolemnes cenſe-
ri poſſe quæ Iouis dignitati ac poteſtati declarandæ adhiberentur: nam conſimilibus qui-
buſdam vocibus tum Ouidium vſum eſſe conſtat dum canit

Ille pater, rectórque Deûm, cui dextra triſulcis
Ignibus armata eſt, qui nutu concutit orbem;

tum Horatium atque alios multos quorum carmina longum eſſet recenſere. Quanquā
quoniam ab Homero hæc Veneris oratio deriuatur apud quem nihil de fulmine, & verò
Thetis, Pallas, Iuno ſæpè alia ratione Iouem compellant, Venúſque ipſa alibi apud Virgi-
lium multò aliter cum illo agit, ſatius ſit reſpondere, Virgilium, vt Dei prouidentia tum
beneficentia tum iuſtitia continetur, (ideo enim Romanos & Auguſtum inprimis quem
diuinis ornauit laudibus illud propoſuit,

Parcere ſubiectis & debellare ſuperbos.)

voluiſſe vtrâque partem (vt ſcilicet nulla prouidentiæ pars ei denegari videretur, ſed ex- 200
cellens eius vis atque maieſtas vtrinque celebraretur & cumulatè exprimeretur) indica-

re, prio-

re,priorem cum diceret eum regere Deorum atque hominum res,poſteriorem dum ful minare ſeu fulmine mortales terrere ait: quibus poëticè iuſtitia eleganter deſignatur. & idcirco per me liceat Senecæ in ſcholis Philoſophorum illud pronunciare; imperitorum eſſe Ioui tribuere fulmina:nam in curriculo poëtarum, quoniam hinc eleganter eius iuſtitia deſcribitur ac deſignatur,haud licet. Vt omittam Senecam hac in re non magnoperè ſibi conſtare. cum enim illud quoque ſcribat, Ad coërcendos animos imperitorum ſapientiſſimos viros id excogitaſſe & promulgaſſe, ſtultiſſimi illi fuerint, ſi,(quod ait Seneca) nihil tam imperitum eſt quàm hæc credere. Denique faciliùs crediderim priſcos mortales, quippe adhuc rudes, per imperitiam cenſuiſſe Iouem ſeu Deum tonare ac fulminare,cum ab æthera regione tonitrua & fulmina deferri perſentiunt:tantùm abeſt vt id a ſapientiſſimis viris ſuſpicer excogitatum & diuulgatum.

Nunc redeo ad Veneris orationem,quæ expoſtulatione vtitur, cùm Aeneas immeritò tantoperè affligetur, vbi ſanè cupit illa quidem Iunoni inuidiam conflare quæ calamitatem illam attuliſſet Aeneæ: tacitè etiam illam ſæuitiæ accuſat,tametſi vel quia veretur ne id redundet in viri offenſionem, vel quia nunc cum Ioue agit qui vnus ad miſericordiam flectendus eſt,apertè de illa nihil. Ergo ad Iouem ipſum conuertit ſeſe,quaſi ipſe, quoniã eſt pater hominúmque Deorúmque, & omnibus præeſt, hanc Aneæ calamitatem vel *Reditur ad Veneris cõcionẽm quæ per partes explicatur.*

201 attulerit vel certè inferri paſſus ſit.Quãquam ſic expoſtulat, vt miram expoſtulationi adhibeat moderationem. nam quærit num fortè Aeneas & Troiani quicquam in eum peccarint,præſertim tale ac tantum, vt talem ac tantam calamitatem, quaſi pœnam meruerint.quod tamen ita quærit vt ſignificet id fieri haud potuiſſe.quia ſcilicet de Troianis ob eorum pietatem nil tale ſit ſuſpicandum.Ita quidem(etſi non minùs tacitè quàm moderatè) Iouem tum inconſtantiæ tum ſæuitiæ quoquo modo inſimulat:inconſtantiæ, quia cum promiſſa non explerentur,ſententiam mutaſſe videretur:ſæuitiæ quia virum pietate inſignem atque adeò ipſiuſmet Iouis nepotem tantis ærumnis iactaret,vel certè iactari nõ prohiberet. quòd ſi liberior quàm deceret ſit eiuſmodi expoſtulatio, iam, vt dicebam, & tacitè expoſtulat,& filia ac mœrens expoſtulat,& verò(id quod interim ſatis perſpectum poteſt eſſe Ioui)eo conſilio id facit vt tota expoſtulatio & querela in Iunonem recidat. & ideo pergit

—— Quibus tot funera paſſis
Cunctis ob Italiam terrarum clauditur orbis?

quæ omnia in Iunonis odium dicta ſunt:tametſi per Synecdochen dicuntur, aut etiam hiperbolicè,verè enim Troia primùm,cum tot funera paſſi eſſent, ſunt excluſi: è Tracia etiam ob Polymeſthoris ſæuitiam,multò verò magis è Creta ob peſtilentiã,nauigare coacti ſunt:ſic ex Græcia ob varia pericula celeriter diſceſſerunt:ſed tamen variæ adhuc Aſiæ & Europæ regiones numerari poſſunt ex quibus non eſſent excluſi: Africa item ſupererat quæ nondum eis clauderetur,ſed amplificandi gratia ſic loquitur,& vt interim Iunoni

202 adducat inuidiam.etſi hæc Ioui commemorantur cuius erat id prohibere. & ideo Iuppiter in reſponſione inquiet

—— Quin aſpera Iuno
Quæ mare nunc,terráſque metu,cœlúmque fatigat,
Conſilia in melius referet,mecúmque fouebit
Romanos rerum dominos,gentémque togatam.

Porrò autem Iouis pollicitationes commemorat primùm,&,quoniam,(vt dicere cœperam)haud explebantur,expoſtulat,ídque dum ait

Certè hinc Romanos olim voluentibus annis
Hinc fore ductores reuocato a ſanguine Teucri,
Qui mare,qui terras omni ditione tenerent
Pollicitus, quæ te genitor ſententia vertit?

de ſæuitia verò continenter conqueritur & expoſtulat,dum ſequitur

Hoc equidem occaſum Troiæ, triſtéſque ruinas
Solabar,fatis contraria fata rependens.
Nunc eadem fortuna viros tot caſibus actos
Inſequitur;quem das finem rex magne laborum?

vbi tacitè ſignificat non modò promiſſa non expleri ac fatis aduerſis contraria fata non re pendi,vnde ærumnis eximatur Aeneas & proſperitate vtatur,verùm etiam nouis infortu-

nijs Aeneam & Troianos iactari,& ideo exclamat

———Quem das finem Rex magne laborum?

Interim verò dum ait futurum fuiſſe vt Romani

——— Mare ac terras omni ditione tenerent,

rurſus in oratoriam amplificationem vel potiùs in poëticam hyperbolem recidit. Neque enim Romani ad Occidentem vltra Gades arma intulerunt aut propagarunt Imperium, quin exiſtimarunt ibi terrarum orbem concludi, ita vt quemadmodum Hercules ſuos labores,ita Romani ſuum Imperium,columnis ſeu Gaditano freto terminarint. Et tamen 203
experientia compertum eſt vltra Gades inſulas,populos,terras,maria eſſe vaſtiſſima. Ad Septentrionem etiam vix attigerunt Britanniam,quam ne ſubegere quidem, ſed deſcenſione facta,mox ferè inde rediere.Imò verò nuſquam inuenio Batauos(Olandenſes nunc appellant) fuiſſe ſubactos a Romanis: tantum abeſt vt Gothiam & remotiores Septentrionis ſubegerint terras.Ad Orientem verò vix ad portas Caſpias peruenerunt cum tamē vltra populi ſint plurimi. In Libya item ſiue Africa Lunæ montes attigere tantùm, & tamen vltra montes iſtos regiones vaſtiſſimas extare compertum eſt. Vt omittam neque Abyſſinos,qui longè ac latè ſe ſe fundunt ad Meridiem,nouiſſe: tantùm abeſt vt vltra lineam progreſſi ſint,aut ad Antipodas peruenerint. Quin etiam vt antipodas ignorarunt, (quicquid M. Tullius in Scipionis ſomnio illos ſtatuere videatur) ita ſub torrido aut frigido climate nullos eſſe populos crediderunt,tantùm abeſt vt ad hos (nunc enim eas regiones coli compertum eſt) Imperium propagarint. Ita vt quamuis Romanorum Monarchia cæteras Monarchias ſuperarit omnes Imperij magnitudine, non tamen cunctas terras ac maria omnia tenuerit ditione, quin ne decimam fortaſſe Terræ partem ſubegerit. hyperbole igitur vſus eſt,vt ſcilicet, quicquid ſit,Romanis & Auguſto in primis caneret, qui eam tum ſubegerat Cantabros ad Occidentem & ad Euphratem peruenerat in Oriente,Sed ad Venerem redeo,quæ ſanè ea etiam de cauſa Troiæ commemorat excidiū, negátque contraria ſuccedere fata. addítque noua ſemper infortunia Troianos excipere, 204
vt & exclamare liceat & commiſerationem excitare. Tametſi quoniam ad Iouis animū flectendum,plurimum referre poterat commemoraſſe & oſtendiſſe quid Antenori contigiſſet,qui cum Troia item perinde atque Aeneas profugus ſoluiſſet, proſperis fatis vſus erat,idcirco pergit

Antenor potuit medijs elapſus Achiuis
Illyricos penetrare ſinus, atque intima tutus
Regna Liburnorum, & fontem ſuperare Timaui,
Vnde per ora nouem vaſto cum murmure montis
It mare præruptum, & pelago premit arua ſonanti.
Hic tamen ille vrbem Pataui, ſedéſque locauit
Teucrorum,& genti nomen dedit,armáque fixit
Troïa,nunc placida compoſtus pace quieſcit.

vbi exemplo vtitur ſanè aptiſsimo. quaſi diceret, cum Antenor qui nec Aeneæ ſuperior eſt pietate,ac fortaſſe ne par quidem,nec te affinitate attingit,tanta obtigerit fœlicitas, vt per medios hoſtes elapſus,proſperáque nauigatione vſus,Patauium tandem ædificauerit, ibíque ſumma pace fruatur,ſeu compoſtus pace quieſcit(id quid valeat,dicam paulò poſt, atque ibidem de armis) cur obſecro Aeneas hoc eſt vir pietate inſignis, ac meus filius, tuúſque proinde nepos,cui etiam Cęli arces pollicitus es, tamdiu iactatur,atque vnius ob iram(Iunonis ſcilicet) Italia arcetur longiùs? & ideo Antenoris fœlicitate commemorata argumentum ad Aeneam traducens pergit,

Nos tua progenies cœli quibus annuis arcem,
Nauibus (infandum) amiſſis vnius ob iram
Prodimur, atque Italis longè diſiungimur oris.

Quibus,quod paulò ante indicabam,concludit: ita tamen vt non Aeneam dicat prodi atq; ab Italiæ oris arceri,ſed nos tua progenies prodimur, atque Italis longè diſiungimur 205
oris,vt ſcilicet dum Aeneæ ærumnas ſuas quoque æſtimet,faciliùs ad clementiam excitetur Iupiter:& huc etiam pertinet quòd eodem modo commemorat promiſſam cœli arcem:huc quod de amiſsis refert nauibus, huc quod ſubijciet de promiſsis nec tamen redditis ſceptris. nam miſericordiæ ciendæ cauſa communes ſibi cum filio ærumnas facit omnes. Ex quo fit vt dum ait hæc eis infortunia contigere vnius ob iram, quod eſt Iunonis,

Digitized by Google

nis, commodiùs inuidiam illi conflet, Aeneæ verò conciliet Iouis clementiam. vt enim quis per iniuriam affli&etur, iniquum videri debet: ſed vt multi, iíque aliena, vnius culpa crucientur, iniquiſsimum. Quanquam dum ait nauibus amiſsis, ſine dubio poëticè rem auget, quandoquidem ſat vtrique conſtabat vnam tantùm amiſſam eſſe nauem. Atque eodem modo fortaſſe Iuno, quæ cum diceret

——— Pallas exurere claſſem
Argiuûm potuit,

viſa eſt claſſem pro naui vſurpare: cum, ſi Philoſtrato credimus, vna Aiacis combuſta eſſet nauis. etſi reuera Dictis claſſem incenſam dicit, Sed iam his omnibus commemoratis, perorat Venus atque ait,

Hic pietatis honos? ſic nos in ſceptra reponis?

quibus breuiter attingit totius concionis ſummã, ac ſiue filij ſpectetur pietas, ſiue Troianorum calamitas, ſiue fatorum Iouíſque ipſius pollicitatio, ſignificat ipſum Iouem non poſſe ſine æquitatis offenſione non ſubleuare Aeneam, & Italiæ Regnum tandem aliquãdo illi non attribuere. Hæc Venus.

Nunc verò antequam Iouem reſpondentem audiamus, optarim ad ea tantiſper regredi, quæ de Antenore dicta ſunt a Poëta, video enim me vniuerſim tantùm attigiſſe eam *De Antenore, Patauina ædificatione ac Liuio.*
206 argumenti partem quæ ab Antenore ducebatur: ita vt ea omnia quæ ſigillatim de eius nauigatione, & Patauinæ vrbis ædificatione, déque pacifico illius dominatu, proſequitur, & graphicè repreſentat, prætermiſerim. Et ſanè poſtularet locus vt de tota hac Antenoris nauigatione ac Patauinæ, in quã degimus, Vrbis ædificatione, aliquid differerem. Verùm quoniam res, mea quidem ſententia, longiore indiget diſputatione, iubet eam opportuniore loco reſeruare. in quo etiam Antenoris epitaphium quod explicatu perdifficile atque adeò obſcurriſsimum haberi ſolet, quoniam ad eius aduentum ac totum hunc locũ pertinet, explanabo, ſimúlque non tenebricoſum & obſcuriſsimum habendum, & verò bono Poëta dignum eſſe, demonſtrabo, & quoniam Liuius, hoc eſt Hiſtoricus nobilis ac Patauinus Ciuis, cum in Antenoris mentionem incidiſſet, atque hanc ipſam nauigationẽ commemoraſſet, ſic rem peregit, vt viſus ſit (rem miram dicam, ſed veriſsimam tamen) hunc Patauinæ Vrbi Authorem & fundatorem inuidere atque adeò illum pro ſuæ Vrbis ædificatore haud agnoſcere, (quorſum enim conſtare ait Antenorem cum multitudine Henetum, qui ſeditione ex Paphlagonia pulſi, & ſedes & ducẽ, rege Pylemone ad Troiã amiſſo, quærebant; veniſſe in intimũ maris Adriatici ſinum, Eugeniíſque, qui inter mare alpéſque incolebant, pulſis, Henetos Troianóſque eas tenuiſſe terras; & in quem primùm egreſsi ſunt locum, Troiam vocatum, pagóque inde Troiano nomen eſſe: gentem vniuerſam Venetam appellatam, de Patauio autem ab eodem Antenore ædificato ne uerbum
207 quidem:) Virgilius contra, etſi externus, hanc Antenori laudem liberaliter concedit, eúmque Patauinæ Vrbis authorem prædicat, idcirco quid de re hac ſentiendum ſit demonſtrabimus. Quibus omnibus tanquam parergon atque auctarij loco addemus, cur Liuio Patauinitas a quibuſdam fuerit obiecta: pauca quædam interim ex noſtris de hiſtoria libris, in quibus rem hanc proſequimur, repetentes; aliqua etiam aliunde huc referentes. Nunc ad Iouem, quoniam eius reſponſionem auidiſsimè præſtolatur Venus, ſine cunctatione reuertamur.

Part. 45. Olli ſubridens hominum ſator, atque Deorum,
Vultu, quo cœlum, tempeſtatéſque ſerenat,
Oſcula libauit natæ, dehinc talia fatur.

Quemadmodum Virgilius ſic introduxit Venerem, vt conijcere liceret id quod poſtulaṙet impetraturam, ſic Iouem viciſsim introducit Veneri reſponſurum, atque ita deſcribit, vt facilè intelligatur filiæ gratificaturum eſſe. igitur mœſta & mẹrore plena introducebatur Venus, vt faciliùs commoueretur Iupiter, Nunc Iupiter contra non mẹſtus deſcribitur, ſed *Iuppiter introducitur, cuius reſpõſio ſine Cõcio per partes explicatur.*

Vultu, quo Cœlum tempeſtatéſque ſerenat,

vt mẹrore deponat ac bono animo ſit Venus. Rurſus Venus proferebatur oculos lachrymis ſuffuſa nitentes, Iupiter contra vultu hilaris ac ſubridens. vbi quemadmodum Venus oculos nõ perfuſa ſed ſuffuſa fingitur lachrymis (ne ſcilicet mulierculatum more lachrymas

Digitized by Google

mas fundere ſed tãquam cohibere videretur, quod dignitatem redolet) ſic Iupiter riſum
non ſanè exprimit ſed leuiter oculis & vultu refert, ne a grauitate & dignitate diſcedat ſua:
Sed & oſcula libat natæ: libat, inquam, non figit, vt intelligatur eſſe officij potiùs indices & 208
honeſtæ atque adeò paternæ beneuolentiæ quàm laſciuiæ. quare facilè contingere potuit
vt ſuauiter illam complexus ſit ac peramanter, dum eam oſcularetur. Tametſi, vt erat ſa-
laciſſimus Iupiter ac libidinoſus, num talis ac tanta fuerit eius in Venere exoſculanda mo
deratio, fides ſit apud Poëtam. Certè qui inceſtas nuptias celebrauit, ſéque, vrgente neceſ-
ſitate nulla, cum ſorore miſcuit, ac tot virgines conſtuprauit, apud hunc ne Venerem
filiam crediderim tutiſſimam fuiſſe. Sed quicquid ſit, ex his omnibus facilè conijce-
re licet, Iouem poſtulata Veneri conceſſurum, ſed concionem ac reſponſum audiamus.

Part. 46.

Parce metu Cytherea: manent immota tuorum
Fata tibi cernes Vrbem, & promiſſa Lauini
Mœnia, ſubliméinque feres ad ſydera cœli
Magnanimum Aeneam; neque me ſententia vertit.

Pleniſſimum dignitatis initium, ac digniſsimum vt etiam atque etiam mœrorem &
lachrymas abſtergat Venus, ac poſtulata fidenter ſperet. Sed ad illud accedamus propiùs.
Principiò igitur perſpicuis verbis ac paucis eam omnem remouet ſuſpicionem vnde Ve-
nus expoſtulauerat; ſiquidem iubet vt metum deponat omnem, & ideo ſubdit,

Hinc Vegium decimu tertij Aeneidos libri argumentum arripuiſſe.

——*Manent immota tuorum*
Fata tibi.

ex quo fiet vt Aeneas non modò perueniat in Latium atque Vrbem promiſſam ædificet
verùmetiam a te ſublimis ad ſydera efferatur. Atque hic quidem locus Vegio anſam
præbuit librum decimum tertium Aeneidi addendi; quaſi verò hæc omnia deſiderentur. 209
Nam & Vrbem condit, quam etiam de Lauiniæ vxoris nomine appellat, & Penates in
eam introducit & collocat, & Latini Regni, noui ſcilicet, initium canit, & ad Aeneæ fa-
tum deſcendit, vnde tandem a Matre effertur in Cęlum; ita vt tum ex hoc loco, tum ex-
tremæ propoſitionis verbis

————*Dum conderet Vrbem,*
Inferrétque Deos Latio, genus vnde Latinum.

liber ille conflatus ſit totus. De qua tamen re nos copioſè ad initium, vbi docuimus quam
Vrbem intelligeret dum diceret,

Multa quoque & bello paſſus dum conderet Vrbem,

ſimúlque oſtendimus temerè Vegium hanc arripuiſſe anſam. Veneri igitur edicit fore
ut licet priùs iactetur Aeneas ac varijs incommodis prematur, fata tamen expleantur, pro-
índeque eius voluntas immutabilis perſeueret: Atque hîc ſanè appoſitè priorem hanc,
qua ſe ſe purgat, partem concludit. ſiquidem dixerat Venus expoſtulans —— *quæ te ge-
nitor ſententia vertit?* Iupiter igitur contra —— *Neque me ſententia vertit*. Quanquam
quoniam interim Aeneas ærumnis premitur, ac Veneris, quippe mater, cura ac ſuſpicio-
ne remordetur adhuc & grauiter angitur, proíndeque facilè optat ea ſibi fata planiùs ediſ-
ſeri. Iupiter contra (pater enim eſt) filiæ rem totam àperire ſtatuit, atque adeò fatorum
arcana denunciare ſiue (vt ipſe loquitur) mouere: mouere inquam, non quòd commu-
tari poſsint aut variari (id enim pugnat cum fatorum natura) ſed quia ex obſcuris perſpi-
cua, & ex abditis veluti penetralibus in apertum proferre illa decreuerat. Iam igitur Iupi-
ter ad fatorum decreta pangenda ijs ſenſim deſcendit. 210

Partic. 47.

Hic tibi (fabor enim quando hæc te cura remordet:
Longiùs & voluens fatorum arcana mouebo)
Bellum ingens geret Italia, populóſque feroces
Contundet, moréſque viris & mœnia ponet,
Tertia dum Latio regnantem viderit æſtas,
Ternaque tranſierint Rutulis hyberna ſubactis.

Quibus

Digitized by Google

Quibus verbis vel quia tertio poſt bellum anno fatis conceſſurus erat Aeneas, vel quia ar cana paucis eſſent attingenda, illud tantùm indicat: nimirum fore vt Aeneas bellum gerat, & ne rurſus angeretur belli, eiúſque ingentis, mentione audita, de hoſtibus, etſi ferocibus, victoriam referat, vrbem condat, legéſque populis ſtatuat, & inde diem (quod tamē haud profert ſed intelligendum relinquit) claudat ſuum. Videtur autem Aeneæ mortem reticere, vel certè vix indicare, ne dicam occultare, ne cum lætis nuntijs miſceat triſtes. Ac fortaſſe Antenoris quoque mortem indicauit Venus veriùs quàm expreſſerit dum caneret, *Aeneæ fata aperiuntur Veneri.*

——*nunc placida compoſtus pace quieſcit.*

Videtur enim hac ratione illius mortem ſignificare, quòd malum omen vitare ſolerent ac nomen etiam libenter præterire. Tametſi crediderim Venerem hoc dicendi genere vſam *compoſtus pace quieſcit*, ne Iupiter reſponderet Antenorem vita ſpoliatum, Aeneam ſpirare adhuc, ac propterea licere ei ſperare (dum enim ſpiramus ſpes eſt) Antenori nullo modo. Videtur igitur huic reſponſioni occurrere, quaſi diceret Antenorem fatis quidem conceſſiſſe ſed per honorificè, ita vt Patauinam Vrbem eiúſque Regnum excitarit, at pacificè

211 deceſſerit, ita vt pace compoſtus placidiſſimè conquieſcat. Nam reuera compoſtū quieſcere ad ſepulchrum eſt referendum. Sic Tacitus de Agricola *paucioribus lacrymis compoſitus*: & Catullus, *Nec propè cognatos compoſitum* canit quod eſt ſepultum. Addo Venerem *pace quieſcit*, dicere, quòd priſci illi etiam exiſtimarent bonos, cum deceſſerint, placidè conquieſcere: id quod in eiuſdem Agricolæ vita idem commemorat Tacitus, & ideo etiam crediderim ea verba *armáque fixit*, de armis templo ſuſpenſis cōmodè intelligi poſſe, quòd ſcilicet bellum in pacem commutaſſet, atque adeò militiæ renunciaſſet: ſic enim de Veianio gladiatore Horatius & in vniuerſum de milite emerito Ouidius. Sed ad penſum. Hinc verò occaſione arrepta Virgilius, quaſi reliqua fatorum ſeriem breuiter natæ pandere decreuiſſet Iupiter, & de Albano Regno & de Romano ſummatim agit, donec ad Auguſtum deuenerit, in cuius laudes omnes effunderet eloquentiæ copias. & hunc eſt vt Iouem inducat his ad Auguſtum properantem.

Part. 48

At puer Aſcanius, cui nunc cognomen Iulo
Additur (Ilus erat, dum res ſtetit Ilia regno)
Triginta magnos voluendis menſibus orbes
Imperio explebit: regnúmque a ſede Lauini
Transferet, & longam multa vi muniet Albam.

Vbi ſanè appoſitè Iupiter de Aſcanio verba facit, atque illius attingit fata priuſquam ad Romulum ac Romanos deueniat: etenim vnicè illum diligebat Venus, vel quia Creuſam matrem amiſerat, vel quia erat paruulus ac pulcherrimus & Cupidini quamſimillimus; *De Aſcanio, & Albano Regno.*

212 & ideò non poterat non optare vt fælicia illi contingerent omnia: præſertim verò quia interim prolis propagandæ ſpes in eo nitebatur. ob id igitur Poëta fauſta ac fælicia de Aſcanio canentem Iouem inducit. etſi non eſt cunctandum fateri Poëtam ad Auguſtum properare. Atque hac inprimis de cauſa Iupiter Aeneæ filium de nomine appellat, ac geminū eius cognomen (cognomen inquam, non nomen) attingit elegantérque interpretatur, ita vt cum Aſcanius de nomine diceretur, Ilus cognomento ſit ab Ilio appellatus. Etſi, cum Ilium cecidiſſet, in Iulum ſubinde mutatum, vel mutandum ſignificat: infauſto ſcilicet cognomine in fauſtum commutato: vnde etiam ſenſim, ac mira inprimis dexteritate, Aeneæ ſucceſſori Aſcanio Iuliæ gentis cognomentum aptat, vt commodiùs ab Aenea & Venere Auguſtus deriuetur. Et ſanè Auguſtus non ex Iulia gente ſed ex Octauia gente eſt ortus: adoptatus tamen a C. Iulio Cæſare, Iuliæ gentis cognomen eſt conſecutus. An verò Cæſar ipſe ex Iulo & Aenea ortum duxerit, ita vt Auguſtus ſaltem propter adoptionem ab Aeneæ ſtirpe propagatus ſit, alij viderint. Ipſe quidem vel quia Aeneæ filius Aſcanius ſine liberis deceſſiſſe a quibuſdam dicitur, vel quia Aſcanius reuera non Iulius aut Iulus ſed Ilus ab Ilio eſt appellatus, vix ac ne vix quidem crediderim ab Aſcanio Aeneæ filio ortum eſſe. præſertim verò quia centeſimus annus ſupra milleſimum inter Aſcanium & C. Cæſarem interceſſit: quod tempus longius eſt, quàm vt credi poſſit continuatam fuiſſe Aeneæ ſobolem, ac nullo vnquam tempore interciſam. Quod ſi vrgens Aeneam ex Laui

nia

Digitized by Google

nia filium alterum, etſi Poſtumum, ſuſcepiſſe, atque ab hoc, qui Iulus item dictus ſit, Iuliam gentem ac Cæſarem promanaſſe, iam Poſtumum iſtum, Syluium ac Poſtumum, nō Iulum Syluium (quod Meſſala comminiſcitur) dictum inuenio apud bonos hiſtoricos; niſi tamē, quoniam fortè Syluium Græci Hyleum dicerent, ab Hylæo Iulum fingas. Huc accedit quòd hæc ſententia nequaquam cum hoc Virgilij conſentit loco: eum enim Iulum Iuliæ genti originem dediſſe vult, qui triginta regnauit annis in Latio, ac Regnum Lauino tranſtulit Albam: qui ſanè fuit Ilus ſeu Creuſæ filius Aſcanius non Syluius Lauiniæ filius. Adde quòd ex Albanis Regibus qui Poſtumo Syluio ſucceſſerunt, Romulus Syluius prolem tulit nullam; ita non potuerit Iulus Cæſar ex Iulio Syluio propagari. Quòd ſi fortè pugnes Aſcanium, Dionyſio authore, filium ſuſcepiſſe, & Iulum appellaſſe; atque ex hoc Iuliam gentem, quæ Alba Romam poſt Metij mortem migrauerit, propagatam eſſe, ex qua Iulius Cæſar ortus ſit, ego ſanè contentioſum funem haud traham: tametſi quam vxorem duxerit Aſcanius, quî verò ex Ilo Iulus factus ſit, niſi vt hoc commento Iulia gens ad Ilum & Aeneam reuocaretur, nondum ſatis perſpexi. Vt omittam hunc Aſcanij filium Meſſalæ Iuliæ gentis originem pertexenti, planè ignotum fuiſſe. Sed quicquid ſit, Poëtam agit noſter Author, non hiſtoricum, vt ideo cum ſtatuiſſet Auguſtum, a quo ſummis beneficijs affectus fuerat, diuinis honoribus ac laudibus ornare, nihil eſt quòd cōmoueamur, aut cum illo hac de re altercemur. Ait igitur fore vt hic Aſcanius, cui Iulus 214
nomen eſſet, poſt triginta magnos quibus menſes voluuntur, orbes, hoc eſt poſt annos triginta quibus Lauini regnaſſet, Regnum a Lauino transferret Albam. Ita ſanè attingit ſucceſſionem Albani Regni: Etſi breuiſſimè, vt dicebam, quod interim properet ad Auguſtum. Hinc verò ad ortum Romuli deſcendit, Romanóſque profert ſic canens

Partic. 49.

Hinc iram tercentum totos regnabitur annos
Gente ſub Hectorea: donec Regina ſacerdos
Marte grauis geminam partu dabit Ilia prolem.
Inde Lupæ fuluo nutricis tegmine lætus
Romulus excipiet gentem, & Mauortia condet
Mœnia, Romanóſque ſuo de nomine dicet.

De Romulo, Vrbe Roma & Romanis.

Quibus primò Albani Regni diuturnitatem obſerua: tametſi enim reuera ad quadringentos acceſſit proximè: quin ſi Albæ euerſionem ſpectes, ad quingentos ferè peruenit, ita tamen loquitur Poëta, quia nunc æſtimat annos Albani Regni ad conceptum vſque Romulum: cum quadringenteſimus reuera non eſſet expletus: & ideo ait tercentos totos, quadringenti enim non longè aberant: ſed toti dici non poterant. Addit verò fore vt regnetur gente ſub Hectorea, hoc eſt ſub Troianis: non quia ex Hectore propagati eſſent, ſed quia Hectorij erant imitatione propter fortitudinem militarémque virtutem. Deinde verò Romuli partum poëticè inuoluit: vt ſcilicet Iliæ (hanc alij Syluiam, alij Rheam appellāt) macula ac ſtupri dedecus minùs pateat: quin, ſi fieri poſſit, cohoneſtetur ac ſplēdore quodam reſpergatur. & ideo Iliam tum Reginam appellat; ac iurè, cum Regia ſtirpe & familia orta eſſet; tum ſacerdotio decorat, quæ dignitas ad Regiam accedebat proximè: tum denique Marte grauem affirmat, vt per vim oppreſſa, & a Deo, cui reſiſtere haud licuit, op- 215
preſſa, crederetur. & ideo Ouidius,

Mars videt hanc, viſámque cupit, potitúrque cupita,
Et ſua diuina furta fefellit ope.

Tametſi crediderim grauem dici non ſolùm vt leuiſſimè adulterium, vel potiùs ſacrilegium, attingeretur) haud enim crediderim paucioribus, & honeſtioribus potuiſſe rem verbis attingi) verùm etiam vt indicaretur geminum fuiſſe partum: & ideo pergit è veſtigio

—— —— Geminam partu dabit Ilia prolem.

Vbi fortè ex Syluia Iliam facit, quòd cum Hylæam Græci dicerent quam Latini Syluiam appellant, contra ab Hylæa Iliam deriuarint. Latini. alioqui & Rhea & Syluia, & Rhea Syluia vocatur paſsim ab Hiſtoricis: etſi ab Lycophronis interprete Rhea Ilia dicitur. Verùm, quale quale eſſet, germanum illius nomen, hinc iam diuinum a Marte initium Romulo ac Romanis attingere incipit Poëta, quod iam iam in apertū proferet ac celebrabit.

Inte-

Digitized by Google

Interim verò, vt commodè illa intelligantur quæ ſupra cecinit & rurſus de Romulo ſubiunget; obſeruandum eſt Amulium, quemadmodum Numitorem fratrem Regno ſpoliauerat, ita, vt ſibi magis magiſque proſpiceret, Aegeſtem vnicum Numitoris filium interfeciſſe, & Iliam per ſpeciem honoris inter Veſtales retuliſſe ac ſacerdotio decoraſſe. Ilia tamen per intemperantiam adultero ſe miſcuit, ita vt gemellos illos ediderit. ex quo factum eſt vt ij Amulij iuſſu expoſiti ſint Tyberis aquis præfocandi, etſi in ripam fortè delati, a Fauſtulo Regio paſtore excepti, ac Laurentiæ vxori vel certè con-
216 cubinæ alendi traditi ſunt. Atque hinc factum eſt, vt quoniam meretrix a priſcis Lupa dicebatur, quemadmodum lupanar poſtribulum, hinc locus fuerit fabulæ qua illi a lupa enutriri dicti ſunt. Itaque eleganter præ cæteris Ouidius.

Venit ad expoſitos, mirum, Lupa fæta gemellos,
Quis credat, Pueris non nocuiße feram?
Non nocuiſſe parum eſt, prodeſt quoque, quos Lupa nutrit
Perdere cognatæ ſuſtinuere manus.
Conſtitit, & cauda teneris blanditur alumnis,
Et lingit lingua corpora bina ſua.

Et quamquam non deſunt ex Hiſtoricis, inter quos eſt Plinius, qui a vera Lupa infantes illos nutritos velint, ipſe tamen Dionyſio imprimis, hoc eſt rerum Romanorum ſcriptori accuratiſsimo, libentiùs aſſentio. Scio quidem belluas etiam, cum lacte abundent, ad obuios catulos confugere vt ſe exonerent, ac propterea fortè contingere potuiſſe vt mammas infantibus præbuerit Lupa, verumtamen eos diu aluiſſe & enutriſſe, nec illis nocuiſſe (ad ingenium enim, ad ſæuitiam inquam, facilè redit vorax hæc beſtia) vix ac ne vix quidem crediderim. Sed ad Poëtam: qui fabulam libenter excipiens, Romulum fulua nutricis pelle induit, nec ſine dignitate. quandoquidem Herculem quoque Nemæi pelle Leonis indutum legimus, alios Vrſæ aut aliarum ferarum, Lætus autem dicitur vel propter huiuſmodi tegmen, quod fortaſſe ex eadem nutrice demortua ſibi conflauerat, atque honoris nomine & ob nutricis memoriam oſtentabat, vel certè vox, lætus, cum ſequentibus verbis iungenda, quòd lætus exceperit gentem: excepit ve-
217 rò gentem, vel quia aſylo aperto hinc inde gens ad eum confluxit, ac Regnum propagauit, vel quia ſucceſsit anteactis Regibus, ac ſigillatim Numitori ſeni, ſobole orbato, vel quia a Numitore (id quod aptiùs ſtatuitur) quem in Regnum reſtituerat, gentem accepit qua nouam Orbem ſibi concedere poſſet ac Regnum excitare, & ideo cohærenter ſubijcitur

—— Et Mauortia condet
Mœnia, Romanóſque ſuo de nomine dicet.

id enim non poſt exceptam Aſylli gentem fecit, nec Numitori ſuccedens, ſed a Numitore diſcedens. Sed quoniam ad Romanæ gentis originem, prout magnoperè optabat, deuenit Poëta, quid de Romanis canat audiamus.

Part. 50 His ego nec metas rerum nec tempora pono.
Imperium ſine fine dedi: quin aſpera Iuno,
Quæ mare nunc, terráſque metu, cœlúmque fatigat,
Conſilia in melius referet, mecúmque fouebit
Romanos rerum dominos gentémque togatam.

Præclarè quidem de Romana Vrbe cecinerat alter Vates, *De Romanorum Imperio.*

Terrarum Dea Gentiúmque Roma
Cui par eſt nihil, & nihil ſecundum:

præclariùs alter

Gentibus eſt alijs Tellus datá limite certo:
Romanæ ſpatium eſt Vrbis & Orbis idem;

I ſed

Digitized by Google

ſed præclariſſimè Poëta noſter, qui vt non modò Terrarum verùm etiam Temporum fines præcluderet, ac propterea nullis certis finibus Romanum Imperium concluderet, inquit,

His ego nec metas rerum nec tempora pono,
Imperium ſine fine dedi——

Qualis & quanta illius fuerit amplitudo & fœlicitas.

Et ſanè talem ac tantam Romani Imperij amplitudinem ac diuturnitatem, ſeu immenſi- 118
tatem propemodum æternitatémque prædicit, fortaſſe, quòd cum præter omnem rerum humanarum curſum (id quod nos docuimus in III. noſtro de Hiſtoria libro) ad tam ingentem magnitudinem perueniſſet, fore etiam ſuſpicabatur vt ſummam hanc fœlicitatem ſortiri poſſet: vel certè ſic canit vt Auguſto & Romanis tantiſper blandiatur, ne dicam aduletur. Sed quicquid ſit, haud ſanè reputat, vel certè diſſimulat, rerum humanarum inconſtantiam & fragilitatem, præſertim regnorum, quæ aleæ pleniſſima ſunt, ac propterea fortunæ dicuntur ludibria. Quamquam quod Virgilius interim canit, Plutarcho etiam in mentem venit. etſi enim non Poëtam ageret, ſed Hiſtorici ac Philoſophi ſuſtineret perſonam, ſic in libro de fortuna Romanorum (id quod iam antea memorare cœperam) ſcribere non dubitauit; *Fortuna, traiecto Tyberi, poſitis alis, exutis talaribus, abiecta inſtabili & veſtigia fallente pila, Romam ingreſſa eſt, ibi conſtanter permanſura, neque aliò illam impoſterum obuolutura.* Sic Plutarchus, fortunæ, quæ inſtabilitate & inconſtantia nititur, neſcio quo tandem conſilio, perpetuam conſtantiam in Romani tutela Imperij attribuens, ita vt fœlicitatem Romanæ Vrbis perpetuam fore crediderit. niſi tamen ipſe quoque Cæſari, Traiano inquam, adulandum putauit, qui Imperium vltra ſuperiorum temporum & Imperatorum omnium fines dilatauerat. Quæ tamen ſententia, niſi ad meliores fruges traducatur (id quod nos facimus alibi
falſa videri poteſt. Iam verò, quoniam id Veneri videri potuiſſet propemodum in- 219
credibile, cùm Iuno, hoc eſt hominum Deorúmque Regina Troianos inſectandi finem faceret nullum, idcirco Iupiter vt omnem Veneri ex animo euellat ſuſpicionem, pergit.

——*Quin aſpera Iuno,*
Quæ mare terráſque metu cælúmque fatigat,
Conſilia in melius referet, mecúmque fouebit
Romanos rerum dominos gentémque togatam.

De Iunone & Carthagine.

Quanquam hæc de Iunone ea etiam profert de cauſa, quia Venus aduerſus Iunonem quoque expoſtulauerat, præſertim cum diceret

——*Vnius ob iram*
Prodimur.——

Iunonem enim deſignabat: & idcirco poſteriori huic expoſtulationis parti ſatisfacit etiã Iupiter: ídque vel vt Venerem hac quoque in parte ſolaretur, vel quia res cum ipſius Iouis dignitate coniuncta eſſet, cuius erat coniugem in officio continere. Ait igitur fore vt Iuno etiam tandem, ſententia meliore ſuſcepta, Troianis faueat. Itaque Virgilius appoſitè quidem & conſentienter aliquando Iunonem introducet quæ, deuicto Turno, illud pronunciet

Sit Romana potens Italâ virtute propago.

Sic Ouidius Virgilium ſecutus, —— *Et ponet,* (inquit) *fideliter iras*. Quin Iuno ipſa apud eundem negat ſe Carthaginis arces fouiſſe, ſed Romanis fauiſſe. Vt mirum ſit Silium eã inducere quæ in bello Punico ſecundo a Ioue increpetur quòd faueret Carthaginienſibus. Sed quicquid ſit de Silio, Iuno, authore Virgilio, a Carthaginenſibus ad Romanos fouendos breui transferet animum, & ideo cum viro conſentiens, fouebit

Romanos rerum Dominos, gentémque togatam: 220

Vbi togatos exprimit Romanos ad eorum grauitatem potiùs ac dignitatem ex habitu, quàm ex ſtudijs pacis, cuius ſymbolum eſt toga, commendandam: nam reuera bellicæ rei ſtuduerſit perpetuò. Quanquam fortaſſe togatam dicit Romanam gentem vt eam ab alijs nationibus multis, maximè verò a Græcis diſterminet qui palliati incedebant. De qua re egregiè Tertullianus in libro de Pallio dum illud ediſſerit, a Toga ad Pallium. Hæc Iupiter de Iunone, quam appellat aſperam quemadmodùm ſæua dicta fuerat paulò antè. Tametſi a Ioue tum vt Veneri blandiretur, tum maritali quadam conſuetudine

dine ac licentia, dici potuit aſpera: ſæpè enim fit vt maritus id obijciat vxori præſertim prouocatus. Nam prouocatum ſæpè Iouem ab vxore, etſi non immeritò, ſatis conſtat. Vt omittam iure etiam dici aſperam, quia cum mulier quodãmodo ficta ſit ad blandiendum, ipſa contra aſperam ſe illi oſtenderet. Sed pergamus.

Part. 51 Sic placitum: veniet luſtris labentibus ætas,
Cum domus Aſſaraci Phthiam, claráſque Mycenas,
Seruitio premet, ac victis dominabitur Argis.

Quod edixit hactenus Iupiter, grauiſſima confirmat voce ac dignitatis pleniſſima *ſic placitum*. quæ vox videtur ex medijs Romanæ Curiæ ſpatijs deriuata, vbi Patres decreta conſimili ſanciebant voce. Et hac deinde Principes vſi ſunt apud legiſlatores & Iuris Cõſultos, ita vt ſine Principum quoque Placita habeamus. Sed tamen Iupiter fata intelligit, ac propterea ea decreta & placita, quæ nullo vnquam tempore mulctari poſſint: ita ut videri poſ- De Gratia.
221 ſit Iupiter Veneris optatis penitus ſatisfeciſſe. Et tamen adhuc ſupereſſe dixeris aliquid, vnde Iupiter Veneri cumulatiùs ſatisfaciat: vt nimirum eius poſteri acceptas à Græcis iniurias ſtrenuè vlciſcerẽtur. Mulier enim aut amat aut odit: quod ſi odit, ad iram quoque procliuis eſt, ita vt eam vix vnquam concoquat. Iupiter igitur fore ait, vt luſtris labẽtibus, quod eſt decurſu temporis, ætas aduentet in qua domus Aſſaraci (fuerat hic Anchiſis auus) ſiue Aeneæ poſteritas, vno verbo, Romani Phthiam ac Mycenas ſeruitio premant & Argos. Vbi per Phthiam Achillis patriam indicat, per Mycenas Regiam Agamemnonis ac Menelai Vrbem: per Argos Aiacis Oili ſed imprimis Diomedis patriam ac regnum. Hi enim infenſiſſimi fuerant Troianorum hoſtes, ita vt Diomedes Venerem ipſam, dum Aeneam inſectaretur, vulnerauerit. Quanquam cur prætermittit Ithacam Vlyſſis Vrbem ac regnum? an non Vlyſſes maximè omnium Troianis & conſilio ac dolo, & armis nocuerat? certè hac de cauſa dirus, pellax, ſcelerum inuentor, dictus eſt. Crediderim tamen Ithacam reticuiſſe, quòd cum perexiguum eſſet Oppidulum & quaſi nidulus (ſic enim Cicero) aſperrimis ſaxulis affixus, exiguam atque adeò nullam Romanis gloriam conciliaſſet Oppiduli huius deuicti commemoratio. Nam ſi obijcias Phthiam quoque non amplum fuiſſe oppidum (de Argis enim & Mycenis repugnauerit nemo) illud compertum ſit, Theſſaliam quadripartito fuiſſe diſtributam, atque vnam è quatuor partibus Phthiotiam a Phthia nuncupatam: ita vt non ignobile fuerit oppidum. At enim qui tandem ex Romanis iſtas expugnarunt Vrbes ac ſeruitio preſſerunt? Confugiunt aliqui ad T. Flaminium qui Græciam prope omnem deuicit, Ego verò, etſi Plutarchus Phthiam indicet a T. Flaminio expugnatam, non libenter ad hunc confugerim, quòd is ſtatim
222 Græciam vniuerſam priſtinæ libertati reſtituerit: in publico enim Græcorum conuentu per præconem conceſsit vt Patrijs legibus & auita libertate vterentur, ita vt Græciæ parentem ac liberatorem eum appellauerint ac diuinis honoribus ornauerint, aras etiam illi erigentes; tantum abeſt vt ſeruitute illas preſsiſſe dicendus ſit. Tutius igitur ad Fuluium Nobiliorem confugias, qui multas ſubegit vrbes, aliquas etiam diruit. Quanquam hic etiam nonnihil Græcis pietatem oſtendit ſuam: ita vt tutiſsimum ſit ad ſecundum bellũ Macedonicum deuenire, in quo a Paulo Aemilio Philippus Perſis filius cum multis Græciæ Vrbibus ac populis attritus eſt, ita vt triduò Romæ de ijs fuerit tryumphatum. Tametſi non vnus proferendus eſt qui ſubegerit Græciam: nam Leuinus etiam atque alij Græcos in ſeruitutem redegerunt. Certè Corinthum quod a M. Tullio Græciæ lumen appellatur, a Mummio euerſum eſt. Hæc ſunt quæ luſtris labentibus euentura prædicit Iupiter. Vbi luſtra vſurpat more maiorum; etſi enim Aeneæ tempore luſtra nondum fuerant condita, decurrebat tamen tempus, vnde conflantur luſtra, ita vt labentibus luſtris, valeat (id quod cecinit ſupra) *voluentibus annis*. Vt mirum ſit quoſdam affirmaſſe luſtris labentibus dixiſſe Iouem quòd nondum aut Olympiades, aut Kalendæ & Conſules extitiſſent vnde certa deſcriberet tempora: quaſi verò eo tempore luſtrum, quod Olympiadi etiam reſpondet (quinquennium enim indicat) exiſteret. Denique quemadmodum eas voces, *ſic placitum* ex medijs Romanæ Curiæ ſpatijs ad Iouem tranſtulit, etſi nondum Romani eſſent, ſic canens *luſtris labentibus* potuit ex communi vſu luſtrum Iouis orationi affingere, etſi nondum conditum eſſet. Sed iam Poëtam ſequamur, qui mo-
223

ræ impatiens (ideo enim tot ſæcula pauciſſimis concluſit verbis) ad Cæſarem properat ſic pergens.

Partic. 51. Naſcetur pulchra Troianus origine Cæſar,
Imperium Oceano, famam qui terminet aſtris;
Iulius, a magno demiſſum nomen Iulo.
Hunc tu olim cœlo ſpolijs Orientis onuſtum
Accipies ſecura: vocabitur hic quoque votis.

De Augusto. Quibus profectò non C. Iulium Cæſarem intelligit ſed (quod multorum pace dixerim) Auguſtum Cæſarem. Siquidem eius ortum deſcribit, ac famam, apotheoſínque deſignat, cui continenter accepta refert ſæcula quæ miteſcerent, & pacem vnde belli portæ clauderentur. at hæc vni Auguſto conueniunt, C. Cæſari nullo modo. Quin etiam dum ait hunc Cæſarem ſpolijs Orientis onuſtum excipiendum, nemo non videt hæc pronunciari ob victoriam quam ex Antonio (nam ideò Antonius dicitur a Virgilio vires Orientis vehere) & Cleopatra retulit Auguſtus: in qua victoria Orientem vniuerſum qui ad Antonium deſciuerat, ſuperauit. Itaque tres triumphos retulit Auguſtus, quos copioſè celebrat noſter Vates in VIII. ſic canens,

At Cæſar triplici inuectus Romana triumpho
Mœnia, Dijs Italis votum immortale ſacrabat.

& rurſus varias eius victorias deſcribens

——Incedunt victæ longo ordine gentes.
Quàm variæ linguis, habitu tam veſtis, & armis
Hîc Nomadum genus & diſcinctos Mulciber Afros,
Hic Lelagas, Caráſque, ſagittiferóſque Gelonos
Pinxerat: Euphrates ibat iam mollior vndis: 224
Extremíſque hominum Morini, Rhenúſque bicornis,
Indomitique Daæ, & pontem indignatus Araxes.

quis igitur hæc ad C. Cæſarem traducere audeat, qui in Oriente, vel potiùs in anguſta & obſcura eius parte, nimirum in Ponto, (ſic enim aduerſariæ authores ſententiæ) vix Pharnacem deuicerit? vt omittam hanc regionem ad Septentrionem potiùs vergere quàm ad Orientem. Contra verò quis non Auguſto conuenire fateatur, qui (quod obſeruare cœperam) tantopere dilatauit Imperium? Et hinc eſt vt Oceano Imperium terminaſſe dicatur. Neque enim Oceanum Britannicum intelligit Virgilius quò peruenerat C. Cæſar, ſed Oceanum vniuerſum, quo ſanè, quoniam Terræ globum cingere creditur, Romanum Imperium terminari appoſitè dicitur & eleganter: & hoc nomine acutè infert famam qui terminet aſtris: quod alioquin frigidè adderetur vbi Septentrionalis Oceanus tantùm non mare vniuerſum ſeu ſeptentrionalis terræ Zona aſtris ac cœlo opponeretur: quod tamen in Caium cadere nullo modo poteſt. Quid? in VI. vbi gentem Iuliam celebrat, vix C. Cæſarem proferre audet ſine pudore, cum in patriæ viſcera conuertiſſet arma. & ideo cum ad eum perueniſſet exclamabat Anchiſes,

Proijce tela manu ſanguis meus.

& erit qui exaggeratam hanc Cæſaris laudem & diuinitatem Caio adſcribere audeat? Huc accedit quòd ex Hiſtoricis paſſim conſtat prodigia, quæ naſcente Domino contigere multa, ad Auguſtum fuiſſe à Romanis traducta, quaſi illius diuinitatem prænunciaſſent. quis igitur eſt qui eas voces, 225

Naſcetur pulchra Troianus origine Cæſar,

ad Auguſti ortum pertinere non animaduertat? ſanè in Bucolicis etiam & in Georgicis Deum fieri, aras ac vota eidem impendi, (quæ omnia Horatius etiam largitur Auguſto) perſpicuum eſt: ita vt dum hoc in loco ait, *Vocabitur hic quoque votis*, Auguſtum citra omnem dubitationem intelligat. Denique dum pergit,

Aſpera tum poſitis miteſcent ſæcula bellis,

certum eſt hæc, Seruio ipſo tandem ac cæteris interpretibus vno ore fatentibus, de Auguſto proferri, & tamen ea tunc planè euentura ſignificat, cum Cæſar ſpolijs fuerit Orientis onuſtus & votis vocabitur, ita vt ea in Caij tempora cadere haud poſſint. quandoquidem ſtatim atque extinctus eſt Caius & in Deos ab illis relatus, bello exarſit ſæ-

culum

Digitized by Google

culum, nec miteſcere cœpit niſi poſt multos annos. Vt omittam omnino futurum fuiſſe abſurdum vt Virgilius qui Auguſto canebat, & illius cauſa Aeneidem ſcribebat, ea de Caio tam ſublimi ſtylo pronunciaſſet, & tamen ad Auguſtum ipſum progrediens vnius pacis laudem illi tribueret. Itaque nihil eſt quòd dubitemus omnia ad Auguſtum referri, ac proinde laudationem, quoniam ab ortu, a fama, ab imperio, a ſpolijs & victorijs, a votis & diuinitate, a pace denique vniuerſo terrarum orbi reſtituta, deriuatur, dignam eſſe Virgilio. Neque eſt quod quiſpiam commoueatur dum audit eum Cæſarem qui interim in recitatis carminibus laudatur, Iulium appellari (nam ſat ſcio hinc Seruium atque
226 alios deinde interpretes deceptos eſſe) nam hîc, Iulius, eſt gentis appellatio, non proprium Cæſaris nomen; quare, quemadmodum apud bonos Authores dicitur gens Iulia, Sydus Iulium, domus Iulia, menſis Iulius, ita Cæſar hoc in loco dicitur Iulius, hoc eſt ex Iulia gēte. placuit autem Virgilio Cæſarem appellare Iulium, vt a Iulo, vnde gens Iulia (ſi ei credas) profecta eſt, Auguſtum ortum ſignificaret, atque hinc Venerem, cui fata & poſteritatem edicebat, quámque exhilarare cupiebat, de Auguſto præmoneret, qui ex gente Iulia gignendus eſſet. Et de hoc eodem Cæſare, de Auguſto inquam, pergit

Part.53 Aſpera tum poſitis miteſcent ſæcula bellis,
Cana fides, & Veſta, Remo cum fratre Quirinus
Iura dabunt: diræ ferro & compagibus arctis
Claudentur belli portæ: furor impius intus
Sæua ſedens ſuper arma, & centum vinctus ahenis
Poſt tergum nodis, fremet horridus ore cruento.

Hæc verò, etſi poëticis ornamentis veſtiuntur à Virgilio, continent tamen rerum ab Auguſto geſtarum ſummam, quæ ab hiſtoricorum monumentis petenda ſunt. vos igitur, ne vos morer, vt diſtinctè cognoſcatis quæ hinc ſummatim de Auguſto indicat noſter Vates, cum Florum in Liuiana hiſtoria percurrite a libro CXVI. ad librum CXL. & libro IV. de geſtis Romanorum capite II. cum nouem ſequentibus, tum Suetonium in Auguſto & reliquos Authores quos citatis locis nos ex ordine diſpoſuimus in III. quem de hiſto-
Pag.183 ria conſcripſimus libro.

Tametſi Virgilius hîc non tam eius facta deſignat ac bella (quanquam hæc etiam indicat dum ait fore vt Imperium Oceano terminet, ſpolijs Orientis onuſtus incedat, ac pa-
227 cem afferat toti terrarum Orbi) quàm pacis laudem & eius apotheoſin & in Deos cooptationem. Vbi ſanè furorem (quod aliquorum pace dixerim) intus premere ait, nō quia intus, hoc eſt inter Ciues, dominaretur, quaſi verò bellis externis ſedatis ciuiles diſcordię exarſiſſent, ſed quia intra clauſum templum fremeret dum bello omni prohibitus eſſet. nam huc pertinet quod ait centum vinctus ahenis poſt terga nodis. Eò enim ſpectat Vates vt ſummam & perfectam Mundi Pacem deſcribat. Et hac de cauſa, ni fallor, dicitur Quirinus cum Remo iura dare: vt ſcilicet intelligatur talem ac tantam fuiſſe in Vrbe concordiam, vt Romulus, qui alioquin Regni cauſa in Remum exarſit, nunc mira concordia reuixiſſe, & in Auguſto atque Agrippa, quem veluti fratrem diligebat Auguſtus, & Romano Imperio adminiſtrando adhibebat, floruiſſe videretur. Et huc etiam pertinet quod fidem ac Veſtam cum ijs iungit: nimirum vt cum Pace Fidem, Religionem ac Iuſtitiam vniuerſam floruiſſe doceat. Atque hæc ſunt quæ veneri edicit Iupiter. Qui ſtatim vt Troianis periclitantibus conſulatur, Mercurium è coelo in Libyam demittit vt Pęnorum corda mitiget ac placida reddat in Troianos. quare ſic pergit.

Part.54 Hæc ait: & Maiâ genitum demiſit ab alto
Vt terræ, atque nouæ pateant Carthaginis arces
Hoſpitio Teucris: ne fati neſcia Dido
Finibus arceret: volat ille per aëra magnum
Remigio alarum, ac Libyæ citus aſtitit oris.
Et iam iuſta facit: ponúntque ferocia Pœni

Digitized by Google

Corda, uolente Deo: in primis Regina quietum
Accipit in Teucros animum, mentémque benignam.

Carthaginem mittitur Mercurius.

Appoſitè mitti in præſens Mercurium dum Troianis conſulitur, inde conſtat quia & Iouis ſit nuntius & pacis conciliator (nam hac de cauſa & ἄγγελος dicitur & εἰρηνοποιὸς ſeu pacificator, vel, ſi mauis, pacis adminiſter) & ab Aſtrologis eius aſtrum cenſeatur propitiũ 228
huc accedit quòd Troianorum eſt affinis cum Maia Electræ ſoror eſſet a qua Troiani profecti ſunt: ita ut eorumdem ſtudioſus habendus ſit & fautor. Adde quòd eloquentiæ eſt Præſes, & verò expeditiſsimus Internuntius ac celer: quod ſanè vel maximè expetebatur dum Troiani in maximo verſarentur diſcrimine. Huic igitur mandata, etſi ſummatim ac paucis, dat Iupiter: quod tamen ſignificantiſsimis & energia pleniſsimis facit verbis, nimirum

Vt terræ, atque nouæ pateant Carthaginis arces
Hoſpitio Teucris: ne fati neſcia Dido,
Arceret——

Mercurius contra nihil interponit moræ, ſed

————Volat ille per aëra pennis
Remigio alarum——

ita quidem

——Libyæ citus aſtitit oris.

Dubitatur.

Interim miretur facilè quiſpiam Virgilij breuiloquentiam dum ſiue a Ioue mittitur Mercurius, ſiue Mercurius mandata curat Iouis. Ille enim vix attingit mandata, vel potiùs eorum ſummam: hic concionem habet nullam. Tametſi enim in exponendis mandatis Homeri verboſitatem ſpernimus dum ſæpè illa profert iterátque copioſè, talem tamen ac tantam, quam hîc in Virgilio cernimus, breuitatem non adamamus. Sed fortaſſe, quod

Reſpondetur.

pertinet ad Iouem, breuiloquentia excuſanda atque adeò omni culpa eximẽda eſt, quòd Principis ſit, vbi nouum internuntium nactus ſit & eloquentia clarum, rem non multis agere, aut eum prolixè admonere, ſed rei ſummam proponere: ídque eò magis cum celeritate opus eſt vt in præſentia: iam enim Troianos arenæ hoſpitio prohiberi ſenſerat facilè 229
denique breuiloquentia cũ Principis grauitate conſentit egregiè. Difficilior res eſt quòd

Cur Mercurius breuitati ſtudeat nec eloquẽtiæ pandet vela, & de oeconomia Heroici Poematis multa.

pertinet ad Mercurium, cuius erat eloquentiam exercere, vt Patris mandata quam diligẽtiſsimè curaret. & tamen interim eius areſcere videtur oratio. Sed fortè breuitati ſtuduit hîc Virgilius quòd Mercurius *Aeneæ fata* (ideo enim ait

——Ne fati neſcia Dido
Finibus arceret——)

exponere debuiſſet Didoni: quæ tamen fata iam tum Veneri Iupiter edixerat copioſè: ita vt ſatiùs fuerit indicaſſe, hæc Didoni fuiſſe a Mercurio expoſita, quàm iterare & in Homericam ταυτολογίαν incidere. fortaſſe etiam varietatis gratia ſic rem peregit Poëta. Epopœia enim narratione & imitatione variatur: narratione qua ipſe Poëta vtitur: imitatione dum aliàs introducit & loquentes facit. Cum igitur diù Venerem ac Iouem loquentes feciſſet nóſque imitatione detinuiſſet, ad narrationem fuit redeundum vt variaretur oratio. Abſtinet igitur a concione & imitatione, atque ipſe dicendi reſumit munus, rémque hiſtorici more agit paucis. Hiſtorico enim faciendum vt in dictis referendis neceſſitati ſeruiat quidem, longiùs tamen non euagetur oratio. Contra verò dum imitatur atque alios loquentes facit, delectationis gratia prolixior eſt interdum & ad conciones deſcendit. ſic in quarto.

Tunc ſic Mercurium alloquitur, & talia mandat:

(inquit Virgilius) ac ſtatim Iouem ſic loquentem facit.

Vade age nate, voca Zephyros, & labere pennis:
Dardaniúmque ducem, Tyria Carthagine qui nunc 230
Expectat, fatiſque datas non reſpicit vrbes,
Alloquere, & celereis defer mea dicta per auras.
Non illum nobis genitrix pulcherrima talem
Promiſit, Graiúmque ideo bis vindicat armis;
Sed fore qui grauidam imperijs, bellóque frementem
Italiam regeret, genus alto a ſanguine Teucri

Pro-

Digitized by Google

Proderet, ac totum ſub leges mitteret orbem.
Si nulla accendit tantarum gloria rerum,
Nec ſuper ipſe ſua molitur laude laborem:
Aſcanióne pater Romanas inuidet arces?
Quid ſtruit? aut qua ſpe inimica in gente moratur?
Nec prolem Auſoniam & Lauinia reſpicit arua?
Nauiget: hæc ſumma eſt, hic noſtri nuntius eſto.

Sic Iupiter. Itaque paulò poſt Mercurius etiam
——Tu nunc Carthaginis altæ
Fundamenta locas, pulchrámque vxorius vrbem
Extruis, heu regni rerúmque oblite tuarum.
Ipſe Deûm tibi me claro demittit Olympo
Regnator, cœlum & terras qui numine torquet:
Ipſe hæc ferre iubet celeres mandata per auras.
Quid ſtruis? aut qua ſpe Libycis teris otia terris?
Si te nulla monet tantarum gloria rerum,
Nec ſuper ipſe tua moliris laude laborem;
Aſcanium ſurgentem, & ſpes hæredis Iuli
Reſpice: cui regnum Italiæ, Romanáque tellus
Debentur.——

Sic Mercurius: ita vt in mandatis ſiue dandis ſiue exponendis vtramque dicendi formam
ex Ioue ac Mercurio perdiſcere liceat. Adde quòd fortaſſe hîc breuitatem ſectatus eſt, vt
facti celeritate celeritatis neceſſitatem declararet. Alioquin ſatis indicat Poëta mandata
231 fuiſſe a Mercurio diligenter expoſita: ídque vel quia id declarauit euentus, dum res planè
cecidit è Iouis ſententia vel quia. *Et iam iuſſa facit*, inquit Poëta. ita vt expoſitio reticeatur
quidem ſed ſcitè reticeatur. At enim ſint iſta; verùm quî Pœnos, alioquin barbaros & præ
feroces, quíque arenæ ipſius hoſpitio prohiberent aduenas, placidos reddit ac mites? quî *Dubitatur.*
denique Regina Dido in tot ac tantis ſuſpicionibus, momento temporis
Accipit in Teucros animum mentémque benignam?
An ſortè ea ipſa quibus Didoni Iouis fatorúmque de Aenea decreta expoſuerat, hæc effe- *Reſponde-*
cerant omnia? Ita ſanè. ſic enim Mercurium patris iuſſa curaſſe credendum eſt, vt eloquen *tur.*
tiam exercuerit qua Didoni ac Pœnis perſuaſerit Aeneam ac Teucros benignè excipien-
dos. ita ſanè quod iuſſerat Iupiter, vt ſcilicet, Terræ ac nouæ paterent Carthaginis arces
Hoſpitio Teucris; perfectum eſt, etſi tautologia vitandæ cauſa alijs verbis rem expreſſerit
Poëta dum caneret
——Ponúntque ferocia Pœni
Corda, volente Deo; imprimis Regina quietum
Accipit in Teucros animum, mentémque benignam.

Quanquam dum ait Poëta hæc perſpecta eſſe *Volente Deo*, obijciet quiſpiam Poëtam, ſiue *Dubitatur*
Mercurium, ſeu certè Iouem ipſum intelligat, qui apud Poëtas antonomaſticè Dei obti- *rurſus.*
net nomen, confugiſſe ad machinam. Ego verò ſic ſtatuo tum Mercurium tum Iouem
Pœnorum corda mitigaſſe & Didonem Troianis conciliaſſe: illum eloquentia, hunc au-
thoritate, illum vt adminiſtrum quo Iupiter vtebatur, hunc vt dominum. Neque tamen *Reſponde-*
ad machinam confugit, cum rei totius œconomiam commodè intelligere liceat, & qua *tur.*
232 ratione perſuaſerit agnoſcere. Denique non ait, Volente Deo, quaſi ſignificare velit Iouē
arcani quodam modo ac ſola voluntate id effeciſſe, ſed Volente Deo, valet Poëtæ, Dei vo-
luntate illos ſibi per Mercurium expoſita, acquieuiſſe, ac benignam mentem ſumpſiſſe:
alioquin nihil erat quòd Mercurium mitteret Iupiter, aut Mercurius tantam rei celerita-
tem adhiberet. Neque verò hæc dixerim quòd inficier, non dico Iouem, ſed verum numē
hæc potuiſſe oīa ſola voluntate perficere, ſed quia Virgilius interim Iouem introducit, qui
non tā arcano illo & diuino more quàm recepto ac fermè humano; per interpretem. ſ. ac
nuntiū, ſuam explanans mentem, Troianis conciliat Pœnos. Neq; rurſus hæc dixerim ꝙ
exiſtimem Epicum non potuiſſe ſine crimine confugere ad machinā ſiquidē poſſe Epicū
ad machinā cum laude cōfugere, quantūuis ægrè id Tragico ac Dramatico concedatur, in
iis Commentarijs docuimus quos in Ariſtotelis Poëticam conſcripſimus. Sic paulò ante
Neptunus momento temporis ſedauit tempeſtatem, diſiecit nubes, reuocauit ſolem

naues,

Digitized by Google

naueſè ſyrtibus abduxit vbi ad machinam ſine dubio diuertit Poëta nunc tamen ſic res inſtituitur, vt Poëtæ induſtria non nihil appareat, quæ tamen ibi ſoluendis nodis non adhibetur. Hæc de Mercurio, quem per noctem mandandata curaſſe conijcere ſatis licet, cum è veſtigio pergat Virgilius.

At pius Æneas per noctem plurima voluens.

Iā ad Epopœia leges reditur, quaque primò ſeſe in Narratione offerunt exponũtur.

Verùm de Aenea déque ijs omnibus quæ fœliciter iam iam cõtingẽt illi, dicemus poſtea. Nunc quoniā Inſcriptionis, Propoſitionis, Inuocationíſq; leges obſeruauimus, præſtat Narrationis quoq; leges attingere, & ab ijs, quas hactenus obtulit Virgilius, auſpicari. 233

I. NARRATIONIS Lex.

Prima igitur ſit vt naturalem ordinem retineamus, ac propterea ab Actionis initio Narrationem ducamus. cum enim perturbatum ordinem ne in Tragœdia quidem admittat Ariſtoteles, in qua tamen actio Tragica vrgetur tempore, & mira huius breuitate concluditur, multò minùs eam ſuſtineat in Epopœia, in qua, quoniam nullis temporis premitur anguſtijs, licet longè ac latè res geſtas perſequi, & ab initio ad finem vſque illam percurrere. Quod ſi tantiſper interim ab hoc præcepto deflectit Virgilius, longiùs etiam diſceſſit in Odyſſea Homerus, conſeruauit eundem tum Homerus in Iliade, tum vertex Epicorum Torquatus in Gothofredo, tum ingens Græcorum Latinorúmque acies poëtarum qui Heroicum cecinere: nos etiam totam hanc rem & paulò ante demonſtrauimus, & in noſtra comparatione, latiùs etiam in Ariſtoteleæ Poëticæ commentarijs, docuimus, argumentis etiam multis, ac, ni fallor, magnis, Ariſtotelis ſentẽtiam confirmantes. Et quamuis non ij ſumus, qui cõcedamus præpoſteri ordinis Poëma eſſe mõſtroſum, quin vbi ad ordinem breui reuocetur Actio, poſſe cum naturalis ordinis Poëmate de palma vtcunque certare, tamen niſi certis de cauſis (has declarauimus antea) non eſt quod a naturali ordine deflectamus.

II. Altera lex eſt vt nobili initio narrationem ordiamur: & in qua liceat magnificentiam quandā oſtendere, auditorémque allicere. id quod elaborata Carthaginis deſcriptio præſtar, quæ nobiliſſima videri poteſt & alliciendis animis aptiſsima. Nec ſanè Odyſſeæ initium hac caret laude. quod enim Deorum ſtatim celebrat concilium, ſplendidum videri poteſt ac nobile. Minùs tamen illuſtre habet initium Iliadis narratio, cum ſacerdos vnius filiæ repetendæ gratia introducatur. tametſi, quoniā eſt Sacerdos Apollinis & ætate grauis, non ignobile cenſendum eſt. Egreginm tamen & verò propoſitæ actioni pertexendæ accommodatum primordium habet Gothofredi narratio, in qua rerum antea geſtarum breuiſsima illa quidem, ſed longè præclariſsima, ſumma propoſita, vnde Chronologiæ & hiſtoriæ diligenti ratione habita, canendarum rerum ordo naſcitur & œconomia; diuinam ſtatim numẽ magna cum dignitate inducitur res humanas circumſpectans, ac propterea de Hieroſolymitana Vrbe liberanda decernens, ac cœleſti nuntio de exercitus Duce eligendo iuſſā tribuens. 234

III. Tertia eſt vt inde tamquam ex fonte vberrimo actio & fabulas reliqua commodè deriuetur. quod ſine dubio mirificè item in Carthaginis deſcriptione cernitur, vnde noſter Vates Iunonis iram auget & odium in Troianos, & eorū iactationi & erroribus, atque adeò poëmati vniuerſo, ampliſsimum aperit aditum. nam errores qui ſex prioribus libris, bella quæ ſex poſterioribus, concinuntur, ex hoc initio commodè ac fœliciter traducuntur. quæ ſanè laus in Iliade quoq; cernitur, cū Apollinis Sacerdote ab Agamemnone ſpreto, peſtilentię ſtatim cauſa, hinc verò Achillis ira, naſcatur, quæ fabulæ ſuppeditat argumentū. De Gothofredo autẽ nihil attinet dicere, cū ex propoſito initio Principū congregatio, Ducis creatio, bellū deniq; ac Hieroſolymitanę Vrbis liberatio, oriatur. Id quod Odyſſeæ quoque cõtigiſſet, niſi a Telemachi actione initiū ferè duxiſſet: de qua iam iam conſtabit.

IV. Quarta ne ſtatim interponamus aliquid vnde benè cœptæ initium fabulæ & actionis primordia labefactentur: quin potiùs auditori non ſine ſplendore & perſpicuitate oſtententur. quòd ſanè hîc cernere licet perſpicuè. niſi enim ſupino iudicio a Carthaginis deſcriptione ad Iunonis iras, ab his ad tempeſtatem deſcendas, admirabile authoris & conſilium & œconomiam agnoſcas & probes neceſſe eſt. Quod vtinam in Homeri Odyſſea agnoſcere ac ſtatuere poſsis. nam commodè quidem & cohærenter poſt propoſitionem, Deorum conſilium de Vlyſſe in patriam reducendo exprimitur; ſed tamen dum è veſtigio Telemachi canitur peregrinatio quæ ad quintum vſque librum perducitur, Homeri conſilium & artificium a recta dilabitur. Ac mea quidem ſententia operæpretiū erat poſt conſilium illud ad rem deſcendere, & hinc Vlyſſem proſperè ſoluentem, illinc Neptunū 235

iratum

iratum tempeſtatem cientem, effingere. ex quo ſanè factum eſſet vt non temerè in quin-
to rurſus concilium illud fuiſſet inſtaurandum , quaſi verò non ſatis in priore deliberatū
eſſet. Adde quod nec altera pra luſiſſet actione(de qua tamen paulò poſt) nec in re a Pro-
poſitione aliena quatuor integros libros , aliquam etiam quinti partem , conſumpſiſſet.
Quantò præclariùs Torquatus, qui a Numinis conſilio & decreto, Homeri ferè exorſus
more,rem ipſam prouehit ſtatim:ac propterea cœleſti nuntio appellato ac cœlitus demiſ
ſo,Principum conuentu habito vnde Gothofredus ab omnibus renuncietur Imperator,
exercitus luſtratur, & ad Hieroſolymam oppugnandam celeriter traducitur : atque hinc
demum aliqua fabulæ parte continenter abſoluta, pulcherrimum Olindi ac Sophroniæ
interponitur Epiſodium, vnde commodè relaxatur actio.

Quinta,vt quoniam Epopœia ſic expoſitione & imitatione variatur,vt ab expoſitione
236 ducat initium vbi Poëta loquitur, & ad imitationem progrediatur in qua perſonæ intro- V.
ducuntur, ad huiuſmodi imitationem non ſine ſplendore ac decoro deſcendatur ; ita vt
perſona aliqua longè illuſtris proferatur primùm,ſiue diuina ſiue humana,vnde nobilite-
tur poëma. De qua re,quoniam pauca quædam dicta ſunt a nobis dum primùm introdu-
citur Iuno,nihil eſt quòd longiùs faciam.tantùm dicam cauendum vt quia in poëmate ſæ
pè variatur oratio,ita vt expoſitioni ſuccedat imitatio,imitationi rurſus expoſitio, atque
hoc ordine per vices varietur poëma, eodem modo decori ratio habeatur perpetuò, nec
perſonæ niſi aptè opportunéque introducantur:imprimíſque ex diuinis nulla detineatur
diù: multò minùs otioſè ac temerè adhibeatur poëmati. etſi . n. opportunè omnes intro-
ducendæ ac detinendæ, diuinæ tamen vel maximè hanc opportunitatem requirūt & de-
corum. Certè in hoc Virgilij (id quod obſeruabimus etiam in progreſſu) induſtria ſupra
Homericam enitet multùm: Torquatus etiam accuratiſſimus videri poteſt.

Sexta vt diligenter proſpiciamus quibus,quatenus,& quem ad finem Poëtam occupe VI.
mus.nam mihi quidem probari nullo modo poteſt vt Poëta quampauciſſima loquatur,
ac perſonis tantùm introducendis,ídque verbis pauciſſimis,ſeruiat.etſi enim perſonas in-
troduci cupimus non infrequentes,& earum vices variari vt poëma etiam atque etiam il
luſtretur & exornetur, varietate etiam ſatietati occurratur, id tamen Poëtæ quoque vſu
qui paſſim multa explicet, factitandum eſt: præſertim verò cum Poëta res geſtas ferè ex-
237 primat & ante oculos ponat:(id nos copioſè docuimus antea)perſonæ reliquæ colloquijs
fermè adhibeantur.ita vt hac etiam in re aurea mihi videri ſoleat moderatio & mediocri-
tas , quanquam enim pro argumenti conditione modò pauciora modò plura ſint vel
Poëtæ vel cæteris demandanda , vt tamen Poëta vnis aliorum colloquiis ſeruiat conci-
liandis , ac ſummatim perſonis tantùm introducendis, apud me abſurdum eſt ac fe-
rè ἀδύνατον : de qua re , quoniam apud Ariſtotelem magnam habet dubitationem , &
vero Heroici poëmatis œconomiæ intereſt plurimùm,tu, ſi placet, ea percurras quæ nos
de hac re tota ſcripſimus in Poëtica.

Septima vt ſigillatim caueamus ne dum heroicum, hoc eſt nobiliſſimum, condimus VII.
poëma,in Comicum incidamus.id quod Homero non ſemel, Arioſto ſæpiſſimè,contigit.
etſi enim ſuauitas ac lepor abeſſe nequaquam debet ab heroico poëmate, hæc tamen nō
ſcurrilibus imitamentis procuranda ſed honeſtis ac laudatis. denique vix vnquam riſus
captandus eſt in Epopœia; ſed admiratio, & admiratione delectatio,concilianda. Id quod
Virgilium egregiè feciſſe docebimus in progreſſu,qui, vt grauis eſt, ad ſales interdum &
vrbanitates deſcendit ille quidem; ſed quaſi præteriens, & verò non ſine dignitate. Tor-
quatus etiam amores & amatorios affectus interpoſuit ad grauitatem & ſeueritatem tē-
perandam,iocos certè minùs quàm Virgilius ipſe interpoſuit. ſiue enim illud ſecum ipſe
reputaret ſeueriorem Spartam nanciſci Chriſtianum Poëtam,ſiue Italici carminis ſuaui-
tatem maiorem eſſe intelligeret quàm vt in heroico poëmate iocis indigeret ad delectan-
dum(nam grauitas periclitari quidem poteſt in Italico ac rimato,vt ita dixerim, canendi
238 genere,ſuauitas ægrè)ad ſeueritatem procliuis fuit,& honeſtatem(niſi te Armida, vtcun-
que commoueat quæ picta nimis & laſciua videri poſſet) coluit mirificè, Arioſtus, vt di-
cebam,peccauit plurimùm, ſiue enim id contigerit quia in Comicis ſeſe exercuerat diù,
& ad comicas facetias & vrbanitates vtcunque fictus erat (propterea enim comicis peri-
petijs ſparſus eſt,in quibus nodi quidam comico more interponuntur ſoluuntúrque non
ſine voluptate)ſiue quia vulgares etiam auditores ſibi delectandos propoſuiſſet,ac prropte
rea heroicam Muſam ad riſus & voluptatem non raro inflectendam duxiſſet , ſiue certè
quia

Digitized by Google

quia tripartitum canendi genus, ſummum, mediocre, infimum, temperare decreuiſſet, vel potiùs ſuum in ſingulis ingenium oſtendere, modò grauis, ſublimis, & heroicus eſt totus: modò dulcis ſed humilis tamen, ita vt Lyricum & comicum agat: modò mediocritate delectatur.

VIII. Octaua quam ex dictis hoc in loco obſeruare lubet, quámque in poëmate paſſim oportet colere, ea ſit vt deſcriptiones graphicæ ſint & in quibus multò magis quàm Hiſtorici appareat induſtria: Hiſtorici enim eſt in locorum ac perſonarum deſcriptionibus laborare vt ſeruiatur intelligentiæ: Poëtæ vt delectatio quoque & admiratio excitetur. & ideò Poëticis tum inuentis tum luminibus rem illuſtrat. id quod in deſcriptione tum Carthaginis tum Aeoliæ tum Aeoli & ventorum cernitur. Idem dixerim in proſopopeis & concionibus, quantum enim his breuitas eſt neceſſaria, tantùm induſtria probatur & artificium, vnde affectus, ſententia ac vis orationis pelluceat. qua in re vt te exemplis inſtruerem, ad Liuium confugerem, qui hiſce conciunculis, Poëticis ſanè veriùs quàm Hiſtoricis: abundat, aculeis ac ſalibus pleniſſimis & elegantia: ſed tum Iunonis Aeolíque tũ Neptuni & Aeneæ conciunculæ, pleniores etiam Veneris ac Iouis Orationes, in promptu ſunt, breui etiam Ilionei & aliorum ſeſe conciones offerent multæ quibus explicatur animus, & exempla intuearis quæ magna cum laude æmuleris. 239

IX. His addendum, omnino prouidendum eſſe vt varietur oratio & ſtylus atque adeò Poëma vniuerſum. Etſi enim heroica fabula & actio grauis eſt, ac nobilem requirit ſtylum & grandiloquum, id tamen non prohibet quominus interdum orationis actionísque veluti nerui remittendi ſint, vnde varietur, ac ſatietati occurrat, Poëſis. Etenim Poëſis non modò ex numeris, figuris, ac ſummatim dictione & artificio ſublimis cenſeri ſolet aut mediocris, vel humilis, verùm etiam ex materia & argumento: quin multò magis ex argumẽto, quàm ex dictione & ſtylo. & idcirco in heroico poëmate operæpretium eſt, ſi non dictione ac numeris & ſtylo (quanquam hoc etiam quantum hexametri conditio patitur & amplitudo) at certè rerum quæ in argumento & actione occurrunt mediocritate, orationis & actionis granditatem minuere, & cum præſtantibus & admirabilibus, quibus ſine dubio excellere debet, manſuetiores interdum coniungere cum enim actio ipſa, vt ingentí rerum multitudine & varietate continetur, ac ſummatim inter homines geritur, interdum rebus quoque mediocribus, aut etiam humilibus, & conſtet & gaudeat, quidni eas quoque attingere conueniat ac delibare? Id quod ex dictis animaduertere licet. nam cum Virgilius ab Carthaginis deſcriptione duxiſſet narrationis initium, & ad Iunonis, Aeoli, Aeneæ, Neptuni & dicta & facta progreſſus eſſet, in quibus admirabilis rerum orationiſque amplitudo & ſplendor, ſemper enituit, tamẽ vt rei ſeruiret ac perſonis, ac ſtylum imitationémque variaret, indéque ſatietati varietate occurreret, non ægrè ad minora quædã deſcendit ſic canens, 240

Et tale labentes artus in littore ponunt.
Ac primùm ſilicis ſcintillam excudit Achates,
Suſcepitque ignem folijs, atque arida circum
Nutrimenta dedit, rapuitque in fomite flammam.
Tum Cererem corruptam vndis, Cereáliaque arma
Expediunt feſſi rerum: frugéſque receptas
Et torrere parant flammis, & frangere ſaxo.

Et ſanè quemadmodum in nobili tabula & operoſa colores miſcendi ſunt, vt pictura pigmentis ac luminibus varietur, ac propterea vmbræ etiam admiſcentur, ſic in heroico poëmate varianda, eſt oratio, & cum ſummis humilia interdum & mediocria copulanda vt diſtinguatur poëſis. Itaque videas rurſus Virgilium humilibus mediocria quoque adnectere cum pergat,

Aeneas ſcopulum interea conſcendit; & omnem
Proſpectum latè pelago petit, Anthea ſi quà
Iactatum vento videat, Phrygiáſque biremes,
Aut Capyn, aut celſis in puppibus arma Caici.
Nauem in conſpectu nullam: tres littore ceruos
Proſpicit errantes: hos tota armenta ſequuntur
A tergo, & longum per valles paſcitur agmen.
Conſtitit hic: arcúmque manu, celeréſque ſagittas

Corri-

Digitized by Google

Corripuit, fidus quæ tela gerebat Achates.
Ductoréſque ipſos primùm capita alta ferentes
Cornibus arboreis ſternit; tum uulgus, & omnem
241 *Miſcet agens telis nemora inter frondea turbam.*
Nec priùs abſiſtit quàm ſeptem ingentia victor
Corpora fundat humi, & numerum cum nauibus æquet.
Hinc portum petit, & ſocios partitur in omnes.
Vina bonus, quæ deinde cadis onerarat Aceſtes
Littore Trinacrio dederátque abeuntibus heros,
Diuidit. ——

ſic Virgilius. qui tamen mox ſeſe attollit. cum etenim addidiſſet
——*Et dictis mærentia pectora mulcet,*
continuò Aeneas concionem habet ingenio & eloquentia pleniſſimam.
O ſocij neque enim ignari ſumus antè malorum;
O paſſi grauiora, dabit Deus his quoque finem.
Vos & Scyllæam rabiem, penitúsque ſonanteis
Acceſtis ſcopulos: vos & Cyclopea ſaxa
Experti, reuocate animos mœſtúmque timorem
Mittite forſan & hæc olim meminiſſe iuuabit.
Per varios caſus, per tot diſcrimina rerum,
Tendimus in Latium, ſedes vbi fata quietas
Oſtendunt: illic fas regna reſurgere Troiæ:
Durate & voſmet rebus ſeruate ſecundis.

Hæc Aeneas: ex quibus fit vt quemadmodum a mediocribus cum dignitate regreſſus eſt, ita humilia quædam non ſine venuſtate interponat dum ferè è veſtigio canit
Illi ſe prædæ accingunt, dapibúsque futuris.
Tergora diripiunt coſtis, & viſcera nudant.
Pars in fruſta ſecant, verubúsque trementia figunt.
Littore ahena locant alij, flammáſque miniſtrant.
Tum victu reuocant vires, fuſique per herbam
Implentur veteris Bacchi, pinguiſque ferinæ.

242 Denique hinc etiam paulatim attollit ſtylum, donec ad Veneris Iouíſq; conciones deueniat in quibus ſublimis incedit ac mirificè exultat oratio. Ex quibus omnibus intelligitur tripartitam ſtyli varietatem in heroico etiam poëmate retineri poſſe: ita tamen vt ſublimis rerum imitatio ac dictio per ſe colatur ac propterea ſeſe fundat vberiùs. reliquæ duæ imitationis formæ ad poëma variandum, ſatietatémque tollendam, rei etiam, vt actiones ipſæ variantur, ſeruiendi gratia, aſciſcantur. Neque verò verendum eſt ne interim comicũ appareat in heroico aut humile labefactet ſublime: nam præterquamquod nunquam non artificium exerit & induſtriam Poëta (quis enim non miram induſtriam agnoſcat in carminibus illis quibus lanium tantiſper & coquum agunt Troiani?) hæc & ridiculum arcẽt longiùs, vnde comicum gignitur; & languentem orationem ac metaphoris figuríſq. expertem, vnde etiam ſtyli humilitas oritur, non admittunt. itaut humile dicendi genus in heroico non tam præcisè ac ſine exceptione vlla reperiatur quàm comparatè: quia ſcilicet interdum oratio paulò minorem ſplendorem & granditatem refert: etſi alioquin numeris, figuris, & ornamentis non caret. Qua in re neſcio quidem quo pacto non ſæpè reprehendendus ſit Homerus, qui frequentiùs, quàm par eſt, demittit ſtylum & humiliora ſectatur: quin etiam in humilioribus operoſior videri vult: quæ tamen in heroico poëmate maiore cum laude tranſiguntur paucis: itaque dum ſic canit Homerus
Retrotraxerunt quidem primùm & iugularunt & excoriarunt.
Coxáſque ſecuerunt, aruináque cooperuerunt,
Duplicata facientes, ſuper ipſis autem cruda poſuerunt.
Adolebat autem in aſſulis ſenex, ſuper autem rubrum vinum
243 *Libabat. iuuenes autem apud ipſum tenebant verua quinque ordines habentia manibus.*
Sed poſtquam coxæ aduſtæ ſunt, & viſcera guſtarunt,
Aſſarunt accuratè, traxerúntque omnia.

Lanij opera & coqui ex ordine deſcribit ille quidem, ac tanquam ante oculos ponit, ſed

minu-

minuta diligentia quæque in heroico minùs habet dignitatis. & ideò Virgilius paucioribus rem complexus ad grauiora redit, a quibus non facilè (quod tamen Homero vſu venire ſolet) demittit ſtylum.

2. Lex. Poſtrema lex ſit vt debito quiſque & accommodato occupetur munere, ita vt τὸ πρέπον ac decorum ſeruetur. Sic videas Aeneam, dum Troiani famelici expediunt fruges & iamiū etiam coquúmque agunt, ſcopulum conſcendere, atque arma venando tractare: rurſúſq; dum illi decumbunt, ac ſomno indulgent, Aeneas per noctem de ſuorum ſalute anxius & cupidus plurima voluit animo, ita vt nunquã ab Principis cura diſcedat. Qua in re mirum eſt quàm peccauerit Homerus, apud quem Achilles partim otioſus degit, & ob mulierculam lachrymis ſe macerat & in ſqualore verſatur: partim ſe implacabilem præferocémque oſtendit, partim erga hoſtes auarus apparet, ac ſæuitiæ pleniſſimus. Vt de Agamemnone ſileã & Vlyſſe, quorum prior, etſi Dux exercitus ac Princeps, ſeſe timidũ oſtendit & vecordem; alter ſomno & lachrymis intemperantiùs indulget: ita vt τὸ πρέπον non facilè cuſtodiatur. Hæc de legibus Narrationis in præſens: cæteras enim proſequemur prout in conſpectum ſe dabunt. vide

Iam verò quoniam Troianis grauiſſima tempeſtate perfunctis, Mercurióque cœlitus in fin.
a Ioue in eorum præſidium demiſſo, aliquam Aeneidis, eámque nobiliſſimam partem agnouimus, lubet tantiſper adhuc ſubſiſtere & inſtitutam Virgilij Homeríque comparationem prouehere. cum enim & in Inſcriptione, & in Propoſitione & in Inuocatione iã 244
antea illos contulerim, nunc illud ſuccedit vt eoſdem in hac Narrationis ſiue fabulæ & Actionis, quam explicauimus, parte comparemus. Porrò iam ſatis conſtat Virgilium in ſex prioribus libris imitari Odyſſeam: ita vt quemadmodum Vlyſſes Troia ſoluẽs in Traciã nauigat primùm ad Cicones, atque hinc ad Lothophagos, Cyclopas, Aeolios, Læſtrygones, Circem, Inferos, Circémque rurſus, defertur, ac tandem Scylla, Carybdi, Syrenúſq; ſuperatis, Ogygiam ad Calypſo, atque hinc ad Phæacos, tandémque Ithacam peruenit, ita vt varias tum Aſiæ tum Europæ, Africæ etiam, ſi placet, regiones attigerit; ſic Aeneas Troia ſoluens, in Traciam ac deinde in Delum, Cretam, ad Strophades, Attium, Corcyrã & in Epirum peruenit. inde Tarento ſuperato, ad Cyclopes, & Carybdi ac Scylla declinatis, Drepanum in Siciliam delatus eſt; vnde in Africam pulſus, atque hinc in Siciliam reuerſus, Cumam, Inferos, Cumámque rurſus, Caietam, ac Latium poſtremò tenuit, ita vt ipſe etiam aliquam Aſiæ Europæque partem præternauigarit, Africámque attigerit.

Pergitur in inſtituta Virgilij & Homeri comparatione, et ad Narrationẽ deſcenditur.

Rurſus quemadmodum Odyſſeæ fabula non a prima aut media ſed ferè a poſtrema incipit nauigatione, ita Aeneis non longè a poſtrema ducit initium. Adhæc quemadmodum Neptunus cum obſeruaſſet Vlyſſem fœliciter nauigantem, exarſit ira & in querimoniam prorupit, ſic Iuno ſtatim ac Troianos ſoluiſſe ac legatos nauigationem inſtituiſſe animaduertit, ira incenſa & grauiter conqueſta eſt. Eodem modo quemadmodum Vlyſſes, cum a Calypſo diſceſſiſſet ac nauigationem, de qua dicebam, inſtituiſſet, ſumma 245
tempeſtate iactatus eſt, ita Aeneas ſtatim atque a Sicilia ſoluit, in ſæuam incidit tempeſtatem. Quid plura? quam primò deſcribit Vlyſſis tempeſtatem Homerus, hanc imitatur ac magna etiam ex parte ex Homero deriuat Virgilius. Denique lamentatur ſuam vicem Vlyſſes: lamentatur Aeneas, atque ita lamẽtatur vt Vlyſsis ferè exprimat querimoniam. Ad extremùm ibi tempeſtatem Vlyſsi a Neptuno immiſſam ſedat Minerua: hic tempeſtatem Aeneæ a Iunone immiſſam ſedat Neptunus. ita fit vt vterque tandem ſoſpes littus attingat. Vt omittam pro Vlyſſe & Græcis Mineruam: pro Aenea & Troianis Venerem; vt vtramque cum expoſtulatione, Ioui ſupplicaſſe. Hæc in quibus conueniunt hactenus quemadmodum non multò poſt conſtabit planiùs.

Sed tamen multa ſunt in quibus Virgilius in prima hac narratione ab Homero diſceſſit. Proponit quidem Homerus in Odyſſeæ propoſitione Vlyſsis errores decantandos: ſed tamen neſcio quo pacto a Telemachi nauigatione & peregrinatione narrandi facit initium: in qua ſanè peregrinatione quatuor primos Odyſſeæ libros occupat totos: vix vt in quinti progreſſu Vlyſsis nauigationem ordiatur. Hanc igitur partem vniuerſam poſt habuit Virgilius, nec ſibi imitandam cenſuit & rectè: quandoquidem Telemachi peregrinatio propriam conſtat actionem & fabulam, quæ in ijs quatuor libris habet ſuum initiũ, medium, finem: ita vt ab altera Odyſſeæ actione plurimùm differat: præſertim verò quia nullo modo alteri ferũt aut cũ illa ſic copulatur vt vnigenæ fabulæ & actioni conſlandæ

vſui

vſui ſit. Itaque rectè, vt dicebam, Virgilius totam hanc partem prætereundam putauit, ne
246 duas duorum, eáſque longè varias & initio, medio, fine, diſſidentes, peregrinationes exprimeret. vnde Aeneis ab actionis & fabulæ vnitate abeſſet quàm longiſſimè. Ac profectò viſus eſt Homerus hac in re ne cogitaſſe quidem de fabulæ vnitate: tātùm abeſt vt ea in Odyſſea, niſi temerè, obſeruari poſſit ac defendi. Neque verò mihi obijciat quiſpiam totā hanc Telemachi peregrinationem germanum eſſe Epiſodium. Nam ſat ſcio Ariſtotelem in ſua Poëtica Odyſſeæ argumentum deſcripſiſſe, & vna Vlyſſis peregrinatione concluſiſſe, ſimúlque monuiſſe, reliqua eſſe Epiſodia. Sed hinc Homeri crimen augeretur potiùs. Nā ab Epiſodio duxiſſet initium, atque illud ad quintum vſque librum produxiſſet antequā actionem ipſam attigiſſet. quod monſtri inſtar videri debet. quis enim Epiſodium, quod actioni augendæ & ornandæ aſſumitur, & in progreſſu, quadam Actionis veluti relaxatione aut intermiſſione facta, tanquam digreſſione inducitur, ferat ante fabulam & actionem ipſam proferri & quatuor libris, ac benè longis, perfectæ inſtar actionis, explicari? Siue igitur Telemachi peregrinationem Epiſodii locum obtinere pugnes quod inauditum eſt de Epiſodio cuius eſt interijci ac ſubnecti non præmitti, ſiue actionem alteram eſſe fatearis, nunquam niſi monſtroſum eſſe tueatis. vt propterea iurè Latinus Poëta, etſi Odyſſeæ imitator, eam valere iuſſerit.

Itaque Virgilius initium imitandi fecit a quinto Odyſſeæ libro, vbi a Calypſo ſoluens Vlyſſes, in tempeſtatem incidit ſæuam: atque hanc magna ex parte imitatus eſt. magna di-
247 xi ex parte, quia Vlyſſes ab Ogygia ſoluit: Aeneas è Sicilia: illi cum ſeptemnio ibi otioſus ac torpens cum Calypſo adultera commoratus eſſet: is cùm in Sicilia paucis diebus propter parentis mortem honorificè conſediſſet. Ille a Neptuno duodeuigeſimo nauigationis die obſeruatus, tēpeſtate iactatur: hic a Iunone cum vix ſoluiſſet, obſeruatur iactaturq. Aeoli opera. quapropter Neptunus illi ſe inimicū, huic amicū, oſtendit: ita vt hic a Neptuno in Africam, ille Corcyrum, tum a Minerua quæ tempeſtatem ſedauit, tum ab Ino quæ victam obtulit, ſoſpes perducatur. At enim ſi ita eſt, non tam Homerum imitatur Virgilius (quanquam imitatur etiam) quàm variat & permutat. Rectè. Sed tamen in eo eſt ſimillimus, quòd tempeſtatis ortum Homericis ferè deſcribit Muſis: idem dixerim de Aeneæ lamentatione, quam exprimit ferè totam, itaut facilè Homeri imitator deprehendatur, dicerem fur appareat (præſertim verò quia vt Homerus Neptunum proſopopœia inducit lamentantem, mox tempeſtatem cientem, inde Vlyſſem timentem & conquerentem, denique ab Vlyſſis lamentatione ad tempeſtatem redit, eius effectus perſequens, ſic in eodem ferè ordine & rerum œconomia inſiſtit Maro Iunonem lamentantem inducens primùm tum exprimens cætera) niſi admirabili quodam iudicio multa interim declinaſſet, ac ſummatim totam illam & tempeſtatem & lamentationem mirificè illuſtraſſe. Sed quæſo tum in hac re, tum deinde in alijs in quibus Latinus Poëta hactenus ab Græcis Vatis fontibus hauſit, imitatio agnoſcatur: ac propterea Homeri carmina per partes deſcribantur vt cum Maronianis conferantur commodiùs. ſic igitur Homerus vt a tempeſtate incipiam, & rem ab origine repetam.

248 *Nunc verò (Vlyſſem intelligit) ex Aethiopia terra rediens potens Neptunus*
E longinquo ex Solymorum montibus conſpexit, conſpicatus erat
Pontum nauigans, hic efferbuit corde vehementiùs.
Mouens autem caput ad ſuum dixit animum:
Odii, profectò iam conſultarunt dij aliter
De Vlyſſe, cum ego apud Aethiopas eſſem;
Atque adeò Phæacum terram propè, vbi fatum eſt
Effugere magnam metam ærumnarum, quæ ipſum occupant.
Sed adhuc ipſum credo ſatis miſeriarum ſubiturum.
Sic loquutus, collegit nubes, & commouit pontum
Manibus tridente capto, omnes concitauit procellas
Omnium ventorum, nubibus autem operuit
Terram ſimul & pontum, ruit autem è cœlo nox
Simul Eurúſque Nothúſque incidit, Zephyrúſque vehemens,
Et Boreas ſerenus ingentem fluctum prouoluens.
Et tunc Vlyſſis ſoluebantur genua, & amicum pectus.
Triſtatus ſanè dixit ad ſuum magnanimum animum.

K His

Digitized by Google

His Homerus(vt alia multa interim ſileam quæ ſubijciam opportuniùs paulò poſt)deſcribit tempeſtatem. Virgilius verò eandem ab illis orditur carminibus.

Vix è conſpectu Siculæ telluris in altum
Vela dabant læti, & ſpumas ſalis ære ruebant,
Cum Iuno;——

& quæ ſequuntur donec illud profert,

————— Intentant omnia mortem.

In his igitur partim mihi non poteſt non probari Homeri induſtria: partim minimè arri-
det, ac Maronianæ inprimis videtur inferior. etenim conqueritur Neptunus de Vlyſſe
antequam immittat tempeſtatem: conqueritur Iuno de Aenea antequam Aeolum ad
tempeſtatem ciendam inducat. ſed tamen Homerus aut Neptunus nullam affert cauſam
cur Vlyſſis, quem obſeruauerat, mœreat nauigatione atque illi reditum inuideat: Iu- 149
no contra & Virgilius odij cauſas ac doloris attingunt & exaggerant: Neptunus miſerum
ærumnoſúmque & conſpicit & fatetur Vlyſſem, ita vt minùs aptè ad iram, eúmque per-
ſequendum excitetur: Iuno lætos cernit Troianos & mutuò gratulantes: ita vt ſit longè
veriſimillimum in eos exarſiſſe. quòd ſi Homerus non ſine grauitate quadam & decoro
Neptunum inducit, qui tempeſtatem excitat, aduerſus Vlyſſem: Virgilius Aeolum ven-
torum Regem, atque hunc a Iunone Troianorum inimica exoratum excitatúmque, in-
ducit venuſtiùs ac maiore cum decoro ac dignitate: præſertim gemina illa proſopopœia
& concione interpoſita, qua nihil elegantiùs & opportuniùs. ſed & minùs aptè inducitur
Neptunus qui è Solymorum monte Vlyſſis nauem vel potiùs cymbam conſpexerit, quæ
iam Corcyrum deueheretur. Etſi enim Neptuno, quippe non infimæ ſortis numini, pro
more Poëtarum alacriter concedi potuit vt è tam longinquo ſpectaret Vlyſſis nauigatio-
nem, otioſè tamen ac temerè in monte illo ſtatuitur vnde proſpectus (ſiquis phyſiologiæ
& geographiæ rationem habeat) Corcyrum attingere nullo modo poteſt, cum aquæ &
terræ obſtet rotunditas. Nam ſi rotunditatem illam minùs obeſſe velis ſpectanti Numini,
iam quid erat cur marinus Deus ex Aethiopia remeans in montibus iter faceret? certè ni-
ſi illuc euehebatur, quòd alioquin haud poſſet tam remotam exiguámque cymbam cõ-
ſpicere, inſultè ac temerè montanus efficitur. contra verò aptè omnino a Virgilio in imo
pelago vnde extollit caput, collocatur. Iam verò dum Homerus tempeſtate commemo-
rata, Vlyſſem timentem facit, ita vt genua ſoluerentur, eleganter fortaſſe ad tempeſtatis 150
magnitudinem exprimendam, præſertim dum Vlyſſes ſuam vicem continenter his dolet
vocibus.

Heu me miſerum quid mecum tandem fiet?
Vereor, ne iam omnia Dea vera mihi dixerit
Quæ me dicebat in mari priuſquam in patriam terram peruenirem
Dolores impleturum eſſe: ea certè nunc omnia perficiuntur
Qualibus nubibus coronat cœlum latum
Iuppiter. commouit autem mare, ſæuiunt verò procellæ
Omnium ventorum, nunc mihi præſens graue exitium.
Ter beati Græci & quater, qui quondam perierunt
Troia in lata Atridi gratificantes.
Vtinam ego debuiſſem mori, & fatum aſſequi
Die illo, quando mihi plurimi ferratas haſtas
Troës contorſerunt circa Achillem mortuum.
Tum ſortitus eſſem parentalia, & meam gloriam celebraſſent.
Nunc me triſti morte fatum eſt perire.

ſed tamen verendum eſt ne heroicam fortitudinem abijciat, ac demiſſo & abiecto appareat animo, tantùm abeſt vt non temerè ſeſe ipſe magnanimum appellet, aut non timidi potiùs quàm magnanimi proferat voces. Id quod eò magis culpandum eſt, quòd deinde in lachrymas etiam (vt ei ſunt familiariſſimæ) gemitúſque prorupit Vlyſſes: idque eò minore cum dignitate, quòd iam & Dea Dearum Calypſo ei prædixerat fore vt iactaretur quidem, ſed tamen Ithacam perueniret incolumis, & interim Ino Marina Dea ferebat opem, proximum & littus oſtendens & ſoſpitatem promittens. ſed quæſo hæc quæ nunc poſtremò percenſebantur, & id genus alia quæ ad inſtitutam comparationem pertinent referamus.

Sic

Digitized by Google

Sic certè ipſum loquutum pepulit ingens fluctus a vertice?
Horrendum irruens, inuertit autem prorſus ratem.
451 *Longè verò a rate excidit, clauum autem*
Ex manibus proiecit, medium autem malum ei fregit,
Horrenda commixtorum ventorum irruens procella.
Longè autem velum & antenna incidit ponto.
Illum verò ſub aqua detinuit longo tempore, neque potuit
Valde ſtatim emergere, magni ſub fluctus impetu.
Veſtes enim grauabant, quas illi præbuerat diua Calypſo.
Tandem emerſit, ex ore autem euomuit ſalſuginem
Amaram, quæ ei copioſa a capite defluebat
Sed neque ſic ratis oblitus eſt, tametſi afflictus,
Sed impetu facto in fluctibus apprehendit eam.
In medio autem ſedit, finem mortis effugiens,
Hanc ferebat ingens fluctus per vndarum impetum huc atque illuc,
Quemadmodum autumnalis Boreas fert ſpinas
Per campos, denſa autem inuicem cohærent:
Sic illam per mare venti ferebant huc atque illuc.
Interdum quidem Notus Boreæ obiectabat vt ferret,
Interdum verò rurſus Eurus Zephyro ceſſit vt perſequeretur.
Hunc vidit Cadmi filia pulchris talis Ino
Leucothea quæ ante quidem erat mortalis vocem habens:
Nunc verò maris in fluctibus deorum ſortita erat honorem:
Hæc Vlyſſem miſerata erat vagabundum dolores habentem,
Mergo uerò aſſimilis uolatu emerſit è gurgite,
Sedit autem in rate, & ipſum ſermone alloquuta eſt,
Infelix quid tibi ſit Neptunus terram concutiens,
Iratus eſt ferociter, quòd tibi mala multa ingerit?
Non te perdet, licet hoc ſummopere ſtudens.
Sed certè ſic fac, videris mihi non imprudenter facturus,
Veſtibus his exutis, ratem uentis ferre
Derelinque, cæterum manibus natans quære reditum.
Ad terram Phæacum, ubi tibi fatum eſt effugere:
Accipe hanc vittam, & ſub pectore extendas
452 *Immortalem, neque tibi ſit pati timor neque perire.*
Porrò poſtquam manibus continges littus,
Rurſus reſoluens, proijce in nigrum pontum,
Longè a continente, ipſe autem ſeorſum auerſus ſis.
Sic certè loquuta Dea vittam dedit:
Ipſa verò rurſus in pontum ingreſſa eſt fluctuantem,
Mergo adſimilis, niger verò ipſam fluctus obtexit.
Cæterum ipſe haſitabat patiens diuus Vlyſſes.
Ingemiſcens autem dixit ad ſuum magnanimum animum.

En Vlyſſes temerè deſpondet animum & ingemiſcit: quanquam antea quoque (interpretis pace) ediderat gemitus: cum illud

Ὀχθήσας δ' ἄρα εἶπε πρὸς ὃν μεγαλήτορα θυμόν,

quod nunc totum repetitur, interpreti valeat

Ingemiſcens autem dixit ad ſuum magnanimum animum.

cum igitur eodem tempore fateatur ſe a Dea præmonitum de tempeſtate & incolumitate, ſatius erat vt ſuum cor hortaretur ad ſtrenuè perferendam tempeſtatem illam cum ſo ſpes Ithacam eſſet peruenturus. quid enim erat vt ſe ipſe magnanimum appellaret, & tamen dolori & mœrori ſuccumberet? certè magnanimi eſt mortem ipſam celſo animo vel (ſi in gloria ſit) ſaltem minùs abiectè tolerare: quin præparato pectore, quoniam admonitus fuerat, ærumnas ſubire, tantùm abeſt vt deſpondendus eſſet animus, cum niſi temerè non poſſet mortem pertimeſcere. Itaque dum reuera ea tantùm de cauſa

Digitized by Google

optat iam antea cecidiſſe, ne cogeretur iactationem illam, & ærumnas ſubire, perti-
midum ſe ſe oſtendit non fortem, ac lacrymæ & gemitus quibus ſuum alloquitur
cor, mulierculæ potiùs quàm viri fortis oſtendit animum. Præclariùs multò Aeneas:
nam dum illum repente tanta vis tempeſtatis aggreditur, vt intentarent omnia mor- 253
tem, ſic pertimeſcit & ingemit vt in cœlum palmas extollat. Hinc enim docemur
Aeneam, quippe pietate inſignem, cœleſtes imploraſſe, ac diuini opem numinis, quoniã
non mortem ſed ingloriæ mortis genus timebat, ac propterea rem Heroë dignam poſtu-
labat, gemitu etiam flagitaſſe: neque enim propitiando numini non decet virum quoque
fortem dolorem & gemitus præſeferre. Denique ſi in ſummo ingloriæ mortis periculo
piè licuiſſet a Numine non ſine gemitu talem deprecari mortem, ídque licet fatorum
promiſſa redirent in mentem (quid enim pietatem deſeras, quòd fatis præfidas) quãtò ma
gis fuit in ærumnis ad Numen confugiendum, cum repentino mortis aſpectu fatorum
ſpes, præſertim haud dum explicata ſatis & cognita, non facilè in mentem recurreret? iam
verò dum pergit Homerus (cogor enim interim, quoniam prolixus eſt Homerus, eſſe
prolixior)

Heu mihi nequis mihi ſtruat dolum alium
Immortalium, quando me a rate deſcendere iubet.
Sed facilè neutiquam parebo: quoniam longè ab oculis
Terram ego vidi, vbi mihi dixit effugium eſſe:
Sed ſic faciam, videtur verò mihi eſſe optimum.
Quamdiu ſanè ſigna in compagibus compacta perſtiterint,
Tamdiu hic manebo & ſuſtinebo dolores patiens.
Cæterùm poſtquam mihi ratem fluctus diſcuſſerit,
Natabo, nam nihil promptum eſt excogitare commodiùs.
Dum ille hæc cogitabat in mente & in animo,
Excitauit ingentem fluctum Neptunus terræ quaſſator,
Horrendúmque grauem & excelſum: impulit autem ipſum.
Veluti autem ventus vehementer ſpirans palearum aceruum conquaſſat
Aridarum, quas quidem diſſipat alias aliò.
Sic ipſius tabulata longa diſperſit. porrò Vlyſſes
In vnum lignum conſcendit, veluti diuaricatis tibijs impellens. 254
Veſtes autem exuit, quas ei præbuit Diua Calypſo.
Statim autem vittam ſub pectus extendit.
Ipſe autem pronus in mare cecidit, manus extendens,
Natare cupidus. ——

non video cur non impiè quædam effutiat: minutè etiam perſequatur multa, vnde non
ſine culpa prolixus appareat. Vt omittam videri temerè tum Deæ monita in ſuſpicionem
mendacii reuocare; tum Ioui potiùs quàm Neptuno, quem offenderat, tempeſtatem
acceptam referre & infortunium. nam ſi dicas Ioui tanquam Deorum principi, quíque
ſortes diſtribuat, retuliſſe calamitatem, videndum eſt ne impiâ id fecerit cogitatione,
quaſi Iupiter ſæuus & humanarum ærumnarum cupidus ſtatuatur. Siquidem Home-
rus hoc nomine Iouem ac Deos traducit paſſim: quanquam cum Dij Homerici Dæmo-
nes ſeu ſuperſtitioſè Dij eſſent, æquo animo ferendum inuidos ſtatui ac ſæuos. Ita denique
ſiquid occurrit interim vnde imprimis commẽdari potuiſſet Homerus, in ijs enitet quòd
dum conqueritur Vlyſſes, videri poſſit reuera non mortem aut mortis periculum, ſeu pe
riculi genus conqueri: quia ſcilicet eſſet inglorium, nec parentationi aut ſepulturæ præ-
beret locum: ſed tamen hanc laudem vel deleuit vel obſcurauit dũ eodem tempore Vlyſ-
ſem mortis periculo immunem fecit: nam & ante tempeſtatem Neptunus conqueritur,
quòd Ithaca prohiberi non poſſit Vlyſſes quamtumuis iactaretur: & Vlyſſes ipſe tem-
peſtatem vnà cum ſoſpitate ſibi a Dea prænunciatam fatetur, vt mirum ſit mortem ac ſe-
pulturam deflere: & in eadem querimonia, Ino etiam præſente & opitulante littúſ-
que monſtrante, nec ſine fletu, perſeuerare. Commodiùs ſanè Virgilius qui cum in 255
ſummo vitæ periculo Aeneam conſtituiſſet, ita vt ei repentè intentarent omnia mortem
ſpes verò aut ſolatium affulgeret nullum, illum mortis ſeu periculi genus fecit & con-
querentem & a cœleſtibus deprecantem. Itaque (vt rem concludam) videor mi-
hi illud

hi illud non temerè affirmare poſſe, Virgilium acri iudicio quæ declinanda erant, vidiſſe & poſthabuiſſe: quæ probanda forent aut ad meliorem vſum traduci poſſent, retinuiſſe, excoluiſſe, illuſtraſſe: ita vt Homeri ſcoriam abiecerit, ferrum in argentum, argentum in aurum conuerterit. id quod is facilè ſentiat qui tum ea diligenter æſtimarit quæ diſſeruimus, tum quas interim deſcriptiones, proſopopœias, lamentationes, conciones habuit, expenderit, & orationis affectus, admirationem, elegantiam, decorum obſeruauerit, quibus reuera Homeri induſtriam & artificium longo ſuperat interuallo.

Sed agedum, obſecro, reliqua proſequamur in quibus rurſus Homeri æmulus viſus eſt hactenus noſter Vates, Igitur Africæ quem deſcribit portum, ex Ithacenſi ſine Homerico maiore ex parte deriuatum expreſſúmque non modò non inficior ſed profiteor. Sed tamen illud etiam affirmo, Homericum & alieno loco deſcribi ac fingi & temerè multa aut otioſè continere: ita vt cum Virgiliano de opportunitate & artificio contendere nullo modo poſſit. Sed Homericum deſcribamus, & quæ diximus perſpicuè demonſtremus. ſic igitur Homerus.

Phorcynis autem quidam eſt portus marini ſenis.
In agro Ithacæ: duo autem proiecta in ipſo
Latera abrupta in portum vergentia.
Hæc autem ventorum defendunt ſtridentium magnum fluctum
256 *Extra; intus autem ſine vinculo manent*
Naues benè tabulatæ, cum portus ſpatium intrauerint:
At in vertice portus paſſis ramis oliuæ.
Propè autem ipſam antrum amœnum obſcurum,
Sacrarum Nympharum, quæ Naides uocantur:
Intus autem craterésque & amphoræ erant
Lapideæ, ibi verò prætereà ſuſurrant apes.
Intus liciatoria lapidea prælonga, illicque Nymphæ.
Lintea texunt cærulea, mirabile viſu.
Intus autem aquæ perpetuæ, duæ autem ei ianuæ ſunt,
Hæ quidem ad Boream permeabiles hominibus,
Illæ autem rurſus ad Notum ſunt ſacriores, neque illac
Viri intrant, ſed immortalium uia eſt.

Hæc Homerus. ex quibus ſatis conſtat Virgilium (id quod dicere cœperam) hauſiſſe inde multa, nimirum Inſulam in qua efficitur, proiecta latera éaque abrúpta, ex quibus efficitur, vndæ tranquillitatem ac loci ſecuritatem vnde vinculis non egerent naues, quin antrum, fontem, Nymphas, umbram, ſcenam ex eodem Homeri portu deſumpſit: ita ut dum canit Virgilius

Eſt in ſeceſſu longo locus; inſula portum
Efficit obiectu laterum: quibus omnis ab alto
Frangitur, inque ſinus ſcindit ſeſe vnda reductos.
Hinc atque hinc vaſtæ rupes, geminique minantur
In cœlum ſcopuli; quorum ſub vertice latè
Aequora tuta ſilent: tum ſyluis ſcena coruſcis
Deſuper, horrentíque atrum nemus imminet umbra
Fronte ſub aduerſa ſcopulis pendentibus antrum:
Intus aquæ dulces, viuóque ſedilia ſaxo:
Nympharum domus: hic feſſas non uincula naueis
257 *Vlla tenent: unco non alligat anchora morſu;*

omnino conſtet expreſſiſſe magnam partem Homerici portus. Sed tamen (ſiquis rectè æſtimet) in multis differunt, in quibus Virgilium mirificè excellere, Homerum contrà operam luſiſſe, dixeris. Ac primùm Virgilius opportunè ſeſe confert ad portus deſcriptionem, cum iactatæ Troianorum Claſſi præſidio futurus eſſet atque vſui maximo: Vlyſſi contrà aut eius naui vſum affert nullum. ſiquidem Vlyſſes inde ſtatim cum ſupellectile vniuerſa in littus expoſitus & in arena relictus eſt dormiens: nauis autem cum remigibus ſtatim ad Phæacos remeauit. quorſum igitur talem ac tantum inſtruere portum nullum ferè ad vſum, atque adeò ſine opportunitate vlla? quæ tamen opportunitas, vt dixi, in Virgiliano apparet ſumma ita vt vel ex hoc vno con-

Digitized by Google

ſtet quantopere præſtiterit Homero Virgilius, & quàm diligenter cauendum illi fuerit vt otioſa aut leuia declinaret. Sed & alia ſunt quibus, Homeri deſideratur induſtria. Siquidem portus vtrique fictus eſt; ille quidem, nimirum pro libertate Poëtarum quorum eſt ſectari & exprimere veriſimilia. Sed tamen Virgilius non ad Carthaginis radices aut mœnia portum conſtruxit (ſic enim falſitas omnibus patuiſſet, vnde violaſſet veriſimile) ſed procul & deſerto in loco, qui non ſtatim pateret omnium oculis vnde falſitatis oppido euinceretur, contrà Homerus notiſſimæ & anguſtiſſimæ inſulæ ſuum affinxit portum, ita vt nemo non ſtatim falſitatem deprehẽderit. ex quo interpretes ad allegorias, ne dicam ad nenias (quanquam ſuperſedere fuiſſet ſatiùs) de more confugere coacti ſunt. Sed & in Homerico otioſa multa, nam vt concedam oliuam illi affingi propter Mineruam, quæ Vlyſſi faueret, apes etiam quia ſunt argumentoſæ, cum Nymphis poſſe congruere quæ ibi dicuntur degere & operoſis muneribus inſiſtere, oratores etiam & amphoras fonti ad aquas hauriendas affingi; vt inquam hæc omnia, etſi alioquin redundantia & portus topographiæ inutilia, concedam non eſſe inania: ſanè ſupraquàm ferri poſſit redundat oratio dum ait 258

Intus liciatoria lapidea prælonga, illicque Nymphæ
Lintea texunt cærulea, mirabile viſu.

quorſum enim hæc, ſiue Vlyſſem ſpectemus, ſiue portum ipſum, qui, dum fingitur, iis quæ in eum propriè conueniunt, inſtruendus eſt, atque opportunus, tutus, omnibus denique naturæ atque artis munimentis explendus & conſtituendus erat? Nam quæ rurſus de ianuis prædicat, arcana quidem videri poſſunt & exercendis ingeniis accommodata quanquam dicat quiſpiam eſſe commentitia & inutilia) ad portum certè vix ac ne vix quidem pertinere poſſunt, ita vt alieno loco ac fruſtra talem ac tantam induſtriam (ſi induſtria eſt appellanda quæ ſuſcipitur temerè) effuderit Homerus in huiuſce portus ſtructura. Itaque acutè Virgilius ac ſcitè, qui quæ in portus topographiam & ſtructuram conueniebãt, excepit: apes, purpuram, portas illas geminas, liciatoria, cœrulea lintea, & ſiquid huiuſmodi prætermiſit; illud in primis cauens vt nihil temerè, ſed opportunè vſurparetur. Nam ea ipſa, quæ vſurpantur, meliore ordine fuiſſe digeſta, ac mirificè illuſtrata, quin vtcunque variata, is intelliget qui ea in quibus conuenire diximus, contulerit diligenter. vt propterea non nihil ſine dubio hac in re Virgilius Homero debeat; ſed tamen inficiari haud liceat a Virgilio item caſtigari & tacitè corrigi dum res leues, redundantes, otioſas, præcidit ac detrahendo fit auctior. Hæc de portu, ex quibus (vt id veluti παρέργον addam) eleganter Petrarcha deriuauit aliqua dum Lauræ mortem præclaris exprimens imaginibus, cecinit, 259

Chiara fontana in quel medeſmo boſco
Sorgea d'vn ſaſſo, & acque freſche e dolci
Spargea ſoauemente mormorando,
Al bel ſeggio ripoſto ombroſo e foſco
Ne Paſtori appreſſauan ne biſolchi
Ma Ninfe e Muſe a quel tenor cantando,
lui m'aſſiſi. ———

Vbi ſanè dum Virgilius ait, *Intus aquæ dulces*, Lyricus noſter, *Et acque freſche e dolci*, dum ille, *Viuóque ſedilia ſaxo*, hic, *Al bel ſeggio*. dum ille, *horrentique atrum nemus imminet umbra*. hic

Al bel ſeggio ripoſto ombroſo e foſco:

ille, *Nympharum domus*, hic, *ma Ninfe e Muſe*: ille *nemus imminet*. hic, *in quel medeſmo boſco*. adde, ſi placet, *artus in littore ponunt* ibi, hic *lui m'aſſiſi*. denique ibi aquas viuo iungit ſaxo, hîc de fonte loquens ait,

Sorgea d'vn ſaſſo & acque freſche e dolci
Spargea. ———

Succedit iam venatio & conuiuium in quibus non ægrè concesſerim in Homerum ſpectaſſe Virgilium dum de Aenea ſic caneret,

——— *Tres littore ceruos*
Proſpicit errantes: hos tota armenta ſequuntur
A tergo, & longum per valles paſcitur agmen,
Conſtitit hic: arcúmque manu celeréſque ſagittas
Corripuit, fidus quæ tela gerebat Achates. 260

Ducto-

Ductoréſque ipſos primùm capita alta ferentes
Cornibus arboreis ſternit: tum vulgus, & omnem
Miſcet agens telis nemora inter frondea turbam.
Nec prius abſiſtit, quàm ſeptem ingentia victor
Corpora fundat humi, & numerum cum nauibus aquet.
Hinc portum petit & ſocios partitur in omneis:
Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Aceſtes.
Littore Trinacrio, dederátque abeuntibus heros,
Diuidit. ———

etenim Homerus cum in io. Odyſſeæ Vlyſſem inducit qui ceruum ſternit, tum paulò ante in 9. (atque hic locus cum Virgiliano non temerè conferatur) eundem è portu eduxerat in ſyluam, vbi capras ſternit ſagittis & in naues partitur. ſed locum proferamus: cũ enim Vlyſſes ad Cyclopum appuliſſet Inſulam & portum ſubijſſet, qui item cum Virgiliano non nihil conuenit (ſic enim canit

In ea portus opportunus, vt non opus funibus ſit:
Neque anchoras eijcere, neque rudentes alligare,
Sed qui appulerint manere aliquandiu, donec nautarum
Animus voluerit, & aſpirarent venti.
Cæterùm ad initium portus fluit limpida aqua,
Fons ſub ſpecu, circum autem alni naſcuntur)

paulò poſt pergebat.

Appulſis autem nauibus colligimus vela omnia,
Ipſi etiam egreſſi in littus maris.
Tum verò dormientes expectauimus auroram diuinam.
Quando autem mane genita apparuit roſeis digitis aurora,
Inſulam admirantes, ambulauimus per eam.
Excitarunt autem Nymphæ filiæ Iouis agida habentes
Capras montanas, vt prandium ſumerent ſocij.
261 *Continuò incuruos arcus, & haſtas longo ferro*
Cepimus ex nauibus: in tres autem partes inſtructi
Iaculabamur, ſtatim autem dedit Deus decentem venationem:
Naues autem me ſequebantur duodecim, in vnaquaque autem
Nouem ſortitus ſum capras, mihi decem elegerunt ſoli.

ita quidem conueniunt quòd è portu & nauibus deſcendit vterque: vterque venatur, prædam agit, quam inter ſocios partitur, ac propterea etiam cum ſocijs conuiuatur; nam ſic pergit Vlyſſes,

Sic tum tota die ad ſolem occidentem
Sedebamus comedentes carnes multas, & vinum dulce.
Non enim nauium abſumptum erat vinum rubrum.
Sed ſuppetebat. multum enim in amphoris ſinguli
Hauſimus Ciconum ſacrum oppidum depopulati.

ſic Homerus. Quanquam verò non nihil conueniunt, conſtat tamen differre in multis; cum Vlyſſes & capras & cum multis ſocijs iiſque in tres acies partitis, venetur: Aeneas ceruos vno comitatus Achate proſternit. ille rurſus a ſocijs ipſis decem accipit capras, cũ ij reliquis etiam vndecim nauibus nouem capras attribuiſſent ſingulis: hic in naues ſingulas diſtribuit ſingulos ceruos. Sed & in conuiuio rurſus quædam ſimilia offendas, diſſimilia quædam, in quibus ſine dubio offendas Homerum multò inferiorem eſſe quòd Virgilius imitatione rem exprimit, cum Aeneam repreſentet ceruos aggredientem ſagittíſque ſternentem: Homerus contrà narrantem Vlyſſem facit quam commemorabam caprarum venationem & diſtributionem; quapropter quantum mihi opportuna & elegans videri ſolet apud Virgilium propter imitationem, tantùm apud Homerum, quoniã ex rebus anteactis repetitur, & longiſſimæ narrationi inſeritur, frigida viſa eſt ſemper. quorſum enim caprarum venationem anteactis temporibus peractam in Regia menſa
262 commemorare? præſertim verò cum errores & iactationes vnde grauiter aliquid paſſus eſſet (hæ enim propoſitæ fuerant ab initio) fuiſſent narrandæ? Denique res quoque mediocres, ſi repreſententur, & tanquam gerantur Poëtica exprimantur imitatione, commodè

modè cadant,& ad orationem variandam adhibeantur non infœliciter: at è ſuperioribus temporibus repetitæ plerumque vel frigidè vel minùs fœliciter enarrentur. niſi tamen in ipſius actionis vel nodum vel ſolutionem, (quod nequaquam hîc accidit) eiuſmodi cadat narratio. Vt minimè mirum a quibuſdam totam hanc Vlyſſis narrationem quaſi anilẽ fabulam reprehendi,& multò humiliorem cenſeri quàm heroicum ferat poëma. cui reprehenſioni,mea quidem ſententia, præſens venatio & conuiuium (de cæteris enim alibi) minùs eſſent obuia ſi imitatione & repræſentatione peragerentur,non ex rebus geſtis repeterentur.

pag. 176. poſt m. Succederet iam Aeneæ concio quam obſeruauimus ex XII. Odyſſeæ libro aliqua ex parte deriuatam eſſe. dum enim ait Vlyſſes.

O amici, non enim vllo pacto malorum ignari ſumus:
Non equidem hoc maius diceret malum, quàm cum Cyclops
Claudebat in ſpelunca caua forti vi.
Sed vt hinc mea virtute, conſilióque prudentiáque
Effugimus, & nimirum & horum meminiſſe puto.
Nunc agite quemadmodum ego dixero, obediamus, omnes
Vos quidem remis naris fluctus profundos
Verberate tranſtra inſidentes, ſiquidem Iupiter
Det & hanc mortem effugere & euitare.
Tibi verò gubernator hoc præcipio, ſed in animo
Reconde, quoniam nauis cauæ gubernacula tenes: 263
Huc quidem fumum & fluctum extra dirige.
Nauem, tu autem ſcopulum conſidera ne te lateat
Hinc impetu dilapſa; & ex periculo nos deducas.

nemo non videt totum hoc initium a Virgilio expreſſum. Sed quoniam iam antea locũ obſeruauimus,& cum Virgiliano prout occaſio tulit contulimus, non ero longior. Tu quæ ibi ſcripſimus, conſulito: intelliges enim Virgilij induſtriam ſine dubio Homericæ multis partibus ſuperiorem eſſe.

pag. 21. m. Iam verò alter Homeri locus ſeſe offert ex I. Iliados, ex qua hauſit item Virgilius dum apud eum Troiani parant conuiuium. Homeri locus eſt huiuſmodi.

Retrotraxerunt quidem primùm,& iugularunt,& excoriarunt.
Coxáſque ſecuerunt, aruináque cooperuerunt.
Duplicata facientes, ſuper ipſis autem cruda poſuerunt,
Adolebat autem in aſſulis ſenex, ſuper autem rubrum vinum
Libabat. iuuenes autem apud ipſum tenebant verua quinque ordines habentia manibus.
Sed poſtquam coxæ aduſtæ ſunt; & viſcera guſtarunt,
Ac minutatim ſecuerunt alia & in verubus transfixerunt,
Aſſarunt accuratè, traxerúntque omnia.
Cæterùm vbi quieuerunt a labore, præparauerúntque conuiuium,
Conuiuati ſunt neque in aliquo animus indulſit cibo æquali.
Sed poſtquam potus & eſca deſiderium exemerunt
Pueri quidem crateras coronauerunt vino,
Diſtribuerúntque omnibus, incipientes poculis.

ſic Homerus.

Nunc igitur locum expreſſit Poëta noſter dum caneret, 264

Illi ſe prædæ accingunt, dapibúſque futuris:
Tergora diripiunt coſtis & viſcera nudant:
Pars in fruſta ſecant, verubúſque trementia figunt.
Littore ahena locant alij, flammáſque miniſtrant.
Tum victu reuocant vires, fuſique per herbam
Implentur veteris Bacchi pinguíſque ferinæ.

ſic Virgilius. cuius mihi ſolertia non poteſt non probari & Homericæ anteponi. etenim Homerus miniſterium illud minutè de more proſequitur: quod ſanè,quoniam in re humillima verſatur ne dicam ſordida,non neceſſarij operis fuit. Virgilius contrà rem & eleganter exprimit & paucis. Huc accedit quòd Homerus pecudes Græcis apponit comedendas, Virgilius ferinam. ille ante conuiuium coſtis,viſceribus illos paſcit, quaſi gemina

cæna

Digitized by Google

cœna exciperentur, vel certè ientaculo anteuerteretur conuiuium: hic conuiuium parat tantummodo, ille rurſus vbi cecinit.

Sed poſtquam potus & eſcæ deſiderium exemerũt, adhuc ad procula illos reuocat: hic cum cecinisſet famem epulis exemptam, continuò ad honeſtum colloquium eos traducit. Quanquam hac in re alium quoque Homeri locum ex 12. Odyſſeæ imitatus eſt Virgilius. dum enim canit Homerus.

pa.179. ver.18.

Cæterum poſtquam potus & cibi cupiditatem ademerunt,
Recordati verò deinde charos fleuerunt ſocios.

Virgilius eodem ferè modo canit

Poſtquam exempta fames, epulis menſæque remotæ,
Amiſſos longo ſocios ſermone requirunt.

vbi tamen Homerus præterquam quod prius carmen repetit totum ex Iliade, in minutis ſtudioſior videri poteſt ac diligentior: Virgilius contractior ac proinde grauior.

Quod ſi rurſus tum illud

—— Forſan & hæc olim meminiſſe iuuabit.

tum alterum,

265 *Spem vultu ſimulat, premit altum corde dolorem.*

quæ duo iam antea in Aeneæ concione prolata ſunt, ex Homero fluxiſſe velis qui in Odyſſeæ 15. canit

pa.276. m.

—— Inter etenim dolores delectatur vir

Quicunque iam valde multa paſſus eſt & multa errauit. & rurſus in 15. Illiados ait de Iunone

—— —— Illa autem riſit
Labiis: non tamen frons ſuper ſupercilia nigra
Exhilarata eſt. ——

per me id opinetur licet. Tametſi in illis conferendis, quoniam & non nihil differunt, & vtriuſque ingenium ex ijs apparere ſatis poteſt, quæ in propoſitis Virgilij locis explanandis obſeruauimus, non moror. præſertim verò quia ad grauiora propero.

Ergo dum Virgilius verbis illis

—— Iupiter æthere ſummo
Deſpiciens mare veliuolum, terráſque iacentes,
Littoráque, & latos populos, ſic vertice cæli
Conſtitit & Libyæ defixit lumina regnis;

Iouem inducit, qui mortalium rebus adhibet mentem, ſine dubio imitatus eſt Homerum; qui libro 8. Iliados de eodem Ioue ſic ſcribit.

Ipſe autem in verticibus ſedit honore lætus.
Inſpiciens Troianorum Ciuitatem & naues Achiuorum.

ſed tamen illud quoque affirmari poteſt, dum expolitur hæc ſententia, & Iupiter mortalis huius Mundi ſpectator efficitur a Latino Poëta, cum tumidum illud maris epitheton ab alijs accepiſſe (nam mare appellatur veliuolum a Liuio Andronico in Helena, & a Lucretio, cuius noſter Vates fuit ſtudioſiſſimus: itaque, mare veliuolum florebat, inquit Lucretius; & Ponti maria alta veliuola, dixit Liuius) tum ab eodem Homero ex

266 1. Iliados illud deriuaſſe *æthere ſummo & vertice cæli*: ſiquidem Homerus Iouem inuentum ait a Thetide *ἀκροτάτῃ κορυφῇ ὀλύμποιο, in ſummo vertice Olympi*. Quin fortaſſe idem Virgilius, dum Iouis prouidentiam, quam in Troianorum ciuitate & Græcorum nauibus expreſſit Homerus, nobili ordine ad mare iacentéſque terras, littora & populos deriuat potuit illud Homeri ſpectare quo Iouem appellat *εὐρύοπα* hoc eſt latè videntem. quòd tacitè eius prouidentiam ad ea dilatat, quæ Virgilius deinde expreſſit. ita vt ſit cur & Homerum rectè de prouidentia ſentientem laudemus, & Virgilij in primis ingenium probemus, qui prouidentiam diſtinctè refert ad omnes Mundi partes, ſigillatímque ad populos.

Iam verò dum Venus opportunitatem captat ac Patri res Troianorum ſpectandi occurrit pro illis deprecatura, ſine dubio ſi non Homeri verba at certè ſententiam eſt imitatus. nam & Thetis in I. Iliados eodem modo occurrit Ioui pro Achille filio deprecatura, & Minerua rurſus in I. & V. Odyſſeæ non diſſimili induſtria & conſilio adit Iouem precatura pro Vlyſſe, conſimilem enim captat opportunitatem. Sed Iliadis locum deſcribamus.

Digitized by Google

ſcribamus. cum enim dixiſſet Thetidem conſcendiſſe in magnum cœlum Olympúmque, pergebat

Inuenit autem latè videntem Saturnidem ſedentem ab alijs
In ſummo vertice baccati iugis Olympi:
Et ante ipſum ſedit, & prehendit genua
Siniſtra manu, dextra autem ſub mento apprehendens,
Supplicans allocuta eſt Iouem Saturnidem regem:

In I. etiam Odyſſeæ cum Iupiter in Olympi Regia cum cæteris Dijs de Græcis miſceret ſermonem, Pallas occaſione arrepta Vlyſſis reditum eſt deprecata, quem item calamitoſum eſſe oſtendit & pium depinxit. vbi ſigillatim dum diceret 267

Quid illi tantum iraſceris o Iupiter?

viſa eſt Virgilianæ Veneri expoſtulanti ſe ducem præbuiſſe. nam Thetis deprecata eſt illa quidem, non tamen expoſtulauit. Atque idem ad libri V. initium obſeruare licet vbi itē Pallas Vlyſſis pietatem celebrat, calamitates commemorat, expoſtulátque, ac pro eodem precatur Iouem ac Deos.

Sed & in Veneris concione Virgilius pauca quædam deriuare potuit tum ex IV. Iliadis tum ex II. ſiquidem ad IV. initium dum Iouem inducit increpantē Iunonem quòd Troianis perniciem ſtrueret, ſic canit. pag. 62. f

Infœlix quid te Priamus, Priamique filij
Tantis malis afficiunt, quòd inceſſanter cupias
Troiæ euertere benè ædificatam Vrbem?

Virgilius autem

Quid meus Aeneas in te committere tantum?
Quid Troes potuere? quibus tot funera paſſis
Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis?

in II. autem περιτελλομένων ἐνιαυτῶν hoc eſt voluētibus annis dixerat quod hîc expreſſit Virgilius. Denique illud Virgilij

Olli ſubridens hominum ſator atque Deorum

ſine dubio ex Homero fluxit qui in V. Iliados de Ioue item Venerem alloquente cecinit pag. 88. M.

——Subriſit autem pater hominúmque Deorúmque:

quemadmodum etiam dum Virgilius Aeneæ ſucceſſores ſeu Romanam gentem Aſſaraci appellat domum, id ex Homero deſumere potuit apud quem in XX. Iliados libro Aſſaraci qui Anchiſis auus fuit, inijcitur mentio. 268

Hæc in præſens de ijs quibus Homerum æmulatus eſt Virgilius. Nā locus ille in XXIV Iliados vbi Homerus ait Ilium & Priamum fuiſſe Neptuno, Mineruæ & Iunoni inuiſum.

——Alexandri propter damnum
Qui contempſit Deos, quando eius ad tugurium iuerant:
Hâncque laudauit quæ ei præbuit libidinem triſtem.

nihil eſt quòd cum Virgilii comparetur loco in quo canit,

——Manet alta mente repoſtum
Iudicium Paridis ſpretæque iniuria formæ.

ſiquidem præterquam quod hîc vnum Paridis iudicium ſpretámque Iunonis formam commemorat, quæ apud Poëtas & Tragicos & Lyricos vulgata erant paſſim, propoſita Iliadis carmina, ſi Macrobio & Græcis ipſis credimus, adulterina ſunt, & ab Homeriſtis in Iliadem inuecta, vt alia multa. Sed iam ad vnam Aeneidem redeuntes in eius interpretatione pergamus: ſic verò ſequitur noſter Vates. Mac. 5. Satur.

Partic. 55.

At pius Aeneas per noctem plurima voluens,
Vt primùm lux alma data eſt, exire locóſque
Explorare nouos, quas vento acceſſerit oras,
Qui teneant (nam inculta videt) hominéſne feræne,
Quærere conſtituit, ſociiſque exacta referre.

Deſcriptio huius libri & quæ ſuperſint partes.

Soleo ego primum hunc Aeneidis librum poſt proœmium in VII. partes tribuere: & ſuo quamq; ſymbolo ac veluti nota (recordationis ſcilicet cauſa, & vt rerū ſeries ac varietas

Digitized by Google

tas altiùs hæreat ĩ memoria) deſignare. Ac primã quidẽ ad aërẽ refero, ſecũdã Mari tribuo,
tertiã Terræ, quartã Cęlo, quintã Syluæ, ſextã Vrbi, poſtremã Cõuiuio: ad aërẽ refero pri
mã propter aëris Deam Iunonem, huius enim iræ in Troianos & offenſiones enarrãtur ab
269 cauſis primò: ſecundam Mari tribuo vbi Troiani ſæua tempeſtate iactantur: tertiam Ter
ræ, in quam compelluntur ac deſcendunt, quartam Cœlo, quò ſeſe ſtatim extulit Poëta,
Venerem ibi ac Iouem colloquentes, vnde etiam Mercurius mittitur introducens; quin-
tam Syluæ in qua mox cum Matre Aeneas congreditur ac diù a Poëta detinetur, ſextam
Vrbi quam ſubinde Aeneas ac Troiani ſubeunt, poſtremam Conuiuio quo a Didone exci
piuntur. Cum igitur primam partem explicuerim ac tres ſequentes, ac propterea quæ
Aëri, Mari, Terræ, Cœlo monumenta commendaueram, peragrauerim, quinta, Sylua
inquam, ſuccedit, in qua reditur ad Aeneam; qui iam iam a Poëta in Syluam deducetur
cum Venere matre congreſſurus. Ergo Aeneas per noctem plurima voluens animo, ac va
rias in partes & curas deriuans mentem, ſtatuit prima luce explorare regionem illam, &
qui mortales eas incolerent oras (ſi tamen qui incolerent, incultæ enim apparebant) ac de
re tota referre ſociis. Vbi dum alii ſomno facilè indulgent ac reficiuntur, Aeneas inſomnis
agit, optimi Principis more, cui pro incolumitate ſuorum eſt vigilandum ſcitè verò per
noctem ait ad curas animum deriuaſſe, nam (vt eſt in prouerbio) *νυκτὶ βουλή in nocte conſi-
lium.* Itaque Plutarchus Noctem appellat amicam intelligentiæ, & rurſus εὐφρόνην quod eſt
conſilio ac prudentiæ accommodatam, vt enim per noctem, præſertim ante diluculum,
animus eſt ſedatior & curis ac perturbationibus ſolutior, conſultatur prudentiùs. Plato
etiam nocturnum colloquium cenſuit eſſe optimorum virorum, quique Reipublicæ in-
270 uigilarent: huc enim conferuntur (inquit) *τὰ μέγιστα καὶ πλεῖστα ἄξια φροντίδος*, maxima quæ-
que plurima cura indigent negotia, quo in loco fortaſſe ad Lacedæmonum conuentum
ſpectauit, qui, Plutarcho teſte, noctu habebatur de reb. grauiſſimis & difficillimis. At cur
regionem ſibi explorandam proponit & vtrum homines an feræ illam incolerent, quaſi
verò illius planè ignarus eſſet, & tamen paulò poſt fatetur ſe in Libyam perueniſſe? certè
percunctanti ex eo Venere

Sũma huius loci: & quàm boni Principis partes interim impleat Aeneas.

Dubitatur

Sed vos quid tandem? quibus aut veniſtis ab oris?
Quóue tenetis iter?

reſpondit

Nos Troia antiqua (ſi veſtras fortè per aures
Troiæ nomen iit) diuerſa per æquora vectos,
Fortè ſua Libycis tempeſtas appulit oris.

Quanquam tum demum id fatetur Aeneas, cum a Venere de loco fuiſſet admonitus: &
ideo in Venerem incidens ſic eam de regione percunctatur,

Reſpondetur.

Sis fælix noſtrúmque leues quæcunque laborem,
Et quo ſub cælo tandem, quibus orbis in oris
Iactemur, doceas: ignari hominúmque locorúmque
Erramus, vento huc, vaſtis & fluctibus acti,

cui propterea tandem Venus

Punica regna vides, Tyrios, & Agenoris Vrbem:
Sed fines Libyci genus intractabile bello.

itaque in præſens de tota regione ignarus erat Aeneas; quod tamen, dum inter ingentem
271 caliginem, ac tenebras & incerto curſu iactatus nauigauerat, haud mirũ: præſertim quòd
per idem tempus non perinde ac noſtro ſæculo tam facilè liceret nauigantibus locorum
interſtitia dimetiri ac regiones (quod deinde magnetis & nauticæ pixidis vſu inuento at-
que huiuſmodi alijs ſubſidijs factum eſt) agnoſcere. vt propterea laudi quidem vertendum
ſit Aeneę quòd eas explorare conſtituerit: quòd ignoraret, vertendum non ſit vitio. Sed ſit
iſtud. At cur ſocijs exacta referre ſtatuit, quaſi verò ab illis mitteretur, aut non illis impera-
ret? Ea de cauſa, quòd non ideò demiſſum oſtendit animum dum ad ſocios referre decer
nit: nam id beneuolentiæ tribuendum eſt potiùs, vnde eorum tum ſoſpitati, tũ ſolatio ſtu-
det, quàm quòd ab eorum arbitrio pendeat dum de loco ac regimine illos ſtatuit efficere
certiores. Scitè igitur id Virgilius Aeneæ tribuit, cum præſertim ſat ſciret de Scipione ac
Cæſare non diſſimilia litteris contineri. Neque verò diſceſſurus Aeneas non antea pro ſua
prouidentia proſpexit Claſſi, vt quoad eius fieri poſſet tuta eſſet, ac propterea eam ſubdu-
xit ad nemoroſum ſpecus, & ideò pergit Virgilius

Dubitatur rurſus.

Reſpondetur.

Aeneæ prudẽtia.

Claſſem

Part. 56.

Claſſem in conuexo nemorum ſub rupe cauata
Arboribus clauſam circum, atque horrentibus vmbris
Occulit: ——

Vbi ſi quoſdam audiamus; conuexum pro concauo vſurpat (ſi tamen vſurpat: nam per conuexum intelligi non incommodè poteſt concauum) quēadmodum alibi dum canit —— *tædet Cœli conuexa tueri.* nam conuexū propriè etiam cauum valere quod curuo opponitur, vix crediderim: quicquid ſuſpicetur Turnebus. quod enim ait Iuſtinus conuexa vallium æquabāt, minùs propriè dicitur: nec apud ſaniorem latinitatis authorem in ſoluta oratione occurrat. denique ne temerè ſe, quippe Ducem, cōmitteret viæ, & fidum ſocium ducit Achatem & arma ſumit. quare ſubdit Virgilius

Part. 57.

—— Ipſe vno graditur comitatus Achate
Bina manu lato criſpans haſtilia ferro.

Quo in loco cur reprehendi poſſit, quaſi verò mittere alios deberet, aut ſaltem lectam ſociorum manum ſecum adducere, non video. Siquidem claui iam prouiſum fuerat ſatis, præſertim cùm a fortiſſimis ſocijs cuſtodiretur: regio igitur exploranda erat, ac ſocij, 272
ſiqui fortè ſuperſtites eſſent, requirendi: imprimiſque in tanta calamitate conſilium capiendum, maturéque deliberādum. quis igitur hanc prouinciam ſuſcipiat, niſi is qui authoritate præſtet & prudentia, quique ſocios mirificè diligat? Neque verò fuit cur potiùs ex ſocijs multos quàm vnum Achatem adduceret ſecum: nam id minus incommodi ac periculi habebat quàm ſi turmatim fuiſſet peruagatus. ſic enim cōmouiſſet incolas facilè ac ſibi & ſuis periculum creaſſet. denique cum vnico ſocio expeditior erat: & verò cum bina haſtilia gereret, non imparatus. Tametſi non me latet haſtam in Duce fuiſſe honoris ac dominatus inſigne: ita vt haſta Ducis ſceptro fermè reſponderet Regis, ſic Pallas haſtata, ſic Iuno Curetis, quòd haſtata item valet, & fingitur & dicitur. Iam verò vt Homericas imitationes tantiſper reſumam, locus hic in quo Regionem explorat Aeneas fluxit ex 6. Odyſſeæ, vbi cum Vlyſſes Nauſicæ ancillarúmque clamore excitatus eſſet, ſic de illo pergerat Homerus. Sedens autem deliberabat in mente & in animo, Heu mihi quorúmnam hominum ad terram deueni? An ne hîc iniurij & agreſtes neque iuſti? Aut hoſpitales, & ipſis eſt mens deorum reuerens? vt me puellarum inuaſit fœmineus clamor Nympharum, quæ habitant montium ſummos vertices, & fontes fluuiorum, & paluſtria loca herboſa, An fortaſſis homines ſunt prope vocales? Quin ego ipſe experiar atque videbo. Hæc Homerus. Vbi videri poſſunt redundare aliqua, cum tamen in Virgilio nihil otioſum, nihil redundans, & verò perſpicuitas cum breuitate coniuncta ſit. Vt ommittā Aeneam ſponte vigilaſſe & pro ſua prudentia de locis illis explorandis deliberaſſe: Vlyſsē contrà dormitaſſe altiùs ac tum demum de loco explorando ſtatuiſſe, cum eſt aliunde excitatus; ita vt priùs, quaſi tutus ſe ſomno dederit, tum de loco explorando cogitarit, quod præpoſteram præſefert prudentiam Adde quod neque deinde Vlyſſes ſe ſe verè dedit ad exploranda loca, ſed Nauſicaem ſtatim ſequutus eſt in Vrbem, cum tamen Aeneas ſe ſe armis muniat, & exploratum pergat.

Part. 58.

Cui mater media ſeſe tulit obuia Sylua,
Virginis os habitúmque gerens, & virginis arma
Spartanæ: vel qualis equos Threiſſa fatigat
Harpalice volucrémque fuga præuertitur Hebrum.
Namque humeris de more habilem ſuſpenderat arcum
Venatrix; dederátque comam diffundere ventis.
Nuda genu, nodóque ſinus collecta fluenteis.

De Oeconomia huius quintæ partis, & triū ſequentium libro ii. vt de Actione conſtet & Epiſodijs.

Hîc priuſquam cum matre congrediatur Aeneas, ſubſiſtere non nihil cogor, vt graue quoddam Iacobi Pontani dictum expendam quod huc retulit. etſi enim hic Author hinc inde congerit multa, quæ pléraque a re aliena videri ac propterea tutò præteriri poterāt, quin etiam quæ in Aeneidem conueniunt, ſic fundit, vt, quoniam a diuerſis diuerſóque conſilio ſcribuntur, nec inter ſe cohærent niſi perarrò, Authoris conſilium & artificium 273
minimè

minimè declarent: (præſertim quia interim author iudicio abſtinet, vnde tum res appoſitè nectantur & cohærenter, tum quæ contraria videntur vel diſſidẽtia tollantur, tum meliora ſeligantur Poëtaéque ſententiæ aptentur) inprimiſque Poëticis locutionibus ac Iouiani Põtani obſeruationibus ſpargit omnia, quæ pléræque futiles (ad Syllabas enim pertinent) ne dicam ſuperſtitioſæ videri ſolent; dictum tamen, de quo dicere cœperam, graue eſt ac dignum quod expendatur. Eſt autem huiuſmodi. *Ex hac Aeneæ profectione ſeu exploratione nouorum locorum multam ſibi materiem comparauit Poëta, vt pulcherrimis epiſodijs augeret opus ſuum, & exornaret ſplendidiſſimè, matris nempè colloquium, reginæ hoſpitium, conuiuium, rerum narrationes, reginæ amorem & miſerabilem interitum, quibus rebus quatuor penè libros impleuit.* ſic iſte. vbi ſanè miror primùm cur potiùs ab matris colloquio epiſodiorum ducat initium, quàm ab Iouis, ad quem paulò ante, ex Aenæ Troianorúmque conuiuio quod ſtatim poſt deſcenſionem obierunt, & colloquio diuertit. An non ibi geminam, Veneris ſcilicet & Iouis, concionem, atque Albanæ Romanaéque gentis hiſtoriam interponit, quæ ad digreſſionem pertinent? certè ſi epiſodia poëmati augendo & exornando (quod hîc indicat Author) extrinſecùs aſſumuntur, nõ video cur non commodiùs epiſodiorum initium inde ducatur vnde a Troianorum colloquio ad cœleſtes diuertitur? Deinde quod pertinet ad narrationem, nauigationem, & iactationem, quæ libro 3. percenſentur, toto aberrat cœlo: nam errores ad actionem pertinent. id quod nos alibi docemus copioſè; præſertim verò quia propoſitio vnde actio æſtimanda eſt, omnes Aeneæ errores &
274 iactationes in materiæ ſeu actionis & fabulæ proponit loco. Sed & Poëtam ad epiſodium recurrere in libro ſecundo, in quo Troiæ narratur excidium, ne id quidem tam facilè erat ſtatuendum, cum Troiæ excidium narrari videatur cauſæ nomine, vt ſcilicet conſtet quibus cauſis adductus Aeneas nauigationem inſtituiſſet: quam rem nos & multò antea explicauimus, docentes commodè poſſe librum 2. ad actionem reuocari, & verò ad ſecundi initium confirmabimus. Quid quod boni interpretis erat non modò affirmare matris colloquium, Reginæ hoſpitium, cõuiuium, amorem, interitum, ad epiſodia pertinere, verùm etiã oſtendere ac docere? de qua tamen re nos, etſi putamus iſthæc pertinere ad epiſodia, non agimus longiùs hoc tempore, quòd tum in noſtra Comparatione, tum in Commentarijs quos ſcripſimus in poëticam Ariſtotelis, tum in ijſmet commentarijs id proſequimur. nunc tantùm dicam ea, quæ propoſitione continentur vel tanquam cauſæ ad ea reuocari poſſunt, pertinere ad fabulam & actionem: cætera in epiſodijs numeranda. Et quanquam epiſodia interdum tali tantóque artificio cum actione copulantur, ac tã veriſimili ratione tantáque affinitate coniunguntur, vt difficile ſit animaduertere quæ actionis quæ epiſodij ſint partes, ita vt quam Ariſtoteles huic rei dignoſcendæ regulam affert (quæ nimirum ſine actionis corruptela demi poſſunt, ad epiſodium pertinere: vbi ſumit actionem eſſe exploratam) hærentes adhuc habere nos poſſit, ſi quis tamẽ in propoſitione nitatur ad actionem diſcernendam (id quod idem Ariſtoteles facit dum Odyſſeæ requirit propriam materiam & actionem) haud aberret. Denique mirũ quoque videri poteſt cur quintum quoque librũ vel certè priorẽ partẽ ad epiſodia non eodẽ reuocet iure.
275 nam ab eodẽ initio, ab Libycæ inquã rei digreſſione, manauit nauigatio vnde reditũ eſt in Siciliam: ab eodem iuſta & ludi, qui ſine dubio mera ſunt epiſodia, deriuantur. Itaque bonus hic author faciliùs hæc ſcribit quàm vel probet vel declaret ac doceat. vt magnoperè verendum ſit ne in vaſtiſſimis commẽtarijs illis conflandis a libris atque otio paratior fuerit, quàm excellenti doctrina & ingenio. niſi tamen dixerit ſymbola illa multorum dictis obiter ferè ac plerumque ſine delectu congerendis inſtituta, nõ planè Virgilij ſententiæ conquirendæ, diiudicandæ, conſtituendæ. Sed iam ad Virgilij Muſam redeamus, & quibus Venerem rurſus introducit verbis, audiamus.

Cui mater mediâ ſeſe tulit obuia ſylua,
Virginis os, habitúmque gerens, & virginis arma
Spartanæ: vel qualis equos Threiſſa fatigat
Harpalice, volucrémque fuga præuertitur Hebrum.

Fauſtis a Patre auditis nuntijs Venus, inprimis verò Mercurij cognito deſcenſu vnde Tyrij feroces animos in benignos conuerterent, cunctatione omni abiecta filio occurrit, cui etiam ſe in media Sylua, ad quam ille peruenerat regionem exploraturus, in conſpectũ dat; ignota tamen; ac poſt multa illum hortatur vt Carthaginẽ petat. Venatricis verò formam dat Veneri noſter Vates, quã admirabili venuſtate deſcribit & elegantia: ita vt ſiue *Venus qualis ſeſe filio in conſpectum dederit.*

L os ſpe-

os ſpectes ac vultū, ſiue habitū quibus Virginis referebat ſpeciē, ſiue arma vnde Spartanæ Virginis (arma tractabant Spartanæ & venationem) exprimebat habitum ac formam, nihil venuſtius occurrat ac formoſius. denique, ſi elegantiam & pulchritudinem ſpectes, Venere, dignum ſymbolum habeas. nam cætera, quandoquidem Virginis quoque profertur imago, nullo modo conſentiunt. Quanquam quoniam venatricis formam quam illi tribuere inſtituerat (atque acutè ſanè cum in Sylua eſſet Aeneas, nondum expreſſerat, idcirco confugit ad Comparationem & exemplum vnde tum eius habitum, tum venatricis ſpeciem referat ſplendidiùs. Igitur illam cum Spartana Harpalice confert, quæ ſanè cum Patrem Getæ hoſtes captiuum abducerent, mira celeritate illos, etſi equites, conſecuta eſt. atque hinc ſanè fabulæ fuit locus vt Boreæ filia diceretur, & rapidum Hebri curſum (id quod hîc indicat Virgilius) curſu præuertere. Et quoniam potuiſſet fortaſſe quiſpiam per ignorationem de habitu Harpalicis aut Spartanæ Virginis dubitare, ac propterea Veneris habitum & formam qua ſe obtulerat, ignorare, tantùm abeſt vt venatricis formam atque habitum in illa agnoſceret, ideò pergit vt rem totam explicet atque adeò ante oculos ponat. 276

Namque humeris de more habilem ſuſpenderat arcum
Venatrix, dederátque comas diffundere ventis,
Nuda genu, nodóque ſinus collecta fluentes.

Talem ſe compoſuerat Venus: ita vt tum agilem, ac virgini ſeu puellæ accommodatum, humeris ſuſpendiſſet arcum, quo ſe, ſpartano more, venatricem virginem declararet tum ſolutam relinquiſſet comam ac fluentem: & ad genu veſtis collegiſſet ſubdunxiſſétque ſinus: poplitem ac pedem cothurno inſtructum referens: ita vt quicquid in ea ſpectes, miram venuſtatem præſeferat ac decus.

Neque verò eiuſmodi cōgreſſus caret imitatione. Vt enim Pallas ſæpè occurrit Vlyſſi, eúmque cohortatur, conſilio iuuans & opera, ac ſigillatim circūdat illum caligine, vt tutus accedat ad Phæacos, ita in præſens. venus occurrit Aeneæ quem conſilio & ope iuuat, ac nebula tandem circumtegit dum Carthaginem petit. Sed carmina Homerica proferamus. Ergo in Odyſſea ad 7. initium ſic canit

——— *At Pallas*
Multam caliginem circumfudit bene volens Vlyſſi,
Ne quis Phæacum inſolentium obuiam factus,
Conuiciaretur verbis, & interrogaret quiſnam eſſet.
Sed cum iam ciuitatem ingreſſurus amabilem,
Tum ei obuiam facta eſt dea Cæſia Minerua,
Virgini ſimilis iuuenculæ vrnam geſtanti.
Stabat verò ante eum interrogabat autem diuus Vlyſſes,
O filia an non mihi domum viri oſtendere poteris
Alcinoi, qui inter hoſce homines imperat?
Etenim ego hoſpes multa paſſus huc venio,
Procul ex aliena terra ———

Hæc & id genus plurima, quæ tu lector, ſi vacat, obſerues. ſentias autem & nimium eſſe Homerum in hac re, atque adeo in ea inſiſtere ad nauſeam. Denique multa & otioſa & ſine decore occurrunt; quæ Poëta noſter declinauit omnia, rem ſplendidè ac perſpicuè canens ac magna cum dignitate. Sed quoniam Poeta in medium produxit Venerem, agedum qualē illam fingat videamus. Tametſi quoniam eam penè vidimus, nunc eandem loquentem audiamus. nam ſic de illa pergit Vates, 277

Part. 59.

Ac prior, heus, inquit, iuuenes, monſtrate mearum
Vidiſtis ſiquam hîc errantem fortè ſororum,
Succinctam pharetra, & maculoſæ tegmine lyncis,
Aut ſpumantis apri curſum clamore prementem.

Venus cōpellat filiū, & quo conſilio.

Non defuit prætextus Veneri & ratio vnde commodè in colloquium adduceret Aeneā. nam mulier eſt, nimirum ad fingendum prona & facilis, amoribus quoque dedita, ac propterea machinationibus exercitata & fraudibus. Deniq; mater eſt ac Dea cui omnia ſubmini-

miniſtrent conſilium. Videtur autem Venus in deſcribendis ſororibus, ſcitè illud commemorare quod ſcitè prætermiſerat Virgilius in ipſius Veneris deſcriptione; pharetram ſcilicet qua conderent ſagittas. quæ ſanè pharetra quemadmodum omitti potuit in Veneris deſcriptione cum ex arcu facilè intelligeretur, ita hîc aptè commemoratur. & deſcribitur, vt hinc ſorores quas requirebat, deſignentur commodiùs. & huc pertinet quod pharetram ex maculoſæ tegmine Lyncis conflatam indicat. niſi fortè (quod veriſimiliùs crediderim) ſorores ipſas ſuccinctas habitu, & expeditas, pharetra & maculoſæ tegmine lyncis, quod eſt maculoſæ tegmen lyncis, indutas, voluit: nam qui venantur, lupi, vrſæ, leonis etiam & huiuſmodi animātium tegmine vel ad ornamentum vel ad tutamen ſeu munimentum vti ſolent paſſim: addit verò eas apri curſum clamore preſſiſſe, vt tum eas vberiùs deſignet, tum fortaſſe cauſam indicet cur ſola occurreret: apri enim in quem inciderant curſus. quantum ex illarum clamore perceperat, eas abduxerat, inſectantes veſtigia, atque adeò illum prementes. Hoc elegans Veneris commentum vt filium in colloquium deducat. & ideo pergit Virgilius,

278 *Part. 60*

Sic Venus. At Veneris contra ſic filius orſus:
Nulla tuarum audita mihi, neque viſa ſororum.
O quam te memorem virgo? namque haud tibi vultus
Mortalis, nec vox hominem ſonat. ô dea certè:
An Phœbi ſoror, an Nympharum ſanguinis vna?
Sis felix, noſtrúmque leues quæcunque laborem.

Pauciſſimis ſed cumulatiſſimè reſpondet Aeneas, ſiquidem inquit,

Nulla tuarum audita, mihi neque viſa ſororum. *Ad Venerem Aeneas.*

vbi, quoniam Venus & ſororum clamoris mentionem fecerat, & an ex illis vllam vidiſſent quæſierat, vtrique percunctationi reſpondet. Atque hinc occaſione arrepta prudens Aeneas de regione requirit, & a quibus mortalibus teneatur. quam tamen percunctationem anteuertit egregia Virginis commendatione & laude, ídque tum vt pro dignitate agat, tum vt faciliùs quod petiturus eſt obtineat. Quanquam non ſtatim conſtituere audet, num mortalis an Dea cenſenda ſit ac nuncupanda: & ideo ait ô quam te memorem virgo? etſi vix hæc protulit, cum eò ſententiam inflexit, vt quoniam neque vultus mortalis videretur, nec vox ſonaret hominem, Deam eſſe cenſeret. & ideò requirit an Phœbi ſoror, an Nympharum ſanguinis vna. vultus enim, habitus, inceſſus, ſermo ac ſtudium venationis illud ſuadebat, vel Dianam eſſe, vel ſaltem ex Nymphis vnam. Quanquam fortaſſe ab initio cenſuit quidem citra dubitationem eſſe Deam, ſed ſolùm dubitauit quam memoraret illam, num Dianam vel ex Nymphis vnam. Atque hæc quoque imitationem referunt ex VI. Odyſſeæ, vbi Vlyſſes Nauſicaem ſic affatur.

Suppliciter te oro ô regina deus ſiue quis, aut mortalis,
Siquidem deus es qui latum cælum incolunt,
Artemidi te ego Iouis filiæ magni
Formáque magnitudinéque, indoléque quam proximè aſſimulo.
Siue aliquis es hominum, qui ſupra terram habitant,
Ter beati tibi pater & veneranda mater,
Ter beati fratres, valdè nimirum ipſorum animus
Vſque lætitia perfunditur, tui gratia,
Videntibus tale germen ad choream te euntem.

Hæc & alia quamplurima Vlyſſes quæ deſcribere piget ne faſtidium gignam: Tu illa percurras & ſenties ad nauſeam protendi orationem.

At enim cur Virgilius Virginē illā ea de cauſa facit Deam quòd nec mortalis eſſet eius vultus, nec vox ſonaret hominē? vnde.n. nouerat Aeneas vultū illum, cū aſpectabilis eſſet *Dubitatur*
279 & corporatus, non eſſe mortalē, aut articulatā vocē, quæ hominis eſt propria, non ſonare hoīem? aut quî efficitur Virginem iſtā, qualis qualis eſſet eius vultus ac vox, Deam eſſe, cū Dijs nec talis inſit perſona, nec vox conueniat? Itá ſanè quemadmodum perperam ſtatueretur Virginem illam eſſe Deam, ita immeritò concluderetur eſſe Dianam, vel ex Nymphis vnam. Sed profectò veriſimile ſpectat Poëta: ídque ex vulgata quadam opinione, etſi

L 2 falſa,

Digitized by Google

Reſpondetur. falſa, quin ex ſuſpicione aliqua aut fama alioquin abſurda, arripit: cum enim priſci illi mortales, vt veri Dei cognitione carebant, Deas & Nymphas admitterent & colerent, ſæpè contigerat, vt eximia & admirabilis Virginis pulchritudo ac nouum & ſingulare oris decus in eam opinionem aut ſuſpicionem eos induxiſſet vt Numen eſſe crederent aut ſuſpicarentur. id quod in præſens Aeneæ ſubit animum, dum tam admirabile in Virgine illa decus & orationis excellentia ſe offert ac dignitas, ex quo fieret vt quemadmodum Virgo illa, Dea, ita Diana aut Syluarum Nympha, quia hæ venationem colerent, non temerè cenſeretur. Neque verò miretur quiſpiam Aeneam, hoc eſt eximiæ prudentiæ ac ſapientiæ virum, leuem hanc vulgi opinionem vel ſuſpicionē ſectari: ſiquidem ſuperſtitio apud cæcos illos mortales ſic inualuerat, vt leue iſtud ac temerarium Deorum commentum apud eos religione contineretur. Denique vt Ioſephus nobilis hiſtoricus ſalutis noſtræ Authorem (etſi non temerè ſed ſcitè) ab communi hominū conditione eximendum coniecit, eius vultu ac ſermone permotus; & hinc eiuſdem diuinitatem ſuſpicione ſaltem attigit; ita huic Virgini ob admirabile vultus ac vocis decus & ſuauitatem (tametſi ſuperſtitioſè ac perperam) diuinitatem cum antiquitate attribuiſſet Aeneas. qui propterea in dubitatione relinquens num Diana eſſet an Nympha,

Sis fœlix noſtrúmque leues quæcumque laborem:

ait ſtatim: Atque hîc etiam obſeruandum carmen iſtud videri ex Homero deriuatum qui XVI. Iliados, etſi fuſiùs idem fermè canit: quod item iiſdem plane carminibus ſecundò repetit ac tertiò, quemadmodum in XIV. & XIX. legere eſt. Tu loca conſulito. ita quidem a nobili illo præconio ad petendam opem deſcendit commodè: ac propterea ſtatim exaggeratis verbis & de loco ſeu regione requirit & de incolis: nam ideò pergit,

Partic. 61.

> Et quo ſub cœlo tandem, quibus orbis in oris
> Iactemur doceas ——

vbi ait quo ſub cœlo, vt quoniam ex cœleſti quæ nobis immineat zodiaci ſigno & parte, terreſtris quoque regio dignoſci poteſt, agnoſceret in quem deueniſſet locum: vel ait ſub quo cœlo, ideſt ſub qua Mundi (cœlum enim pro Mundo vſurpatur interdum) plaga & regione. ſic Horatius cœlum non animum mutant qui trans mare currunt, hoc eſt Cœli ac Mundi partem ac regionem mutant. & ideo pergit. *Quibus orbis in oris Iactemur*; ſententiam expolitione illuſtrans. Iam verò vt commodiùs adhuc impetret quod poſtulat, tū ſuſpicionem de ſe depellere conatur omnem, ne fortè quicquam peregrinus habitus aut repentinus aduentus eam commoueret: tum commiſerationem parere, nam ideo ſubijcit,

Partic. 62.

> —— Ignari hominúmque locorúmque
> Erramus vento huc & vaſtis fluctibus acti.

hæc enim ſine dubio ad ſuſpicionem præcidendam & commiſerationem excitandam valent. quanquam ne quidquam prætermitteret vnde Virgo illa & Dea in ſententiam adduci poſſet, addidit

Partic. 63

> Multa tibi ante aras noſtrâ cadet hoſtia dextrâ.

Ita quidem nullum relinquit locum Aeneas vnde potiatur voto. Sic Ouidius Virgilium imitatus, eundem Aeneam inducit qui Sybillam ſic affatur;

> *Seu Dea tu præſens, ſeu Dis gratiſſima dixit;*
> *Numinis inſtar eris ſemper mihi, méque fatebor*
> *Muneris eſſe tui quæ me loca mortis adire*
> *Quæ loca me viſæ voluiſti euadere mortis:*
> *Pro quibus aërias meritis euectus ad auras*
> *Templa tibi ſtatuam tibi thuris honores.*

Sed Venerem audiamus. nam ſic pergit Virgilius,

Partic. 64

> Tunc Venus, Haud equidem tali me dignor honore:
> Virginibus Tyrijs mos eſt geſtare pharetrám,
> Purpureóque altè ſuras vincire cothurno.

Duo

Digitized by Google

Duo capita continebat Aeneæ petitio. vnum tacitè nimirum qualis tandem eſſet Dea; num Diana, an ex Nymphis vna, huc enim referri poſſunt voces illæ,

O quam te memorem Virgo?

281 alterum apertè, quod pertinet ad regionem & incolas. tacitè igitur & quaſi aliud agens primò reſpondit Venus verbis illis *Venus rurſus ad filium.*

——— *Haud equidem tali me dignor honore:*

Virginibus Tyrijs mos eſt geſtare pharetram

Purpureóque altè ſuras vincire cothurno.

vbi ne aut ſe Deam proderet, aut ſe Dianam vel Nympham perperã faceret, obſcurè trãſigit tacitam illam filij poſtulationem. etſi nec mendacio omnino abſtinet nec aſtu: ſiquidẽ reuera Veneri hoſtiæ litabantur quemadmodum ex Plauto intelligitur, & Athenæus Calimachi authoritate confirmat. Tacitus etiam ſcribit perſpicuè: & idcirco dum reſpondet Venus

—— *Haud equidem tali me dignor honore:*

idque vt ne Dea credatur ab Aenea, tacito quodam mendacio illum in errorem adducit. & huc pertinet quod ſubdit,

Virginibus Tyrijs mos eſt geſtare pharetram

Purpureóque altè ſuras vincire cothurno.

eò enim ſpectat vt ſe Tyriam Virginem confirmet & habitu: quod tacito idem mẽdacio & aſtu non caret. ita ſanè quod pertinet ad tacitam illam Aneæ petitionẽ, ſic ſe gerit vt eum in errore adhuc detinere nitatur & ignoratione. Contra verò alterum ſic tranſigit vt filij optatis mirificè reſpondeat & ſatisfaciat, ſic pergens.

Punica regna vides, Tyrios & Agenoris vrbem:

Part.65. Sed fines Libyci, genus intractabile bello.

Imperium Dido Tyria regit vrbe profecta,

Germanum fugiens ——

vbi de regno priùs, tum de populis, tum de Vrbe illum inſtruit: quam Agenoris appellat,
282 Tyrios illos deſignans qui ab Agenore Tyri Rege & Didonis proauo aut dicti aſſent aut promanaſſent. Ita quidem Agenoridum Vrbẽ intelligit, ac propterea Didonis in primis quæ & Agenoris neptis & Agenoridum, cum Tyro in Libyam nauigaſſent, Dux fuiſſet. Sed & ſummatim de moribus gentis eundem admonet ſtatim: quã gentem ait bello intractabilem eſſe, hoc eſt duram, ferocem, &, vt dixerat ab initio, aſperam. Et quoniam poſtulabat ratio vt cum Dux illis præeſſet, de Duce illos admoneret, addit,

Imperium Dido Tyria regit vrbe profecta:

vbi cum fœminam feroci huic genti imperare dixiſſet, eandémque Tyro illuc profectã quod non nihil admirationis ob locorũ diſtantiam habere poſſet. addit id Didoni Germanum fugienti contigiſſe. Tametſi quoniam tum rurſus huius fugæ cauſa, præſertim cum fratrem fugeret ſoror, requiri poterat, ac ſigillatim quî factum ſit vt fœmina Dux facta eſſet, pergit

Par.66. ——— Longa, eſt iniuria longæ

Ambages: ſed ſumma ſequar faſtigia rerum.

Quibus, vt longiori Narratione, quæ non huius temporis eſſet ac loci, præcidat anſam, longiorem eſſe iniuriam affirmat, qua ſcilicet Dido a fratre quem fugeret, accepiſſet: longas etiam ambages: quibus non tam verborum quàm rerum intelligit inuolucram; & ideo pergit ſequar faſtigia rerum. Ita quidẽ ſatis conſtat falsò admonere quoſdã, ambages eſſe verborum circuitus: nam & dictorum & factorũ ambitus tectáſque fallacias ſignificare poſſunt. & ideo nihil niſi rem geſtam proſequitur ſtatim venus vt tum iniuriam tum ambages, ſummatim ſaltem, aperiat. Denique ambages viarum, ambages tecti, profert alibi Virgilius: ita vt verbis frequenter quidem, ſed tamen rebus non rarò contineantur ambages, vt inpræſentia. Sed redeo ad Venerem, quæ propterea, ne longum faciat, iniuria ambagibúſque propoſitis ſummatim rémque hiſtorico ferè more aperit totam ſic loquens

Digitized by Google

Part. 67. Huic coniux Sichæus erat ditiſſimus agri
Phœnicum,& magno miſeræ dilectus amore:
Cui pater intactam dederat, primiſque iugarat
Ominibus: ſed regna Tyri germanus habebat
Pygmalion,ſcelere ante alios immanior omneis.
Quos inter medios venit furor: ille Scihæum
Impius ante aras, atque auri cæcus amore
Clam ferro incautum ſuperat, ſecurus amorum
Germanæ; factumque diu celauit: & ægram, 283
Multa malus ſimulans, vana ſpe luſit amantem.
Ipſa ſed in ſomnis inhumati venit imago
Conjugis, ora modis attollens pallida miris.
Crudeleis aras, traiéctaque pectora ferro
Nudauit: cæcúmque domus ſcelus omne retexit.
Tum celerare fugam, patriáque excedere ſuadet,
Auxiliúmque viæ, veteres tellure recludit
Theſauros, ignotum argenti pondus & auri.
His commota fugam Dido ſocióſque parabat.
Conueniunt quibus aut odium crudele tyranni,
Aut metus acer erat: naues, quæ fortè paratæ,
Corripiunt,onerántque auro: portantur auari
Pygmalionis opes pelago. dux fœmina facti.
Deuenere locos, vbi nunc ingentia cernes
Mœnia, ſurgentémque nouæ Carthaginis arcem:
Mercatíque ſolum, facti de nomine Byrſam,
Taurino quantum poſſent circundare tergo.

hæc de Didone hiſtoria. quam ſanè haud neceſſe habeo de more perſequi & explicare. Tametſi quædam ſummatim attingere non dubitabo.

Tria notantur de propoſita hiſtoria.

I. Primum eſt hanc de Didone & Carthagine hiſtoriam ab Appiano in Lybicis attingi, vberiùs tamen deſcribi a Iuſtino: ita tamen vt neuter in omnibus conueniat cum Virgilio. Sed Virgilius. ab antiquioribus hiſtoricis rem hauſit qui temporis iniuria interierūt. Quanquam diſcrimen inde etiam oriri poteſt quòd Virgilium, quippe Poëtam, aliquid iuuerit hiſtoricæ affingere, aliquid etiam permutare. Certè quod de Sichæo canit, cuius inhumati imago in ſomnis ſeſe Didoni obtulerit, ac vulneribus detectis Pygmalionis factum expoſuerit, eámque, theſauris commonſtratis, ad fugam ſit cohortatus, nemo nō 284 fateatur Tragico more huc importatum, quantumuis Appianus eam in ſomnis monitā, famā, opinor, ſecutus, ſcribere non dubitarit. Denique multò credibilius eſt Didoni, quoniam vnicè a viro diligebatur, theſauri locum fuiſſe cognitum ac propterea illam crudeli eius cæde ſubodorata q̃ occultabat Pygmaliō, fuga ſibi cōſuluiſſe, ac theſauros aſportaſſe.

II. Alterum eſt ex hoc quoque loco perſpici Poëtam, præſertim Epicum, ſine antiquitatis cognitione frigere: ita vt cum & ad Actionem ſit neceſſaria, & in Epiſodia commodè cadat rerum geſtarum narratio, aut hiſtoria colenda aut Epici Poëmatis ſcriptio prætermittenda ſit Poëtæ. de qua re tota, quoniam nos in noſtris de Hiſtoria libris copioſè ſcripſimus, non agam longiùs.

III. Tertium ſit Gulielmum Modiciū, Virgilij ſcilicet ſtudioſiſſimum hominē, miris laudibus

dibus & inaudito præconio extollere Hiſtoricã hãc Virgilij Narrationem. Itaque cũ pau-
cis mihi cum eo ſit agendum, non ægrè locum deſcribam. *Veneris* (inquit) *& Æneæ collo-
quium, quàm breue & expeditum? Petit Æneas de regione, déque incolis doceri. Venus paucis, atque
acceleratis verbis reſpondens, rerum tamen copia quanta opus erat, illi ſatisfacit 30. verſibus, longam
& multiplicem hiſtoriam comprehendit, uſque ad illum, ſed vos qui tandem? &c. quam neque Home-
rus neque alius Græcorum quiſpiam paucioribus quàm centum verſibus tam plenè, atque abſolutè ex-
ponere potuiſſet. Hac perſonarum & negotiorum narratione nihil aptius, elegantius, perfectius, magnifi-
centius, mirabilius denique dici, aut cogitari poteſt. Breuis eſt verborum paucitate, plena rerum neceſ-
285 ſariarum copia, diſpoſitione atque ordine, clara & perſpicua, verborum munditia ſuauis & pura, rerũ
ſplendore magnifica, quot verba, penè tot ſententiæ. Deſcribitur regio, docentur mores, vnde colonia de-
ducta, reginæ genus. Sunt rerum cauſæ ſunt iniuriæ, ſunt euentus inopinati, auari ſcelus tyranni, fœminæ
conſilium, ciuium conſpiratio, res celeriter geſta, theſauri exportatio, auari improbitas eluſa, in tyran-
num iucunda inſultatio, nauigatio proſpera, longinqua, ſoli callida, atque aſtuta emptio, vrbis demum
ingentis ædificatio. Deus bone, quis non miretur, quis non obſtupeſcat, tantam nobilium rerum copiam,
triginta verſibus, paucis ſcilicet verbis, tam clarè támque perſpicuè comprehenſam eſſe? Nulium ineſt
verbum, quod idem non ſit a Cicerone vſurpatum, nullum, inquam, verbum aſperum, diſtortum, muti-
latum, vt Homeri pléraque, quibus Demoſthenes nunquam eſt vſus. Structura non eſt hiulca, ſalebroſa,
ſed æquabilis, concinna, cohærens, profluens. Non ſunt repletiuæ particulæ, quibus verſus a Græcis refer-
ciuntur. Nihil eſt inane, nihil ſuperuacaneum. Ne minima quidem ſyllaba eſt, quæ ſuperabundet. Ni-
hil eſt licentius dictum, nihil nouum, aut inuſitatum. Omnia denique ita ſunt ad vnguem facta, quadra-
ta, & expolita, vt in vniuerſa Græcia narrationem poëticam, quæ cum hac Virgiliana conferri poſſit, re-
periri non putem*. Sic Modicius. cui equidem de Virgilij elegantia omnino conſenſerim:
non grauatè etiam de Homero, Græciſque Poëtis Epicis, quos terimus, in eius ſenten-
tiam iuerim. Quòd verò tantoperè Virgilij extollit breuitatem, quaſi magna hinc il-
li acceſſerit, laus, non probo. etſi enim Homeri longiloquentiam, vt ita dixerim, ne dicã
286 loquacitatem, non laudo, breuiloquentiam tamen in Poëta non tam laudi, quàm vitio
verterim. Denique breuitas, dum tamen abſit obſcuritas, probanda quidem eſt ac laudan
da in Hiſtorico, in Poëta certè, cuius eſt res illuſtrare & exornare, nullo modo. & quamuis
non inficior Poëtæ quoque licere contractiùs interdum agere ac ſtylum variare, proinde-
que Oratorem in concionibus, Hiſtoricum in Hiſtoria, vtcunque æmulari, nunquam ta-
men conceſſerim vt Thucydidis aut Taciti more breuitatem ſectetur, ac tanta ſit eius bre
uitas vt (quod Modicius Virgilio hîc tribuit) quot in eo verba, tot fermè ſententiæ. Nam
id fortaſſe in Hiſtorico, vbi tamen perſpicuitas adeſſet, tolerandum (tolerandum inquam
non probandum: cum talis ac tanta breuitas, ſi præſertim ſit perpetua & ſine diſcrimine
rebus adhibeatur omnibus, ægrè ſuſtineatur: cum Hiſtoricum non nihil popularem eſſe
deceat ac more maiorum verba facere) in Poëta nullo modo. Itaque neque hanc ſibi lau
dem quæſiuit Virgilius, ſed cum Aſiaticam Homeri dictionem ac permoleſtas illas ταυ-
τολογίας ſeu repetitiones declinaſſet, ornatum & illuſtre dicendi genus ac magnificum ſibi
ſectandum putauit, ac certa ratione & proportione colendum perpetuò. Id quod hîc quo-
que facit, Modicij pace. Quare dum canit,

Ipſa ſed in ſomnis inhumati venit imago
Coniugis ora modis attollens pallida miris.
Crudeles aras, traiectáque pectora ferro,
Nudauit, cæcúmque domus ſcelus omne retexit.

287 quis non videt locum hunc non hiſtoricam ſed poëticam deſcriptionem, hoc eſt ornatã,
pictam, exaggeratam, referre? dúmque ait

Cui pater intacta dederat:

an non idem alijs verbis & expolitione vſus repetit e veſtigio ſubdens

——*Primiſque iugarat*
Ominibus?——

Sic ſanè, non ne expolitione item vtitur dum poſt ea verba

——*Veteres tellure recludit*
Theſauros—— ſubdit ſtatim
——*Ignotum argenti pondus & auri*

Sine dubio. & tamen Hiſtoricus vtrunque locum vno ferè atque altero verbo narraſ-
ſet, non expolitionem, ſi breuitati ſtuduiſſet, tam facilè adamaſſet. Denique ſat fuerit Vir-
gilium

gilium pro dignitate defendiſſe, vbi a quibuſdam breuiloquentiæ non quidem commendatur ſed notatur. (quaſi verò dum Odyſſeam & Iliadem hoc eſt octo & quadraginta libros eóſque benè longos, duodecim æmulari conaretur, breuior fuerit quàm deceat Epicum) breuitate illum tacito parem facere non laudem ſed reprehenſionem habet. Nam quod ait Modicius nullum ineſt verbum quod idem non ſit a Cicerone vſurpatum, optarim vt doceret vbinam in Cicerone inuenerit iugarat, deuenere locos, ſecurus amorum, & ſiquid huiuſmodi: quæ ſanè, quoniam in Poëſim conueniunt egregiè, laudanda ſunt in Virgilio: a Cicerone verò, quippe Poëtica, abſunt cum laude. ſanè cum Terentius eo nomine traducatur a viris non indoctis quòd a Comica dictione ad ciuilem & elegantem nimis diuerterit, multò magis culpandus eſſet Virgilius ſi Ciceronis elegantiam & perſpicuitatem imitari voluiſſet, ac nullum verbum excipere quod Tullianum non eſſet. Hæc 288
de propoſita Hiſtoria. ſuam verò Narrationem ad id inflectit Venus quod maximè moliebatur Poëta, & ideo pergit.

Part. 68.

Sed vos qui tandem? quibus aut veniſtis ab oris,
Quóue tenetis iter? ——

Tria requirit Venus, qui ſint, vnde veniāt, quò tendant: quibus ſummatim de illis percunctatur quæ communi more & modo percunctari ſolemus cum peregrinum diligenter interrogamus. niſi fortè illud etiam ſciſcitetur quiſpiam, quid item negotij gerat, quídue agendum ſibi propoſuerit. quod tamen reticet, ne paulò audacior conquiſitio videatur. alioquin non minùs intelligere cupimus quid quiſque moliatur ac rei gerat, quàm quis ſit, & vnde, aut quò tendat. Nam dum longè plura ex Vlyſſe ſciſcitatur Eumæus apud Homerum, id verò quàm commodè cadat, opportuniùs expendemus infrà. Nunc Aeneæ reſponſum vel quibus eum ad reſpondendum introducat audiamus: nam ſic pergit Virgilius.

Part. 69.

—— Quærenti, talibus ille
Suſpirans imóque trahens a pectore vocem,

Talibus ille, inquit Virgilius, quærenti, reſpondit ſcilicet & interroganti ſatisfecit: ita tamen vt orationem anteuerterit ſuſpirio, idque vel arte & electione vt faciliùs commiſerationem excitaret, vel natura, cum calamitates ipſi noſtras enarraturi facilè in ſuſpiria incidamus: & ideò vocem imo trahit pectore quod natura conſequitur ſuſpiranti. ſed quales pectore trahit voces? has è veſtigio hunc in modum ſubijcit Virgilius

Part. 70.

O Dea, ſi prima repetens ab origine pergam, 289
Et vacet annales noſtrorum audire laborum,
Ante diem clauſo componet veſper Olympo.
Nos Troia antiqua (ſi veſtras fortè per aures
Troiæ nomen ijt) diuerſa per æquora vectos,
Fortè ſua Libycis tempeſtas appulit oris.
Sum pius Aeneas, raptos qui ex hoſte penates
Claſſe veho mecum, fama ſuper æthera notus.
Italiam quæro patriam, & genus ab Ioue ſummo.
Bis denis Phrygium conſcendi nauibus æquor,
Matre dea monſtrante viam, data fata ſecutus:
Vix ſeptem conuulſæ vndis, Euróque ſuperſunt.
Ipſe ignotus, egens, Libyæ deſerta peragro,
Europa atque Aſia pulſus. ——

Aeneas verſus ad Venerem.

Proœmio vtitur Aeneas quo tum beneuolentiam captat, Deæ præmittens appellationem, tum, vt breuitati ſtudere liceret, excuſat rerum multitudinem: nam fore ait vt priùs nox aduentet quàm annales ſuorum laborum perſequi liceat, ſi tamen ab origine vel ipſe illos

illos repetere velit, vel ipſa eos audire parata ſit. vbi ſanè per annales ſine dubio more maiorum hiſtorias & narrationes rerum anteactarum intelligit: nam apud veteres annales erant pro hiſtoria, ita vt ſeriùs hiſtoria, hoc eſt plenior rerum geſtarum narratio quæque cauſas & conſilia, ſi fieri poſſit, & adiumenta, idque genus alia explicet, acceſſerit, per quæ ab Annalibus diſtinguerentur, in quibus euentus fermè per annos ſingulos breuiter notabantur. & ideo laborum nomine ſignificat res quæ Troianorum annalibus continerentur: quia nimirum infortunijs ferè pleni eſſent. Atque hic ſanè prætereundum non eſt quantopere in re non diſſimili antecellat Homero noſter vates: quod enim memorat de ſe Vlyſſes in III. Odyſſeæ

Aliáque multa præter hæc paſſi ſumus mala quis illa
Omnia vtique enarraret inter mortales homines?
Neque ſi quinquennio vtique & ſexennio hic permanens
Interrogaueris, quæ illic paſſi ſunt mala diui Græci:
Priuſquam tædio affectus tuam ad patriam terram perueneris,

Haud dubie maiore cum grauitate & ſuauitate narrat Aeneas dum ait

O Dea, ſi prima repetens ab origine pergam,
Et vacet annales noſtrorum audire laborum,
Ante diem clauſo componet veſper Olympo.

Commodiùs tamen & verò breuiùs cecinit Homerus in I. quàm in III. his verbis

Omnes verò non ego eloqui poſſum neque nominare,
Quotquot Heroum vxores vidi & filias
Antea enim etiam nox periret immortalis

Suos igitur labores, tuáſque calamitates negat Aeneas breuiter percenſeri poſſe, vt ſibi liceat ei paucis ſatisfacere. Mox verò, quoniam tria Venus fuerat percunctata, ſingulis re-
290 ſpondet Aeneas; ita tamen vt primo loco ijs ſatisfaciat quæ in ſecundo quæſita fuerant verbis illis

——Quibus aut veniſtis ab oris?

& ideo ait

Nos Troia antiqua (ſi veſtras fortè per aures
Troiæ nomen iit) diuerſa per æquora vectos,
Forte ſua Libycis tempeſtas appulit oris.

vbi ſtrictim attingit nauigationes & errores, quos Troiani Ilio ad Libycas vſque oras obierant: mox primæ ſatisfacit percunctationi pergens.

Sum pius Aeneas, raptos qui ex hoſte penates.
Claſſe veho mecum, fama ſuper æthera notus.

vbi non ſolùm docet quis eſſet, & indicat qui tandem, quod primò quæſierat Venus, verùm etiam aliqua ex parte quid rei gereret, cum raptos penates veheret claſſe. quod enim modeſtæ percunctationis fuit reticere (alioquin comicum fermè illud in eam Virginem intorqueri potuiſſet, tantúmne tibi otii ab re tua eſt, alienas vt cures?) id perhumanæ reſponſionis fuit pandere, & eâdem humanitate indicat ſibi ſocios eſſe, nautas, claſſem, etſi vnò tantùm comitatus ſocio peruagaretur ſyluam. Denique tertiæ petitioni reſpondet qua mater quæſierat quò tenerent iter, (fuerat verò hæc ad extremùm reiecta vt naturalis ſeruaretur ordo) aitque

——Italiam quæro patriam.

quibus addit ſtatim & genus, quot nauibus, quibus auſpiciis ſoluerit, quot item naues è tẽpeſtate receperit, tum alia quædam vnde illam tum vberiùs de ſe inſtrueret, tũ inprimis
291 ad commiſerationem inflecteret. & huc in primis pertinet quod ait ad extremum

Ipſe ignotus, egens, Libyæ deſerta peragros
Europa atque Aſia pulſus.

hæc Aeneas. Quæ tamen tripartitam afferunt dubitationem. cur enim ait

——(Si veſtras fortè per aures
Troiæ nomen iit)

Tripartita dubitatio.

cum Deam ſe alloqui & credat & profiteatur? deinde cur ſibi ipſe pii tribuit laudem? aut (quod audacius videri poteſt) de ſe ait

——Fama ſuper æthera notus?

Denique cur ſe Libyæ deſerta peragrare ait, cum antea docuiſſet quidem Venus eum de

de regione cum diceret,

Punica regna vides, Tyrios & Agenoris urbem.
Sed fines Libyci——

Reſpondetur. ſed tamen nihil minùs quàm deſerta eum in loca veniſſe indicaſſet? Quamquam illud interiecit Aeneas.

——Si ueſtras fortè per aures
Troiæ nomen ijt?

quia Venus paulò ante diuinitatem, vt diſſimularet ac celaret, dixerat

Haud equidem tali me dignor honore.

ſtatímque, vt Tyria Virgo haberetur, addiderat

Virginibus Tyrijs mos eſt geſtare pharetram
Purpureóque altè ſuras uincire cothurno.

itaque Aeneas ne videatur non illi aliquo modo habere fidem, eam tanquam Virginem Tyriam alloquitur ferè. etſi, quoniam Venus non explicatè omnino & apertè negarat ſe Deam eſſe, ipſe verò fortaſſe adhuc in priore ſuſpicione perſeuerabat, Deæ illi nomen impertiri non dubitat. Se verò pium ipſe appellat, quin ſuper æthera notum, partim Homeri 292 hoc eſt celeberrimi Poëtæ exemplo, apud quem Vlyſſes, cum alia de ſe prædicat, tum ſuã famam ad ſydera tollit (& eodem modo apud Macrobium ij ſe excuſabant qui diuerſæ ætatis homines in colloquium adduxiſſent, quia ſcilicet Plato, hoc eſt optimus Philoſophus, id feciſſet) partim quia neceſſitas ferè cogeret in tanta calamitate; præſertim verò vt cum audiſſet Tyrios eſſe intractabiles, ſaltem nobilem hanc virginem ad clementiam flecteret, & eius illud ope præſidij aliquid & adiumenti impetraret: in re enim propemodum deſperata nullum præſidium eſt ſpernendum. certè Vlyſſes Nauſiceæ Virginis, quæ ſibi fortè occurrit opera, è ſumma calamitate ereptus eſt. Denique longè differt ſiue ipſe ſponte tuas commemores laudes, ſiue interrogatus. illud enim arrogantiam referat, hoc, ſi cum pudore fiat, ſtudium veritatis, & ingenuitatem quandam. præſertim verò quia ſatius eſt de ſe præclara commemorare cum interrogeris, quàm aut mendacium proferre, aut ſubruſticum ſe oſtendere. Vt omittam Virgilium, perlibenter occaſionem captare vnde ſparſam illam de proditione famam ab Aenea depellat. Et ideo quaſi aliud ageret, hic Aeneã ipſum commodè inducit de ſe dicentem

Fama ſuper æthera notus

Dum verò hac in re Homerum imitatur Poëta noſter, non eſt prætereundum quàm cautè illum quámque meliore induſtria imitetur, ſiquidem dum ait Vlyſſes.

Sum Vlyſſes Laertiades, qui omnibus dolis,
Hominibus carus ſum, & mea gloria cœlum attigit.

Virgilius his prætermiſſis quæ de dolis iactat Vlyſſes, ait ſe raptos ex hoſte penates ſecum deuehere, quod non dolum & aſtutiam, ſed pietatem redolet ac religionem, contra verò illud Vlyſſes

—— Et mea gloria cœlum attigit, eleganter in ea vertit verba
——Fama ſuper æthera notus,

ita vt ſuis penicillis vtatur veriùs quàm alienis. Interim tamen illud obiter obſeruabo turpe videri poſſe Vlyſis aſtum decantandum fuiſſe propoſitum in Odyſſeæ propoſitione, verſutum enim virum ſibi celebrandum propoſuit, ſed multò turpius eſſe Vlyſſem ipsũ de aſtu gloriari, quod facit in præſens dum ſe omnibus dolis inſtructum & profitetur & gloriatur, itaut meritò Virgilius pietatem Heroi affingat ſuo qui canit,

Sum pius Aeneas raptos qui ex hoſte penates
Claſſe ueho mecum——

Ait verò ſe peruagari Libyæ deſerta, quia cum in Sylua ac propterea deſerto in loco verſaretur adhuc, ad commiſerationem ciendam præſtabat ſanè deſerta & ſolitudinem illã., in qua omnia illi ſubſidia deeſſent, commemorare. nam de ſolitudine ſi non a Venere (a qua tamen de regione vniuerſim non de loco illo petierat) fuerat admonitus, at certè ſpectatione ipſa docebatur. Atque hic quidem fides ſit apud authores dum in illud Matre Dea monſtrante viam, Veneris ſtellam intrudunt, quaſi verò Mater ſtella perpetuò viam 293 commoſtrarit filio per diem, donec in Italiam & Laurentum agrum peruenit: quam etiã diſparuiſſe ſcribunt ſtatim atque Laurenti agrum Aeneas attigit. rem enim ego quidem multis oneratam mendacijs arbitror, & verò a Virgilij mente alienam. neque enim ita facilè

cilè in Thraciam & alias regiones ab Italiæ curſu deuias nauigaſſet, nec paſſim quò tendẽdum eſſet tantoperè ignoraſſet, nec oraculum frequentare & conſulere coactus eſſet, tantùm abeſt vt ab iis deceptus eſſet dum tamdiu eum hærentem haberent. Denique vt per diem & quotidie Veneris ſtella appareret & continenter ſe ſe oſtenderet, ne iuranti quidẽ Varroni aut Seruio (quãquam hũc ſuſpicor impoſtorem) crediderim. Quod ſi ait Aeneas Matre Dea monſtrante viam, non idcirco ſignificat ſtellam quæ Aeneæ diſcedẽti ab Troia ad Italiam vſque præierit: ſed id ſpectat quod ei contigit dum Anchiſes (id quod in II. cõmemorat) filium Ilio diſcedentem, ſequi recuſaret: tunc enim ſtella repentè apparens, in Idam monſtrauit iter. quorſum igitur ſtellam commentari quæ per diem tot annos Aeneæ iter oſtenderit ſéque præuiam dederit in Latium vſque. Certè Virgilius ad Tertij initium vbi Aeneæ diſceſſum commemorat diligenter, nil minus quàm huiuſmodi ſtellam ducem obſeruat ſed ne ſuſpicione quidem indicat. Vt mirum ſit Chriſtianos interpretes, præſertim verò Iacobum Pontanum eiuſmodi commentum quaſi rem certam commemorare. Ego ſanè niſi id in Varrone bicubitalibus verbis ſcriptũ offenderim, omnino crediderim a Seruio fictum eſſe: ita vt quod verè accidit Liberatori noſtro id ad Aeneã turpi mendacio nec ſine intolerabili amplificatione retulerit. Iam verò propoſitam Aeneæ reſpondentis orationem, cum non modò ad lamẽtationem prouecta eſſet, verùm etiam dolorem præſeferret, haud paſſa eſt Venus produci longiùs: quin in medio dolore, quoniam inter narrandum recruduerat; ſuum illa ſermonem interpoſuit. Et ideo pergit Virgilius

——Nec plura querentem Part. 71.
Paſſa Venus, medio ſic inter fata dolore eſt.

Vbi ſignificat haud paſſam eſſe Venerem vt plura diceret Aeneas, cum iam ſuam calamitatem quereretur, & (quod ſtatim indicat) dolorem non tam frenaret, quàm laxatis habenis, quaſi verò in medijs eſſet ſpatijs, redderet incitationem. ſed iam quid effari placeat Veneri audiamus.

Quiſquis es: haud (credo) inuiſus cœleſtibus auras Part. 72.
294 Vitales carpis, Tyriam qui adueneris Vrbem.
Perge modò, atque hinc te Reginæ ad limina perfer.
Namque tibi reduces ſocios, claſſémque relatam
Nuntio, & in tutum verſis Aquilonibus actam.
Ni fruſtra augurium vani docuere parentes.

Eò rem traducit Venus quò maximè ſpectabat, & cuius gratia filio iamdiu occurrerat: vt ſcilicet eũ Carthaginẽ dirigeret. cum. n. Mercurius ad Tyrios deſcendiſſet, iámque in eorũ pectore clementiã facilè excitaſſet, quidni illuc primo quoque tempore filium diuertere iubeat Venus? Ait igitur, Quiſquis es haud inuiſus, opinor, cœleſtibus viuis qui Carthaginem aduenaſti. vbi ſanè non ait quiſquis es, quaſi verò aut Aeneam eſſe nõ crederet dubitarétue, aut iis, quæ hîc de ſe ab initio protulerat, quippe magnifica ac propè diuina, fidem abrogaret; ſed quia dum ſe puellam ac Virginem, Syluarúmque incolam faceret, neſcia videri voluit rerum in Aſia geſtarum, ac Troianorum, aut certè ſe illarum rerum conſciã fateri aut oſtendere noluit. quare quemadmodum infra cum Troiæ mentionem faceret Ilioneus, Dido, quippe Vrbis habitatrix & Regina, ſtatim reſpondit

Venus rurſus ad filium, quẽ de claſſis docet euentu, & Carthaginem ſubmittit.

Quis genus Æneadum, quis Troiæ neſciat Vrbem?

ita è contrario Virgo venatrix, cum dixiſſet Aeneas

Nos Troia antiqua (ſi veſtras fortè per aures
Troiæ nomen iit) ——

quiſquis es, reſpondet; illud vnum ſpectans vt venatricis Virginis mores exprimeret, & a ſe interim hac ratione Deæ ſuſpicionem remoueret. eò verò libentiùs his vocibus vti potuit, quòd hoc dicendi genere commodè præciditur lõgiori orationi locus & ad rem optatam deſcenditur. Affirmat igitur ſe haud credere illum inuiſum eſſe cœleſtibus qui ad Tyriã
295 peruenerit Vrbem auras vitales carpere (quibus verbis illud Lucretij imitatur æthereus vitales ſuſcipit auras) & ideò perge, inquit, téque hinc Carthaginem atque adeò Reginæ ad limina perfer. quanquam, ne interim in dolore ac mœrore verſaretur Aeneas ſaltem ob ſocios & Claſſem, ſubijcit è veſtigio

Namque

Digitized by Google

Namque tibi reduces ſocios Claſſémque relatam
Nuntio: & in tutum verſis Aquilonibus actam.
ita ſanè tum ſocios reduces atque ab omni periculo reuocatos ac ſummatim incolumes, tum claſſem ex periculis receptam atque a ventis, qui commutati eſſent, in tutam regionem actam, nuntiat. vbi ait quidem claſſem a ventis in tutum actam, quia nondum ſatis compertum haberet num tutum portum iam omnino ſubijſſet & in eo conquieſceret, an verò tempeſtatẽ effugiſſet quidem ſed adhuc nauigaret; fœliciter tamen, in portúmq; properaret. alioquin ſecum ipſe pugnaret deinde Virgilius, qui ex augurio illud colligit,
Haud aliter puppéſque tuæ, pubéſque tuorum
Aut portum tenet, aut pleno ſubit oſtia velo.
ita vt illud *in tutum actam verſis aquilonibus*, ſignificet in tutam regionem fuiſſe impulſam: an verò eam iam attigiſſet ita vt portum ibi ſubijſſet, an verò ad eum iam iam contenderet, non ſtatuat. Sic Venus. Tametſi ne hinc rurſus in Deæ ſuſpicionem veniret Aeneas, quòd ea panderet, aut venatricis puellæ mores minùs tueretur dum rem abditam referaret, addit
Ni fruſtra augurium vani docuere parentes.
quibus hic Aeneæ ſolando ſternit aditum, vt omnem a ſe diuinitatis abigat oſtentationẽ. quanquam ne rem Aeneæ patefacere videatur incredibilem aut arduam, ſed potiùs veriſimilem & cui non ægrè fidem ille adiungat, pergit ſtatim,

Partic. 73 Aſpice bis ſenos lætantes agmine cycnos,
Aethereâ quos lapſa plagâ Iouis ales aperto
Turbabat cœlo: nunc terras ordine longo,
Aut capere aut captas iam deſpectare videntur.
Vt reduces illi ludunt ſtridentibus alis,
Et cœtu cinxere polum, cantúſque dedere:
Haud aliter puppéſque tuæ, pubéſque tuorum,
Aut portum tenet, aut pleno ſubit oſtia velo.

quibus verbis aperit augurium vnde illius Claſſem incolumen præſentiret. Quantum verò elegantia & ſuauitate augurij huius narratio condita eſt, tantùm artificio & induſtria plena videri poteſt. idque duabus maximè de cauſis. prima eſt quia fidei conciliandæ eſt aptiſſima: nam dixerat Aeneas ſe bis denis conſcendiſſe, nunc tamen poſt tempeſtatem ſeptem tantummodo recepiſſe: nec tamen de Orontea meminerat quæ planè perierat. Ergo cum tredecim ſupereſſent quæ requirendæ viderentur, tredecim non bis ſenos cygnos introduxiſſet Venus vbi eum decipere cogitaſſet: cum igitur duodecim tantùm cycnos reduces faciat, ac proinde duodecim tantùm naues deſignet incolumes, augurij veritas Aeneæ, coniectura ſaltem, apparere ſatis poteſt. Altera eſt quia reticet in augurio amiſſam nauem. nam potuiſſet quidem Venus ſignificare ex tredecim cygnis vnum Iouis alite raptum, cæteros euaſiſſe: vnde quod moliebatur adamuſſim expreſſiſſet, ſed tamen ne vulnus refricaret, id reticet. Atque hîc etiam ſine vlla dubitatione Homeri quem imitatur argentum vel potiùs æs in aurum conuertit, etenim Calchas ex paſſerum numero coniectat quot apud Ilium terendi eſſent anni ab exercitu, vbi cum paſſeres nullam planè cum bello aut bellica obſidione habeant coniunctionem, mireris facilè cur Homerus eos delegerit vnde Calchas duceret vaticinium, præſertim verò cum impuri paſſeres & libidinoſi Græcis militibus quibus reſpondent, nihil afferant dignitatis. Contra Virgilius Cygnos aues & nobiles & vaticinio cantúque claras delegit ex quibus vaticinium ducat. Quanquã eò etiam facilè ſpectat vt hinc deinde Aeneas in matris cognitionem deueniat, cum Cygni Veneri dicati ſint. Ita demum quoniam ſatis teſtatum & veriſimile videri poterat augurium, iámque mœror etiam ac timor amiſſæ Claſſis deponendus aut certè leniendus eſt, ſubdit 296

Partic. 74 Perge modò, &, quà te ducit via dirige greſſum.

& vt ſine cunctatione Carthaginem petat ſuadet: tandémque filium relinquit abſcedens. ideò enim ſequitur Virgilius,

Dixit:

Digitized by Google

Dixit: & auertens roſea ceruice refulſit;

Par.75. Ambroſiæque comæ diuinum verticem odorem
Spirauere, pedes veſtis defluxit ad imos.
Et vera inceſſu patuit Dea. ille, vbi matrem
Agnouit, tali fugientem eſt voce ſecutus.

Hic verò, etſi augurium per ſe fidem Aeneę facere poſſet ſatis, placuit tamē matri rem confirmare altiùs tum vt nequid mœroris in filij ſupereſſet animo, vel certè etiam atque etiam leniretur, tum vt omni cunctatione abiecta viam carperet alacer. Igitur cum ea fuiſſet interfata; pedem auertit, vt tum roſea ceruice refulſerit, tum ambroſiæ comæ diuinum vertice odorem ſpirauerint. quæ duo diuinitatis indicia & argumenta videri poterant. etſi enim antea, vel quia ſic conſueuiſſet, (de qua re in 2. & in 7. conſtabit ſatis) *Agnoſcit matrem, Aeneas.*
297. vel quia celeritate cum opus eſſet, omnis retardationis præcidenda erat occaſio, ſe filio pandere recuſauerat: nunc tamen, quoniam retardationis ſuſpicio adeſt nulla, haud cunctandum putauit ſe Deam prodere: quin vt certior adhuc de nuntio fieret, viámque alacriùs carperet, non Deam modò, verùm etiam matrem ſe indicandam putauit. Et ideò vnum adhuc aut alterum argumētum affert vnde agnouerit Deam & matrem eſſe. nam veſtis (inquit) pedes defluxit ad imos, & inceſſu vera patuit Dea. itaque Aeneas ex inceſſu quoque (Homeri nanque veſtigijs inſiſtit Virgilius, apud quem Neptuno inceſſus ab humano diuerſus tribuitur) matrem agnouit. Quanquam quod ſcribit & de roſea ceruice & de ambroſijs comis & de odore vnde Dea patuit, id totum ex varijs Homeri locis acceptum eſt; ita vt quantumuis mira rem expreſſerit elegantia, non parum tamen Homero debeat. Tu loca cū ſint in promptu & varia, ſi vacet conſulas & cōferas. Illud tn̄ ipſe non prætermittā elegantiſſimè Ouidium expreſſiſſe huius loci partem cum caneret.

Omnia finierat, tenues ſeceſſit in auras:
Manſit odor, poſſes ſcire fuiſſe Deam.

Sed redeo ad Aeneam, qui matrem tali fugientem eſt voce ſecutus.

Par.76. Quid natum toties crudelis tu quoque falſis
Ludis imaginibus? cur dextræ iungere dextram
Non datur, ac veras audire & reddere voces?

Conqueritur Aeneas de matre quam crudelem appellat quòd natum ſæpè falſis deluderet imaginibus: quæ voces hoc loco amantis ſunt: nam amantes etiam crudelem appellant eam a qua ſibi vel aſpectū ac præſentiā, vel ſermonem & colloquium, præripi ſentiūt quo gauderent, aut falſa ſpecie, & ab ea quam diligunt diuerſa, ſibi in conſpectū dari. *Conqueritur.*

Porrò autem hîc etiam libenter ex Aenea quærerem aut ex Poëta, quî tandem ſic refulſerit ceruix vt inde tandem liceret Deam agnoſcere: quî comæ diuinum odorem ſpirauerint, aut cur non monſtroſum ſit odorem qui ex concretis corporibus oritur, diuinum facere. Quanquam (quod abſurdius videri poteſt) quî ex inceſſu apparuit Dea ac ſigillatim Venus? *Dubitatur.*

298. Verùm (vt Poëtam tantiſper interim vel tuear vel excuſem, vel explanem) reputandū eſt mortales, vt ſenſibus intermedijs hauriunt cognitionem, res cœleſtes ac diuinas, vno verbo, inaſpectabiles quæque non cadunt ſub ſenſum, ijs affectionibus deſcribere vel adumbrare quæ inter corporatas aut aſpectabiles excellunt, atque has diuinis naturis aliquo modo tribuere. cum igitur inter res aſpectabiles fulgor & ſplendor excellat, ſuauiſſimus quoque odor emineat, ſi non verè, eleganter certè, Veneris ceruici ſplendorem, comis verò odorem & fragrantiam aſcripſit. quo nomine Ouidius etiam cecinit *Reſpondetur.*

Manſit odor; poſſes ſcire fuiſſe Deam.

denique quî conceſſerit Deam aſpectabilē imaginem & formam eámque humanam ſubijſſe, ijs & ceruicem roſeam & ſplendorē & comas ambroſias & admirabilē atque adeò diuinum odorem concedere poſſit non grauatè. Quid plura? Epici poëtæ licentia magna eſt. cum enim illud ſibi vel maximè proponat vt excitet admirationem, vſu receptū eſt vt ad res fermè incredibiles confugiat: tales .n. ſunt paſſim res admirabiles. tametſi, quoniā adhuc veriſimile quoad eius fieri poſſit ſpectādum eſt Poëtæ, hoc vtcunque tueri nititur

Digitized by Google

vel rebus quæ vulgò iactentur, aut ſuſpicione ab aliquibus attingantur, aut denique ob
præſtantiam quam referunt & vnde intelligentiam ſuperant, coargui non faciiè queant.
Potuit verò Aeneas cum veſtem ad imos pedes fluxiſſe cerneret & inceſſum ſpectaret, a-
gnoſcere Deam & matrem, vel quia iam intelligebat habitum illum quem geſtaſſet Spar-
tanæ Virginis more, mentitum eſſe, vel quia aliàs matris inceſſum agnouiſſet, vel demum
quia (id quod continenter indicat) huiuſmodi imaginibus ſæpè a matre exceptus eſſet. id 299
quod eò magis perſuaſum habere potuit, quod augurium illud diuinæ mentis indicium
faceret. Atque ex dictis conſtare quoque poteſt cur dixerit Aeneas

—— Cur dextra iungere dextram
Non datur, ac veras audire & reddere voces?

qui enim perſonam tribuerit humanam Veneri, hic dextram vocéſque ſuo iure tribuat.
Atque hæc etiam pléraque, quemadmodum docere cœperam, fluxerũt ab Homero. Nã
illud: *Quid natum toties crudelis tu quoque falſis. Ludis imaginibus?* extat XI. Odyſſeæ: vbi
quemadmodum Vlyſſes longos cum Anticlea Matre miſcet ſermones; ſic Aeneas Vene-
rem Matrem hoc in loco mutuo compellat colloquio, eóque benè longo: útque rurſus
Vlyſſes a Matre quæ ſibi per vmbram apparuerat, deſeritur, ac propterea in ea erumpit ver
ba, *Mater mea cur me non expectas amplecti cupidum. Vt etiam apud inferos charis circa ma-
nibus amplectentes, Vterque ſæuo ſaturetur luctu?* ſic in præſens Aeneas. *Quid natum to-
ties crudelis tu quoque falſis. Ludis imaginibus? —— cur dextræ iungere dextram, Non
datur, ac veras audire & reddere voces?* Quæ ſanè ſuauitate & elegantia Homero nihil con
cedunt, fortaſſe etiam non parum antecellunt. Sed ab Aenea ad Vatem.

Part. 77.

Talibus incuſat greſſúmque ad mœnia tendit.
At Venus obſcuro gradientes aëre ſepſit,
Et multo nebulæ circum Dea fudit amictu: 300
Cernere ne quis eos, neu quis contingere poſſet,
Moliríue moram, aut veniendi poſcere cauſas.
Ipſa Paphum ſublimis abit: ſedéſque reuiſit
Læta ſuas, vbi templum illi, centúmque Sabæo
Thure calent aræ, ſertíſque recentibus halant.

Carthaginem tendit Aeneas.

Reſumit dicendi munus Poëta, ídque vt nos ipſe rerum quæ geruntur narratione paulò
detineat longiùs, orationémque tantiſper variet ac ſtylum. Ergo cum Aeneas matrẽ in-
cuſaſſet, greſſúſque intenderet Carthaginẽ, ecce tibi a matre vnà cum Achate obſcuro aë
re ſeu caligine (perinde, atq; a Minerua Vlyſſes, de qua re poſtea) circunfunditur & nebu
la, ídque vt ne quis eos vel cernere, vel contingere, vel retardare, vel de aduentus cauſis
percunctari, poſſet: ex quo ſuſpiceris Venerem non tam diſceſſiſſe quàm diſceſſum ac fu-
gam (nam fugientem quoque accuſauit filius) ſimulaſſe; vel fortaſſe, quoniam priùs dici-
tur Aeneas greſſus intendiſſe ad mœnia quàm eum mater concluderet nube, diſceſſit illa
quidem ac properè, itaut ob celeritatem quaſi fugam capeſſere videretur, ſed tamen cum
iam collem aſcenderet Aeneas & in Tyrios incidere poſſet, tantiſper ſubſtitit dum eos nu
be illa contegeret. Quod ſi etiam opinemur antequam diſcederet, nebula illos ſepſiſſe 301
quaſi verò illud

At Venus obſcuro gradientes aëre ſepſit,

iam antea contigiſſet, licet res tunc ſolum a Poëta effertur cũ viæ ſe daret Aeneas, non ma
lè fortaſſe opinemur: ſiquidem voces illæ *ſepſit* & *fudit*, id patiuntur non incommodè. Ita
demum Venus Paphum ſublimis abijt, curru (quod facilè conicctare licet) delata; cũ ſubli
mis abiret & quidem læta (quidni enim lætetur cum a Patre fœlicia fata cognouiſſet, &
filium iam planè tutum ſperaret?) ſuas illa reuiſit ſedes, vbi templum illi extaret, ídque
centũ aris ſabæo thure calentibus, quæq; coronis recentibus odorẽ ſpirarent. Atq; hæc ẽt
ex Homero initium duxerunt omnia. Ac primò dum ait de Aenea —— *Greſſúmque ad mœ-
nia tendit*, Vlyſſem imitatur dum in VII. Odiſſeæ, iter arriperet, & ad Phæacum Vrbem
contenderet. Atque inde etiam continenter acceptum eſt quod ſubijcitur. *At venus
obſcuro gradientes aëre ſepſit. Et multò nebulæ circum Dea fudit amictu. Cernere ne quis eos,
neu quis contingere poſſet, Moliríue moram, aut veniendi poſcere cauſas.*

Tametſi

Digitized by Google

Tametſi id ſanè minùs eleganter expreſſit Homerus, quemadmodum docere cœ-
302 pimus in particula LXIII. quæ res vel ex Germano Homeri Interprete animaduertere licet, qui quantum hîc habet elegantiæ, ferè totum hauſit ex Virgilio, non parum ab Homero diſcedens vt illuſtrior eſſet oratio. Sic verò canit. *At Pallas multo gradientem hîc aëre ſepſit, Ac multò nebulæ circum Dea fudit amictu: Cernere ne quis eum ne quis contingere poſſet, Molirine moram aut veniendi poſcere cauſam: Neu quis magnanimum Phæacum occurreret illi, Obijcerétque illi cauſa conuicia lingua, Quis foret exquirens, cur has attingeret oras?* ſed & illud, *Ipſa Paphum ſublimis abit ſedéſque reuiſit Læta ſuas vbi templum illi, centúmque Sabæo Thure calent aræ, ſertiſque recentibus halant.* De Homero ſumptum eſt dum in Odyſſeæ VIII. canit de Venere, illa verò ad Cyprum peruenit ridens Venus in Paphum, vbi lucus thure odorato Arabico: quæ verba expreſſit amplificauítque Germanus interpres cum alia quædam addens, tum illud ex Virgilio —— *ſublimis abit ſedéſque reuiſit,* vnde venuſtas ſententiæ additur maxima. Interim verò Aeneas vnà cum Achate Carthaginem tendit, ſic enim canit Virgilius:

Part.78 Corripuere viam interea, qua ſemita monſtrat.
Iámque aſcendebant collem, qui plurimus Vrbi
Imminet, aduerſáſque aſpectat deſuper arces.

Vbi dum viam corripiunt quà ſemita iter monſtrat & ad Vrbem ducit, iámque aſcendūt collem qui plurimus imminet Vrbi (a Meridie nāque vnde aduentabant, interiectus eſt collis qui tria millia paſſuum ſe ſe fundit in longitudinem!) iam oppoſitas inde reſpiciebat arces quæ ſe ſe extollerent. Sic ſanè è ſylua egreſſus Aeneas, iam iam ſubibit Vrbem. Interim crediderim Poëtam dixiſſe collem aduerſas aſpectaſſe deſuper arces, vt conſtaret eas arces eſſe ſublimes, ac ſuperbas: cum enim collis plurimus immineret Vrbi, & tamen arces ſpectaret deſuper aduerſas, neceſſe eſt vt magnoperè attollerentur.

303 Sed Aeneæ præſto ſimus, qui Vrbem iam iam attingit: & Sextam huiuſce libri partem, quam Vrbi adſcripſimus, explanemus. ſic igitur Virgilius, *VI. Huius libri Pars.*

Part.79 Miratur molem Aeneas, magalia quondam:
Miratur portas, ſtrepitúmque, & ſtrata viarum.

Expectet verò fortaſſe aliquis vt hîc apologiam pro Virgilio inſtituam, dum in admirationem adducit Aeneam: quaſi verò non poſſit id ei non vitio verti, cum ab ignorantia proficiſci cenſeatur. & ſanè quemadmodum ſapientis eſt nil mirari, ita inſipientis videri poſſet aut certè non ſapientis admiratione affici atque percelli: id quod Aeneæ contigiſſe dixeris dum hîc iteratò eius admiratio commemoratur: infra etiam renouatur dum de illo canitur *Dubitatur.*

Artificúmque manus inter ſe, operúmque miratur.

Quid plura? tam ingens denique illum admiratio ſubit, vt ſtuporem quemdam contrahat, ac Poëta proinde cogatur illud canere,

Hæc dum Dardanio Aeneæ miranda videntur,
Dum ſtupet, obtutúque hæret defixus in vno:

Certè idcirco ait Ariſtoteles ab admiratione initium duxiſſe philoſophiam, quòd cum priſci illi mortales rerū cauſas ignorarent, ac propterea admiratione occuparentur, (id quod eam ignorantiæ fœtum eſſe ſatis indicat) ſe ſe ad cauſas illas inueſtigandas referrēt: & hinc eſt vt Iris a Poëtis, quin a Platone etiam, Taumantis, quæ admirationem ſignificat, filia diceretur. cum enim Iris ob ſui pulchritudinē hominum oculos in ſe conuerteret, continētérque vt talis ac tantæ colorū varietatis ac pulchritudinis cauſam ignorabant, magna admiratione caperentur, hinc fabulæ fuit locus vt Iridem Taumantis filiam appellarent: atque idem illis certa quadam ratione in ijs contingebat quorum cauſas ignorabant; ita vt
304 ignoratio ſit admirationis Mater, & huc ſpectans cecinit Poëta ille

Nil admirari propè res eſt vna Numici
Soláque quæ poſſit facere & ſeruare beatum

& illud

Fœlix qui potuit rerum cognoſcere cauſas.

& iure quidem ex cauſarum enim cognitione oritur ſcientia, ex qua ignorationem admirationémque depellentes, eo beatæ vitæ genere fruimur quod in contemplatione poſi-

Digitized by Google

Reſpondetur. tum eſt. Rectè. Sed tamē ſi rem accuratiùs æſtimemus, intelligemus nil admirari eius eſſe qui ſumma excellat ſapientia, ac nullius ſit rei neſcius: quod in Deum cadit vnum. itaque nil mirari non hominis eſt, ſed Dei. Quare & Vlyſſes quin prudentiſſimum fingi volunt, Phæacum Vrbem miratur apud Homerum, & Socrates qui ab oraculo ſapientiſſimus dictus eſt, non ſemel miratur apud Platonem, & Cæſar, hoc eſt bellicæ prudentiæ laude clariſſimus, hoſtium, turres & munitiones admiratur apud Gallos. Deniq; ſi ea quæ ſcimus teſte Ariſtotele, ſunt minima pars eorum quæ ignoramus, neceſſe profectò eſt vt ignoremus quamplurima, ac proinde ſi ex cauſarum ignoratione oritur admiratio, numquam ſatis eam deponere liceat mortali. Sed clauſula hæc ſit, dum non perpetua aut frequens eſt alicuius admiratio ſed rarior, nihil eſt quod ei detrahat quicquam: præſertim ſi res quam admiratur, ſit noua, inaudita, inuſitata: cuiuſmodi fuit amplitudo Carthaginis, quæ, ſi Liuium audias, ad tria & viginti millia paſſuum ſe ſe fundebat latitudine, ſi Strabonem, *li. 17.* muro cingebatur ſexaginta ſtadiorum ſupra trecenta: ita ut tum Vrbis moles (præſertim cū facilè reputaret ibi quondam magalia fuiſſe, niſi tamen id velis a Poëta ex propria perſona interponi) tum portarum ac viarum multitudo, tum opificum numerus variíque opifi- 305
cii ſtrepitus, in tam vaſta Vrbe quæ vno eodémque tempore ſtruebatur vndique, non potuerit non iuſtam admirationem afferre. Quid quod admiratio interdum non ignorationis ſed approbationis eſt index & argumentum? neque enim inuſitatum eſt vt quæ ob pulchritudinem & excellentiam aut raritatem probamus, ea quodam admirationis ſenſu & affectu qui ex conſtanti approbatione oritur, proſequamur. denique vt res peregrina, nobilis, inaudita, etſi ſuam illa cauſam in promptu habeat, admirabilem appellamus, ita interdum rem peregrinam aut inſolitam vel excellentem (id quod ſigillatim de picturis accidit quas admiratur & ſtupet ob excellentiam, egregiámque rerum Troianarum imitationem) admiratione deſignamus. vt propterea vel quia interdum rem aliquam admirari liceat etiam cordatis viris, vel quia admiratio approbationē ſignificet, omni culpa Aeneas ac Virgilius eximendus ſit. Neque verò propoſitus locus caret imitatione. Vt enim de Vlyſſe cum ad Phæacum Vrbem perueniſſet, canitur in VII. Odyſſeæ.

Miratur autem Vlyſſes portus & naues æquatas,
Ipſorúmque Heroum inſulas & murum longum,
Sublimes valles munitas, mirabile viſu.

Sic in præſens de Aenea cum Carthaginem a proximo aſpiceret canitur

Miratur molem Aeneas, magalia quondam:
Miratur portas, ſtrepitúmque & ſtrata viarum.

atque hinc ſanè licet etiam animaduertere cur è veſtigio ſic pergat,

Part. 70.

Inſtant ardentes Tyrij; pars ducere muros,
Molirique arcem, & manibus ſubuoluere ſaxa:
Pars optare locum tecto, & concludere ſulco.
Iura, magiſtratúmque legunt, ſanctúmque ſenatum
Hîc portus alij effodiunt: hîc alta theatris
Fundamenta locant alij: immanéſque columnas
Rupibus excidunt, ſcenis decora alta futuris.

Carthaginis opera vrgentur ſtrenuè. vbi miram opificum operúmque tum priuatorum tum publicorum deſignat varietatem, quæ ſimul magnifica videri poſſent, Itaque Poëta ipſe, vt ſe ſe explicet ſemel in tanta rerum multitudine ac varietate, ad ſimile cōfugit, quod non minus admirationis 306
habet propter ſummam varietatem & artificium. de quo tamen ſimili dicam, ſi priùs vnū obſeruauero in enumeratione Vrbis propoſitæ. nam priùs ea percēſentur quæ ad publicā tutelam & ſecuritatē ſunt neceſſaria, cuiuſmodi ſunt muri & arx: tum quæ ſunt neceſſaria ad priuatum vſum, cuiuſmodi ſunt domus: quibus deſignatis, ea indicantur quæ ad iuſtitiam adminiſtrandam ac publicas res conſultandas pertinent. hinc ad ea pergit quæ multò minùs neceſſaria ſunt, ſed tamen Vrbis amplitudini & opulentiæ conducant pluri-

Digitized by Google

plurimùm: huiuſmodi eſt portus, hic enim multas ac magnas commoditates affert Vrbibus, ita vt quæ portu caret Vrbs, ea minùs fœlix videri ſoleat atque opportunitatibus multis careat. ad extremùm ea commemorat quæ ad ornamentum attinent aut voluptatem; talia ſunt theatra, ſcenæ & ſiquid huiuſmodi. ita vt Virgilius miro artificio in ijs enumerandis vſus ſit. & huc etiam pertinet quòd non tam ſingula perceſuit quæ ad ordines propoſitos reuocari poterant (id enim immenſi operis eſſet ac permoleſti) quàm ordines ſingulos: a primo & vitæ pernecеſſario ad imos & voluptati accommodatos deueniens: ac res cuiuſque ordinis vno aut altero exemplo, ſed illuſtri, deſignans. vnde quiſque de cæteris per ſe coniecturam faceret. Nunc ad ſimile, quod ſubijcitur his carminibus.

Part. 81 Qualis apes æſtate noua per florea rura
Exercet ſub ſole labor, cum gentis adultos
Educunt fętus: aut cum liquentia mella
307 Stipant, & dulci diſtendunt nectare cellas:
Aut onera accipiunt venientum, aut agmine facto,
Ignauum fucos pecus a præſepibus arcent:
Feruet opus, redoléntque thymo fragrantia mella.

Apes comparat huiuſmodi ſimili cum Tyriis, vt harũ induſtria & opificio opificia induſtriámque declaret Tyriorum. Neque verò inſimulandus eſt Virgilius quòd egregijs Tyriorum operibus illuſtrandis & augendis minuta hæc & exigua adhibeat animalia. Si enim muſcas proferret, quod interdum facit Homerus eas cum Græcis conferens, fortaſſe non temerè inſimularetur: ſed cũ ad apes confugiat, quæ induſtria & artificio ſunt maximæ, aptè cum Tyrijs hoc tempore conferuntur. Denique idcirco apes dicuntur operoſæ & argumentoſæ, vt eximia & varia illarum deſignetur induſtria: verè enim in ijs Naturæ ars receptui canit. nam & Regius in illis dominatus, & Reſpublica ac Senatus; quaſi verò Ariſtocratia in illis cum Monarchia copuletur, (id quod nos in polytica quadam diſputatione proſequimur quàm & Regno & Ariſtocratia Italicè conſcripſimus) & rerum æqualitas, itaut fœtus etiam communiter alant, & huiuſmodi alia obſeruantur plurima, quæ admirationem habent maximam. Atque hic quidem non ab re item obſeruetur, ſimile aliquando ſic applicari, vt quod inde ſuſcipiebatur declarandum, è veſtigio ſubijciatur & in medium afferatur. ſic ſupra cum caneret,

Ac veluti magno in populo, cum ſæpè coorta eſt
Seditio, ſæuitque animis ignobile vulgus:
Iámque faces & ſaxa volant: furor arma miniſtrat;
Tum pietate grauem, ac meritis ſi fortè virum quem
Conſpexere, ſilent: arrectiſque auribus aſtant.
Ille regit dictis animos, & pectora mulcet;

ad extremum ſubiicitur

Sic cunctus pelagi cecidit fragor, æquora poſt quàm,
Proſpiciens genitor, cœlóque inuectus aperto
Flectit equos currúque volans dat lora ſecundo.

& rurſus cum augurium ex ſimili, a cycnis videlicet, deriuaſſet, canens

308 *Aſpice biſſenos lætantes agmine cycnos*

& quæ ſequuntur, ſubiecit ſtatim,

Haud aliter puppéſque tuæ, pubéſque tuorum
Aut portum tenet, aut pleno ſubit oſtia velo.

interdum reticetur id totum & audientis iudicio committitur. id quod accidit in præſentia, vbi non ſubiicitur ſic Tyrii, vel haud aliter Tyrii, aut quid huiuſmodi, ac ſummatim ſimile Tyriorum non applicatur operibus. quod tamen hîc, quoniam modò Tyriorum opera, quæ apum ſimili declarantur, commemorauerat, fit non inuenuſtè. Iam verò de apum opificiis quæ hoc in loco a Poëta commemorantur, ſigillatim dici poſſent multa. Sed tamen vel quia copioſiſſimè in poſtremo Georgicorum hoc explicatur argumentum, vel quia eò ſummatim ſpectat vt opificum induſtria operúmque varietas, vtriuſque denique multitudo, deſignetur, non faciam longiùs. illud tan-

Nobili res explicatur. ſimili.

Digitized by Google

tùm dicam tam eleganter apum opera hîc deſcribi a Virgilio ac tali ordine & artificio, vt huiuſmodi deſcriptio illo digna videri poſſit qui de apibus tam egregiè cecinerat. Nos interim admirabilem illam apum induſtriam & ſolertiam animo reputemus, vt nobilem operum varietatem, multitudinem, ordinem, gradus ad Tyrios referamus: nam hæc omnia quoquomodo ad Tyrios referre licebit dum mœnia, arces, domos, & cætera ædificia extollunt & fabricāt. Manauit autem propoſita apum comparatio ab Homero qui in 2. Iliados confluentem militum multitudinem cum apibus contulit ſic canens

Sicut examina eunt apum frequentium
Petra excauata ſemper recens venientium
Racematim volant ſuper flores vernos
Hæ quidem huc confertim volant, aliæ autem illuc:
Sic horum gentes multæ a nauibus & tentorijs
Littus ante immenſum procedebant
Confertim in concionem ——

Quanquam vt illam Virgilius alio tranſtulit nimirū ad opifices (id quod multò aptiùs fit cum vtrinque operoſa multitudo exprimatur) ſic opportunè dilatatur, itaut apū opificium deſignetur ferè totum. quod ſanè illo videri poteſt digniſſimum qui de apibus tam præclarè ſcripſerat antea. Iam verò cum ingentem opificum multitudinem atque operis magnificentiam animaduertiſſet Aeneas iurè inducitur ſic exclamans.

Partic. 82 O fortunati quorum iam mœnia ſurgunt:
Aeneas ait ——

Ad Vrbē accedit Aeneas, in quam ſe nube infert ſeptus.

quibus verbis tum ſpectat Tyrios quibus iam ſeſe attollerent tantæ vrbis ædificia, tum ſe ipſum qui ab Latio longiùs aberat, & in Libya periclitabatur, tantùm abeſt vt quam ſperauerat Vrbē, conderet; ac mœnia & ædificia extolleret. & tamen profugi & extorres fuerunt quoque Tyrij, tempeſtatem item iactati, & in Libyæ arenas delati, ita vt præſens Aeneæ exclamatio

O fortunati quorum iam mœnia ſurgunt, 309

emphaſim habeat magnam.

Redit verò ad narrationem Virgilius, & de Aenea item loquens, inquit.

Partic. 83 —— Et faſtigia ſuſpicit Vrbis.
Infert ſe ſeptus nebula (mirabile dictu)
Per medios, miſcétque viris: neque cernitur vlli.

Ex quo intelligitur Vrbem & faſtigiatam fuiſſe, ita vt in medio facilè immineret, & ad hanc partem iam oculos conijcere potuiſſe, facilè etiam appropinquaſſe, ita vt iam vrbe ferè tota nebulæ præſidio munitus progrederetur, ſéque paſſim admiſceret viris — nam iamdiu fuiſſe Vrbem ingreſſum non facilè affirmarim. etſi enim cum paulò ante Aeneas admiraretur ſtrata viarum, ſuſpicari licet, ingreſſum fuiſſe Vrbem, verumtamen probabilius eſt huiuſmodi ingreſſum deſignari verbis iſtis.

Infert ſe ſeptus nebula (mirabile dictu)
Per medios, miſcétque viris ——

ita vt è colle, quoniam imminebat, ampliſſimas illas vias inſpiceret ac miraretur. Atque hîc etiam ſe ſe offert Homerica imitatio: nam quemadmodum Homerus in 7. priùs induxit Palladem quæ caligine circumſepſit Vlyſſem, tum paulò poſt hūc inducit qui Vrbem ingrediens, caliginis præſidio inaſpectabilis ingreditur, & ideo canit

Hunc certè Phæaces inclyti nauigandi non nouerunt
Vadentem per vrbem per ipſos: non enim Pallas
Sinebat pulchricoma veneranda Dea, illa ei caliginem
Diuinitùs immiſſam infudit bene volens in animo.

Sic apud Virgilium Aeneas priùs a matre munitur nebula, ac poſt paulò Vrbem ingreditur, vnde canitur

Infert ſe ſeptus nebula (miſerabile dictu)
Per medios miſcétque viris: neque cernitur vlli.

Iam verò quoniam eò conieceràt mentem Virgilius vt Aeneam cum Didone in colloquium adduceret, vt tandem afflictis Troianorum rebus proſpiceretur, ecce tibi nobile tem-

Digitized by Google

templum deſcribit in quo cum Didone congrediatur Aeneas. Ait igitur

Part.84 Lucus in vrbe fuit media, lætiſſimus vmbra,
Quò primùm iactati vndis & turbine Pœni
Effodere loco ſignum, quod regia Iuno
Monſtrarat, caput acris equi: ſic nam fore bello
Egregiam, & facilem victu per ſecula gentem.

Cur huc reiecerit Templi ædificationem.

De luco vbi ædificatum eſt templum, deque auſpicijs condendæ Vrbis.

Demiratus ſit fortaſſe aliquis ſic a Virgilio vrbis quæ conderetur, partes fuiſſe deſcriptas, vt de templis, quæ maximè omnium requiruntur, ne verbum quidem fecerit: itaque mœ
310 nia, arces, portas, vias, domos, portus, theatra, ſcenas cōmemorauit, templum tacitus prætermiſit. ſed in priuatum locum (fortaſſe ne miſceret ſacra profanis) & opportuniorem, templi ædificationem reiecerat, ad quam nunc deſcendit. Quanquam a luco incipit, in quo Templum ædificatum & Iunoni dicatum eſt. ait igitur in Vrbe media fuiſſe lucum lætiſſimum vmbra, & egregium, & ad hunc primò delatos fuiſſe Pœnos cum tempeſtate iactarentur & in Libyam propellerentur. hîc igitur primò, cum vrbem condere decreuiſſent, locum effodiſſe quem regia monſtrauerat Iuno, & acris equi caput inueniſſe, indéq; augurium cœpiſſe, nimirum

—— *Fore bello*

Egregiam, & facilem victu per ſecula gentem.

De qua Tria obſeruantur.

I.

vbi ſanè tria ſunt quæ obſeruari velim. primum eſt Iuſtinum ſcriptum reliquiſſe bouis caput primò inuentum, *quod* (inquit) *auſpicium quidem fructuoſæ terræ, ſed laborioſæ, perpetuóque ſeruæ Vrbis fuit; propter quod in alium locum vrbs translata: ibi quoque caput equi repertum.* ſic Iuſtinus, qui cum Euſtatio conſentit qui refert ex Dionyſio caput Bouis primò inuentū: ſed ſeruitutis augurium inde verentes, rurſus fodiſſe, & caput equi inueniſse. & reuera, cum ſuperſtitioſo illo ritu vrbē ædificarēt, vt auguria ex belluis captarent, non ineptè laborioſæ vitæ ac ſeruituti addictæ indicium colligebant: aratoni enim & labori a Natura deſtinatus eſt bos atque adeò ſeruituti. denique a Natura ita eſt conformatus, vt oneribus vehendis fictus videatur. itaque Ariſtoteles cum domum ex viro & vxore, parentibus ac liberis, domino ac ſeruo, conſtitueret, affirmare non dubitauit bouem pauperi & agricolæ eſse pro ſeruo. Veruntamen primum hoc augurium omittit Virgilius, & ſecundum, quaſi hoc vnum obtigerit, arripit. nam ideo ait ibi terram effodiſse vbi primùm iactati ſunt, ſiue
311 in ea luci parte inquam primò deuenerunt ac deſcenderunt: ita vt primum augurium ac ſignum ex equi captatum fuerit capite. ſiue enim hiſtoricos ſecutus ſit qui rem ita narrant, ſiue poëtica libertate (id quod maximè ſuſpicor) rem ita concinnauerit, certum eſt bouilli capitis inuentionem cum hoc loco non conſentire. Alterum eſt; Iuſtinum etiam augurium quod ex equi capite cœpiſſent. commemorare dum vaticinarentur populum bellicoſum fore: ſcribit enim caput repertum, bellicoſum potentémque populum futurum ſignificaſſe, atque vrbi auſpicatā ſedem dediſſe: at, quod addit Virgilius,

—— *Et facilem victu per ſecula gentem,*

reticetur a Iuſtino. poſtremum eſt, huius loci verba duplicem nobis ſententiam obijcere: prior eſt. gentem hanc fore victu facilem, hoc eſt facilem quæ vincatur ſeu facilè vinci poſſe. quæ ſententia etſi ſatis obuia & plana quod pertinet ad verba, minùs apta videri poſſit quin repugnans huic loco. nam ſi perſenſiſſent Tyrij hinc portendi ſe facilè vinci ac ſuperari poſſe, minùs fauſtum reputaſſent augurium, imò infauſtum: nam parum profuiſſet bellicoſam inde gentem portendi dum tamen facilè (id enim multis, etſi robuſtiſſimis, eueniſſe conſtat) ſuperari poſſent: ſatiùs enim fuiſſet vt minùs bellicoſa eſſet gens: ſed tamen difficilè ſuperaretur: quemadmodum accidit multis, qui calliditate & prudentia fortiſſimis hoſtibus reſtitere. Quare quemadmodum antea, cum bouis caput effodiſſent Tyrij (ſic enim Iuſtinus & alij) aliò vrbem transferendam ſeu ædificandam putarunt quòd bos ſeruituti addictus eſſet, ac propterea quantumuis operoſus videri poſſet bos ac frugiferus, ſeruitutis ſuſpicione, ſolùm mutarunt, ita in præſentia cum ſe facilè ſuperari poſſe intelligerent, ſolum ædificationémque mutaſſent. Altera ſententia eſt, gentem fore victu facilem, hoc eſt quæ facilem victum haberet, ſeu quæ ad viuendum ſunt neceſſaria facilè ſibi parare poſſet. quæ ſententia inde commodior videri poteſt, quòd fauſtum reddat au-
312 gurium: gens enim portenderetur tum bellicoſa, tum quæ facilè res ad victum neceſſa-

rias

rias aſſequeretur:ſeu facilè & expeditum haberet quicquid pertinet ad victum. itaque iu-
rè ibi ædificaſſent Vrbem. Sed tamen illud obſtaret nonnihil, quòd ægrè fortaſſe intelligi
poſſit qua ratione equi caput augurium offerat facilis victus. neque enim equus inter ani-
mantes faciliùs ſibi parat victum quàm cæteri: fortaſſe etiam difficiliùs quàm alij multi:
itaque bellicoſus equus hominis ope victum aſſequitur. denique (ſi fabulam huc afferre
licet) qui de paſcuis cum coruo certaret equus, hic hominem acceſſiuit vt ceruum expel
leret. vt omittam ſubduram videri poſſe eam loquendi formulam, *facilem victu*, idest quæ
facilè ſibi comparet victum, ſiue quæ res ad victum neceſſarias faciles & expeditas habe-
ret. Dum igitur gemina & anceps ſe ſe offert ſententia, in duas ſeſe partes diſtribuunt In-
terpretes: nam Pierius, Corradus, & alij quidam facilem quæ vincatur, exponunt: qui ta-
men aduerſarijs argumentis vnde eorum opinio euerti videtur funditus. non ſatisfaciunt.
contra verò Seruius, Pontanus, & alij quidam, facilem quæ victum comparet, interpretã-
tur. ſed ne ij quidem dubitationes expediunt. ita vt facilè ſit cuique contrariam ſentẽtiam
refellere, difficile tueri ſuam. Ego verò, vt ingenuè fatear, crediderim Seruium perperam
huc transferre ex hiſtoria prius illud bouilli capitis augurium, quaſi verò a Virgilio per 313
equum, bellicoſa, per bouem fertilis (ſic enim ille) deſignaretur Carthago, ac proinde v-
trumque augurium & hiſtoria illa vniuerſa attingeretur. nam cum canat

Quo primùm iactati vndis & turbine Pœni
Effodêre loco ſignum ——

& quæ ſequuntur, primum illud augurium tum omnino negligit Virgilius, tum fortaſſe
legit nuſquam. denique cum vbi primùm, effodere, inde excepiſſe velit ac probaſſe augu-
rium, nec aliter ſentire potuerit, cum a Iunone monſtratum dicat (quis enim Iunonis ſi-
gnum & augurium contempſiſſet, cum illi vrbs dicaretur?) cúmque bouem omnino reti-
ceat, vt totam illam hiſtoriam & vtrumque illud augurium tum attigerit hoc in loco (qđ
ſcribit Seruius) tum expreſſerit, falſum eſt quàm quod falſiſſimum. ſed & ineptè locũ ex-
plicant Donatus & Aſſenſius: ij enim bellicas copias portendi affirmant: quòd hinc tum
equus, tum facilis victus offeratur, quæ duo ſint magna belli ſubſidia, nam equus non of
fertur quaſi omen bellici ſubſidij, præſertim cum Carthago non eſſet equorum feraciſſi-
ma, ſed vt intelligatur gentem futuram fuiſſe bellicoſiſſimam, &, ut ait Virgilius, *bello*
Auctoris ſententia.
egregiam: longè enim differt eſſe bello egregiam, & habere belli ſubſidia. Quid igitur in
tanta dubitatione ſtatuemus? equidem ſuſpicor Virgilium de induſtria ambiguam vſur-
paſſe vocem, nec ſine admirabili artificio: vt ſcilicet abdita eſſet augurij vis atque ſentẽtia.
augures enim perinde atque oracula obſcuris ſæpè vtuntur verbis. ita fieret vt non rectè
omnino perceptum fuiſſet a Pœnis atque intimè cognitum eiuſmodi augurũ. ſic enim
actis equi caput ad augurium traduxiſſent, vt collegiſſent quidem gentem futuram belli-
coſam, ſed non animaduertiſſent ac ſecum ipſi reputaſſent bellicoſum quoque equum
frenari tandem (de qua re in tertio licebit Poëtam audire & explicare) domari ac vinci. Ita- 314
que per incogitantiam exiſtimarunt futuram quoque facilem victu ac parabilem victum
habituram: quod item in condendis vrbibus magnopere ſpectandum eſt. nam facilem ac
parabilem victum habuiſſe Carthaginem) atque hinc ſanè in eum errorem labi potuerũt
Tyrij) ignorat nemo vel quia frumenti eſt feraciſſima, ita vt Populo Romano deinde ma
ximam frumenti vim ſuppeditaret, vel quia eſt portuoſa, quæ verò vrbes portus habent,
hæ facilè ſibi comparant victum: vel quia mare cui adiacet (peninſula enim eſt Africa) cũ
rerum comportandarum ſuppeditat facultatem, tum piſcium uarietatem & copiam ſub-
miniſtrat. Neque eiuſmodi ſententia ſpernenda eſt, quaſi verò ſubdurum ſit dictu, facilẽ
victu eſſe gentem, hoc eſt facilem habere victum, ſeu facilè ſibi victum parare: nam, vt o-
mittam ænigmata & oracula id habere ut uerbis fatigent mentem ac deludant; ſane faci-
lis victus pro parabili mihi quidem nõ incommodè vſurpari videtur a Poëta: idque uel fi-
guratè (vt ita dixerim; appellaretur enim gens facilis uictu propter facilem & parabilem
uictum) uel propriè, cum uictus pro uita & uitæ ratione a Cicerone ipſo uſurpetur: dum
enim ſcribit Ariſtotelem perſecutum eſſe animantium omnium ortus, uictus, figuras; per
uictus ſignificat uiuendi rationem ad quam cibus inprimis pertinet. Vt omittam verbi ſi
quo geminus & ambiguus ſenſus condatur, id planè habere ut unum planiùs referre poſ
ſit ſenſum. Nec obſtat quòd ex equi capite facilis uictus augurium haud captandum ui-
deatur. nam non ait Virgilius facillimum, ſed facilem. facilis verò uictus & per ſæcula nõ
abeſt ab equo, cum vili eſca & obuia ueſcatur & ſuſtentetur, ac propterea nulla ferè ſit
regio

315 regio quæ non alat equos. Ita ſanè quemadmodum equus, ſic gens illa, facilem habere potuit victum & parabilem. Quanquam tutiùs fortaſſe prior augurij pars ex equi capite deriuetur, poſterior ex regione vbi inuentũ eſt caput illud: ita diceretur *gens bello egregia* propter equinum caput, *facilis victu* propter regionem quæ cum per ſe ferax eſt, tum propter mare & portus parabilem habet victum, ac talis fuiſſe videtur Tyriorum exiſtimatio, tale illorum augurium & vaticinium. etſi reuera (quantum quidem poëta ex euentu fingit atque innuit) aliter fuerat illis captandum accipiendúmque augurium: nimirum gentem illam, etſi equi inſtar ferocem & bellicoſam, facilè vinci poſſe, quemadmodũ idem equus frenatur, domatur, vincitur; id quod ſatis declarauit euentus, cum enim diù Carthaginienſis, ferocis inſtar equi, Romanis inſultaſſet, tãdem a Romanis domitus eſt ac victus. Id quod eò magis crediderim indicatum a Virgilio, quòd dũ Romana vrbs ædificaretur, ac priùs arx Tarpeia conderetur, viri caput inuentum eſſet, (id enim ſaltem vulgo iactabatur ac cenſebatur) vnde augures imperium totius Orbis terrarum portendi affirmarent, quemadmodum declarauit euentus. Itaur, mea quidem ſententia, de induſtria ambiguum illud dicendi genus adamarit quo augurij ambiguitatem oſtenderet. Itaquidem conſtaret Pœnos non ſatis augurium percipiſſe, cũ lateret anguis in herba; cum inquam clam portenderetur eos per ſæcula (verè enim poſt ſexcẽtos annos victi ſunt a Romanis ſuperandos eſſe. At enim ſi ita eſt, Iuno haud obtuliſſet Tyrijs huiuſmodi ſignum: quid enim fortitudinis auguriũ portendat Tyrijs quos tamen domandos ſentiat ac ſubigendos? Acutè. Sed tamen rè ipſa quidem ſecum ipſa facilè reputauit

316 equi caput quemadmodum fortitudinis ita ſeruitutis ſignum portẽdere: primum enim obuium eſt, alterum later. denique id, quantumuis ſuſpicione attigiſſet, pro conſtanti habere haud potuit. & idcirco nil mirum ſi ſcopulum iſtum qui tantopere lateret non declinauit: præſertim verò quod nec fatum mutare poſſet, nec auguriũ omnino tollere. vt omittam fuiſſe in fatis vt faueret poſtea Romanis ac propterea hinc illi aditum quaſi fato quodam relinqui. Sed quoniam de equi capite diximus & quale ſignum eſſet, iam ad Templum ſeſe conuertat oratio.

Par. 85.

Hic templum Iunoni ingens Sidonia Dido
Condebat, donis opulentum, & numine Diuæ:
AErea cui gradibus ſurgebant limina, nexaéque
AEre trabes: foribus cardo ſtridebat ahenis.

Hic, inquit, in luco ſcilicet quem deſcripſit, Templum cõdebat Iunoni Sidonia Dido: ita vt Templi area fuerit lucus, quem deſcripſit. ſed cur obſecro lucum Templo attribuit *De Templo ſigillatim.* pro area? ſuperſtitioſam, opinor, eorum vel ſuſpicionem vel opinionem ſecutus eſt, qui lucos inter res ſacras & religioſas referebant ac templis iungebant, numina etiam ibi colentes, (& hac fortaſſe de cauſa lucis pro templis vtebantur aliquando Germani, teſte Tacito) ac manes inprimis: hos enim inprimis lucos incolere arbitrabantur. & huc pertinet quod in 6. Aeneidos

Nulli certa domus: lucis habitamus opacis,

canit de manibus noſter Vates. Tametſi non eſt quod inficiemur cœleſtibus etiam dicatos fuiſſe lucos. Itaque Iunoni lucum dicatum legimus apud Ouidium dum canit

Monte ſub Eſquilio, multis incæduus annis
317 *Iunonis magna numine lucus erat.*

Quanquam cum incædui eſſent luci, quî fieri poteſt vt hîc cæduus fiat lucus? vt enim area inde exiſtat templi, cæduus euadat neceſſe eſt. nam incæduos fuiſſe conſtat quòd lucus, Silua incædua definitur, quámque ferro temerare nefas eſſet. Ea fortaſſe de cauſa cæduus factus eſt, quòd cædi haud poſſet in profanum vſum, quemadmodum de Silua vſu venire ſolet: at templi ac diuinæ rei gratia non nefas erat aliqua ex parte cædi. Niſi fortè dicas incæduum adhuc ſeruatum, quòd templum propè lucum extructum ſit, non verò in aream ceſſerit templi: quod tamen cum verbis minùs conſentit. Denique probabilius & ſiluam eámque cæduam ibi fuiſſe, ac propterea aliqua ex parte cæſam, vt area & templum excitaretur, reliqua partem templi dicatam eſſe, ac lucum proinde factam & incæduam: ita quidem lucus appellaretur quòd templi ædificatio ſpectatur interim. Denique ea verba.

Hic

Hic templum Iunoni ingens Sidonia Dido
Condebat ——

Multo verò magis ea. *Hoc primùm in luco*, demõſtrant ſiluæ partẽ ſuperfuiſſe quæ, quippe di
cata, luci obtineret locũ. Hoc igitur in luco conditũ fuerat templum: quod mirũ eſt quàm
egregiè celebretur. Etenim a loco celebratur primò, ꝙ in media eſſet Vrbe ſeu huius me-
ditullio, ita vt præſtantiſſimus locus rei præſtantiſſimæ, templo ſcilicet & religioni, ſit at-
tributus: adde quòd opportuniſſimus fuit locus cum vndique in eũ cõmodè liceret con-
fluere. Celebratur etiam a magnitudine, quæ ſanè maieſtatem auget ac dignitatem, præ-
ſertim quòd ingentem multitudinem capiat. Sed & a diuitijs & opulentia celebratur, præ- 318
cipuè donorum: ſiquidem donaria & anathemata ſuſpendebantur & plurima & pretio-
ſa. Denique & ab ædificatrice (Regina enim erat) & a numine cui dicabatur, hoc eſt Iuno-
ne hominum Deorúmque Regina quaéque Iouis ſoror eſſet & coniux, mirificè commen
datur. adde etiam quòd materia & ornamenta tum copia tum pulchritudine excellunt,
ita vt non poſſit Aeneas non hanc admirari quemadmodum conſtabit paulò poſt. Quan
quam ærea quæ hîc commemorantur limina, nexaéque ære trabes, alienaéque fores, ma-
gnificentiam augent. Etſi qui hinc Pantheon exprimi ſcribunt, errant, opinor; Pantheon
enim cum trabes habet nullas, tum deſcendentes non aſcendentes habet gradus. & quã-
uis fieri potuit vt olim Pantheon gradus haberet quibus aſcenderetur (nunc enim deſcen
ditur quidem ſed forte ob ſolum exaggeratum, præſertim propter ruinas vnde Vrbs ſeſe
non parùm extulit) non tamen in ſublime aſcendi potuit, quemadmodum hîc per gradus
aſcenſum indicatur. Denique veteres in celſiore loco plerunque erigebant templa, ita vt
per gradus plurimos aſcenderetur, quod in Pantheon cadere nullo modo potuit.

Partic. 86.

Hoc primùm in luco noua res oblata timorem
Lenijt: hîc primùm Aeneas ſperare ſalutem
Auſus, & afflictis meliùs confidere rebus.

Reditur ad Aeneã qui ſpem cõcipit meliorem.

Quæ res Aneæ ſpem attulit, ac timorem lenijt, ita vt ſalutem ſperare cœperit, & meliùs
confidere afflictis rebus, ſine dubio fuit rerum Troianarum atque adeò Iliaci belli imago:
quod in Templo depictum inſpexerat: id enim quæ ſubijcit, clariùs oſtendunt, quàm vt
dubitari poſſit. Sed tamen illud dubitationem habet, cur hinc ſpem conceperit ſalutis.
multò enim credibilius eſt Didonem eas pugnas exprimi voluiſſe in Græcorum victorias
& gloriam intuentem, vnde Pœni etiam ad res ſtrenuè gerendas excitarentur. Huc acce- 319
dit longè abſurdum videri, Didonem Troianis canere voluiſſe aut potuiſſe, cum victi de-
ceſſiſſent, atque adeò ingenti clade, nec ſine Regni ruina, affecti eſſent: Quid? An non Di-
do eam maximè colebat, quæ Troianos oderat & inſectabatur? ſic ſanè. nihil minùs igitur
ſpectare potuit Dido quàm vt quicquam faueret Troianis dum res Iliacas exprimendas
curaſſet. Quî igitur inde fit vt talem ac tantam ſpem concipiat Aeneas? Itaque huius ſpei
cauſa requirenda eſt: de qua tamen apud interpretes altum ſilentium. An igitur exiſtimã
dum eſt Aeneam, quippe pium ac religioſum, ſpem ex pictura illa concepiſſe, quòd in lu-
co ac Templo ſeſe illi res Troianæ obieciſſent, ac propterea bonum inde omen pro ſua pie
tate accepiſſe? ſanè haud repugnarim: nam ea verba. *Hoc primùm in luco noua res oblata timorẽ
lenijt:* & illud *Hic primũ ſperare ſalutẽ Auſus;* huic fauere videntur ſentẽtiæ. Tametſi, veriſi-
milius eſt ex ipſa Priami ac Troianorum calamitate, atque Ilij excidio, quæ pictura offere-
bat, ſpem concepiſſe. etenim res afflictæ ſuapte ſponte conciliare ſolent miſericordiam. na
tura enim comparatum eſt vt quemadmodum fortunatis inuidemus, ita erga afflictos
miſericordiam exeramus. Id quod regibus inprimis euenire ſolet quibus ob proſperã for
tunam cæteri inuident, in afflicta opem ferunt vt eos ſubleuent. Itaque M. Tullius cũ de
Mithridate rege verba faceret quem Lucullus patrio regno ſpoliauerat, *Hoc iam* (inquit)
*ferè ſic fieri ſolere accepimus, vt regum afflictæ fortunæ facilè multorum opes alliciant ad miſericordiã.
& ideò tantum* (ſubdit) *victus efficere potuit, quantum incolumis non eſt auſus optare.* Hoc igitur 320
ſperat hoc tempore Aeneas dum ſuam ſuorúmque calamitatem afflictámque fortunam
Didoni intelligit eſſe perſpectam: præſertim verò qui nec Mater quicquam narrauerat
vnde Aeneas intelligere poſſet ibi Iunonem coli: neque ipſe Aeneas hactenus quidquam
obſeruauerat, vnde in eiuſmodi veniret ſuſpicionem. Nam locum illum Tyrijs a Iunone
oſten-

oſtenſum fuiſſe, ac proinde templum ibi Iunoni iam condi, narrat quidem Poëta, at Aeneæ, id iam tum cognitum eſſe, nullo modo indicat. ita vt verè quidem in luco timorem lenire ſiue in templo ſpem concipere potuerit ob afflictæ fortunæ expreſſam imaginem, vnde Didonis clementiæ & miſericordiæ ſibi confidendum (nec temerè) iudicauit.

Part. 87

Namque ſub ingenti luſtrat dum ſingula templo
Reginam opperiens: dum, quæ fortuna ſit vrbi,
Artificúmque manus inter ſe, operúmque labores
Miratur: vidit Iliacas ex ordine pugnas,
Bellaque iam fama totum vulgata per orbem,
Atridas, Priamúmque, & ſæuum ambobus Achillem:

Dum Reginæ in templo præſtolatur Aeneas (facilè enim perſenſerat expectari, & affuturam breui) ſingula oculis diligenter perluſtrat. ac primùm admiratur quæ fortuna ſit vrbi, quod eſt, illius proſperitatem ac fœlicitatem: cum Dido ac Tyrij, qui paulò ante in afflicta fortuna verſabantur, nunc tali ac tanta fœlicitate fruerentur. ita quidem Aeneæ admiratio conuenit cum eiuſdem exclamatione illa *Ad Iliacas pugnas Têplo expreſſas deuenitur.*

O fortunati quorum iam mœnia ſurgunt;

ex eodem enim fonte & exclamatio iſta & admiratio deriuatur. ſed & artificum inter ſe
321 manus miratur; quod ſcilicet citra confuſionem omnem, quæ tamen ſæpè cernitur in tãta operum varietate; quin mira conſenſione egregióque ordine, ſuis muneribus operam dent; ac pro ſua quiſque induſtria ſtrenuè vrgeant opus laborem ſubeuntes. Et ideo, quaſi expolitione quadam rem illuſtrans, pergit *operúmque labores,* ſummatim ſignificãs mutuos fuiſſe labores quos illi certatim ſtrenuéque ſubirent. Dum igitur hæc ſpectaret, nec ſine admiratione ſecum ipſe reputaret, *vidit* (inquit Poëta) *Iliacas ex ordine pugnas;* coloribus nimirum expreſſas & picturæ artificio. nam idcirco paulò poſt canitur *Atque animum pictura paſcit inani.* Iurè autem ait *ex ordine,* quia Iliacæ pugnæ habebant initium, medium, finem: ac propterea *ex ordine* illarum initium medium, finem referre debuit pictura: præſertim cum interim in hiſtoriæ ſuccederet locum, ac tacita quædam eſſet narratio. hiſtorica enim narratio id habet, vt rerũ geſtarum euentum ex ordine, ac proinde ab initio per intermedias partes ad finem vſque, percenſeat. Immo verò non deſunt qui affirment picturam uerè eſſe genus quoddam ſeu formam ac ſpeciem Hiſtoriæ; ita vt quemadmodũ verbis & dictione, ſic lapidibus, æreis numis, coloribus, exprimi poſſint rerum euentus: id quod ante litterarum inuentionem factum fuiſſe ſatis conſtat, dum columnis & lapidib. exprimerentur. Quanquam (ſi me audias) perfecta hiſtoria narrationem requirit; ita ut pictura ſit inchoata quædam ac rudis hiſtoria: & ideo ex pictura, niſi ei acceſſerit ſcriptura aliqua, aut in nobis aliunde antegreſſa fuerit earum rerum cognitio, ægrè unquam rerum geſtarum euentus percipiantur ſatis. quis enim obſecro res ab Alexandro Macedone ge- *Num pictura Hiſtoria ſpecies cenſeri poſſit.*
322 ſtas intelligenter inſpiciat, qui nihil antea de Alexandro ipſo audierit? ſed quicquid ſit de hiſtoriæ vi & natura, certum eſt picturam hanc hiſtoriæ ſubire vicem, ita ut debuerit decennale bellum continere: alioquin non ex ordine Iliacas pugnas comprehendiſſet, atque initium (pro ut debuit) medium, finem expreſſiſſet. Itaque neceſſe fuit ut templum eſſet ampliſſimum, atque eius parietes longè ac latè ſeſe funderent, ut tam ingentem rerum geſtarum molem ac decennale bellum comprehenderent: neque enim ea ſolùm complectebantur quæ canit Homerus, ſed quæ (ut dicebam) decennio contigere toto. Homerus enim extremam ferè decennalis belli partem canit: ita ut inſerat quidem obiter multa ex rebus anteactis; bellum totum prætererit. quin ne ipſam quidem Ilij expugnationem ſeu belli finem cecinerit. nam Achillis iram ſibi decantandam propoſuerat tantùm. Ita quidẽ eiuſmodi pictura multò maiore rerum varietate conſtabat ac multitudine: & ideo requirebat ingentem Templi ac parietum amplitudinẽ: præſertim quia pictura breui res perſtringere, præſertim ſi eas intelligenter efferre uelit; haud ualet, quemadmodum ſcriptura: nam habent quidẽ commune nomen, ita ut γραφὴ utraque appelletur a Græcis: habet etiam pictura ut res commodiùs ante oculos ponat. ita ut hypotipoſis in pictura magis eluceat quàm in ſcriptura. ſed tamen rebus perſtringendis minùs idonea eſt pictura, cum imaginibus quæ cerni a nobis debent, res obijciat. Vt mirum ſit potuiſſe templo illo tam ingen-

ingentem rerum molem ac multitudinem commodè exprimi. & tamen pergit Poëta.

Bellaque iam fama totum vulgata per orbem, 323

itaut quemadmodum reuera integrum illud bellum fama ſit diuulgatum, ita totum in hoc templo dicatur expreſſum. ſed hæc Epopœiæ libertas tribuitur, quæ cum narret res, ſeſe facilè inſinuat in noſtros animos. atque adeò decipit audiẽtem, etiam incredibilia intrudens. & ideò id conceditur quidem Epico ab Ariſtotele; Comico & Tragico, quoniã actores inducunt & ante oculos ponunt, non conceditur. Itaque clypeos quidem, tentoria, aulas fingunt Epici quæ immenſa rerum geſtarum aut gerendarum complentur mole: Comici & Tragici nullo modò. Eleganter verò (quantum quidem venditant multi) Seruius *Bella* (inquit) *ſunt totum vulgata per orbem, quia Europa intulit, Aſia paſſa eſt, Africa pinxit.* Quanquã vtinam tam verè quàm acutè. neque verò id affirmo quia veriùs Græcia quàm Europa intulerit, Ilium quàm Aſia paſſum ſit, Carthago quàm Africa pinxerit (hæc enim poëtis largimur facilè) ſed potiùs quoniam reuera nõ quia Europa intulerat (ſic enim loquitur ac ſtatuit Seruius) aut Aſia paſſa erat, aut Africa pinxerat, toto terrarum orbe vulgata ſint, ſed quia fama (vt fit) a primis ad extremas vſque Mundi oras, ac propterea toto terrarum orbe, diuulgauerat. Ergo germana ſententia, & ſententiæ ratio ea eſt; ea bella iam fama toto orbe eſſe vulgata, quia cum ad Afros perueniſſet, qui maximè omnium Ilio erant diſiuncti, liceret colligere toto iam orbe fuiſſe vulgata. & ideò ait *iam fama* quaſi diceret eò etiam illorum bellorum famam perueniſſe, ita vt iam nulla terræ regio ſupereſſet ad quam non peruaſerit. & ideo etiã ſubdit, —— *Quis iam locus Achate*

Quæ regio in terris noſtri non plena laboris? 324

Qui bella illa toto orbe vulgata ſint.

quaſi diceret, regio nulla, nullus locus ac propè angulus, cum Africa etiã plena ſit. Quanquam eò etiam ſpectare potuit noſter Vates, quòd cum Afri eſſent intractabiles (id quod ex Matre didicerat Aeneas, & per ſe ſatis compertum iam habere poterat vbi ſe in Libyã deueniſſe perceperat) & peregrinis infenſi, minùs facilè ad eorum aures peruenire potuiſſent res Aſiæ. quapropter cum perueniſſe videat, colligit iam toto terrarum orbe eſſe vulgata. Et hinc eſt vt Dido tacitè hanc diluere moliretur famam, verbis illis

Non obtuſa adeò geſtamus pectora Pœni,
Nec tam auerſus quos Tyria ſol iungit ab vrbe,

affirmans ſe etiam ſuóſque genus Aeneadum noſſe & Troiani incendia belli. Iam verò, quoniam hactenus ſatis conſtat picturam a Virgilio in Carthaginis ædificatione introductam, præſtat ijs ſatisfacere qui Poëtæ obijciunt picturam per idem tempus non fuiſſe inuentam. Ergo nos neque πρόληψιν hîc agnoſcimus quam huc poëtæ tuendo intrudunt alíqui, neque erratum κατὰ συμβεβηκὸς, ſeu ſecundùm accidens. nam ſcio quidem per anticipationem dici interdum aliqua, vt cum Velinos lacus introducit Virgilius circa Aeneæ tempus cum multò poſt eiuſmodi acceperint nomen. nec me latet ea quæ ex alienæ facultatis ignoratione promanant errata excuſari ab Ariſtotele quòd ſint κατὰ συμβεβηκὸς, ſed tamen Salomonis templum præclaris picturis ornatum fuiſſe conſtat: cum tamen Salomon ducentis fermè annis Carthaginis ædificationem anteceſſerit. ita vt cum pictura ſit Carthagine vetuſtior, dubitatio illa ruat, nec ad perfugia illa declinare neceſſe ſit. Nam ſi dicas conſtare quidem ex multis hiſtoricis Salomonem multò ante Carthaginem floruiſſe; ſed tamen Virgilium Carthaginis ædificationem quingentis fermè annis ante Vrbis ædificationem, quicquid hiſtorici ſcribant, introduxiſſe, ac propterea non videri Carthaginem poſt Salomonis tempus, ſaltem ex Virgilij ſententia extructam; iam vtrum id fecerit Virgilius, & an hac in re errauerit, eſſet inueſtigandum, ac propterea controuerſiæ ſtatus mutandus. quare, ne vos morer, illud ſaltem indicabo, ante Salomonem quoque picturæ veſtigia ſiue inditia reperiri: nam Hebræi picturam multò antiquiorem faciunt. Dũ verò Poëta illius refert picturæ imagines quæ fortaſſe primò ſeſe Aeneæ obiecerant, vel vnde maximè Iliacas pugnas ibi expreſſas animaduerterat, atque ait

Refellitur qui Virgilium reprehendunt quod tam antiquam fecerit picturam.

325

Atridas, Priamúmque & ſæuum ambobus Achillem:

obſeruandum eſt Senecam Epiſtola 105. referre verſum hunc, & legere Atridem non Atridas: ex quo fieret vt non Agamemnonem & Menelaum, ſed Agamemnonẽ tantùm (per antonomaſiam ſcilicet) intelligeret: Virgilius. quibus poſitis Achilles appoſitè diceretur ſæuus ambobus, quia reuera Agamemnonem propter Briſeidem ademptam iniurijs affecit, ac parùm abfuit quin non interfecerit; Priamo quoque, cum Hectoris repeteret corpus, ſæuum ſe & crudelem oſtendit. Atque hanc lectionem eò libẽtiùs probauerim,

Quomodo ſæuus ambobus fuerit Achilles, & quibus.

Digitized by Google

rim,quòd reuera Achilles Menelaó nuſquam ſe oſtenderit ſæuum. Nam quod aliqui addunt,non potuiſſe dici ſæuum ambobus, qui Atridis, hoc eſt Agamemnoni, & Menelao
326 & Priamo itē,ſæuus fuerit id leue eſt.ſiquidē partitio ſaltē eſt bimembris: & ideò ſæuus dici potuit & ambobus & vtriſque(confunduntur enim ſæpè) licet duo illi fratres ſub priore membro continerentur. & ideò qui ſæuum pro forti, & fortem(quaſi verò poſitiuum pro ſuperlatiuo vſurpetur)pro fortiſſimo, accipiunt, & Achillem, vulgata lectione retenta,fortiſſimum Atridarum pronunciari volunt, audiendi non ſunt.præſertim verò quia Virgilius Achillem celebrat nuſquam, ſerum & crudelem deſcribit ſemper. denique Priami qui adiacet,habenda eſt ratio, qui cum tamen Achilles, niſi ob ſæuitiam,conferri haud poteſt.

Part.88 Conſtitit:& lachrymans,quis iam locus,inquit,Achate,
Quæ regio in terris noſtri non plena laboris?
En Priamus: ſunt hîc etiam ſua præmia laudi,
Sunt lachrymæ rerum,& mentem mortalia tangunt.
Solue metus,feret hæc aliquam tibi fama ſalutem.

Magnopere commouetur Aeneas,atque huc illuc affectionibus varijs, impellitur animo dum Iliacas repētè cernit pugnas:nam & lachrymas fundit,& tamen gaudet,ita vt in præmij loco earum pugnarum reputet deſignationem: metum quoque abjicit, ſalutiſque concipit ſpem. Quanquam ad ſpem & lætitiam videntur reuocandi affectus ij omnes & motus:lætitiæ enim fundit lachrymas:cuius rei indices ſunt verba quæ lætitiam ac ſpem continent omnia.nam in luctu etiam,teſte Ariſtotele,lætitia reperiri poteſt,quemadmodum docebo paulò poſt. Ait verò *Sunt præmia laudi,* hoc eſt rebus laudandis, cuiuſmodi ſunt res præclarè geſtæ ac toleranter & ſummatim cum virtute: alioquin laus ipſa, quoniam debetur virtuti,præmij locum obtinet,non præmium expetit. Ac fortè vſurpat laudem
327 pro rebus laudandis vt peregrina magis & recondita ac proinde admirabilis reddatur oratio:nam hinc Epopœiam exornari docet Ariſtoteles. Quanquam ſiquis velit dixiſſe *ſunt præmia laudi*, vt tacitè ſe quoque ipſum quoquo modo indicaret (a laude enim nomen inuenit Aeneas)ſignificarétque ſuæ quoque virtuti præmium præſto eſſe,non repugnarim. Certè dum ſubdit. *Sunt lachrymæ rerum, & mentem mortalia tangunt*, ſignificare videtur inde commiſerationem quandam oſtendi erga labores & calamitates Troianorum.quo fieret vt & ſibi & Troianis hoc præmium extare affirmaret.

Achate Aeneam bono animo eſſe iubet.

Part.89 Sic ait,atque animum picturâ paſcit inani:
Multa gemens,largóque humectat flumine vultum.

Cur obſecro inanem vocat picturam? præſertim verò cum animum (id quod Poëta ipſe non modò fatetur ſed profitetur) paſcat ac nutriat? profectò cum cibus qui corpus nutriat,temerè dicatur inanis, quidni temerè, ac falſò inanis dicatur pictura quæ nutrit animum? Huc accedit quòd nemo id inane dixerit quod ſuum obit munus, ac propoſitum aſſequitur finem.cum igitur pictura inſtruat hominem & erudiat,quod illi maximè propoſitum eſt in finis loco,perperam inanis dicatur neceſſe eſt. Quid? Medicus ſæpè aberrat a fine, ſæpè aberrat Orator,ſæpè etiam Gubernator; ita vt nec ille ſanet, neque alter perſuadeat,nec poſtremus nauem conſeruet. Et tamen ex iſtis culpatur nemo; dum tamen ſuo quiſque muneri, quantum res patitur, ſatisfecerit. Et erit qui picturam inanem vocet,quæ non modò opus exercet ſuum, verùm etiam animum erudiens ac paſcens,finem egregiè attingit & conſequitur? Vt omittam picturam ſæpè altius animos penetrare quàm perſuadat ſermo. Itaque, *Maior eſt imago* (clamarunt aliquando Patres ſanctiſſimi)
328 *quàm oratio*. Denique ſcriptura eruditis magis ſeruit quàm idiotis ac rudibus: pictura & rudes & eruditos inſtruit, & vtriuſque tum memoriæ tum intelligentiæ tum voluptati ſeruit & conſulit. Cur igitur Virgili picturam appellare audes inanem? cur tecum ipſe pugnas, qui quod paſcit, vocas inane? Nam picturam tacentem Poëſim appellari quoque quam tu quidem inanem eſſe pernegares, compertum eſt. Hæc igitur diluenda

Picturam non eſſe dicēdam inanem probatur multis.
I. II. III. IV. V. VI.

nobis eſt dubitatio: præſertim verò quòd cum obuia ſit & in promptu, diſſimulari haud
poteſt ſine crimine. vt propterea mirum ſit apud interpretes omnes mirum hac de re ſi-
lentium . Mihi verò in hanc rem attentiùs intuenti multa occurrunt quibus propo-
Eandem iurè inanē dici oſtenditur. ſita ſententia defendi , ac Poëta ab omni crimine liberari, poſſe videatur. Ac primùm,
certum eſt picturam ſimulacra quædam imaginéſque referre,ac propterea non res veras
continere,ſed ad ſummum rerum verarum,hoc eſt exemplorum & idearum,imagines et
ſimulacra.ex quo fit vt huiuſmodi imagines,ſi cum exemplis & rebus veris ac ſolidis con
ferantur,inanes appareant,& inanes proinde non immeritò appellentur. Denique pictura
II. ab vmbra duxit originem:vmbrâ verò nihil inanius:qui igitur picturæ initium reputet, is
picturam quoque inanem:& caſſam appellet non iniuria. Ac profectò inde orta eſt pictu-
ra,quòd cum homo, equus , aut aliud huiuſmodi corpus ſolidum & opacum ſeſe ſoli &
inuniuerſum luci obijceret , vmbra repente inde proijciebatur ac gignebatur , qua illius
corporis figura & imago quædam effingebatur . itaque priſci mortales animantis vmbrā
illam certis quibuſdam lineis concludentes,ſeu oblatam figuram deſcribentes, vmbræ il-
lius & figuræ,alioquin fluentis,imaginem conſeruabant:& hinc eſt vt adumbrare dicerē-
tur.Quare,*Non eſſet pictura* (inquit Quintilianus) *niſi ij fuiſſent,qui corporum quæ ſoli opponebā-*
tur figuras atque vmbras lineis expreſſiſſent . Et hinc eſt vt cum colores multò ſeriùs inuenti
ſint quibus adumbratæ illæ imagines exprimuntur & illuminantur, diù vmbris vnis ſeu 329
deſignatione contenta fuerit pictura . Huc accedit quòd pictura , ſi cum ſculptura,quam
III. appellant conferatur, verè inanis cenſenda eſt . Sculptura enim corpus ſolidum & trinam
dimenſionem habet pro campo in quo ſe exerceat:itaque ferro ſeu cœlo ſolidum ac pro-
fundum peruadit corpus ac tractat:pictor ſuperficie concluditur, ita vt profonditatē quā
vocant;ſeu altitudine qua ſolidum gignitur corpus, excludatur.ita quidem ſi cum ſcul-
ptura ſeu cœlatura conferatur quæ ſolida eſt,inanis vocari poteſt. Et hinc eſt vt cœlator
(vt id obiter & quaſi parergon attingam)detrahendo, pictor addendo , opus conficere di-
catur: ille enim æs aut lapidem vel quid huiuſmodi ſic ſculpit ac cœlat vt cœlum ſeu fer-
rum figat altiùs ac materiam euellat, ita vt detrahendo cœlet ac fingat : pictor leuem ſu-
perficiem attingit ac veluti linit , colores aut lineas inducens imponénſque tabulæ vnde
addendo pingit. Atque hanc geminam artem phrygium opus fermè coniungit ſiue expri-
mit.in hoc enim ex ſerico aut tela detrahitur aliquid,aliquid etiam additur, ita vt ex ſcul-
ptura & pictura conflari quodāmodo videatur. Itaque,vt ad rē redeam;pictura inanis eſt,
ſi cū ſculptura aut ēt cum phrygio opere conferatur. Idē dixerim ſi pictura, quoniam ta-
IV. cens Poëſis aut muta hiſtoria dici ſolet,cum Poëſi & Hiſtoria comparetur. Poëſis enim
& Hiſtoria carminis & ſolutæ orationis ope atque præſidijs, altiùs nos erudit & inſtituit:
pictura leuiſſimè. niſi enim auditione aut lectione quædam priùs perſpecta nobis ſint & 330
cognita ex ijs quæ finguntur , vix ac ne vix quidem quicquam intelligamus aut erudia-
mur.Itaque *En Priamus,* inquit Aeneas,quòd Priamum antea de facie cognouerat: alio-
quin minimè agnouiſſet.itaut vacua per ſe ſit picturæ eruditio: etſi enim vbi anteceſſerit
rerum pictarum cognitio,intuētes permouere,poteſt altiùs,præſertim ob hypotypoſim,
& idcirco iurè maior dicitur imago quàm oratio)per ſe tamen, ac citra propoſita præſi-
dia, nullo modo. & hinc eſt vt pictura magis ad reminiſcentiam pertineat quàm ad res
nouas perdiſcendas.etſi ſcriptura aut doctore comite memoriam etiam ac doctrinam gi-
gnit. Ad extremùm,ſi Platonem audiamus,pictura non modò inanis ſed interdum inaniſ
V. ſima cenſenda eſt . Etenim tres vel potiùs quatuor rerum ordines ſtatuit Plato : quorum
primum Ideis tribuit,quas,quippe conſtantes ac ſempiternas,ſcientia comprehendi affir
mat,ac ſola intelligentia. alter tribuitur rebus naturalibus quas a ſummo artifice ex Ideis
expreſſas docet: atque has, quippe corporatas & fluxas, ſenſu attingi ait ac ſolam opinio-
nem gignere.cum enim corporatæ ſint, & contrarijs qualitatibus obuiæ & implicatæ, ac
propterea , quoniam hæ qualitates neceſſariò agunt ac proinde ſemper agunt , in perpe-
tuo diſſidio verſentur,fit ſanè vt perpetuò afficiantur,varientur.commutentur,gignātur,
corrumpantur;nunquam igitur eædem ſunt res naturales , ſed aliæ ſemper atque aliæ : &
idcirco,cum ſcientia ſit rerum æternarum & conſtantium, opinionē inconſtantíq. & ad-
ulterina cognitione percipi quidē poſſunt,ſcientia nullo modo . Atq. hæ res a Platone (vt
dicebā) ſecundo conſtituuntur loco. Succedūt in tertio harū rerum naturaliū imagines,
quæ fingendo aut pingendo exprimūtur.dum.n.cœlū,mons,flumē,ſylua,equus,vel quid 331
huiuſ-

Digitized by Google

huiuſmodi fingitur aut pingitur, fit ſanè vt hæ imagines ab ideis lõgiùs quàm cœlum ipſum ac res ipſæ naturales, diſtent, ita vt conſiſtant in tertijs. imò verò ſi fortè pictor aut ſculptor aliquid fingat aut pingat quod non tam extet in Natura, quàm mente ac phantaſia ipſe excogitet & comminiſcatur, vt hircoceruum, centaurum, & quid huiuſmodi, eiuſmodi opus quarto loco a Platone collocabitur. & idcirco illud appellat icaſticum, quòd ſit imago & ſimulachrum, hoc phantaſticum, quòd ab imaginatione ſeu phantaſia ſit deriuatum. Vt propterea, ſi Platonem conſulamus, pictura tertio, interdum etiam quarto, conſiſtat in loco, & a rebus veris, quas vnas cenſet ideas & expertes corporis mentes, diſtet longiùs. Ex quo fit vt pictura inanis quin inaniſsima cenſenda ſit. ſi enim ne res naturales quidem apud eum rerum verarum obtinent locum, multò minùs id picturæ eſt concedendum. Nam ſi clames falſum & abſurdiſsimum videri Platonicum iſtud decretum; quis enim ferat res naturales & corporatas rerum verarum ordine excludi? quis cœleſtia corpora, quæ ne tantillum quidem variant naturam, a rebus veris arceri lõgiùs? *Dubitatur* Equidem ne aut longum faciam, aut philoſophari ſubtiliùs videar, ſic ſtatuo, ei qui id perneget, hæc quæ ſubijciam eſſe reputanda. Scopulum aut columnam quæ ſoli obijciatur, umbram perpetuò variare: cum enim ſol perpetuò decurrat, fieri nullo modo poteſt, quin vmbra non continenter ac perpetuò varietur: & tamen nemo, quantumuis in *Reſpondetur.*
332 eam diem integrum coniecerit oculos, id ſentiat. nam procedente tempore ſentiet quidem mutationem factam, ſed fieri, nunquam perſentiat. ſic accidit corporatis rebus, quas animaduertimus tandem, varietas, ſed variari non perſentimus. ſic plantæ, animalia & miſta corpora omnia: cum enim contrarijs qualitatibus conſtent quæ ſemper agunt, continenter etiam varientur neceſſe eſt. atque id de cœleſtibus corporibus fatendum eſt ſine vlla dubitatione ſi communem cum inferioribus rebus habeant materiam: ſiquidem quãtum in eis eſt, varientur oportet. Tametſi enim ægrè fortaſſe mutatio vlla percepta ſit hactenus, percipietur fortaſſe aliquando. ſed de cœlo quoniam hoc argumentum in Platonis Timæo proſequimur accuratè, ſatis in præſens. Nos certè (vt de cæteris aliquid ſubijciam) quotidie morimur & tamquam aqua dilabimur: ita vt apud nos vnus hominis animus, quippe corpore vacuus, huic legi non ſit obnoxius. Denique quemadmodum fieri nequit vt bis te in eãdem fluuij mergas aqua (fluit enim) ita nunquam eandem offendas rem corporatam & mortalem. præterit enim vmbræ inſtar atque ſtationem eandem conſeruat nunquam. Oblata eſt aliquando Delphici Oraculi templo nauis quæ pro foribus, quippe anathema & donarium, appenſa eſt: cúmque in dies per partes hinc inde putreſceret & corrueret, curatum eſt vt reſarciretur & inſtauraretur, quòd per partes itẽ factum eſt in dies. cum verò poſt longum tempus vndique & putruiſſe, & inſtaurata eſſet, quæſitum eſt eádémne eſſet nauis an altera: alteram eſſe docebant aliquis quòd primigenia pars ſupereſſet nulla: alij figuram ac formam ſupereſſe dictitabant, vnde videri &
333 haberi deberet eádem. reclamabant illi quòd naturalis forma cum ligno fluxiſſet: ac propterea externa figura artificioſáque forma ſpecie quidem ac ſimilitudine perſeuerâſſet, vna eádémque nullo modo. Idem vſu venit rebus quæ aluntur & in vniuerſum contrarijs corporibus & qualitatibus conflatæ ſunt. ita vt non facilè proſterni poſsit Platonis decretum. Atque hoc nomine Poëtam ſatis defenſum exiſtimamus.

Iam verò quî fit vt dum Aeneas pictura paſcit animum, quod ſine dubio lætitiæ præbet ſignificationem, gemat, ac multa, multum inquam & copioſè, gemat, quin largo humectet flumine vultum? Neque verò id quæro, quaſi verò fieri nequeat vt largo flumine funderet lachrymas (id enim Poëtæ concedimus vberes lachrymas indicanti ac rem amplificanti) ſed quia cum voluptatem ex pictura capiat, nihil eſt cur ingemiſcat & tantoperè ingemiſcat. ſed tamen nihil prohibet quominus vehementem cordis atque animi permotionem cum lætitia tum fletus conſequatur. Certè Epaminondas cum ingenti ſagittæ dolore cruciaretur, maximam etiam lætitiam cepit quòd audierit Clypeum eſse incolumem, nec in hoſtium manus perueniſse. Itaque inter dolorem & lætitiam expirauit. Ariſtoteles quoque in libro I. Rhetoricorum, *In luctu ipſo* (inquit) *& lachrymis ineſt quidem ſenſus voluptatis:* quod ſanè nõ quidem perpetuum eſſe crediderim, ſed contingere aliquando, cum res mœſtæ ſe ſe cum lætis miſcent vel præſentia vel recordatione, & huc fortaſse ſpectauit Ariſtoteles cum pergeret. *nam mœror in eo eſt quòd non adſit: voluptas in eo quod recordetur, & videat quodammodo illam, & quæ ágeret, & qualis eſſet.* Id quod Homeri cõfirmat *Qui fieri poſſit vt Aeneas ex pictura tũ ſpem atque lætitiam tũ dolorẽ perciperet.*
334 teſtimonio, apud quẽ Achilles lætatur Patrochi præſentia (quæ tamen ſibi in ſomnis appa

Digitized by Google

ruerat)& tamen continenter quoque luget. Atque idem cernere licet apud Virgilium in Andromache; cum enim Aſcanium conſpexiſſet quem diligebat, quíque Aſtyanactis filij gerebat imaginem, non ſine ingenti doloris ac lætitiæ ſenſu exclamauit,

O mihi ſola mei ſuper Aſtyanactis imago.
Sic oculos, ſic ille manus, ſic ora ferebat:
Et nunc æquali tecum pubeſceret æuo.

Quanquam lachrymæ quoque ipſæ citra rei iucundæ recordationem voluptatem interdum habent: itaut in acerbitatibus amabiles ſint; præſertim quia conceptus animo dolor tanquam virus vnà cum lachrymis effunditur. Itaque eleganter Ouidius,

——. Eſt quædam flere voluptas;
Expletur lachrymis, egeritúrque dolor.

ſed Poëtam audiamus, qui ad picturam vtcunque ſigillatim diuertit.

Part. 90.

Namque videbat vti bellantes Pergama circum
Hàc fugerent Graij, premeret Troiana iuuentus,
Hàc Phryges, inſtaret curru criſtatus Achilles.
Nec procul hinc Rhœſi niueis tentoria velis
Agnoſcit lachrymans: primo quæ prodita ſomno
Tydides multa vaſtabat cæde cruentus.
Ardenteisque auertit equos in caſtra priùs quàm
Pabula guſtaſſent Troiæ, xanthúmque bibiſſent.

Percurrit quæ Pictura illa obijceret.

Poſtulabat ſanè ratio vt Virgilius, quoniam in templo Iliacas pugnas dixerat contineri quæ ſeſe Aeneæ obijcerent intuenti, earum ſpecimen præberet aliquod: ſpecimen inquã; nam eas complecti omnes immenſi fuiſſet operis. cum enim eſſent decennales, atque ex ordine exaratæ & expreſſæ, ne media quidem Aeneis ſuffeciſſet tot rebus, non dicam pro dignitate canendis, ſed breuiter enarrandis. Certè in ſecundo ſupremos Troiæ labores ſiue 335
vnum excidium canit: & tamen librum integrum in illo occupat. Pauca igitur de multis ſeligit, atque illa, vt par eſt, præcipua, quaéque ſatis indicent Aeneam, quoniam mirificè afficiebatur, & lætitia ſimul ac dolore tangebatur, inde & mœrorem & voluptatem potuiſſe percipere, ſpem etiam (huius enim gratia huc digreſſus erat Poëta) concipere. Ait igitur.

Namque videbat vti bellantes Pergama circum
Hàc fugerent Graij ——

Rem primò attingit quæ & pertinebat ad Troianorum gloriam, & verò commiſeratione quæ ex afflicta fortuna captatur, non caret. cum enim ij in quibus bellica laus ac magna dignitas enituerat, oppreſſi tandem fuiſſent a Græcis, ídque non virtute ſed vi & fraude, quidni commiſerationem excitarent? Quanquam dolorem inde & lætitiam ſimul haurire potuit Aeneas; dolorem quòd eos oppreſſos recordaretur, lætitiam quòd illorum tamen fama vigeret quaéque clementiæ faces Reginæ poſſet inijcere. De hac verò Græcorum fuga Homerus legendus eſt libro VIII. & XVII. Iliados. Quanquam apud Homerũ vnus Hector in fugam conijcit Græcos, cum tamen Virgilius Troiana iuuentute fugatos canat quod eſt veriſimilius. Pergit, *Hàc Phryges ——* quod eſt hinc viciſſim fugam capientes apparebant Phryges: quod tamen ne facilè dedecori vertatur Troianis, Achillis fortitudini acceptum refert, & ideo ſubdit è veſtigiò *—— inſtaret curru criſtatus Achilles.* de qua re Homerus libro XXI. interim obſeruandum, potuiſſe Aeneam hinc quoque aliquid lætitiæ (de dolore enim conſtat ſatis) percipere, cum in mentem quoque recurreret facilè ipſum quoque Achillem cecidiſſe tandem & hoſtili induſtria cecidiſſe. Inducitur 336
autem de curru pugnans, quia Priſci illi, præſertim duces ac nobiles, de curru pugnabant cominus miſſilia inde torquentes, donec congrederentur pugnaréntque cominus: quem morem in Turno atque alijs expreſſit Virgilius: & verò Regibus Hebræorum vſitatum ſatis conſtat: ac de Achillis curru, auriga, equis, legere eſt VIII. Iliados. At enim cur criſtatus dicitur? propter criſtatam quam geſtabat galeam. cum enim Vulcanus, Thetide deprecãte, impenetrabilia Achilli arma fabricaſſet, galeam inter cætera aureis criſtis celſam conflauerat: de qua re Homerũ audire licet Iliados duodeuigeſimo. Atq. hic mos inualuit

Digitized by Google

ualuit apud milites, ita vt non ſolùm a Poëtis in Ducibus exprimatur, verùm etiam militiæ colatur: idque vel ornatus gratia (idcirco enim criſtæ decora alta dicuntur a Virgilio, decúſque ſuperbum) vel ad hoſtes terrendos vnde terrificæ hoſtiléſque appellantur: vel denique vt ea ſpecie animus quoque aſſurgat, & idcirco Sylius *inſurgens nitenti cono* de criſtato milite cecinit aliquando. qua in re author (quiſquis ille fuerit) gallinaceum gallum, qui pugnax eſt & criſtatus incedit, imitari potuit. Tametſi fortitudo animi & corporis paranda militi veriùs quàm criſtata galea aut pictus clypeus aut torques aureus: criſtæ enim non infligunt plagas, nec pictura reſiſtit pilis, torques etiam & pretioſa quæque hoſtibus veriùs injiciunt cupiditatem ac bellandi vincendíque ardorem quàm timorem. itaque cum ex Annibale quæreretur num ſatis instructus videri poſſet exercitus qui etſi Florentiſſimus, ditiſſimus tamen apparebat, *ad prædam* (inquit) *ſatis*; ſignificans hoſtes inde acriùs prouocari, terreri nullo modo. Sed ad Rhœſum. hic igitur inducitur a Virgi-
337 lio quòd eius calamitas commiſerationem habeat quidem ac proinde dolorem; ſed tamen ſpem eidem afferat quòd Reginam (vt in afflicta fortuna euenire ſolet) poſſit ad clementiam prouocare. ait verò ſomno proditum, vt extenuet atque adeò occultet Rhœſi culpam. verè enim culpandus fuit quòd excubias non diſpoſuerit quibus ab Græcorum armis inſidiíſque ſibi caueret: denique glorioſius erat pugnando cadere. Hanc igitur, vt dicebam, extenuat culpam. quo fit vt commiſerationi ſit locus. Rhœſus igitur Thraciæ Rex, cum opem ferret Troianis, ac non longè a Græcis inter Troianos poſuiſſet caſtra) in campo enim perinde ac Græci caſtra poſuerant Troiani quoque) & iam iam locũ occupaſſet quem illi Hector attribuerat (nam attribuiſſe canit Homerus in decimo) ita vt niuea illius tentoria, candida inquam, apparerent, ecce tibi prima nocte dum altiùs dormiret, a ſomno proditur: cum enim de via feſſus, quieti, vt fit, ſe dediſſet, ſtatim ab Vlyſſe & Diomede qui de illius aduentu per Dolonem reſcierant, inuaditur, & cum multis interficitur. Et ideo pergit

Tydides multâ vaſtabat cæde cruentus.

Vbi quæri poſſet cur nihil de Vlyſſe. Certè Homerus vtriuſque mentionem facit, Euripides in Rhœſo præcipuam Vlyſſi gloriam tribuit, candémque ſibi apud Ouidium arrogat Vlyſſes ipſe. Sed Virgilius nuſquam Vlyſſis fauet gloriæ. itaque vel ignominioſè de illo meminit, pellacem illum appellans, dirum, ac ſcelerum inuentorem & hortatorem, vel præterit illum tacitè. Quanquam hic eò etiam ſpectare potuit, quòd ab Homero Tydides reuera cecidiſſe illos dicatur, Vlyſſes cadauera peditus abſtraxiſſe, vt inter claſſem ad
338 Rhœſum aperiret viam. Tametſi cum pergat

Ardentéſque auertit equos in caſtra priùs quàm
Pabula guſtaſſent Troiæ, Xanthúmque bibiſſent,

atque id etiam Tydidi tribuat vni, cum tamen eiuſmodi feciſſet ex Homero Vlyſſes peregiſſet vel maximè, ſatis conſtat quicquid Vlyſſis contineat laudem, id omne a Poëta libenter reticeri. ſed cur tam minutè quædam commemorat noſter Vates? nimirũ equos iſtos fuiſſe a Tydide auerſos antequam

Pabula guſtaſſent Troiæ, Xanthúmque bibiſſent?

quia oraculo didicerat fore vt Rhœſus interfici non poſſet niſi equi illi auerterentur antequam ibi guſtarent, quicquam. & ideo iurè cæſos illos memorat antequam aut pabulum ibi guſtarent Rhœſi equi aut biberent. Sed cur priùs cædem narrat, tum auerſos equos ſi enim cædi rex haud poterat, niſi priùs auerterentur equi, antea interfici nullo modo potuit. Crediderim itaque Oraculum reſpondiſſe non quidem Rhœſum interfici, ſed Iliũ expugnari haud poſſe, niſi priùs auerterentur equi. quorſum enim de Rhœſo oraculum conſulere? aut quî in menſem Rhœſus venire potuit, cum multò antea conſuluiſſet Oraculum?

Part.91 Parte alia fugiens amiſſis Troilus armis,
Infœlix puer, atque impar congreſſus Achilli,
Fertur equis, currúque hæret reſupinus inani,
Lora tenens tamen: huic ceruíxque, comaéque trahuntur
Per terram, & verſâ puluis inſcribitur haſta.

Digitized by Google

Qualis planè fuerit Troili fortuna, vbinam congreſſus ſit cum Achille & qua ætate, quìue ab illo peremptus ſit, non omnino conſtat inter hiſtoricos: quin neque omnes fatentur Priami fuiſſe filium, ſed aliqui Apollinem reuera, etſi fama Priami, habuiſſe parentem. 339
Videtur tamen Virgilius ſequi tum Homerum qui Troilum perinde atque Hectorem Priami filium appellat & ab Achille interfectum canit, tum Calabrum qui canit non diſſimilia. Ac puerum ſeu adoleſcentem fuiſſe, non confirmata ætate, quemadmodum Tzetes contendit, præter Homerum atque alios multos, Dion ſcribit, Horatius etiam indicat canens

—— Nec impubem parentes Troilon aut Phrygiæ ſorores
Fleuere ſemper ——

Itaque eleganter Homero ac Virgilio concinens Auſonius, Troilum ſic de ſe canentem induxit.

Hectore proſtrato, nec Dijs, nec viribus, æquis
Congreſſus perij, Troilus Aeacidæ.
Raptatus bigis fratris coniungat honori,
Cuius ob exemplum nec mihi pœna grauis.

Sed vt vt ſit, fatetur quidem Virgilius fugam arripuiſſe Troilum, atque amiſiſſe arma, quod ſanè dedecori verti poterat, ſed tamen ſenſim eum excuſat ab ætate, quòd eſſet puer atque impar viribus Achilli, ſimúlque ab aduerſa fortuna quòd infœliciter, quod eſt aduerſo Numine, cum hoſte congreſſus eſſet, alioquin eum, quippe qui ſponte ac celſo animo Achillem aggredi non dubitaſſet, tacitè commendat: Dares Achillem vulneraſſe etiã ſcribit, ita vt hic pugna dies aliquot ſuperſedere coactus ſit. ſed Poëta vel id falſum aut minùs veriſimile iudicauit, & ideo cum ſatis habuiſſet eum celſo animo exprimere qui cũ Achille congreſſus eſſet, hinc ad commiſerationem ſtatim excitandam deſcendit ſubijciens,

Fertur equis, currúque hæret reſupinus inani.

cum enim de curru deiectus eſſet, ferebatur equis, non eos regebat, vt antea aut ſuum in curru locum retinebat. tametſi vno aut altero pede implicatus adhuc & detentus curru, hærebat illi, ſed reſupinus, facie ſcilicet ac pectore in cœlum conuerſo, ita vt humeris ſupinus hæreret terræ; lora tamen tenens, quod erat fortitudinis argumentum. Interea tamen (id quod commiſerationem habet maximam) *Huic ceruixque comæque trahuntur Per terram,* rectè ceruix comæque, quod arma proindeque galeam amiſerat. Quanquam haſtam nõ 340
ita amiſerat, quin eum conſectaretur; ſed quæ tamen non hoſtem appeteret, ſed terram exararet, ita vt puluis videretur inſcribi. Iam verò, ne videar quaſdam imitationes Homericas præterijſſe, dum luget Aeneas (id quod in particula LXXXIX. obſeruauimus) conferri poteſt cum Homero quæ item in IX. Iliadis ad initium largum fundit fletum. Eodémq; modo dum in particula LXXXX. inſtaret curru criſtatus Achilles legendus eſt Homerus in XIX. Iliados vbi criſtati Achillis galea deſcribitur. Eodémque in loco dum canit Virgilius

Nec procul hinc Rheſi niueis tentoria velis Agnoſcit ——

conferendus eſt cum Homero in X. Iliados dum idem attingit. Denique dum in hac particula de Troilo canitur

—— Currúque hæret reſupinus inani,

legendus eſt Homerus in VI. item Iliados. Sed iam pergamus.

Partic. 92.

Interea ad templum non æquæ Palladis ibant
Crinibus Iliades paſſis, peplúmque ferebant
Suppliciter triſtes, & tunſæ pectora palmis.
Diua ſolo fixos oculos auerſa tenebat.

Veteri conſuetudine receptum eſt, vt cum Vrbs aliqua premitur obſidione, atque hoſtilibus pertentatur armis, ciues pro ſua quique facultate Vrbi opitulentur. Itaque ſenes prouidentia, conſilio, authoritate opem ferunt: iuuenes armis, labore, fortitudine: mulieres ipſæ obſequijs, precibus ad Deum, lachrymis ac gemitibus. Quapropter eleganter Saluſtius, cum Catilina igne & ferro Romanæ Vrbi excidium minitaretur, atque illam tyrannide opprimere moliretur, *Mulieres* (inquit) *quibus Reipublicæ magnitudine belli timor inſolitus inceſſerat, afflictare ſeſe; manus ſupplices ad cælum tendere; miſerari paruos liberos: rogitare;*

omnia

Digitized by Google

omnia pauere; ſuperbia, atque delicijs omiſſis, ſibi, patriæque diffidere. ſic Salluſtius. Id quod Troiani quoque belli tempore factitauerant Ilij Mulieres apud Homerum, quemadmodum conſtat ex ſexto Iliados, vbi Hector Matrem hortatur vt pro vino quod ſibi offerret propinandũ, peplũ offerret Palladi. Id quod ex non mali interpretis carminibus referre Iubet.

Tu potiùs veneranda parens, tu collige primas
341 *Matronas Vrbis, quarum comitata caterua*
Palladis ad templum libamina thuráque portans
Aſcendas, peplúmque deæ quod in ædibus intus
Eximium pulchrúmque tenes, pretioſius vllum
Quo non eſt aliud, venerandam defer in ædem,
Ante deæ genua auricomæ ſpecioſa reponens.
Inde voue diuæ ſolemnia ſacra Mineruæ,
Bis ſex immunes ab arandi munere tauros,
Si forſan miſerata vrbem, miſerata nepotes
Troas & vxores, dulces & ad vbera natos,
Arceat inſanum Tydidea mœnibus vrbis,
Terribilem, bellatorem, ſæuum atque ferocem.
Tu nunc ergo parens iſthæc curabis, & arcem
Palladis aſcendens:——

ſic Hector. & ideò paulò poſt, cum Hecuba rem curaret, ſic canitur

—— Redit illa domum famuláſque per vrbem
Protinus accitum mittit, matréſque, nurúſque.
Ipſa in odoriferum thalamum deſcendit, in illo
Peplorum vis magna fuit, quæ Sidonidarum
Artifices fecere manus, & Sidone nuper
Attulerat, ſpacioſa Helenen ſuper æquora ducens
Dijs forma Paris aſſimilis præſtante beatis.
Ex his eximium, quod ſumma in parte iacebat,
Nec ſecus ac ſydus claro fulgore micabat,
Quo nec nobilius, nec erat præſtantius vllum,
Ipſa ferens Hecubæ donum portabat Athenæ,
Fœmineo cœtu matronarúmque caterua
Et nuruum ſtipante manu, contendit in ædem
Palladis armiſonæ, ſumma quod in arce tenebat.
Ventum erat ad templi limen, formoſa Theano
Filia Ciſſei, generoſi Antenoris vxor
342 *(Namque ſacerdotem Troës fecere Mineruæ)*
Palladias reſerat ſtridenti cardine portas,
Et ſumptum manibus fulgenti murice peplum
Obtulit ante pedes Diuæ, genibúſque dicatum
Applicuit, palmas muliebris turba tetendit,
Auxiliúmque omnes præſenti ex numine poſcunt.
Ipſa deam ſupplex ſic eſt venerata Theano.
Armipotens, Ioue nata Dearum maxima Pallas,
Frange manu telum ſæui Diomedis, & ipſum
Pronum ſterne ſolo, Scææ ſub limina portæ,
Vt tibi mox bis ſena boum tua templa ſacrantes
Corpora mactemus, totidémque ad ſacra quotannis
Omnes indomitos, nec dum ſub aratra coactos,
Si miſerata vrbem, populum, pueróſque, patréſque,
Vxoréſque, nurúſque tuo ſub numine ſerues.
Sic venerata Deam ſupplex in vota vocabat,
Diua ſolo fixos oculos auerſa tenebat:

Hæc rurſus Homerus. Quæ deſcribere placuit, ut conferre Virgilium liceat cum Homero. Tametſi audiendus eſt rurſus Virgilius in XI. vbi Amatam Reginam peplum aut dona Palladi Hecubæ inſtar deferentem inducit: ſic canens;

Nec

Nec non ad templum ſummáſque ad Palladis arces
Subuehitur, magna matrum regina caterua,
Dona ferens, iuxtaque comes Lauinia Virgo:
Cauſa mali tanti, atque oculos demiſſa decoros.
Succedunt Matres, & Templum thure vaporant,
Et mœſtas alto fundunt de limine voces.

ſic etiam Virgilius. qui ſine dubio multum debet Homero quem imitatur: etſi dũ otioſè præterierit multa, multa ornatiùs exprimit, dignus eſt qui Magiſtro anteponatur. nam in perpolitis Homeri carminibus multa aut redundare aut frigere, is ſentiet, qui Græcè illũ perlectitauit. interpres enim hic noſter, vt elegantiæ conſulat & venuſtati multa variat 343 ac Virgilianis ornat luminibus. Sed ad propoſitum Virgilij locum redeamus. vbi ait *Interea*: intelligimus hæc contigiſſe dum Troiani aperto marte cum Græcis dimicarent, ita vt ipſæ votis & precibus, patriæ ſuccurrerent. dũ verò ait *non æquæ*, arbitratus ſum aliquandò ad Iliades pertinere, quaſi verò Iliades non æquæ incederent, quòd ſcilicet peplum, & quæ illud deferret, Antenoris coniux anteiret: tum Hecuba, Andromache & regiæ fœminæ & matronæ reliquæ ac virgines, binæ fermè ac binæ, quemadmodum apud nos etiam fit, in ſupplicationibus, ſequerentur: quæ ſententia cum verbis conſentit & re ipſa. Sed tamen quoniam cæteri ad Palladem eas referunt voces, quaſi *iniquæ Palladis* ſit ſententia, ſignificetúrque infenſam fuiſſe erga Troianas, non grauatè hanc probarim opinionem, & huc pertinet quod addit

Diua ſolo fixos oculos auerſa tenebat.

vbi auerſa dicitur animo: nam vt de facie agnoſceretur, & tamen auerſa facie ſeſe obijceret, fieri nullo modo poteſt: multò minùs vt faciem auertens conſpiceretur ita vt moueretur. Palladi igitur crinibus ſparſis ac fuſis quemadmodum in mœſtitia contingit fœminis, ſupplices, triſtes, tundentes pectora palmis (quæ omnia doloris demiſsíque animi ſeu ſupplicis ſunt argumenta) Iliades ferebant peplum. erat verò peplum, ſiue etiam peplus, veſtis tenuis & candida, quæ tamen ad talos vſque fluebat ornata tamen ac picta, phrygio quoque opere elaborata atque diſtincta, clauiculis aureis inſtructa: quam Palladi offerebant vt illam ſibi propitiarent: atque hanc ferunt ab Athenienſibus inuentam primò & 344 Palladi dedicatam.

Part. 95.

Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros.
Exanimúmque auro corpus vendebat Achilles.
Tum verò ingentem gemitum dat pectore ab imo,
Vt ſpolia, vt currus, utque, ipſum corpus amici,
Tendentémque manus Priamum conſpexit inermeis,

Illam commemorat quod maximè omnium vel Græcis, aut certè Achilli, inuidiam conflare poterat, aut Troianis miſericordiam conciliare. Achillis enim & crudelitas & auaritia cõmonſtrantur, quibus vitijs in ingenuo viro, ac duce inprimis, nihil turpius. Quid enim turpius quàm ſtrenuum ducem ſæuire in mortuos? quid ſordidius quàm ex cadaueribus quæſtum colligere, aut demortuos vendere? & tamen Achilles non modò ſemel ſed iterum ac tertiò ſæuitiam oſtenderat in Hectoris cadauer: idémque afflicto parenti, cui in afflictæ fortuna condolendum erat, vendere non dubitauit. ſecus apud Virgilium Aeneas qui ad veram fortitudinem atque pietatem, prout decebat optimum ducem, informatur; aurum enim a Mago oblatum contemnit, Turni etiam cadauer parenti non abnuit reſtituere; vitæ etiam pepercifſet deprecantis, niſi Pallantis balteum in illo perſpexiſſet. vt mirum videri debeat Alexandrum Macedonem qui ſe paſſim magnanimum oſtendit, Achillis more in Betim deſæuiſſe. quanquam fortaſſe huius ſibi peruicaciam hac ratione frangendam cenſuit, quod ſupplex, prout debuit, eſſe noluiſſet. certè Paphlagonios Henetis, atque alios multos quos iure belli ſeruos aut ſtipendiarios conſtituere potuit. in libertate aut Regno confirmauit: & in Darium ipſum, hoc eſt præcipuum hoſtem ſummam hu- 345 manitatem oſtendit quem extinctum magnificentiſſimo ſepulchro ornauit. Iam verò eadem Achillis facta quippe indigna, valent ad Reginæ clementiam excitandam & Troianis (vt dicere cœperam) miſericordiam conciliandam, quòd Hector ea indignè tuliſſet, cum ob fortitudinem ac virtutem honorem pro mereretur; ita vt indignationẽ quo-

que

Digitized by Google

que in Græcos mouere poſſet. an verò Achilles raptauerit Hectorem ad naues Græcorũ,
aut circa Patrodi ſepulchrum quemadmodum canit Homerus, an verò circum Ilij mu-
ros, quemadmodum ſcribit Philoſtratus, non ſatis conſtat: Virgilius tamen qui circa mu-
ros, & ter raptatum canit, inſtituto magis ac magis ſeruit ſuo. Atque hæc ſanè in poſtre-
mo Iliados libro occurrunt omnia: vbi raptatur Hector, eiuſdémq; corpus patenti Pria-
mo venditur ab Achille. Denique hæc & id genus multa per te cõmodè percurrere poſ-
ſis mutuóque conferre cum hoc Virgilij loco. Ex quibus omnibus intelliges quæ prolixè
perſequitur Homerus, ea perſtringi a Virgilio prout ſcilicet pictura exigebat cui ſtylus
fuit conformandus. Atque hîc etiam licet animaduertere quam habeat epopœia oppor-
tunitatem: quæ, quoniam narrat Hectorẽ ter raptatum, aptè narrat, quòd pictura vix obij-
cere poterat. quanquam ea fortaſſe de cauſa Virgilius eã vſurpat vocem *raptauerat*, quòd
non tam ex pictura quàm ex narratione ter raptatum velit intelligi: contra tamen *vende-
bat* inquit, non *vendiderat*, quia pictura vendentem Achillem exprimere potuit percom-
modè. & ideò aptè ſubijcitur

Part.94 Tum verò ingentem gemitum dat pectore ab imo,
Vt ſpolia, vt currus, útque ipſum corpus amici,
Tendentémque manus Priamum conſpexit inermeis,

Atque ex his *ἦθος* mirificè elucet, ita vt appoſitè gemitum repentè edat Aeneas. De-
nique huc pertinet quod & ſpolia commemorat fortiſſimi illius Ducis, & currus, tam ſci
licet Hectoris vnde deiectus eſt, quàm Achillis a quo raptatus eſt Hector inprimis verò
346 amici corpus commoſtrat inermémque ſenem manus tendentem ac deprecantem. Quo
in loco dum Aeneas ingentem dat gemitum, ídque pectore ab imo, dúmque rurſus ami-
ci Hectoris, etſi depicti, deflet caſum, & Priami fortunam; tacitè diluitur rurſus proditio-
nis rumor. Ita quidem conſentienter Hector illud Aeneæ tanquam amico reuocauit in
memoriam, *Sat Patriæ Priamóque datum*

Se quoque principibus permiſtum agnouit Achiuis,
Part.95 Eeáſque acies, & nigri Memnonis arma.
Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis
Pentheſilea furens, mediiſque in millibus ardet,
Aurea ſubnectens exertæ cingula mammæ
Bellatrix, audétque viris concurrere virgo.

Perſtringit iam paucis multa. etſi enim Troianorum fortunas ſic ex pictura recenſuit
vt non latius manarit oratio, quin breuitatem ſectatus ſit (nam reuera non hic erat locus
in quo data opera fortunas ac bella percenſeret Troianorum) nunc tamen breuitati ſtu-
det vel maximè. & ſanè ad has picturas deuenerat obiter, ac propterea veluti per tranſen-
nam attingendæ erant res Iliacæ; vt ſcilicet Aeneæ lætitiam dolorémque ac doloris læti-
tiaéque cauſas indicaret, maximè verò cur ſibi optimè ſperandum putaret. ita quidem
cum dixiſſet

Scitè agnoſcit Aeneas, tum alios multos.

—— *Hîc primum Aeneas ſperare ſalutem*
Auſus, & afflictis meliùs confidere rebus;

& idcirco ſubieciſſet, *Namque ſub ingenti luſtrat dum ſingula templo* & quæ ſequntur, ídque
vt quod propoſuerat declararet; nũc cum propoſitum declararit, iam ſenſim claudit nar-
rationem. Et ideò ea perſtringens quæ reuera videri præcipua poterant, nec facilè omit-
tenda eſſent Reginam cui interim præſtolatur Aeneas, in medium adducit, atque aliò in-
347 flectit Muſam. ſed propoſitum locum ſigillatim explicemus. Principiò igitur ait Aeneã
ſe quoque ipſum inter Græcos principes agnouiſſe. Ex quo loco Seruius in eam ſuſpicio-
nem incidit, vt crediderit Virgilium tacitè indicare voluiſſe Aeneam cum Græcis in pa-
triæ perniciem conſpiraſſe. quid eſt enim quòd eũ permiſceat Achiuis vel potiùs Achi-
uorum principibus, niſi vt conſpirationem illam tacitè indicet? Ac profectò cum ab ini-
tio hanc Antenori conflaſſet calumniam, illud ſupererat vt eandem conflaret Aeneæ: ſi
enim peccandum, nauiter peccandum. Sed reijcienda eſt eius ſuſpicio. cum enim Virgi-
lius caneret Auguſto, ac diuinam illius progeniem celebraret, quid ineptius quàm gentis
Iuliæ

Seruius reprehenditur.

rias aſſequeretur:ſeu facilè & expeditum haberet quicquid pertinet ad victum. itaque iu-
rè ibi ædificaſſent Vrbem. Sed tamen illud obſtaret nonnihil, quòd ægrè fortaſſe intelligi
poſſit qua ratione equi caput augurium offerat facilis victus. neque enim equus inter ani-
mantes faciliùs ſibi parat victum quàm cæteri: fortaſſe etiam difficiliùs quàm alij multi:
itaque bellicoſus equus hominis ope victum aſſequitur. denique (ſi fabulam huc afferre
licet) qui de paſcuis cum coruo certaret equus, hic hominem accerſiuit vt ceruum expel
leret. vt omittam ſubduram videri poſſe eam loquendi formulam, *facilem victu*, id eſt quæ
facilè ſibi comparet victum, ſiue quæ res ad victum neceſſarias faciles & expeditas habe-
ret. Dum igitur gemina & anceps ſe ſe offert ſententia, in duas ſeſe partes diſtribuunt In-
terpretes: nam Pierius, Corradus, & alij quidam facilem quæ vincatur, exponunt: qui ta-
men aduerſarijs argumentis vnde eorum opinio euerti videtur funditus, non ſatisfaciunt.
contra verò Seruius, Pontanus, & alij quidam, facilem quæ victum comparet, interpretã-
tur. ſed ne ij quidem dubitationes expediunt. ita vt facilè ſit cuique contrariam ſententiam
refellere, difficile tueri ſuam. Ego verò, vt ingenuè fatear, crediderim Seruium perperam
huc transferre ex hiſtoria prius illud bouilli capitis augurium, quaſi verò a Virgilio per 313
equum, bellicoſa, per bouem fertilis (ſic enim ille) deſignaretur Carthago, ac proinde v-
trumque augurium & hiſtoria illa vniuerſa attingeretur. nam cum canat

Quo primùm iactati vndis & turbine Pœni
Effodêre loco ſignum ——

& quæ ſequuntur, primum illud augurium tum omnino negligit Virgilius, tum fortaſſe
legit nuſquam. denique cum vbi primùm, effodere, inde excepiſſe velit ac probaſſe augu-
rium, nec aliter ſentire potuerit, cum a Iunone monſtratum dicat (quis enim Iunonis ſi-
gnum & augurium contempſiſſet, cum illi vrbs dicaretur?) cúmque bouem omnino reti-
ceat, vt totam illam hiſtoriam & vtrumque illud augurium tum attigerit hoc in loco (qđ
ſcribit Seruius) tum expreſſerit, falſum eſt quàm quod falſiſſimum. ſed & ineptè locũ ex-
plicant Donatus & Aſſenſius: ij enim bellicas copias portendi affirmant: quòd hinc tum
equus, tum facilis victus offeratur, quæ duo ſint magna belli ſubſidia, nam equus non of
fertur quaſi omen bellici ſubſidij, præſertim cum Carthago non eſſet equorum feraciſſi-
ma, ſed vt intelligatur gentem futuram fuiſſe bellicoſiſſimam, &, ut ait Virgilius, *bello*
egregiam: longè enim differt eſſe bello egregiam, & habere belli ſubſidia. Quid igitur in
Auctoris ſententia. tanta dubitatione ſtatuemus? equidem ſuſpicor Virgilium de induſtria ambiguam vſur-
paſſe vocem, nec ſine admirabili artificio: vt ſcilicet abdita eſſet augurij vis atque ſentẽtia.
augures enim perinde atque oracula obſcuris ſæpè vtuntur verbis. ita fieret vt non rectè
omnino perceptum fuiſſet a Pœnis atque intimè cognitum eiuſmodi auguriũ. ſic enim
acris equi caput ad augurium traduxiſſent, vt collegiſſent quidem gentem futuram belli-
coſam, ſed non animaduertiſſent ac ſecum ipſi reputaſſent bellicoſum quoque equum
frenari tandem (de qua re in tertio licebit Poëtam audire & explicare) domari ac vinci. Ita- 314
que per incogitantiam exiſtimarunt futuram quoque facilem victu ac parabilem victum
habituram: quod item incondendis vrbibus magnopere ſpectandum eſt. nam facilem ac
parabilem victum habuiſſe Carthaginem) atque hinc ſanè in eum errorem labi potuerũt
Tyrij) ignorat nemo vel quia frumenti eſt feraciſſima, ita vt Populo Romano deinde ma
ximam frumenti vim ſuppeditaret, vel quia eſt portuoſa, quæ verò vrbes portus habent,
hæ facilè ſibi comparant victum: vel quia mare cui adiacet (peninſula enim eſt Africa) cũ
rerum comportandarum ſuppeditat facultatem, tum piſcium uarietatem & copiam ſub-
miniſtrat. Neque eiuſmodi ſententia ſpernenda eſt, quaſi verò ſubdurum ſit dictu, facilẽ
victu eſſe gentem, hoc eſt facilem habere victum, ſeu facilè ſibi victum parare: nam, vt o-
mittam ænigmata & oracula id habere ut uerbis fatigent mentem ac deludant, ſane faci-
lis victus pro parabili mihi quidem nõ incommodè vſurpari videtur a Poëta: idque uel fi-
guratè (vt ita dixerim; appellaretur enim gens facilis uictu propter facilem & parabilem
uictum) uel propriè, cum uictus pro uita & uitæ ratione a Cicerone ipſo uſurpetur: dum
enim ſcribit Ariſtotelem perſecutum eſſe animantium omnium ortus, uictus, figuras; per
uictus ſignificat uiuendi rationem ad quam cibus inprimis pertinet. Vt omittam ueri ſi
quo geminus & ambiguus ſenſus condatur, id planè habere ut unum planiùs referre poſ
ſit ſenſum. Nec obſtat quòd ex equi capite facilis uictus augurium haud captandum ui-
deatur. nam non ait Virgilius facillimum, ſed facilem. facilis verò uictus & per ſæcula nõ
abeſt ab equo, cum vili eſca & obuia ueſcatur & ſuſtentetur, ac propterea nulla ferè ſit
regio

Digitized by Google

315 regio quæ non alat equos. Ita ſanè quemadmodum equus, ſic gens illa, facilem habere potuit victum & parabilem. Quanquam tutiùs fortaſſe prior augurij pars ex equi capite deriuetur, poſterior ex regione vbi inuentũ eſt caput illud; ita diceretur *gens bello egregia* propter equinum caput, *facilis victu* propter regionem quæ cum per ſe ferax eſt, tum propter mare & portus parabilem habet victum, ac talis fuiſſe videtur Tyriorum exiſtimatio, tale illorum augurium & vaticinium. etſi reuera (quantum quidem poëta ex euentu fingit atque innuit) aliter fuerat illis captandum accipiendúmque augurium: nimirum gentem illam, etſi equi inſtar ferocem & bellicoſam, facilè vinci poſſe, quemadmodũ idem equus frenatur, domatur, vincitur; id quod ſatis declarauit euentus, cum enim diù Carthaginienſis, ferocis inſtar equi, Romanis inſultaſſet, tãdem a Romanis domitus eſt ac victus. Id quod eò magis crediderim indicatum a Virgilio, quòd dũ Romana vrbs ædificaretur, ac priùs arx Tarpeia conderetur, viri caput inuentum eſſet, (id enim ſaltem vulgo iactabatur ac cenſebatur) vnde augures imperium totius Orbis terrarum portendi affirmarent, quemadmodum declarauit euentus. Itaut, mea quidem ſententia, de induſtria ambiguum illud dicendi genus adamarit quo augurij ambiguitatem oſtenderet. Itaquidem conſtaret Pœnos non ſatis augurium percipiſſe, cũ lateret anguis in herba; cum inquam clam portenderetur eos per ſæcula (verè enim poſt ſexcẽtos annos victi ſunt a Romanis ſuperandos eſſe. At enim ſi ita eſt, Iuno haud obtuliſſet Tyrijs huiuſmodi ſignum: quid enim fortitudinis auguriũ portendat Tyrijs quos tamen domandos ſentiat ac ſubigendos? Acutè. Sed tamen rè ipſa quidem ſecum ipſa facilè reputauit
316 equi caput quemadmodum fortitudinis ita ſeruitutis ſignum portẽdere: primum enim obuium eſt, alterum latet. denique id, quantumuis ſuſpicione attigiſſet, pro conſtanti habere haud potuit. & idcirco nil mirum ſi ſcopulum iſtum qui tantopere lateret non declinauit: præſertim verò quod nec fatum mutare poſſet, nec auguriũ omnino tollere. vt omittam fuiſſe in fatis vt faueret poſtea Romanis ac propterea hinc illi aditum quaſi fato quodam relinqui. Sed quoniam de equi capite diximus & quale ſignum eſſet, iam ad Templum ſeſe conuertat oratio.

Part.85.

Hic templum Iunoni ingens Sidonia Dido
Condebat, donis opulentum, & numine Diuæ:
AEræa cui gradibus ſurgebant limina, nexæque
AEre trabes: foribus cardo ſtridebat ahenis.

Hic, inquit, in luco ſcilicet quem deſcripſit, Templum cõdebat Iunoni Sidonia Dido: ita vt Templi area fuerit lucus, quem deſcripſit. ſed cur obſecro lucum Templo attribuit pro area? ſuperſtitioſam, opinor, eorum vel ſuſpicionem vel opinionem ſecutus eſt, qui lucos inter res ſacras & religioſas referebant ac templis iungebant, numina etiam ibi colentes, (& hac fortaſſe de cauſa lucis pro templis vtebantur aliquando Germani, teſte Tacito) ac manes inprimis: hos enim inprimis lucos incolere arbitrabantur. & huc pertinet quod in 6. Aeneidos *De Templo ſigillatim.*

Nulli certa domus: lucis habitamus opacis,

canit de manibus noſter Vates. Tametſi non eſt quod inficiemur cœleſtibus etiam dicatos fuiſſe lucos. Itaque Iunoni lucum dicatum legimus apud Ouidium dum canit

Monte ſub Eſquilio, multis incæduus annis
317 *Iunonis magnæ numine lucus erat.*

Quanquam cum incædui eſſent luci, quî fieri poteſt vt hîc cæduus fiat lucus? vt enim area inde exiſtat templi, cæduus euadat neceſſe eſt. nam incæduos fuiſſe conſtat quòd lucus, Silua incædua definitur, quámque ferro temerare nefas eſſet. Ea fortaſſe de cauſa ceduus factus eſt, quòd cædi haud poſſet in profanum vſum, quemadmodum de Silua vſu venire ſolet: at templi ac diuinæ rei gratia non nefas erat aliqua ex parte cædi. Niſi fortè dicas incæduum adhuc ſeruatum, quòd templum propè lucum extructum ſit, non verò in aream ceſſerit templi: quod tamen cum verbis minùs conſentit. Denique probabilius & ſiluam eámque cæduam ibi fuiſſe, ac propterea aliqua ex parte cæſam, vt area & templum excitaretur, reliqua partem templi dicatam eſſe, ac lucum proinde factam & incæduam: ita quidem lucus appellaretur quòd templi ædificatio ſpectatur interim. Denique ea verba.

Hic

Digitized by Google

Hic templum Iunoni ingens Sidonia Dido
Condebat ——

Multo verò magis ea. *Hoc primùm in luco*, demōſtrant ſiluæ partē ſuperfuiſſe quæ, quippe di
cata, luci obtineret locū. Hoc igitur in luco conditū fuerat templum: quod mirū eſt quàm
egregiè celebretur. Etenim a loco celebratur primò, ꝙ in media eſſet Vrbe ſeu huius me-
ditullio, ita vt præſtantiſſimus locus rei præſtantiſſimæ, templo ſcilicet & religioni, ſit at-
tributus: adde quòd opportuniſſimus fuit locus cum vndique in eū cōmodè liceret con-
fluere. Celebratur etiam a magnitudine, quæ ſanè maieſtatem auget ac dignitatem, præ-
ſertim quòd ingentem multitudinem capiat. Sed & a diuitijs & opulentia celebratur, præ- 318
cipuè donorum: ſiquidem donaria & anathemata ſuſpendebantur & plurima & pretio-
ſa. Denique & ab ædificatrice (Regina enim erat) & a numine cui dicabatur, hoc eſt Iuno-
ne hominum Deorúmque Regina quæque Iouis ſoror eſſet & coniux, mirificè commen
datur. adde etiam quòd materia & ornamenta tum copia tum pulchritudine excellunt,
ita vt non poſſit Aeneas non hanc admirari quemadmodum conſtabit paulò poſt. Quan
quam ærea quæ hîc commemorantur limina, nexæque ære trabes, alienæque fores, ma-
gnificentiam augent. Etſi qui hinc Pantheon exprimi ſcribunt, errant, opinor; Pantheon
enim cum trabes habet nullas, tum deſcendentes non aſcendentes habet gradus. & quā-
uis fieri potuit vt olim Pantheon gradus haberet quibus aſcenderetur (nunc enim deſcen
ditur quidem ſed forte ob ſolum exaggeratum, præſertim propter ruinas vnde Vrbs ſeſe
non parùm extulit) non tamen in ſublime aſcendi potuit, quemadmodum hic per gradus
aſcenſum indicatur. Denique veteres in celſiore loco plerunque erigebant templa, ita vt
per gradus plurimos aſcenderetur, quod in Pantheon cadere nullo modo potuit.

Partic. 86.

Hoc primùm in luco noua res oblata timorem
Lenijt: hîc primùm Aeneas ſperare ſalutem
Auſus, & afflictis meliùs confidere rebus.

Reditur ad Aeneā qui ſpem cō cepit meliorem.

Quæ res Aeneæ ſpem attulit, ac timorem lenijt, ita vt ſalutem ſperare cœperit, & meliùs
confidere afflictis rebus, ſine dubio fuit rerum Troianarum atque adeò Iliaci belli imago:
quod in Templo depictum inſpexerat: id enim quæ ſubijcit, clariùs oſtendunt, quàm vt
dubitari poſſit. Sed tamen illud dubitationem habet, cur hinc ſpem conceperit ſalutis.
multò enim credibilius eſt Didonem eas pugnas exprimi voluiſſe in Græcorum victorias
& gloriam intuentem, vnde Pœni etiam ad res ſtrenuè gerendas excitarentur. Huc acce- 319
dit longè abſurdum videri, Didonem Troianis canere voluiſſe aut potuiſſe, cum victi de-
ceſſiſſent, atque adeò ingenti clade, nec ſine Regni ruina, affecti eſſent: Quid? An non Di-
do eam maximè colebat, quæ Troianos oderat & inſectabatur? ſic ſanè. nihil minùs igitur
ſpectare potuit Dido quàm vt quicquam faueret Troianis dum res Iliacas exprimendas
curaſſet. Quî igitur inde fit vt talem ac tantam ſpem concipiat Aeneas? Itaque huius ſpei
cauſa requirenda eſt: de qua tamen apud interpretes altum ſilentium. An igitur exiſtimā
dum eſt Aeneam, quippe pium ac religioſum, ſpem ex pictura illa concepiſſe, quòd in lu-
co ac Templo ſeſe illi res Troianæ obieciſſent, ac propterea bonum inde omen pro ſua pie
tate accepiſſe? ſanè haud repugnarim: nam ea verba. *Hoc primùm in luco noua res oblata timorē*
lenijt: & illud *Hic primū ſperare ſalutē Auſus;* huic fauere videntur ſententiæ. Tametſi, veriſi-
milius eſt ex ipſa Priami ac Troianorum calamitate, atque Ilij excidio, quæ pictura offere-
bat, ſpem concepiſſe. etenim res afflictæ ſuapte ſponte conciliare ſolent miſericordiam. na
tura enim comparatum eſt vt quemadmodum fortunatis inuidemus, ita erga afflictos
miſericordiam exeramus. Id quod regibus inprimis euenire ſolet quibus ob proſperā for
tunam cæteri inuident, in afflicta opem ferunt vt eos ſubleuent. Itaque M. Tullius cū de
Mithridate rege verba faceret quem Lucullus patrio regno ſpoliauerat, *Hoc iam* (inquit)
ferè ſic fieri ſolere accepimus, vt regum afflictæ fortunæ facilè multorum opes alliciant ad miſericordiā.
& ideò tantum (ſubdit) *victus efficere potuit, quantum incolumis non eſt auſus optare*. Hoc igitur 320
ſperat hoc tempore Aeneas dum ſuam ſuorúmque calamitatem afflictámque fortunam
Didoni intelligit eſſe perſpectam: præſertim verò quia nec Mater quicquam narrauerat
vnde Aeneas intelligere poſſet ibi Iunonem coli: neque ipſe Aeneas hactenus quidquam
obſeruauerat, vnde in eiuſmodi veniret ſuſpicionem. Nam locum illum Tyrijs a Iunone

Digitized by Google

oſtenſum fuiſſe,ac proinde templum ibi Iunoni iam condi, narrat quidem Poëta, at Aneæ,id iam tum cognitum eſſe,nullo modo indicat. ita vt verè quidem in luco timorem lenire ſiue in templo ſpem concipere potuerit ob afflictæ fortunæ expreſſam imaginem, vnde Didonis clementiæ & miſericordiæ ſibi confidendum(nec temerè) iudicauit.

Part.87

Namque ſub ingenti luſtrat dum ſingula templo
Reginam opperiens: dum,quæ fortuna ſit vrbi,
Artificúmque manus inter ſe,operúmque labores
Miratur: vidit Iliacas ex ordine pugnas,
Bellaque iam fama totum vulgata per orbem,
Atridas,Priamúmque,& ſæuum ambobus Achillem:

Dum Reginæ in templo præſtolatur Aeneas (facilè enim perſenſerat expectari,& affuturam breui) ſingula oculis diligenter perluſtrat.ac primùm admiratur quæ fortuna ſit vrbi,quod eſt, illius proſperitatem ac fœlicitatem:cum Dido ac Tyrij, qui paulò ante in afflicta fortuna verſabantur, nunc tali ac tanta fœlicitate fruerentur. ita quidem Aeneæ admiratio conuenit cum eiuſdem exclamatione illa

Ad Iliacas pugnas Tẽplo expreſſas deuenitur.

O fortunati quorum iam mœnia ſurgunt;

ex eodem enim fonte & exclamatio iſta & admiratio deriuatur. ſed & artificum inter ſe
321 manus miratur;quod ſcilicet citra confuſionem omnem,quæ tamen ſæpè cernitur in tãta operum varietate; quin mira conſenſione egregióque ordine, ſuis muneribus operam dent;ac pro ſua quique induſtria ſtrenuè vrgeant opus laborem ſubeuntes. Et ideo,quaſi expolitione quadam rem illuſtrans, pergit *operúmque labores*, ſummatim ſignificãs mutuos fuiſſe labores quos illi certatim ſtrenuéque ſubirent. Dum igitur hæc ſpectaret, nec ſine admiratione ſecum ipſe reputaret, *vidit*(inquit Poëta) *Iliacas ex ordine pugnas*; coloribus nimirum expreſſas & picturæ artificio.nam idcirco paulò poſt canitur *Atque animum pictura paſcit inani.* Iurè autem ait *ex ordine*,quia Iliacæ pugnæ habebant initium,medium, finem:ac propterea *ex ordine* illarum initium medium,finem referre debuit pictura: præſertim cum interim in hiſtoriæ ſuccederet locum,ac tacita quædam eſſet narratio. hiſtorica enim narratio id habet,vt rerũ geſtarum euentum ex ordine,ac proinde ab initio per intermedias partes ad finem vſque,percenſeat. Immo verò non deſunt qui affirment picturam uerè eſſe genus quoddam ſeu formam ac ſpeciem Hiſtoriæ; ita vt quemadmodũ verbis & dictione,ſic lapidibus,æreis numis,coloribus, exprimi poſſint rerum euentus: id quod ante litterarum inuentionem factum fuiſſe ſatis conſtat, dum columnis & lapidib. exprimerentur. Quanquam(ſi me audias) perfecta hiſtoria narrationem requirit; ita ut pictura ſit inchoata quædam ac rudis hiſtoria:& ideo ex pictura,niſi ei acceſſerit ſcriptura aliqua,aut in nobis aliunde antegreſſa fuerit earum rerum cognitio,ægrè unquam rerum geſtarum euentus percipiantur ſatis. quis enim obſecro res ab Alexandro Macedone ge-
322 ſtas intelligenter inſpiciat, qui nihil antea de Alexandro ipſo audierit? ſed quicquid ſit de hiſtoriæ vi & natura, certum eſt picturam hanc hiſtoriæ ſubire vicem, ita ut debuerit decennale bellum continere:alioquin non ex ordine Iliacas pugnas comprehendiſſet,atque initium(pro ut debuit)medium,finem expreſſiſſet. Itaque neceſſe fuit ut templum eſſet ampliſſimum,atque eius parietes longè ac latè ſeſe funderent,ut tam ingentem rerum geſtarum molem ac decennale bellum comprehenderent: neque enim ea ſolùm complectebantur quæ canit Homerus,ſed quæ(ut dicebam)decennio contigere toto. Homerus enim extremam ferè decennalis belli partem canit:ita ut inſerat quidem obiter multa ex rebus anteactis;bellum totum prætererit.quin nec ipſam quidem Ilij expugnationem ſeu belli finem cecinerit.nam Achillis iram ſibi decantandam propoſuerat tantùm. Ita quidẽ eiuſmodi pictura multò maiore rerum varietate conſtabat ac multitudine:& ideo requirebat ingentem Templi ac parietum amplitudinẽ: præſertim quia pictura breui res perſtringere,præſertim ſi eas intelligenter efferre uelit;haud ualet, quemadmodum ſcriptura:nam habent quidẽ commune nomen, ita ut γραφὴ utraque appelletur a Græcis: habet etiam pictura ut res commodiùs ante oculos ponat. ita ut hypotipoſis in pictura magis eluceat quàm in ſcriptura.ſed tamen rebus perſtringendis minùs idonea eſt pictura, cum imaginibus quæ cerni a nobis debent,res obijciat. Vt mirum ſit potuiſſe templo illo tam

Num picturaHiſtoria ſpecies cenſeri poſſit.

ingen-

ingentem rerum molem ac multitudinem commodè exprimi. & tamen pergit Poëta.

Bellaque iam fama totum vulgata per orbem, 325

itaut quemadmodum reuera integrum illud bellum fama ſit diuulgatum, ita totum in hoc templo dicatur expreſſum. ſed hæc Epopæiæ libertas tribuitur, quæ cum narret res, ſeſe facilè inſinuat in noſtros animos. atque adeò decipit audiẽtem, etiam incredibilia intrudens. & ideò id conceditur quidem Epico ab Ariſtotele; Comico & Tragico, quoniã actores inducunt & ante oculos ponunt, non conceditur. Itaque clypeos quidem, tentoria, aulas fingunt Epici quæ immenſa rerum geſtarum aut gerendarum complentur mole: Comici & Tragici nullo modò. Eleganter verò (quantum quidem venditant multi) Seruius *Bella* (inquit) *ſunt totum vulgata per orbem, quia Europa intulit, Aſia paſſa eſt, Africa pinxit.* Quanquã vtinam tam verè quàm acutè. neque verò id affirmo quia veriùs Græcia quàm Europa intulerit, Ilium quàm Aſia paſſum ſit, Carthago quàm Africa pinxerit (hæc enim poëtis largimur facilè) ſed potiùs quoniam reuera nõ quia Europa intulerat (ſic enim loquitur ac ſtatuit Seruius) aut Aſia paſſa erat, aut Africa pinxerat, toto terrarum orbe vulgata ſint, ſed quia fama (vt fit) a primis ad extremas vſque Mundi oras, ac propterea toto terrarum orbe, diuulgauerat. Ergo germana ſententia, & ſententiæ ratio ea eſt; ea bella iam fama toto orbe eſſe vulgata, quia cum ad Afros perueniſſet, qui maximè omnium Ilio erant diſiuncti, liceret colligere toto iam orbe fuiſſe vulgata. & ideò ait *iam fama* quaſi diceret eò etiam illorum bellorum famam perueniſſe, ita vt iam nulla terræ regio ſupereſſet ad quam non peruaſerit. & ideo etiã ſubdit,—— *Quis iam locus Achate*

Qui bella illa toto orbe vulgata ſint.

Quæ regio in terris noſtri non plena laboris? 324

quaſi diceret, regio nulla, nullus locus ac propè angulus, cum Africa etiã plena ſit. Quanquam eò etiam ſpectare potuit noſter Vates, quòd cum Afri eſſent intractabiles (id quod ex Matre didicerat Aeneas, & per ſe ſatis compertum iam habere poterat vbi ſe in Libyã deueniſſe perceperat) & peregrinis infenſi, minùs facilè ad eorum aures peruenire potuiſſent res Aſiæ. quapropter cum perueniſſe videat, colligit iam toto terrarum orbe eſſe vulgata. Et hinc eſt vt Dido tacitè hanc diluere moliretur famam, verbis illis

Non obtuſa adeò geſtamus pectora Pœni,
Nec tam auerſus equos Tyria ſol iungit ab vrbe,

Refellitur qui Virgilium reprehendunt quòd tam antiquam fecerit picturam.

affirmans ſe etiam ſuóſque genus Aeneadum noſſe & Troiani incendia belli. Iam verò, quoniam hactenus ſatis conſtat picturam a Virgilio in Carthaginis ædificatione introductam, præſtat ijs ſatisfacere qui Poëtæ obiiciunt picturam per idem tempus non fuiſſe inuentam. Ergo nos neque πρόληψιν hîc agnoſcimus quam huc poëtæ tuendo intrudunt aliqui, neque erratum κατὰ συμβεβηκός, ſeu ſecundùm accidens. nam ſcio quidem per anticipationem dici interdum aliqua, vt cum Velinos lacus introducit Virgilius circa Aeneæ tempus cum multò poſt eiuſmodi acceperint nomen. nec me latet ea quæ ex alienæ facultatis ignoratione promanant errata excuſari ab Ariſtotele quòd ſint κατὰ συμβεβηκός, ſed tamen Salomonis templum præclaris picturis ornatum fuiſſe conſtat: cum tamen Salomon ducentis fermè annis Carthaginis ædificationem anteceſſerit. ita vt cum pictura ſit Carthagine vetuſtior, dubitatio illa ruat, nec ad perfugia illa declinare neceſſe ſit. Nam 325 ſi dicas conſtare quidem ex multis hiſtoricis Salomonem multò ante Carthaginem floruiſſe; ſed tamen Virgilium Carthaginis ædificationem quingentis fermè annis ante Vrbis ædificationem, quicquid hiſtorici ſcribant, introduxiſſe, ac propterea non videri Carthaginem poſt Salomonis tempus, ſaltem ex Virgilij ſententia extructam; iam vtrum id fecerit Virgilius, & an hac in re errauerit, eſſet inueſtigandum, ac propterea controuerſiæ ſtatus mutandus. quare, ne vos morer, illud ſaltem indicabo, ante Salomonem quoque picturæ veſtigia ſiue inditia reperiri: nam Hebræi picturam multò antiquiorem faciunt. Dũ verò Poëta illius refert picturæ imagines quæ fortaſſe primò ſeſe Aeneæ obiecerant, vel vnde maximè Iliacas pugnas ibi expreſſas animaduerterat, atque ait

Atridas, Priamúmque & ſæuum ambobus Achillem:

Quomodo ſæuus ambobus fuerit Achilles, & quibus.

obſeruandum eſt Senecam Epiſtola 105. referre verſum hunc, & legere Atridem non Atridas: ex quo fieret vt non Agamemnonem & Menelaum, ſed Agamemnonẽ tantùm (per antonomaſiam ſcilicet) intelligeret: Virgilius. quibus poſitis Achilles appoſitè diceretur ſæuus ambobus, quia reuera Agamemnonem propter Briſeidem ademptam iniurijs affecit, ac parùm abſuit quin non interfecerit; Priamo quoque, cum Hectoris repeteret corpus, ſæuum ſe & crudelem oſtendit. Atque hanc lectionem eò libẽtiùs probauerim,

Digitized by Google

tim, quòd reuera Achilles Menelaó nuſquam ſe oſtenderit ſæuum. Nam quod aliqui addunt, non potuiſſe dici ſæuum ambobus, qui Atridis, hoc eſt Agamemnoni, & Menelao & Priamo itē, ſæuus fuerit id leue eſt. ſiquidē partitio ſaltē eſt bimembris: & ideò ſæuus di-
326 ci potuit & ambobus & vtriſque (confunduntur enim ſæpè) licet duo illi fratres ſub prio re membro continerentur. & ideò qui ſæuum pro forti, & fortem (quaſi verò poſitiuum pro ſuperlatiuo vſurpetur) pro fortiſſimo, accipiunt, & Achillem, vulgata lectione retenta, fortiſſimum Atridarum pronunciari volunt, audiendi non ſunt. præſertim verò quia Virgilius Achillem celebrat nuſquam, ferum & crudelem deſcribit ſemper. denique Priami qui adiacet, habenda eſt ratio, qui cum tamen Achilles, niſi ob ſæuitiam, conferri haud poteſt.

Part.88 Conſtitit: & lachrymans, quis iam locus, inquit, Achate,
Quæ regio in terris noſtri non plena laboris?
En Priamus: ſunt hîc etiam ſua præmia laudi,
Sunt lachrymæ rerum, & mentem mortalia tangunt.
Solue metus, feret hæc aliquam tibi fama ſalutem.

Magnopere commouetur Aeneas, atque huc illuc affectionibus varijs, impellitur animo dum Iliacas repētè cernit pugnas: nam & lachrymas fundit, & tamen gaudet, ita vt in præmij loco earum pugnarum reputet deſignationem: metum quoque abjicit, ſalutíſque concipit ſpem. Quanquam ad ſpem & lætitiam videntur reuocandi affectus ij omnes & motus: lætitiæ enim fundit lachrymas: cuius rei indices ſunt verba quæ lætitiam ac ſpem continent omnia. nam in luctu etiam, teſte Ariſtotele, lætitia reperiri poteſt, quemadmodum docebo paulò poſt. Ait verò *Sunt præmia laudi,* hoc eſt rebus laudandis, cuiuſmodi ſunt res præclarè geſtæ ac toleranter & ſummatim cum virtute: alioquín laus ipſa, quoniam debetur virtuti, præmij locum obtinet, non præmium expetit. Ac fortè vſurpat laudem pro rebus laudandis vt peregrina magis & recondita ac proinde admirabilis redda-
327 tur oratio: nam hinc Epopœiam exornari docet Ariſtoteles. Quanquam ſiquis velit dixiſſe *ſunt præmia laudi,* vt tacitè ſe quoque ipſum quoquo modo indicaret (a laude enim nomen inuenit Aeneas) ſignificarétque ſuæ quoque virtuti præmium præſto eſſe, non repugnarim. Certè dum ſubdit. *Sunt lachrymæ rerum, & mentem mortalia tangunt,* ſignificare videtur inde commiſerationem quandam oſtendi erga labores & calamitates Troianorum. quo fieret vt & ſibi & Troianis hoc præmium extare affirmaret.

Achate Aeneam bono animo eſſe iubet.

Part.89 Sic ait, atque animum picturâ paſcit inani:
Multa gemens, largóque humectat flumine vultum.

Cur obſecro inanem vocat picturam? præſertim verò cum animum (id quod Poëta ipſe non modò fatetur ſed profitetur) paſcat ac nutriat? profectò cum cibus qui corpus nutriat, temerè dicatur inanis, quídni temerè, ac falſò inanis dicatur pictura quæ nutrit animum? Huc accedit quòd nemo id inane dixerit quod ſuum obit munus, ac propoſitum aſſequitur finem. cum igitur pictura inſtruat hominem & erudiat, quod illi maximè propoſitum eſt in finis loco, perperam inanis dicatur neceſſe eſt. Quid? Medicus ſæpè aberrat a fine, ſæpè aberrat Orator, ſæpè etiam Gubernator; ita vt nec ille ſanet, neque alter perſuadeat, nec poſtremus nauem conſeruet. Et tamen ex iſtis culpatur nemo; dum tamen ſuo quiſque muneri, quantum res patitur, ſatisfecerit. Et erit qui picturam inanem vocet, quæ non modò opus exercet ſuum, verùm etiam animum erudiens ac paſcens, finem egregiè attingit & conſequitur? Vt omittam picturam ſæpè altiùs animos penetrare quàm peruadat ſermo. Itaque, *Maior eſt imago* (clamarunt aliquando Patres ſanctiſſimi)
328 *quàm oratio*. Denique ſcriptura eruditis magis ſeruit quàm idiotis ac rudibus: pictura & rudes & eruditos inſtruit, & vtriuſque tum memoriæ tum intelligentiæ tum voluptati ſeruit & conſulit. Cur igitur Virgili picturam appellare audes inanem? cur tecum ipſe pugnas, qui quod paſcit, vocas inane? Nam picturam tacentem Poëſim appellari quoque quam tu quidem inanem eſſe pernegares, compertum eſt. Hæc igitur diluenda

Picturam non eſſe dicēdam inanem probatur multis. I. II. III. IV. V. VI.

N nobis

nobis eſt dubitatio: præſertim verò quòd cum obuia ſit & in promptu, diſſimulari haud
poteſt ſine crimine. vt propterea mirum ſit apud interpretes omnes mirum hac de re ſi-
lentium . Mihi verò in hanc rem attentiùs intuenti multa occurrunt quibus propo-
ſita ſententia defendi , ac Poëta ab omni crimine liberari, poſſe videatur. Ac primùm,
Eandem iurè inanē dici oſtenditur. certum eſt picturam ſimulacra quædam imaginéſque referre, ac propterea non res veras
continere, ſed ad ſummum rerum verarum, hoc eſt exemplorum & idearum, imagines et
ſimulacra. ex quo fit vt huiuſmodi imagines, ſi cum exemplis & rebus veris ac ſolidis con
ferantur, inanes appareant, & inanes proinde non immeritò appellentur. Denique pictura
II. ab vmbra duxit originem: vmbrá verò nihil inanius: qui igitur picturæ initium reputet, is
picturam quoque inanem: & caſſam appellet non iniuria. Ac profectò inde orta eſt pictu-
ra, quòd cum homo, equus, aut aliud huiuſmodi corpus ſolidum & opacum ſeſe ſoli &
inuniuerſum luci obijceret, vmbra repente inde proijciebatur ac gignebatur, qua illius
corporis figura & imago quædam effingebatur. itaque priſci mortales animantis vmbrā
illam certis quibuſdam lineis concludentes, ſeu oblatam figuram deſcribentes, vmbræ il-
lius & figuræ, alioquin fluentis, imaginem conſeruabant: & hinc eſt vt adumbrare dicerē-
tur. Quare, *Non eſſet pictura* (inquit Quintilianus) *niſi ij fuiſſent, qui corporum quæ ſoli opponebā-
tur figuras atque vmbras lineis expreſſiſſent*. Et hinc eſt vt cum colores multò ſeriùs inuenti
ſint quibus adumbratæ illæ imagines exprimuntur & illuminantur, diù vmbris vnis ſeu 329
deſignatione contenta fuerit pictura. Huc accedit quòd pictura, ſi cum ſculptura, quam
III. appellant conferatur, verè inanis cenſenda eſt. Sculptura enim corpus ſolidum & trinam
dimenſionem habet pro campo in quo ſe exerceat: itaque ferro ſeu cœlo ſolidum ac pro-
fundum peruadit corpus ac tractat: pictor ſuperficie concluditur, ita vt profonditate quā
vocant; ſeu altitudine qua ſolidum gignitur corpus, excludatur. ita quidem ſi cum ſcul-
ptura ſeu cœlatura conferatur quæ ſolida eſt, inanis vocari poteſt. Et hinc eſt vt cœlator
(vt id obiter & quaſi parergon attingam) detrahendo, pictor addendo, opus conficere di-
catur: ille enim æs aut lapidem vel quid huiuſmodi ſic ſculpit ac cœlat vt cœlum ſeu fer-
rum figat altiùs ac materiam euellat, ita vt detrahendo cœlet ac fingat: pictor leuem ſu-
perficiem attingit ac veluti linit, colores aut lineas inducens imponénſque tabulæ vnde
addendo pingit. Atque hanc geminam artem phrygium opus fermè coniungit ſiue expri
mit. in hoc enim ex ſerico aut tela detrahitur aliquid, aliquid etiam additur, ita vt ex ſcul-
ptura & pictura conflari quodāmodo videatur. Itaque, vt ad rē redeam; pictura inanis eſt,
ſi cū ſculptura aut ēt cum phrygio opere conferatur. Idē dixerim ſi pictura, quoniam ta-
IV. cens Poëſis aut muta hiſtoria dici ſolet, cum Poëſi & Hiſtoria comparetur. Poëſis enim
& Hiſtoria carminis & ſolutæ orationis ope atque præſidijs, altiùs nos erudit & inſtituit:
pictura leuiſſimè. niſi enim auditione aut lectione quædam priùs perſpecta nobis ſint & 330
cognita ex ijs quæ finguntur, vix ac ne vix quidem quicquam intelligamus aut erudia-
mur. Itaque *En Priamus*, inquit Aeneas, quòd Priamum antea de facie cognouerat: alio-
quin minimè agnouiſſet. ita ut vacua per ſe ſit picturæ eruditio: etſi enim vbi anteceſſerit
rerum pictarum cognitio, intuētes permouere, poteſt altiùs, præſertim ob hypotypoſim,
& idcirco iurè maior dicitur imago quàm oratio) per ſe tamen, ac citra propoſita præſi-
dia, nullo modo. & hinc eſt vt pictura magis ad reminiſcentiam pertineat quàm ad res
nouas perdiſcendas. etſi ſcriptura aut doctore comite memoriam etiam ac doctrinam gi-
gnit. Ad extremùm, ſi Platonem audiamus, pictura non modò inanis ſed interdum inaniſ
V. ſima cenſenda eſt. Etenim tres vel potiùs quatuor rerum ordines ſtatuit Plato: quorum
primum Ideis tribuit, quas, quippe conſtantes ac ſempiternas, ſcientia comprehendi affir
mat, ac ſola intelligentia. alter tribuitur rebus naturalibus quas a ſummo artifice ex Ideis
expreſſas docet: atque has, quippe corporatas & fluxas, ſenſu attingi ait ac ſolam opinio-
nem gignere. cum enim corporatæ ſint, & contrarijs qualitatibus obuiæ & implicatæ, ac
propterea, quoniam hæ qualitates neceſſariò agunt ac proinde ſemper agunt, in perpe-
tuo diſſidio verſentur, fit ſanè vt perpetuò afficiantur, varientur. commutentur, gignātur,
corrumpantur; nunquam igitur eædem ſunt res naturales, ſed aliæ ſemper atque aliæ: &
idcirco, cum ſcientia ſit rerum æternarum & conſtantium, opinionè inconſtantiq. & ad-
ulterina cognitione percipi quidē poſſunt, ſcientia nullo modo. Atq. hæ res a Platone (vt
dicebā) ſecundo conſtituuntur loco. Succedūt in tertio harū rerum naturaliū imagines,
quæ fingendo aut pingendo exprimūtur. dum. n. cœlū, mons, flumē, ſylua, equus, vel quid 331
huiuſ-

Digitized by Google

huiuſmodi fingitur aut pingitur, fit ſanè vt hæ imagines ab ideis lõgiùs quàm cœlum ip-
ſum ac res ipſæ naturales, diſtent, ita vt conſiſtant in tertijs. imò verò ſi fortè pictor aut
ſculptor aliquid fingat aut pingat quod non tam extet in Natura, quàm mente ac phan-
taſia ipſe excogitet & comminiſcatur, vt hircoceruum, centaurum, & quid huiuſmodi,
eiuſmodi opus quarto loco a Platone collocabitur. & idcirco illud appellat icaſticum,
quòd ſit imago & ſimulachrum, hoc phantaſticum, quòd ab imaginatione ſeu phanta-
ſia ſit deriuatum. Vt propterea, ſi Platonem conſulamus, pictura tertio, interdum etiam
quarto, conſiſtat in loco, & a rebus veris, quas vnas cenſet ideas & expertes corporis men-
tes, diſtet longiùs. Ex quo fit vt pictura inanis quin inaniſsima cenſenda ſit. ſi enim ne res
naturales quidem apud eum rerum verarum obtinent locum, multò minùs id picturæ
eſt concedendum. Nam ſi clames falſum & abſurdiſsimum videri Platonicum iſtud de- *Dubitatur*
cretum; quis enim ferat res naturales & corporatas rerum verarum ordine excludi? quis
cœleſtia corpora, quæ ne tantillum quidem variant naturam, a rebus veris arceri lõgiùs?
Equidem ne aut longum faciam, aut philoſophari ſubtiliùs videar, ſic ſtatuo, ei qui id *Reſpondetur.*
perneget, hæc quæ ſubijciam eſſe reputanda. Scopulum aut columnam quæ ſoli obijcia-
tur, umbram perpetuò variare: cum enim ſol perpetuò decurrat, fieri nullo modo po-
teſt, quin vmbra non continenter ac perpetuò varietur: & tamen nemo, quantumuis in
332 eam diem integrum coniecerit oculos, id ſentiat. nam procedente tempore ſentiet qui-
dem mutationem factam, ſed fieri, nunquam perſentiat. ſic accidit corporatis rebus, quas
animaduertimus tandem, varietas, ſed variari non perſentimus. ſic plantæ, animalia & mi-
ſta corpora omnia: cum enim contrarijs qualitatibus conſtent quæ ſemper agunt, conti-
nenter etiam varientur neceſſe eſt. atque id de cœleſtibus corporibus fatendum eſt ſine
vlla dubitatione ſi communem cum inferioribus rebus habeant materiam: ſiquidem quã
tum in eis eſt, varientur oportet. Tametſi enim ægrè fortaſſe mutatio vlla percepta ſit
hactenus, percipietur fortaſſe aliquando. ſed de cœlo quoniam hoc argumentum in Pla-
tonis Timæo proſequimur accuratè, ſatis in præſens. Nos certè (vt de cæteris aliquid ſu-
bijciam) quotidie morimur & tamquam aqua dilabimur: ita vt apud nos vnus hominis
animus, quippe corpore vacuus, huic legi non ſit obnoxius. Denique quemadmodum
fieri nequit vt bis te in eâdem fluuij mergas aqua (fluit enim) ita nunquam eandem of-
fendas rem corporatam & mortalem. præterit enim vmbræ inſtar atque ſtationem can-
dem conſeruat nunquam. Oblata eſt aliquando Delphici Oraculi templo nauis quæ pro
foribus, quippe anathema & donarium, appenſa eſt: cúmque in dies per partes hinc inde
putreſceret & corrueret, curatum eſt vt reſarciretur & inſtauraretur, quòd per partes itẽ
factum eſt in dies. cum verò poſt longum tempus vndique & putruiſſe, & inſtaurata eſ-
ſet, quæſitum eſt eádémne eſſet nauis an altera: alteram eſſe docebant aliquis quòd pri-
migenia pars ſupereſſet nulla: alij figuram ac formam ſupereſſe dictitabant, vnde videri &
333 haberi deberet eádem. reclamabant illi quòd naturalis forma cum ligno fluxiſſet: ac pro-
pterea externa figura artificioſáque forma ſpecie quidem ac ſimilitudine perſeueraſſet,
vna eádémque nullo modo. Idem vſu venit rebus quæ aluntur & in vniuerſum contra-
rijs corporibus & qualitatibus conflatæ ſunt. ita vt non facilè proſterni poſsit Platonis de-
cretum. Atque hoc nomine Poëtam ſatis defenſum exiſtimamus.

Iam verò quî fit vt dum Aeneas pictura paſcit animum, quod ſine dubio lætitiæ præ- *Qui fieri*
bet ſignificationem, gemat, ac multa, multum inquam & copioſè, gemat, quin largo hu *poſſit vt*
mectet flumine vultum? Neque verò id quæro, quaſi verò fieri nequeat vt largo flumi- *Aeneas ex*
ne funderet lachrymas (id enim Poëtæ concedimus vberes lachrymas indicanti ac rem *pictura tũ*
amplificanti) ſed quia cum voluptatem ex pictura capiat, nihil eſt cur ingemiſcat & tan- *ſpem atque*
toperè ingemiſcat. ſed tamen nihil prohibet quominus vehementem cordis atque animi *lætitiam tũ*
permotionem cum lætitia tum fletus conſequatur. Certè Epaminondas cum ingenti ſa- *dolorẽ per-*
gittæ dolore cruciaretur, maximam etiam lætitiam cepit quòd audierit Clypeum eſse in- *ciperet.*
columem, nec in hoſtium manus perueniſse. Itaque inter dolorem & lætitiam expirauit.
Ariſtoteles quoque in libro 1. Rhetoricorum, *In luctu ipſo* (inquit) *& lachrymis ineſt qui-
dem ſenſus voluptatis:* quod ſanè nõ quidem perpetuum eſſe crediderim, ſed contingere ali-
quando, cum res mœſtæ ſe ſe cum lætis miſcent vel præſentia vel recordatione, & huc for
taſse ſpectauit Ariſtoteles cum pergeret. *nam mœror in eo eſt quòd non adſit: voluptas in eo quod
recordetur, & videat quodammodo illam, & quæ ágeret, & qualis eßet.* Id quod Homeri cõfirmat
334 teſtimonio, apud quẽ Achilles lætatur Patrochi præſentia (quæ tamen ſibi in ſomnis appa

Digitized by Google

ruerat) & tamen continenter quoque luget. Atque idem cernere licet apud Virgilium in Andromache; cum enim Aſcanium conſpexiſſet quem diligebat, quique Aſtyanactis filij gerebat imaginem, non ſine ingenti doloris ac lætitiæ ſenſu exclamauit,

O mihi ſola mei ſuper Aſtyanactis imago.
Sic oculos, ſic ille manus, ſic ora ferebat:
Et nunc æquali tecum pubeſceret æuo.

Quanquam lachrymæ quoque ipſæ citra rei iucundæ recordationem voluptatem interdum habent; itaut in acerbitatibus amabiles ſint; præſertim quia conceptus animo dolor tanquam virus vnà cum lachrymis effunditur. Itaque eleganter Ouidius,

—— Eſt quædam flere voluptas;
Expletur lachrymis, egeritúrque dolor.

ſed Poëtam audiamus, qui ad picturam vtcunque ſigillatim diuertit:

Part. 90.

Namque videbat vti bellantes Pergama circum
Hàc fugerent Graij, premeret Troiana iuuentus,
Hàc Phryges, inſtaret curru criſtatus Achilles.
Nec procul hinc Rhœſi niueis tentoria velis
Agnoſcit lachrymans: primo quæ prodita ſomno
Tydides multa vaſtabat cæde cruentus.
Ardenteiſque auertit equos in caſtra priùs quàm
Pabula guſtaſſent Troiæ, xanthúmque bibiſſent.

Percurrit quæ Pictura illa obijceret.

Poſtulabat ſanè ratio vt Virgilius, quoniam in templo Iliacas pugnas dixerat contineri quæ ſeſe Aeneæ obijcerent intuenti, earum ſpecimen præberet aliquod; ſpecimen inquā; nam eas complecti omnes immenſi fuiſſet operis. cum enim eſſent decennales, atque ex ordine exaratæ & expreſſæ, ne media quidem Aeneis ſuffeciſſet tot rebus, non dicam pro dignitate canendis, ſed breuiter enarrandis. Certè in ſecundo ſupremos Troiæ labores ſiue 335
vnum excidium canit: & tamen librum integrum in illo occupat. Pauca igitur de multis ſeligit, atque illa, vt par eſt, præcipua, quæque ſatis indicent Aeneam, quoniam mirificè afficiebatur, & lætitia ſimul ac dolore tangebatur, inde & mœrorem & voluptatem potuiſſe percipere, ſpem etiam (huius enim gratia huc digreſſus erat Poëta) concipere. Ait igitur.

Namque videbat vti bellantes Pergama circum
Hàc fugerent Graij ——

Rem primò attingit quæ & pertinebat ad Troianorum gloriam, & verò commiſeratione quæ ex afflicta fortuna captatur, non caret. cum enim ij in quibus bellica laus ac magna dignitas enituerat, oppreſſi tandem fuiſſent a Græcis, ídque non virtute ſed vi & fraude, quidni commiſerationem excitarent? Quanquam dolorem inde & lætitiam ſimul haurire potuit Aeneas; dolorem quòd eos oppreſſos recordaretur, lætitiam quòd illorum tamen fama vigeret quæque clementiæ faces Reginæ poſſet inijcere. De hac verò Græcorum fuga Homerus legendus eſt libro VIII. & XVII. Iliados. Quanquam apud Homerū vnus Hector in fugam conijcit Græcos, cum tamen Virgilius Troiana iuuentute fugatos canat quod eſt veriſimilius. Pergit, *Hàc Phryges* —— quod eſt hinc viciſſim fugam capientes apparebant Phryges: quod tamen ne facilè dedecori vertatur Troianis, Achillis fortitudini acceptum refert, & ideo ſubdit è veſtigiò —— *inſtaret curru criſtatus Achilles.* de qua re Homerus libro XXI. interim obſeruandum, potuiſſe Aeneam hinc quoque aliquid lætitiæ (de dolore enim conſtat ſatis) percipere, cum in mentem quoque recurreret facilè ipſum quoque Achillem cecidiſſe tandem & hoſtili induſtria cecidiſſe. Inducitur 336
autem de curru pugnans, quia Priſci illi, præſertim duces ac nobiles, de curru pugnabant cominus miſſilia inde torquentes, donec congrederentur pugnaréntque cominus: quem morem in Turno atque alijs expreſſit Virgilius: & verò Regibus Hebræorum vſitatum ſatis conſtat: ac de Achillis curru, auriga, equis, legere eſt VIII. Iliados. At enim cur criſtatus dicitur? propter criſtatam quam geſtabat galeam. cum enim Vulcanus, Thetide deprecāte, impenetrabilia Achilli arma fabricaſſet, galeam inter cætera aureis criſtis celſam conflauerat: de qua re Homerū audire licet Iliados duodeuigeſimo. Atq. hic mos inualuit

Digitized by Google

ualuit apud milites, ita vt non ſolùm a Poëtis in Ducibus exprimatur, verùm etiam militiæ colatur: idque vel ornatus gratia (idcirco enim criſtæ decora alta dicuntur a Virgilio, decúſque ſuperbum) vel ad hoſtes terrendos vnde terrificæ hoſtiléſque appellantur: vel denique vt ea ſpecie animus quoque aſſurgat, & idcirco Sylius *inſurgens nitenti cono* de criſtato milite cecinit aliquando. qua in re author (quiſquis ille fuerit) gallinaceum gallum, qui pugnax eſt & criſtatus incedit, imitari potuit. Tametſi fortitudo animi & corporis paranda militi veriùs quàm criſtata galea aut pictus clypeus aut torques aureus: criſtæ enim non infligunt plagas, nec pictura reſiſtit pilis, torques etiam & pretioſa quæque hoſtibus veriùs iniiciunt cupiditatem ac bellandi vincendíque ardorem quàm timorem. itaque cum ex Annibale quæreretur num ſatis inſtructus videri poſſet exercitus qui etſi Florentiſſimus, ditiſſimus tamen apparebat, *ad prædam* (inquit) *ſatis*; ſignificans hoſtes in-
337 de acriùs prouocari, terreri nullo modo. Sed ad Rhœſum. hic igitur inducitur a Virgilio quòd eius calamitas commiſerationem habeat quidem ac proinde dolorem; ſed tamen ſpem eidem afferat quòd Reginam (vt in afflicta fortuna euenire ſolet) poſſit ad clementiam prouocare. ait verò ſomno proditum, vt extenuet atque adeò occultet Rhœſi culpam. verè enim culpandus fuit quòd excubias non diſpoſuerit quibus ab Græcorum armis inſidiíſque ſibi caueret: denique glorioſius erat pugnando cadere. Hanc igitur, vt dicebam, extenuat culpam. quo fit vt commiſerationi ſit locus. Rhœſus igitur Thraciæ Rex, cum opem ferret Troianis, ac non longè a Græcis inter Troianos poſuiſſet caſtra) in campo enim perinde ac Græci caſtra poſuerant Troiani quoque) & iam iam locũ occupaſſet quem illi Hector attribuerat (nam attribuiſſe canit Homerus in decimo) ita vt niuea illius tentoria, candida inquam, apparerent, ecce tibi prima nocte dum altiùs dormiret, a ſomno proditur: cum enim de via feſſus, quieti, vt fit, ſe dediſſet, ſtatim ab Vlyſſe & Diomede qui de illius aduentu per Dolonem reſcierant, inuaditur, & cum multis interficitur. Et ideo pergit

Tydides multâ vaſtabat cæde cruentus.

Vbi quæri poſſet cur nihil de Vlyſſe. Certè Homerus vtriuſque mentionem facit, Euripides in Rhœſo præcipuam Vlyſſi gloriam tribuit, candémque ſibi apud Ouidium arrogat Vlyſſes ipſe. Sed Virgilius nuſquam Vlyſſis fauet gloriæ. itaque vel ignominioſè de illo meminit, pellacem illum appellans, dirum, ac ſcelerum inuentorem & hortatorem, vel præterit illum tacitè. Quanquam hìc eò etiam ſpectare potuit, quòd ab Homero Tydides reuera cecidiſſe illos dicatur, Vlyſſes cadauera peditus abſtraxiſſe, vt inter claſſem ad
338 Rhœſum aperiret viam. Tametſi cum pergat,

Ardentéſque auertit equos in caſtra priùs quàm
Pabula guſtaſſent Troiæ, Xanthúmque bibiſſent,

atque id etiam Tydidi tribuat vni, cum tamen eiuſmodi feciſſet ex Homero Vlyſſes peregiſſet vel maximè, ſatis conſtat quicquid Vlyſſis contineat laudem, id omne a Poëta libenter reticeri. ſed cur tam minutè quædam commemorat noſter Vates? nimirũ equos iſtos fuiſſe a Tydide auerſos antequam

Pabula guſtaſſent Troiæ Xanthúmque bibiſſent?

quia oraculo didicerat fore vt Rhœſus interfici non poſſet niſi equi illi auerterentur antequam ibi guſtarent, quicquam. & ideo iurè cæſos illos memorat antequam aut pabulum ibi guſtarent Rhœſi equi aut biberent. Sed cur priùs cædem narrat, tum auerſos equos ſi enim cædi rex haud poterat, niſi priùs auerterentur equi, antea interfici nullo modo potuit. Crediderim itaque Oraculum reſpondiſſe non quidem Rhœſum interfici, ſed illũ expugnari haud poſſe, niſi priùs auuerterentur equi. quorſum enim de Rhœſo oraculum conſulere? aut quî in menſem Rhœſus venire potuit, cum multò antea conſuluiſſet Oraculum?

Part.91 Parte alia fugiens amiſſis Troilus armis,
Infœlix puer, atque impar congreſſus Achilli,
Fertur equis, currúque hæret reſupinus inani,
Lora tenens tamen: huic ceruíxque, comæque trahuntur
Per terram, & verſâ puluis inſcribitur haſta.

Qualis planè fuerit Troili fortuna, vbinam congreſſus ſit cum Achille & qua ætate, quiue ab illo peremptus ſit, non omnino conſtat inter hiſtoricos: quin neque omnes fatentur Priami fuiſſe filium, ſed aliqui Apollinem reuera, etſi fama Priami, habuiſſe parentem. 339
Videtur tamen Virgilius ſequi tum Homerum qui Troilum perinde atque Hectorem Priami filium appellat & ab Achille interfectum canit, tum Calabrum qui canit non diſſimilia. Ac puerum ſeu adoleſcentem fuiſſe, non confirmata ætate, quemadmodum Tzetes contendit, præter Homerum atque alios multos, Dion ſcribit, Horatius etiam indicat canens

—— Nec impubem parentes Troilon aut Phrygiæ ſorores
Fleuere ſemper ——

Itaque eleganter Homero ac Virgilio concinens Auſonius, Troilum ſic de ſe canentem induxit.

Hectore proſtrato, nec Dijs, nec viribus, æquis
Congreſſus perij, Troilus Aeacidæ.
Raptatus bigis fratris coniungat honori,
Cuius ob exemplum nec mihi pœna grauis.

Sed vt vt ſit, fatetur quidem Virgilius fugam arripuiſſe Troilum, atque amiſiſſe arma, quod ſanè dedecori verti poterat, ſed tamen ſenſim eum excuſat ab ætate, quòd eſſet puer atque impar viribus Achilli, ſimúlque ab aduerſa fortuna quòd infœliciter, quod eſt aduerſo Numine, cum hoſte congreſſus eſſet. alioquin eum, quippe qui ſponte ac celſo animo Achillem aggredi non dubitaſſet, tacitè commendat: Dares Achillem vulneraſſe etiã ſcribit, ita vt hic pugna dies aliquot ſuperſedere coactus ſit. ſed Poëta vel id falſum aut minùs veriſimile iudicauit; & ideo cum ſatis habuiſſet eum celſo animo exprimere qui cũ Achille congreſſus eſſet, hinc ad commiſerationem ſtatim excitandam deſcendit ſubijciens,

Fertur equis, currúque hæret reſupinus inani.

cum enim de curru deiectus eſſet, ferebatur equis, non eos regebat, vt antea aut ſuum in curru locum retinebat. tametſi vno aut altero pede implicatus adhuc & detentus curru, hærebat illi, ſed reſupinus, facie ſcilicet ac pectore in cœlum conuerſo, ita vt humeris ſupinus hæreret terræ; lora tamen tenens, quod erat fortitudinis argumentum. Interea tamen (id quod commiſerationem habet maximam) *Huic ceruixque comæque trahuntur Per terram,* rectè ceruix comaéque, quod arma proíndeque galeam amiſerat. Quanquam haſtam nõ 340
ita amiſerat, quin eum conſectaretur; ſed quæ tamen non hoſtem appeteret, ſed terram exararet, ita vt puluis videretur inſcribi. Iam verò, ne videar quaſdam imitationes Homericas præterijſſe, dum luget Aeneas (id quod in particula LXXXIX. obſeruauimus) conferri poteſt cum Homero quæ item in IX. Iliadis ad initium largum fundit fletum. Eodémq; modo dum in particula LXXXX. inſtaret curru criſtatus Achilles legendus eſt Homerus in XIX. Iliados vbi criſtati Achillis galea deſcribitur. Eodémque in loco dum canit Virgilius

Nec procul hinc Rheſi niueis tentoria velis Agnoſcit ——

conferendus eſt cum Homero in X. Iliados dum idem attingit. Denique dum in hac particula de Troilo canitur

—— Currúque hæret reſupinus inani,

legendus eſt Homerus in VI. item Iliados. Sed iam pergamus.

Partic. 92.

Interea ad templum non æquæ Palladis ibant
Crinibus Iliades paſſis, peplúmque ferebant
Suppliciter triſtes, & tunſæ pectora palmis.
Diua ſolo fixos oculos auerſa tenebat.

Veteri conſuetudine receptum eſt, vt cum Vrbs aliqua premitur obſidione, atque hoſtilibus pertentatur armis, ciues pro ſua quique facultate Vrbi opitulentur. Itaque ſenes prouidentia, conſilio, authoritate opem ferunt: iuuenes armis, labore, fortitudine: mulieres ipſæ obſequijs, precibus ad Deum, lachrymis ac gemitibus. Quapropter eleganter Salluſtius, cum Catilina igne & ferro Romanæ Vrbi excidium minitaretur, atque illam tyrannide opprimere moliretur, *Mulieres* (inquit) *quibus Reipublicæ magnitudine belli timor inſolitus inceſſerat, afflictare ſeſe; manus ſupplices ad cœlum tendere; miſerari paruos liberos: rogitare;*

omnia

omnia pauere; ſuperbia, atque delicijs omiſſis, ſibi, patriaéque diffidere. ſic Salluſtius. Id quod Troiani quoque belli tempore factitauerant Ilij Mulieres apud Homerum, quemadmodum conſtat ex ſexto Iliados, vbi Hector Matrem hortatur vt pro vino quod ſibi offerret propinandũ, peplũ offerret Palladi. Id quod ex non mali interpretis carminibus referre Iubet.

Tu potiùs veneranda parens, tu collige primas
341 *Matronas Vrbis, quarum comitata caterua*
Palladis ad templum libamina thuráque portans
Aſcendas, peplúmque deæ quod in ædibus intus
Eximium pulchrúmque tenes, pretioſius vllum
Quo non eſt aliud, venerandam defer in ædem,
Ante deæ genua auricoma ſpecioſa reponens.
Inde voue diuæ ſolemnia ſacra Mineruæ,
Bis ſex immunes ab arandi munere tauros,
Si forſan miſerata vrbem, miſerata nepotes
Troas & vxores, dulces & ad vbera natos,
Arceat inſanum Tydidea mœnibus vrbis,
Terribilem, bellatorem, ſæuum atque ferocem.
Tu nunc ergo parens iſthæc curabis, & arcem
Palladis aſcendens:——

ſic Hector. & ideò paulò poſt, cum Hecuba rem curaret, ſic canitur

—— Redit illa domum, famuláſque per vrbem
Protinus accitum mittit, matréſque, nurúſque.
Ipſa in odoriferum thalamum deſcendit. in illo
Peplorum vis magna fuit, quæ Sidonidarum
Artifices fecere manus, & Sidone nuper
Attulerat, ſpacioſa Helenen ſuper æquora ducens
Dijs forma Paris aſſimilis præſtante beatis.
Ex his eximium, quod ſumma in parte iacebat,
Nec ſecus ac ſydus claro fulgore micabat,
Quo nec nobilius, nec erat præſtantius vllum,
Ipſa ferens Hecube donum portabat Athenæ,
Fœmineo cœtu matronarúmque caterua
Et nuruum ſtipante manu, contendit in ædem
Palladis armiſonæ, ſumma quod in arce tenebat.
Ventum erat ad templi limen, formoſa Theano
Filia Ciſſei, generoſi Antenoris vxor
342 *(Namque ſacerdotem Troës fecere Mineruæ)*
Palladias reſerat ſtridenti cardine portas,
Et ſumptum manibus fulgenti murice peplum
Obtulit ante pedes Diuæ, genibúſque dicatum
Applicuit, palmas muliebris turba tetendit,
Auxiliúmque omnes præſenti ex numine poſcunt.
Ipſa deam ſupplex ſic eſt venerata Theano.
Armipotens, Ioue nata Dearum maxima Pallas,
Frange manu telum ſæui Diomedis, & ipſum
Pronum ſterne ſolo, Scææ ſub limina portæ,
Vt tibi mox bis ſena boum tua templa ſacrantes
Corpora mactemus, totidémque ad ſacra quotannis
Omnes indomitos, nec dum ſub aratra coactos,
Si miſerata vrbem, populum, puerósque, patréſque,
Vxoréſque, nurúſque tuo ſub numine ſerues.
Sic venerata Deam ſupplex in vota vocabat,
Diua ſolo fixos oculos auerſa tenebat:

Hæc rurſus Homerus. Quæ deſcribere placuit, ut conferre Virgilium liceat cum Homero. Tametſi audiendus eſt rurſus Virgilius in XI. vbi Amatam Reginam peplum aut dona Palladi Hecubæ inſtar deferentem inducit: ſic canens;

Nec

Digitized by Google

Nec non ad templum ſummáſque ad Palladis arces
Subuehitur, magna matrum regina caterua,
Dona ferens, iuxtaque comes Lauinia Virgo:
Cauſa mali tanti, atque oculos demiſſa decoros.
Succedunt Matres, & Templum thure vaporant,
Et mœſtas alto fundunt de limine voces.

ſic noſter Virgilius. qui ſine dubio multum debet Homero quem imitatur: etſi dū otioſe placerent multa, multa ornatiùs exprimit, dignus eſt qui Magiſtro anteponatur. nam in propoſitis Homeris carminibus multa aut redundare aut frigere, is ſentiet, qui Græcè illū perlegerit. 343 interpres enim hic noſter, vt elegantiæ conſulat & venuſtati multa variat ac Virgilianis ornat luminibus. Sed ad propoſitum Virgilij locum redeamus. vbi ait *Interea*, intelligimus hæc contigiſſe dum Troiani aperto marte cum Græcis dimicarent, ita vt iſti armis, iſtæ precibus, patriæ ſuccurrerent. dū verò ait *non æquæ*, arbitratus ſum aliquando ad Iliades pertinere, quaſi verò Iliades non æquæ incederent, quòd ſcilicet peplum, & quæ illud deferret, Antenoris coniux anteiret: tum Hecuba, Andromache & regiæ fœminæ & matronæ reliquæ ac virgines, binæ fermè ac binæ, quemadmodum apud nos etiam fit, in ſupplicationibus, ſequerentur: quæ ſententia cum verbis conſentit & re ipſa. Sed tamen quoniam cæteri ad Palladem eas referunt voces, quaſi *iniquæ Palladis* ſit ſententia, ſignificatúrque infenſam fuiſſe erga Troianas, non grauatè hanc probarim opinionem, & huc pertinet quod addit

Diua ſolo fixos oculos auerſa tenebat.

vbi auerſa dicitur animo: nam vt de facie agnoſceretur, & tamen auerſa facie ſeſe obijceret, fieri nullo modo poteſt: multò minùs vt faciem auertens conſpiceretur ita vt moueretur. Palladi igitur crinibus ſparſis ac fuſis quemadmodum in mœſtitia contingit fœminis, ſupplices, triſtes, tundentes pectora palmis (quæ omnia doloris demiſsíque animi ſeu ſupplicis ſunt argumenta) Iliades ferebant peplum. erat verò peplum, ſiue etiam peplus, veſtis tenuis & candida, quæ tamen ad talos vſque fluebat ornata tamen ac picta, phrygio quoque opere elaborata atque diſtincta, clauiculis aureis inſtructa: quam Palladi offerebant vt illam ſibi propitiarent: atque hanc ferunt ab Athenienſibus inuentam primò & 344 Palladi dedicatam.

Tart. 95. Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros.
Exanimúmque auro corpus vendebat Achilles.
Tum verò ingentem gemitum dat pectore ab imo,
Vt ſpolia, vt currus, utque ipſum corpus amici,
Tendentémque manus Priamum conſpexit inermeis,

Id iam commemorat quod maximè omnium vel Græcis, aut certè Achilli, inuidiam conflare poterat, aut Troianis miſericordiam conciliare. Achillis enim & crudelitas & auaritia cōmoſtratur, quibus vitijs in ingenuo viro, ac duce inprimis, nihil turpius. Quid enim turpius quàm ſtrenuum ducem ſæuire in mortuos? quid ſordidius quàm ex cadaueribus quæſtum colligere, aut demortuos vendere? & tamen Achilles non modò ſemel ſed iterum ac tertiò ſæuitiam oſtenderat in Hectoris cadauer: idémque afflicto parenti, cui in afflictæ fortuna condolendum erat, vendere non dubitauit. ſecus apud Virgilium Aeneas qui ad veram fortitudinem atque pietatem, prout decebat optimum ducem, informatur; aurum enim à Mago oblatum contemnit, Turni etiam cadauer parenti non abnuit reſtituere; vitæ etiam pepercisſet deprecantis, niſi Pallantis balteum in illo perſpexiſſet. vt mirum videri debeat Alexandrum Macedonem qui ſe paſſim magnanimum oſtendit, Achillis more in Betim deſæuiſſe. quanquam fortaſſe huius ſibi peruicaciam hac ratione frangendam cenſuit, quòd ſupplex, prout debuit, eſſe noluiſſet. certè Paphlagonios Henetis, atque alios multos quos iure belli ſeruos aut ſtipendiarios conſtituere potuit. in libertate aut Regno confirmauit: & in Darium ipſum, hoc eſt præcipuum hoſtem ſummam hu- 345 manitatem oſtendit quem extinctum magnificentiſſimo ſepulchro ornauit. Iam verò eadem Achillis facta quippe indigna, valent ad Reginæ clementiam excitandam & Troianis (vt dicere cœperam) miſericordiam conciliandam, quòd Hector ea indignè tuliſſet, cum ob fortitudinem ac virtutem honorem pro mereretur; ita vt indignationē quoque

que in Græcos mouere poſſet. an verò Achilles raptauerit Hectorem ad naues Græcorũ, aut circa Patrodi ſepulchrum quemadmodum canit Homerus, an verò circum Ilij muros, quemadmodum ſcribit Philoſtratus, non ſatis conſtat: Virgilius tamen qui circa muros, & ter raptatum canit, inſtituto magis ac magis ſeruit ſuo. Atque hæc ſanè in poſtremo Iliados libro occurrunt omnia: vbi raptatur Hector, eiuſdémq; corpus parenti Priamo venditur ab Achille. Denique hæc & id genus multa per te cōmodè percurrere poſſis mutuóque conferre cum hoc Virgilij loco. Ex quibus omnibus intelliges quæ prolixè perſequitur Homerus, ea perſtringi a Virgilio prout ſcilicet pictura exigebat cui ſtylus fuit conformandus. Atque hîc etiam licet animaduertere quam habeat epopœia opportunitatem: quæ, quoniam narrat Hectorē ter raptatum, aptè narrat, quòd pictura vix obijcere poterat. quanquam ea fortaſſe de cauſa Virgilius eã vſurpat vocem *raptauerat*, quòd non tam ex pictura quàm ex narratione ter raptatum velit intelligi; contra tamen *vendebat* inquit, non *vendiderat*, quia pictura vendentem Achillem exprimere potuit percommodè. & ideò aptè ſubijcitur

Part.94 Tum verò ingentem gemitum dat pectore ab imo,
Vt ſpolia, vt currus, útque ipſum corpus amici,
Tendentémque manus Priamum conſpexit inermeis,

Atque ex his πάθος mirificè elucet, ita vt appoſitè gemitum repentè edat Aeneas. Denique huc pertinet quod & ſpolia commemorat fortiſſimi illius Ducis, & currus, tam ſcilicet Hectoris vnde deiectus eſt, quàm Achillis a quo raptatus eſt Hector inprimis verò
346 amici corpus commoſtrat inermémque ſenem manus tendentem ac deprecantem. Quo in loco dum Aeneas ingentem dat gemitum, ídque pectore ab imo, dúmque rurſus amici Hectoris, etſi depicti, deflet caſum, & Priami fortunam; tacitè diluitur rurſus proditionis rumor. Ita quidem conſentienter Hector illud Aeneæ tanquam amico reuocauit in memoriam, *Sat Patriæ Priamóque datum*

Part.95 Se quoque principibus permiſtum agnouit Achiuis,
Eoáſque acies, & nigri Memnonis arma.
Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis
Pentheſilea furens, mediiſque in mlllibus ardet,
Aurea ſubnectens exertæ cingula mammæ
Bellatrix, audétque viris concurrere virgo.

Perſtringit iam paucis multa. etſi enim Troianorum fortunas ſic ex pictura recenſuit vt non latiùs manarit oratio, quin breuitatem ſectatus ſit (nam reuera non hic erat locus in quo data opera fortunas ac bella percenſeret Troianorum) nunc tamen breuitati ſtudet vel maximè. & ſanè ad has picturas deuenerat obiter, ac propterea veluti per tranſennam attingendæ erant res Iliacæ; vt ſcilicet Aeneæ lætitiam dolorémque ac doloris lætitiæque cauſas indicaret, maximè verò cur ſibi optimè ſperandum putaret. ita quidem cum dixiſſet *Seſe agnoſcit Aeneas, tum alios multos.*

—— *Hîc primum Aeneas ſperare ſalutem*
Auſus, & afflictis meliùs confidere rebus;

& idcirco ſubieciſſet, *Namque ſub ingenti luſtrat dum ſingula templo* & quæ ſequuntur, ídque vt quod propoſuerat declararet; nũc cum propoſitum declararit, iam ſenſim claudit narrationem. Et ideò ea perſtringens quæ reuera videri præcipua poterant, nec facilè omittenda eſſent Reginam cui interim præſtolatur Aeneas, in medium adducit, atque aliò in-
347 flectit Muſam. ſed propoſitum locum ſigillatim explicemus. Principiò igitur ait Aeneã ſe quoque ipſum inter Græcos principes agnouiſſe. Ex quo loco Seruius in eam ſuſpicionem incidit, vt crediderit Virgilium tacitè indicare voluiſſe Aeneam cum Græcis in patriæ perniciem conſpiraſſe. quid eſt enim quòd eũ permiſceat Achiuis vel potiùs Achiuorum principibus, niſi vt conſpirationem illam tacitè indicet? Ac profectò cum ab initio hanc Antenori conflaſſet calumniam, illud ſupererat vt eandem conflaret Aeneæ: ſi enim peccandum, nauiter peccandum. Sed reijcienda eſt eius ſuſpicio. cum enim Virgilius caneret Auguſto, ac diuinam illius progeniem celebraret, quid ineptius quàm gentis *Seruius reprebenditur.*

Iuliæ

Digitized by Google

Iuliæ authorem proditoris crimine inſimulare? Denique ſtatim ab initio profugum fecit
Aeneam vt ne quid de eius fide ſuſpicaremur: eodémque conſilio in progreſſu ſemper
eiuſmodi ſuſpicionem (ſatis enim perceperat apud aliquos emanaſſe) tacitè delere ſtu-
duit. & hinc illæ voces, *Sat patriæ Priamóque datum*, & ſexcentæ aliæ, quas nos & iamdiu
obſeruauimus, & obſeruabimus in progreſſu. ita vt talem ſuſpicionem delere quidē ſtu-
deat, excitare aut indicare nullo modo. Sed cur ait principibus Achiuis permixtum fuiſſe
ea ipſa de cauſa propter. quam ipſemet Aeneas dixit

Vadimus immiſti Danais haud numine noſtro.

immiſcetur enim Græcis, ſed ſuo periculo & aduerſo numine: vno verbo, pugnando &
cum vitæ periculo permiſcetur: nā & cum Diomede ſingulari certamine, & cum Achille
& ſæpè aliàs cum Græcis dimicando, congreſſus eſt. Atque hinc factum crediderim vt ſe
ipſe agnouerit: quia ſcilicet ſic inter Græcos pugnans expreſſus ſit, vt inde ſe quoque ipsū
agnouerit. Neque enim crediderim de facie expreſſum (quî enim a Libyco pictore de fa 348
cie exprimi potuit?) ac propterea ex vultu ſe ſe agnouiſſe; ſed ex circumſtantijs vt Gellij
verbo vtar, & rebus geſtis. Atque eodem modo fortaſſe agnouit Priamum. Quanquam
nihil prohibet quo minùs longæuus ille ſenex, regio præſertim ornatus habitu, quaſi de
facie cognitus ſit. Sed ſubtiliùs hæc examinare haud decet in Poëſi. Dum verò pergit

Eóſque acies, & nigri Memnonis arma;

dubitari poteſt num eoæ ſiue orientis acies ab ijs different quas duxiſſe Memnon memo-
De Memnone. rant hiſtorici, an eædem deſignentur. qua iure (ne longum faciam diſputando atque hi-
ſtoricorum dicta percenſendo) crediderim eaſdem fuiſſe. de qua re conſulas Diodorum
& alios. an verò niger dicatur quòd Aethyops eſſet vel quia Aethyopes duceret, ex ijſdē
diſcito. Memnon igitur, quippe auroræ & Titonis filius, magna militū manu opem tulit
Priamo, miſſus ab Aſſyriorum Rege. ait verò Poëta Memnonis arma vel intuens in arma
quæ huic fabricauit Vulcanus Auroræ rogatu, vel exercitum indicans quem duxit vel
De Amazonum Regina. vtrumque. atque hic etiam ab Achille interfectus eſt. Nunc ad Amazones ſiue Amazo-
num Reginam, quam ita deſcribit ac bellantem ante oculos ponit, vt nihil ſiue ad illius
picturæ commendationem ſiue ad bellicam ipſius Reginæ laudem excogitari poſſit illu-
ſtrius. denique eius habitum, ſtudia, inprimíſque pugnandi ardorem, ac Ducis fortitudi-
nē, mirificè ponit ante oculos: atque huc inprimis illud pertinet *furens*, & *ardet*, quibus res 349
ſupramodū augetur; medijs verò in millibus ardet vel agminibus, vel certè hoſtibus qui-
búſcum pugnat. videtur autem Poëta illis vocibus

Aurea ſubnectens exertæ cingula mammæ

non modò habitum & cultum deſcribere iſtius bellatricis, verùm etiam nomen Amazo-
num alludere, quæ cum alteram mammam exuſtam haberent ad ferro exertam, hinc in-
uenere nomen, quaſi ἄνευ μαζῶ, hoc eſt ſine mamma. De his verò longum eſſet comme-
morare quæ Herodotus ac deinde alij hiſtorici plurimi literis tradiderūt. quæ ſanè plera-
que ſic inuſitata ſunt ac noua, vt aliqui eas, quaſi fictas, è medio tollere conati ſint. quan-
quam res eſt illuſtrior ac certior quàm vt de illa iurè liceat dubitare. Meminit autem ha-
rum Homerus 3. & 6. Iliados, vbi appellantur ἀντιάνειραι hoc eſt virágines vt habet inter-
pres, ſed fortè cum viris bellatrices ſignificauit, ita vt Virgilius dum canit, *auditque viris
concurrere*, huc reſpexerit. Quanquam optaſſem vt Homerus has cum Græcis pugnan-
tes induxiſſet, cum ad Poëma illuſtrandum, admirationémque inprimis ciendam id per-
tineret. & ſanè cum hiſtorici eas Troianis ſubſidio fuiſſe & cum Græcis certaſſe, Pēheſi-
leámque ipſam poſt egregia facta ab Achille aut Neoptolemo interfectam ſcribant, cur
obſecro Homerus hoc Poëmati inuidit decus? nam ſi fortè Penheſileæ aduentus non in
illam Iliaci Belli partem inciderat quam Homerus ſibi canendam propoſuerat (res enim
poſteriore fermè anno geſtas, nec omnes, eſt perſecutus) nihil prohibebat quominus rem
hanc præclariſſimam & admirabilem, quemadmodum alias multas minùs præclaras, ex
rebus antè actis attingeret. Sed Tryphiodorus rem eleganter expreſſit. Virgilius etiam
in Camilla vtcunque imitatus eſt: inter noſtrates etiam Arioſtus egregiè admodum & co 350
piosè. Ita quidem Iliacas pugnas, quarum tamen ſpecimen præbet tantùm, præclaro clau
dit Reginæ huius elogio. Crediderim autem Poëtam in hac pictura nonnihil imitatum
eſſe Homerum, qui in 8. Odyſſeæ libro Demodochum inducit qui in Alcinoi conuiuio
Iliacas pugnas canit, Vlyſſémque non ſine lachrymis audientem inducit. Tametſi propo
ſitum Odyſſeæ locum in fine huius quoque libri in conuiuio exprimi ſatis conſtat. At-
que hęc ſanè omnia quæ in Homero vel deſiderantur vel ſtrictím aut aliter quàm a Virgi-
lio in-

ſio indicantur,declarant ſatis citra Homericam quoque imitationem egregiam fuiſſe Virgilij induſtriam. Certè quæ de Penteſilea canit,ingenio pleniſſima ſunt. Etſi fieri quoque poteſt vt aliqua ex Q. Smyrnæo acceperit,nam quæ de Mennone & Penteſilea canit vtcũque in Smyrnæo legere potuit. Sed aduentanti Reginæ occurramus.

Par. 96. Hæc dum Dardanio Aeneæ miranda videntur,
551. Dum ſtupet,obtutúque hæret defixus in vno;
Regina ad templum forma pulcherrima Dido
Inceſſit,magna iuuenum ſtipante caterua.

Ad reginæ aduentum deſcẽditur.

A bellica picturæ narratione ad Reginæ aduentum progreditur. ac priùs ſignificat ea quę pictura illa continerentur, admiranda Aeneæ viſa fuiſſe, ita vt ſtuperet, obtutúque hæreret defixus in vno, quod eſt in pictura illa totus & oculis & animo defixus eſſet. Ac de Aeneæ quidem vel admiratione vel ſtupore nihil dicam quòd non ita pridem copioſè id attigerim. Illud potiùs commemorabo,ea verba

Dum ſtupet,obtutúque hæret defixus in vno,

ſignificare operis excellentiam, ita vt res illas geſtas adamuſſim retuliſſe cenſendum ſit. Ex quo fit vt picturæ approbationem indicet Poëta,ignorationem Aeneæ affingat nullam. Iam verò dum ita miratur Aeneas,ecce tibi aduentat Dido. Atque hanc mirum eſt quàm egregiè deſcribat vel potiùs ornet ac celebret. Ac primùm celebrat a dignitate; Regina enim appellatur,ac Regia dignitate ornatur: quæ ſanè dignitas in viro enitet, multò verò magis in fœmina quin in fœmina,vt rara,ita admirabilis,videri ſolet. Et huc pertinet quod *ſolio altè ſubnixa*(id quod iam iam ſubijciet) reſidet & collocatur. ſed & a pulchritudine celebratur. dicitur enim *forma pulcherrima Dido*. vbi forma,quæ ſæpè per ſe pulchritudinẽ ſignificat, (hinc enim illud *ſpretaéque iniuria formæ*) augetur dum pulcherrima dicitur. pàr verò fuit vt pulchritudinem eámque eximiam ei tribueret, quòd hæc tum ſit non poſtremum fœminæ ornamentum,tum maximè in ijs requiratur qui Regium obtinẽt principatum. atque hinc illud, *Priami forma digna eſt Imperio*. Certè per ſe atque aliæ gentes multæ Regem ſibi pulcherrimum deligebant. aliqui etiam populi ſuos Reges mulctarũt quòd vxores minùs idoneas duxiſſent formoſæ proli procreandæ. Quanquam Didonis forma Dianæ comparatione augetur & illuſtratur. Sed & commendatur Dido a Religione,
552. nam ideo ad templum incedit & in templo commoratur. Religio autem in omnibus, ſed in Rege maximè & Regina requiritur,vt tanquam exemplum ſit cæteris, verè enim illud effertur

Regis ad exemplum totus componitur orbis.

denique Religio caput eſt ac vertex virtutum omnium,ita vt hinc relique virtutes mirificè illuſtrentur. Commendatur item ab inceſſu,ſignificat enim euntis maieſtatem & grauitatem:hinc illud

Aſt ego quæ diuûm incedo Regina—— & rurſus
Et vera inceſſu patuit Dea——

A iuuenum armatorum comitatu: hoc enim auget dignitatem ſimúlque affert ſecuritatem:itaque iure canitur *magna iuuenum ſtipante caterua*,ſiquidem hinc & dignitas oſtenditur & ſecuritas. & idcirco etiam additur *ſepta armis ſolióque reſedit*. Ab officio & ſedulitate, nam ſubijciet, *iura dabat legéſque viris*. A iuſtitia, ſiquidem *operum quoque laborem Partibus æquabat iuſtis*. A prudentia & conſilio,quandoquidem ſorti committebat aliqua. prudentis enim principis eſt ea quæ commodè obiri poſſint a multis & a multis certatim flagitentur, ſorti committere ad inuidiam declinandam. & ideo ſubdit *aut ſorte trahebat*. Adde ſorti prudenter committi id quod humano conſilio expedire nequit: nam ſortis nomine diuina voluntas requiritur & exploratur non fortunæ temeritas.

Non rectè Regiũ dominatũ tribuiſſe fœmina. *I.*

Quanquam miretur fortaſſe quiſpiam dum videt a Virgilio Regium dominatum tribui fœminæ. nam ſine dubio dominatus debetur præſtantiſſimo: cum tamen fœminæ lõgè præſtet vir. & ideo Ariſtoteles docet viri eſſe imperare,fœminæ obtemperare. Ac propterea legibus cautum eſt apud multas gentes ne fœminæ Regno ſucedant aut præficiã-
553 tur:quod in primis obſeruant Galli, apud quos lege Salica fœminę quoque Regiæ excluduntur Regno. Denique fœmina eſt imbecilla, impatiẽs,timida, &, quod deterius eſt,aut

II. amat aut odit:amor verò & odium mentem perturbant vel maximè adimúntque conſi-
III. lium. Adde miram eſſe mulieris inconſtantiam & leuitatem,ita vt iurè illud canatur
IV.

Quid leuius vento? fulmen: quid fulmine? flamma:
Quid flamma? mulier:quid muliere? nihil.

itaque Semiramis, Iezabel, Cleopatra ac ſexcentæ aliæ Regiam fœdarunt dignitatem.Cõtra tamen pro muliere afferri poſſunt multa. etenim natura procliuis eſt ad pietatem ac

Diſputatur pro altera ſententia. Religionem ſine qua diù conſiſtere nequit Regnũ: ſed aut corruat & deleatur, aut in Tyrannidem conuertatur, neceſſe eſt. mulier item mitis eſt & prona ad clementiam quę populorum animos mirificè conciliat, atque ita conciliat vt hinc oriatur Regni firmitudo.

I. Huc accedit quòd mulier naturâ eſt docilis & ad ciuilem prudentiam inſtitui poteſt altiùs.

II. Et ideo Plato mulieres ad bellica quoque ſtudia informauit quòd diceret ingenio præſtare, robur ẽt exercitatione ac vires augere poſſe.

III. Denique experientia cõpertũm eſt

IV. fœminas multas magna cum laude regnaſſe: Itaque Zenobia aliæque plurimæ memorãtur apud hiſtoricos Regni gloria clariſsimæ: apud nos etiam Matilda, Amalaſunta, Bona

V. Poloniæ Regina, & aliæ plurimæ hoc nomine commendantur. Quid plura? Delboram teſtantur ſacræ literæ inter Iudices, nec ſine laude, conſediſſe. Sed clauſula hæc ſit; Virgiliũ id quod erat narrare, & hiſtoricos ſequi quod pertinet ad Regiam Didonis dignitatem, ita vt cum non id fingat ſed ex hiſtorijs arripiat, culpari nullo modo poſsit. alioquin ſi fin- 354
geret, fortaſſe viro, quippe præſtantiori, Regia affingenda fuiſſet dignitas. ſi tamen ex vſu contingere potuiſſet. nam reuera in præſens Regia fœmina quippe Carthaginis fundatrix præclaram rei benè gerendæ offerebat occaſionem, dum antiqua Carthaginenſium odia in Romanos proferre, atque hinc Romanorum victorias celebrare meditaretur.

Partic. 97.

Qualis in Eurotæ ripis, aut per iuga Cynthi,
Exercet Diana choros, quam mille ſecutæ
Hinc atque hinc glomerantur Oreades: illa pharetram
Fert humero, gradienſque Deas ſupereminet omneis:
Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus,
Talis erat Dido, talem ſe læta ferebat
Per medios, inſtans operi, regniſque futuris.

Simile Reginæ decus exprimit ac maieſtatem. Difficillimus locus copiosè explicatur.

Soleo ego hunc locum Virgilianorum interpretum Marathona appellare: vt enim Marathonius campus ob celeberrimam Milciadis victoriam mirificè exercuit non hiſtoricorum modò verùm etiam poëtarum atque oratorum ingenia, ita hic locus (ſi parua licet componere magnis) Virgilianis interpretibus ampliſsimũ aperuit campum in quo deſudarent atque induſtriam illi ſuam oſtenderent. Itaque cum Valerius Probus apud Gelliũ *Gel. li. 9 cap. 9*
totum hunc Virgilij locum reprehendiſſet, reprehenſioniſque cauſas attuliſſet, ecce tibi Seruius Probo pro Virgilio occurrit: Scaliger etiam ſtrenuè pro eodem decertauit: Ortẽ- *Hal. li. 5 cap. 3*
ſius item ac Naſciambænus, denique Regulus, Corradus & (vt alios quoſdam taceam) Ia- *pag. 551*
cobus Pontanus pugnam ſiue defenſionem inſtaurarunt. Quocirca ſiquis ea perſequi velit omnia quæ ab ijs vltrò citróque diſſeruntur, iuſtum propè librum conficiat neceſſe eſt.
Ego tamen, breuitati vt ſtudeam, quæ neceſſaria videri poſsint, attingam, cætera miſſa fa- *pag. 80.*
ciam propè omnia. Ergo cum Homerus in VI. Odiſſeæ Nauſiceam Alcinoi Regis filiam ad flumen cum ancillis deduxiſſet, eandémque tandem cum illis (vt fit) ludentem induxiſ-
ſet, ad rem ornandam illuſtrandámque, confugit ad comparationem, quam ex bono in- 355
terprete lubet priùs ad verbum ſubiicere,

Qualis autem Diana incedit per montes ſagittis gaudens,
Aut per Taigetum arduum, aut Erymanthum,
Se ſe oblectans capris, & velocibus ceruis,
Simul cum illa Nymphæ filiæ Iouis Aegiochi
Agreſtes ludunt, gaudet verò mente Latona:
Omnes verò ipſa capite ſupereminet, atque fronte.
Facilis verò cognitu eſt, pulchræ verò omnes:
Sic illa inter ancillas excellebat virgo indomita.

His

Digitized by Google

His Nauſicaa cum Diana comparatur. Hunc igitur locũ imitatus eſt Virgilius Didonẽ
cum Diana cõparans. et ſi, quoniam huc non fur acceſſerat ſed imitator, Taygetũ mõtem
& Erymanthum in Eurotæ ripas & iuga Cynthi eleganter conuertit. cũ enim Diana non
mõtibus ſolùm verùm etiam fluminibus delectaretur, ac propterea & in Eurotæ ripis ad
quas, teſte Pauſania, translata fuerat, & in Cynthi montibus ſeu collibus verſaretur, ita vt
hinc Cynthia diceretur, quidni aptè & eleganter cum Eurotæ ripas tum Cynthi iuga cõ-
memoret noſter Vates? Atque eâdem fœlicitate pro agreſtibus Homeri nymphis Orea-
des repoſuit: cum enim Cynthi mentionem inieciſſet, appoſitè quidem Oreades, quippè
mõtiũ Nymphę, introducuntur. eâdem Dianam quã ludibundam facit Homerus, cho-
ros exercentem inducit. Ita ſanè quemadmodum hactenus in Protaſi enitet illius indu-
ſtria, ſic in Antapodoſi apparet illuſtris. quod enim ait Homerus.

Sic illa inter ancillas excellebat virgo indomita: (vbi ſine dubio areſcit oratio) Virgilius ſanè
vberiùs & verò elegantiùs exprimit canens

356 *Talis erat Dido, Talem ſe læta ferebat Per medios, inſtans operi regníſque futuris:*

Et quidem in Antapodoſi Homerus vnam Nauſicaę magnitudinẽ cõferre videtur cum
Diana: ita vt cætera quæ de Diana pronunciauit, otioſa videri poſſint: Virgilius contra no-
bis obtulit locũ vnde in iis quæ de Diana cecinit, vel omnibus vel ſaltẽ multis, Dido ſimilis
dignoſcatur. Sed de Antapodoſi vberiùs non multò poſt. Nunc ad Probũ hoc eſt huius lo-
ci calumniatorẽ deuenio. Probus igitur doctus homo, vt ait Gellius, & in intelligendis pen *Gellius ſeu Probus contra Virgilium.*
ſitandíſque veteribus ſcriptis benè callidus, dicere ſolebat nihil quicquã tam improſperè
Virgiliũ ex Homero vertiſſe quã verſus hos amœniſſimos, quos de Nauſicaa Homerus
fecit. Sed cur ita Probe? quia Nauſicaa inter familiares puellas ludibunda in ſolitariis locis
rectè confertur cũ Diana venãte ac ludente in iugis mõtiũ inter agreſtes Deas. ſecus Dido
in vrbe media cultu atq; inceſſu ſerio, inſtãs operi, nihil eius ſimilitudinis capere põt quæ lu
ſibus atq; venatibus Dianæ cõgruat ſtudia quoq; & oblectamẽta Dianæ in uenãdo & lu-
dẽdo aptè affert Homerus, Virgilius nõ itẽ. Ad hæc cum de venatu Deæ nihil dixiſſet, cur
pharetrã deinde affingit illi? aut cur eidẽ pharetrã ſic affingit, vt eã, quaſi onus & ſarcinã
imponat illius humeris? Quin ẽt Homerus intimã Latonæ lætitiã expreſſit. Virgilius pigra
& leuia gaudia, & quaſi in ſummo pectore ſupernatãtia. deniq; Virgilius ꝙ caput erat omi
ſit, nimirũ Didonẽ inter oẽs pulchras, pulchritudine, magnitudine ẽt, excelluiſſe. Hęc Pro-
bus, vt ſũmatim dicã. quẽ aliquis demiteẽ nõ illud quoq; obieciſſe Latonæ matris gaudiũ
in Didonis deſcriptionẽ nõ cõuenire, cũ ea careret Dido. Seruius igitur, cũ in propoſitã pro *Seruius pro Virgilio.*
357 bi aliorúmq; (vt ipſe indicat) reprehẽſionẽ incidiſſet, monebat cõparationẽ pertinere ad
eas voces, *ſtipãte caterua*. quia. ſ. Diana qui deſcribũtur chori, cõferãtur cũ magna illa iuue-
nũ, vnde Dido ſtipabatur, caterua. & idcirco ẽt cũ pgeret Virgilius *exercet Diana choros Hoc*
(inq̃t) *nõ ad cõparationẽ pertinet: ſed eſt Poëticæ deſcriptionis euagatio, quòd chori nec perſonis hîc nec*
locis cõgruũt, ſaltãtiũ.n. & cãtãtiũ dicũtur. ſic Seruius in Pariſino codice: vbi addit. *Multi vitupe*
rãt cõparationẽ hãc, neſciẽtes exẽpla uel parabolas uel cõparationes aſſumptas nõ sẽper uſquequaque cõ
gruere, ſed interdũ omni parte, interdũ aliqua, cõuenire. Ex quo fieret vt, Seruio authore, cõcedẽ-
dũ eſſet quæ de Diana referũtur a Virgilio, nõ oĩa in Didonẽ cõuenire, ſed vnos qui Dianæ
affinguntur choros (choros inq̃ nõ choreas & ſaltationes) ad Didonẽ ob iuuenũ qua ſtipa
tur caterua, reuocãdos. ſed profectò ſi dixiſſet Virgilius Didonẽ caterua illa ſtipatã Dianæ
fuiſſe ſimilẽ, dũ hæc in Eurotæ ripis aut per iuga Cynthi exercẽs choros, hinc atq; hinc cin
gitur ab Oreadibus, facilè liceret cõparationẽ ad vna illa verba *ſtipãte caterua*, referre: pſer-
tim verò quia, vt ſtatim poſt ea verba *ſtipãte caterua* intulit cõparationẽ pergẽs, *Qualis in Eu*
rotæ & q̃ ſequũtur: & in applicatione canẽs *Talis erat Dido, talẽ ſe læta ferebat Per medios* ſic cõ
modè hęc ad ea verba *ſtipãte caterua*, reuocarẽtur oĩa. ſed dũ aliter cõflat cõparationẽ, ac tã
multa in ea ſubiũgit quibus cõmodè ſuperſediſſet, & verò ſuperſedere debuiſſet ſi cõpara
tionẽ ob ea tãtùm verba *ſtipãte caterua* inſtituiſſet, vix ac ne vix quidẽ licet in Seruii ſentẽtia
cõquieſcere: præſertim dũ Virgilius addit de Diana *gradiẽnſque Deas ſupereminet oẽs*. nã hæc
358 ſine dubio cõmemorãtur de Diana vt eadẽ in Didone, quippè magna, & pulcherrima, di-
gnoſcãtur; ita vt cõparatio inter Seruianos illos fines ægrè poſſit coërceri. Quę cũ ita ſint,
in eâdẽ ferè naui erit Sebaſtianus Regulus; ſentit.n. cõparationẽ nõ qdẽ inſtitui pp ea ver- *Sebaſtianus Regulus.*
ba *iuuenũ ſtipãte caterua*, quẽadmodũ Seruius, ſed ad pulchritudinẽ eſſe referẽdã. ita quidẽ
ait vnã pulchritudinẽ cõparari, reliqua eſſe adiũcta, & ſi diuerſa ſint, nõ malã efficere cõpa
rationẽ. Sic ſanè q̃ Seruius ad ea verba *ſtipãte caterua* cõparationem refert totã, hic ad *formã*
pulcherrima Dido, referri iubet: alioquin cætera cũ Seruio ſtatuit eſſe adiũcta. Qua tamen in

Digitized by Google

re videat qui ijs ſatisfaciat quæ obiecimus Seruio. Adde quòd Virgilius duo propoſuit de
Didone ante comparationem, cum caneret *formâ pulcherrima Dido*
Inceſſit, magna iuuenum ſtipante caterua.
& ideo par eſt vt quæ é ueſtigio ſubijcitur comparatio, vtrumque, quoad eius fieri poſſit,
Scaliger. declaret. Quare dum in applicatione ſubijcitur *Talis erat Dido, talem ſe læta ferebat*
Per medios —— id verò deberet vtrique reſpondere. Venio ad Scaligerum qui cap. 553
in v. ſuæ Poeticæ libro longa diſputatione rem examinat, comparationem coniungens in pag. 553
oĩbus, ac ſtatuens propoſita Homeri carmina a diſcipulo, Maroniana a Magiſtro, eſſe profe
cta. tametſi quoniã longiorem diſputationem illam. etſi alioquin eruditam, piget deſcri-
bere, & verò in promptu eſt eius Poëtica, locum conſulat nauus lector. Ipſe tantùm dicam
Scaligeri rationes Homerum in multis premere, Virgilium certè in oĩbus non defendere:
Naſciambænus. ita vt ſi Scaligeri apologiam ſequamur, Homerus aliqua. ex parte diſcipulus videri poſſit,
Virgilius Magiſter videri omnino haud poſſit. Naſciambænus verò docet ille quidem lice
re in huiuſmodi imitationibus alia exprimere, alia relinquere, alia variare, ídque feciſſe Vir 359
giliũ hoc tempore; ſed tamen cum Probo cominus non congreditur, etſi illum oſtendit
digito. denique concedit modò in Seruij ſententiam, modò cum Scaligero ferè interpre-
tatur locum: quæ duo referunt inconſtantiam. vt omittam Matronas proferre inter quas
talis ſit Dido qualis eſt inter Nymphas Diana: cũ tamen Matronæ nullæ hîc appareant: ac
Lambertus. ſatis ſit caterua militum concludi & ſtipari. Iam verò Lambertus refert ille quidem Pro-
Corradus. bi argumenta, ſed pugnam detractat defenſionémque penitus prætermittit. Secùs Corra-
Pontanus. dus, cuius diſputationem, quoniam perplacent aliqua, aliqua etiam diſplicent, referrẽ, niſi
Anthoris ſententia, quæ tribus Dictis continetur breuitati ſtuderem. Nam de Pontano nihil attinet dicere, cum aliena fermè congerat ve-
riùs quàm ſententiam expromat propriam. Quanquam hac in re Scaligerũ deſcribit totũ
quaſi dubitationes diluerit omnes. Sed tribus dictis rem concludamus. Primum eſt, Pro-
bi argumenta in eius caput reflecti poſſe. nam Nauſicaa ſi non in vrbe, haud certè in mon
I. tibus collocatur: non ἰοχέαιρα fingitur ſeu ſagittis inſtructa aut gaudens: non capras aut cer
uos ſectatur: non maternam ſeu quæ Latonæ reſpondeat gaudio, habet lætitiam & tamen
hæc omnia de Diana efferuntur qua cum cõparatur Nauſicaa. & ideò in applicatione ni-
hil aliud exprimitur, ſi tamen ſatis exprimitur, quàm formæ excellentia dum canitur
ſic illa inter ancillas excellebat virgo indomita,
ita vt cætera omnia diuerſa ſint, quẽadmodum pléraque diuerſa videntur Seruio & Regu
lo in Didone. Ex quo fit vt Homeri magis nutet comparatio: præſertim quia Homerus
quod dixerat in Protaſi *Omnes verò ipſa capite ſupereminet atque fronte,*
in Antapodoſi reponit quidem, ſed non ad pulchritudinem refert vt par erat; quandoqui-
dem ait *pulchræ verò omnes*, ita ut pulchritudine par indicetur Nauſicaa, corpore tantùm ſu
perior. Adde quod cũ dixiſſet *capite ſupereminet*, ineptè addidit *atque fronte*, rẽ minuens, & o- 360
tioſè frontem intrudẽs. Adde rurſus quòd fœminam viris anteponere (id quod facit Vir
gilius) ac lectæ iuuentuti, præclarum videri poteſt: Reginam cum ancillis conferre iiſque
II. anteferre, humillimum: ita ut Homeri comparatio vlcus ferè tota videri poſſit. Alterũ eſt
Virgilium in Antapodoſi dum canit
Talis erat Dido, talem ſe læta ferebat Per medios, inſtans operi, regniſque futuris;
videri comparationem referre ad ea verba —— *formâ pulcherrima Dido, Inceſſit, magnâ iu-
uenum ſtipante caterua*; ita vt duo iſthæc quæ enunciauerat de Didone, comparatione ſibi
propoſuerit explicanda: quod ẽt præſtare videtur. nã dum ait *Talis erat Dido*, id ad pulchri-
tudinẽ referri poteſt cõmodè; dum addit *talẽ ſe læta ferebat Per medios*, id refertur *ad magna
iuuenũ ſtipante caterua*; quæ duo in cõparatione expreſſerat partim tacitè (nã Dianæ pulchri
tudinẽ tacitè ſolùm indicat, non, quemadmodũ in Didone, perſpicuis effert verbis) partim
apertè, cũ Diana etiam ſuis glomeretur ac veluti ſtipata incedat. Ita quidẽ id vnum quod
III. in cõparatione de pharetra interponit, ſupereſſet hactenus quod Didoni non reſpõderet.
Poſtremũ eſt, ſiquis optet cõparationẽ ſic exponi, vt ſingulis ſingula reſpondeant, tẽ ar-
duã poſtulare: & ideo nihil mirum ſi Seruius ſtatim id poſtulãdũ pernegauit. Quapropter
qui maximè ſingula ſingulis referre ſtuduit Corradus, ſine dubio multa extrinſecus arri-
puit quæ Poëta ne ſõniauit quidem, tm̃ abeſt vt in cõparatione expreſſerit. Quòd ſi quis
minùs perfectam comparationem eſſe obijciat nec Virgilio dignam, & propterea vrgeat 361
vt nos quoq; ea in ſingulis cõponere moliamur, ſic ſtatuo Quatuor ſeſe obijciũt in Dian
quæ in Didone ſimilia oſtẽdi debeãt vt Apodoſis vndiq; reſpõdeat Protaſi. primũ eſt illud,
Qualis in Eurotæ ripis aut per iuga Cynthi Exercet Diana choros; quam mille ſecutæ

Hinc

Digitized by Google

Hinc atque hinc glomerantur Oreades —— Atque huic quidem parti reſpondet illud
Talis erat Dido, talem ſe læta ferebat
Per medios —— Qualis enim erat ibi Diana inter Nymphas a quibus glomerabatur, talis erat Regina in tẽplo inter iuuenes a quibus ſtipabatur. præſertim quia vtrinque magna exprimitur multitudo tam Oreadum ſcilicet quàm iuuenum: ſiquidem ceci nerat, *magna iuuenum ſtipante caterua.* Et hinc eſt vt commutata proportione Diana ſtipata dici poſſit Nympharum caterua. Dido choris iuuenum glomerata. Nam quod Dido grauiter incederet, Diana choros, qui ſaltationem ſæpè habent, exerceret, id verò minutũ eſt, quin perperam obijcitur. quid enim prohibet quominus Diana ſine ſaltatione traduxerit choros. Certè apud homines nobiles videmus paſſim traduci choros & magna cum grauitate: quin cæleſtes globi aut circuli choros agitare non ineleganter propter ſtellarũ curſus ſeu motiones dicuntur: & tamen ſtellis & cœleſtibus circulis ſaltationem propriè tribuet nemo. Alterum & Dianam pharetratam fuiſſe, quin pharetram humero detuliſſe: id quod in Didone etiam excogitare debemus propter ea ipſa verba *Talis erat Dido* cum enim iam diu dixiſſet Poëta

Virginibus Tyrijs mos eſt geſtare pharetram,

quid prohibet Didonem quoque, quippe quæ & Tyria erat, & tunc innupta degebat, pro more geſtaſſe pharetram, aut hoc ſe vel munimento vel ornamento inſtruxiſſe aut oble-ctaſſe. Certè & venatione delectabatur, & pharetra vtebatur, cum de illa canat Virgilius
362 *Cui pharetra ex humero* Denique cum eò armata deſcendiſſet gens Tyria, & diù ante Carthaginem conditam in ſyluis illis verſata eſſet, nec ſine hoſtium aut finitimorũ populorũ ſuſpicione, facilè contingere potuit vt in tot periculis fœminæ etiã, quippe quæ pharetrã geſtare & ſagittis certare ab adoleſcentia didiciſſent aſſueuiſſéntque, eundem morẽ coluerint etiã poſt Vrbẽ conditam, & in Vrbe ipſa tum ad ornatum tum ad tutelam qua indigebant retinuerint. Id quod eò tutiùs concedatur, quòd quæ dixerat Venus

Virginibus Tyrijs mos eſt geſtare pharetram,

non idcirco id negauerat de alijs fœminis, quæ iuuenilis adhuc ætatis eſsẽt, qualis erat Dido. Quid multa? Virginis nomen apud Poëtas nõ innuptis ſolùm, verùm ẽt nuptis ac mulieribus tribuitur, dũ tamen adhuc ætate floreant. ſic Horatius cũ de Hypermeſtra loqueretur Lini vxore, hanc virginẽ appellauit canens *Nobilis virgo in omne æuum* & Virgilius ipſe Ecloga. 6. cum de Paſiphaë verba faceret, quæ nõ modò nupta eſſet, verùm etiã Phædrã, Ariadnã, Androgeũ procrearat, ſic canit, *Ah Virgo infœlix quæ te dementia cœpit,* & rurſus *Ah Virgo infœlix tu nunc in mõtibus erras?* Et ideo rectè monet Seruius Virginẽ a viriditate dictã, ac propterea nuptis etiã, dũmodo vigeant ætate, virginis aptari nomẽ. Vt propterea iurè Dido pharetrata (id quod de Spartanarũ Regina Spartaniſque ipſis apud laudatos hiſtoricos legimus) concipiatur. Nã cur ex humero deferat pharetrã, nil mirũ, cũ Apollo ẽt eodem mõ illã deferret. & ideò in 4. canitur de Apolline. *Telæ ſonant humeris.* quin de Didone ipſa paulò poſt, *cui pharetra ex humero* ita vt id ex vſu ſit concipiendũ, quemadmodũ modò cernimus arma variè & ad latus & ex humero ſuſpẽdi atq; geſtari. Quapropter nullo modo audiẽdus eſt Scaliger qui ait pharetrã hic epitheti loco adhiberi, quemadmodũ Apollo inter epulas ipſas *ἀργυρότοξος argenteũ arcum gerens,* & Achilles ẽt dormiens *πόδας ὠκύς,* pedibus velox, appellatur. nã licet quidẽ id affirmare de Homero dũ Dianã appellat *ἰοχέαιρα ſagittis gaudentem* (deperit interea græcorũ voce lepos ac vis quæ vnica epitheti voce exprimitur meliùs) ſed apud Virgilium qui canit *illa pharetram Fert humero* id cõmentari haud
363 licet. Atque idem dixerim dum ait Scaliger Virgilium pharetrã impoſuiſſe Dianę quòd ſoli Dianæ & Apollini ex humeris pharetrã geſtare concederetur: nam Dido infra ex humero defert pharetram: ita vt facilius hæc efferat Scaliger quàm probet. quid plura? An non canit Virgilius, *Namque humeris de more habilem ſuſpenderet arcum?* nónne id teſtatur de Venere & ad Spartanarum exẽplum? non igitur Apollinis ac Dianæ proprium erat. Tertium eſt illud *gradienſque Deas ſupereminet omnes.* Id quod in apodoſi item apparet propter eadem verba *Talis erat Dido & talem ſe læta ferebat Per medios;* ſignificat enim gradientem eminuiſſe omnes. Poſtremum eſt illud *Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus,* quod ego de Diana ipſa libenter interpretor, cui mãtris nomẽ quaſi patronimicum aſſingitur: quẽadmodum & Latonia & Latoia dicta eſt: ſuſpicor enim metri cauſa Latoniam in Latonã contrahi. & ſanè cum poëta noſter de more metri cauſa literam aliquam vel permutare vel ſupprimere vel geminare vel elidere interdum ſoleat, ac propterea Tymber dicat pro Tymbre, aluennia & *reijciunt* in quattuor contrahat ſyllabas, *repperi, rellatum, rettuli, relligio*

canat pro *reperi, relatum, retuli, religio*, contra verò *reice* pro *reÿce*, typhoëa pro typhoea, &
his ſimilia, quid ni metri item cauſa pro Latonia vſurpet Latona? alioquin alieno planè
loco atque adeo ineptè Latonam matrem commemoraſſet. nam quod obſecro interim
gaudiũ pertentare potuit Latonæ ipſius abſentis pectus? aut quorſum Latonã lætantẽ in-
ducere, cũ Diana ipſa cũ Didone interim cõparetur, ac propterea Dianæ in lætitia nõ Lato
næ ſimilis fingenda ſit Dido? Itaque Dianã lætitia affectã fateri debemus, q̃ lætaretur cho-
ris illis qui eã cingerẽt ac decorarent. quod quidem perſpicuè apparet in Didone dũ cani-
tur *talem ſe læta ferebat Per medios*: nã ipſa quoque idẽ decus referebat eodémque gaude-
bat. Imò verò crediderim Homerũ quoq; dũ caneret γέγηθε δέ τε φρένα Λητώ *Gaudet verò mẽte
Latona*, per Λητώ Dianã contracto nomine nõ Latonã matrẽ intellexiſſe. nã cum nuſquam
adeſſet Latona mater, nec vlla eius iniecta eſſet mẽtio, quid obſecro dicat Homerus læta-
tã eſſe Latonã cũ Diana choream duceret? aut cur non ineptè abſenti metri eã lætitiã tri-
bueret, quã in Diana ipſa (hæc.n. cum Nauſicaa lætantẽ conferebatur) exprimere debuit?
Itaque metri cauſa Homerus etiam Lito dixit pro Litoa. cum enim ſoluta oratione, ſal-
tem in quarto caſu, Λητώ pro Λητόα dicerent Græci, quis miretur Homerum, qui licenter 364
paſſim ac ferè ſuo arbitratu contrahit voces ac mutat Litoa in Lito contraxiſſe metri
cauſa? Denique in Homeri verba quæ è veſtigio canuntur poſt Latona mentionem, in
ſolam Dianam cadere poſſunt. Dum enim pergit *omnes verò ipſa capite ſupereminet, atque
fronte. Facilis verò cognitu eſt, pulchræ verò omnes*; quis non videt Dianam eſſe quæ capite ac
fronte ſupereminere dicitur? ſic inter pulchras pulchra Diana efficitur non Latona
& tamen ſi Latonæ nomine matrem intelliges, hæc omnia de eâdem matre præter rem
omnino & ineptiſſimè dicerentur. Ita vt ſine vlla dubitationes hæc tum in Virgilio tũ in
Homero de Diana pronuncientur. Denique *pertentat* valere vehementer tentat quemad-
modum admonet Seruius, non autem leuiter tentat, quemadmodum calumniatur Pro-
bus, perſpicuum eſt. Ita ſanè quatuor illas Protaſis partes in Apodoſi agnouimus. vt non
neceſſe ſit, ſed ne cõueniens quidem. eò cõnfugere vt dicamus cum Corrado Dianam in 365
Eurotæ ripas fuiſſe translatam, Didonem in Lybiæ littus, Dianam fuiſſe virginem, Dido-
nem coluiſſe pudicitiam & huiuſmodi alia in quibus non comparantur. debemus enim
Protaſim & apodoſim ſpectare, non extrinſeca & aliena quæritare.

Part. 98.

Tum foribus diuæ media teſtitudine templi,
Septa armis, ſolióque altè ſubnixa, reſedit.
Iura dabat, legéſque viris, operúmque laborem
Partibus æquabat iuſtis, aut ſorte trahebat:

Reſidet in ſolio Regina Dido, ac iura dat.

Cum armatos milites pro Iunoniani templi foribus reliquiſſet Dido, ſiue in primo ipſo
ingreſſu ad fores diſpoſuiſſet, ac ſummatim aditum foréſque muniuiſſet, ſic armis ſepta,
media ſub templi teſtudine altè ſubnixa reſedit in ſolio. Itaque cõcipere debemus in me-
dio templo, cui teſtudo quaſi concameratus fornex cœli figuram exprimens eminebat,
reſediſſe, ac propterea templum rotundam figurã expreſſiſſe, perinde ac Pantheon (quã-
quam hoc deſuper vtcumque appertum eſt) aut B. Stephani templum, viſitur Romæ.
Etſi, cum templum ingens appelletur, veriſimile eſt mediam hanc teſtudinem in qua cõ-
ſediſſe dicitur Dido, non tam mediam dici quòd in eius Meditullio Regium tronũ eſſet
collocatum (quanquàm id etiam & concedendum) quàm quòd ex pluribus cõſtaret te-
ſtudinibus, ita vt hæc eſſet media. alioquin vix ingens dici potuiſſet huiuſmodi templum
& quale incredibilis illa Carthaginis requirebat magnitudo. Ita ſanè Patauino B. Anto-
nii, multò verò magis B. Iuſtinæ, templo fuiſſet aſſimile. Hîc igitur iura dabat Dido le-
géſque viris: quibus verbis quicquid ad forenſem atque adeò Ciuilem Iuſtitiam pertinet
complexus eſt: præſertim quia addidit *operúmque labores. Partibus æquabat iuſtis.* quæ 366
omnia Didonis non modò Iuſtitiam verùm etiam ingenium, ac prudentiã referunt, præ-
ſertim cum viris det iura: idémque dixerim dum quædam committit ſorti: quæ enim cõ-
ſilio & prudentia difficilè expediri poſſunt ac perfici, hæc ſorti vnde Dei voluntatẽ, eám-
que propitiam, veluti imploramus; non dedecet quin præſtat committere denique quæ
inuidiam habent & offenſionem in electione, vt cum multi virtute ac meritis pares fer-
mè ſeſe offerunt, ijs præmia & honores ac ſummatim munera ſorte diſtribuenda ſunt.

Part. 99.

Cum ſubitò Aeneas concurſu accedere magno
Anthea, Sergeſtúmque videt, fortémque Cloanthum,

Teucro-

Teucrorúmque alios, ater quos æquore turbo
Diſpulerat, penitúſque alias abduxerat oras.

concurſus hic magnus quo aduentant Troiani, cùm ad ipſos Troianos, tum multò maximè ad Tyrios Afróſue, eſt referendus: neque enim credibile eſt ijs qui in tanta Regni ſuſpicione vel arenæ hoſpitio prohibebantur, liberum acceſſum patuiſſe ad Reginam tali tantóque concurſu: ac propterea omnino credendum eſt Reginæ milites ac Regionis illius cuſtodes, quoniam Troiani ad Reginam prouocabant, ſeſe illis comites adiunxiſſe propter Regni ſecuritatem. tametſi credibile quoque eſt populum, vt fit in rebus nouis, ac peregrinorum aduentu inprimis, eò confluxiſſe. Exprimit verò tres Duces, nouem reticet, vel certè verbis illis comprehendit *Teucrorúmque alios.* nam duodecim naues conquiſiſſe interim Aeneam (decimam tertiam enim ſubmerſam ſatis nouerat) docuimus ſupra: pro nauibus quoque ſingulis ſingulos minimum legatos interim miſſos, conſtabit infra vbi canitur *Cunctis nam lecti nauibus ibant Orantes veniam.* & ideò eſſe illos ait *Aeneas ſocij ad amplum concurrunt.*
367 quos *æquore turbo Diſpulerat, penitúſque alias abduxerat oras.* vbi per nauium duces naues ipſas intelligit, vel certè vtróſque. etſi enim non omnino conſtat pro ſingulis nauibus Duces delectos ſingulos, id tamen coniectare licet ex ijs Ducibus, qui nominantur. Sed & ex nauium Ducibus aliquot de nomine item commemorauerat ſupra cum caneret *Proſpectum latè pelago petit Anthea ſi quà Iactatum vento videat, Phrygiáſque biremes,*

Aut Capyn, aut celſis in puppibus arma Caici.

Atque hinc alij duo ſe offerunt Duces ex ijs qui interim requirebantur in duodecim illis nauibus. Nam quos nominauit verbis illis,

Iam validam Ilionei nauem, iam fortis Achatæ,
Et qua vectus Abas & qua grandæuus Alethes,

ij non ſigillatim ex duodecim nauibus illis ſed ex claſſe tota recenſentur, certè Achates cum Aenea ſubierat portum paulò ante. Quanquam ex ijs qui in duodecim nauibus conquiruntur Duces, de nomine proferet aliquos in progreſſu: nimirum Ilioneum, Sereſtũ (non enim idem qui Sergeſtus) Gyam: etſi generali adhuc voce vtetur poſt alios, ne nimiam in illis recolendis oſtentet diligentiam. Sed in Quinto, vbi de nomine item nauium Duces proferet aliquos, ducum numerus de nomine ferè iniri poterit vniuerſus. Interim veriſimile eſt vel certos quaſi legatos ſibi ſuffeciſſe ſingulos qui præeſſent dum abeſſent ipſi, vel iam antea deſignatos fuiſſe. veriſimile quoque eſt aliquem inter Duces illos fuiſſe qui vel propter ætatem vel alio nomine præſtaret authoritate: id enim indicat illud *lecti nauibus ibant.* Sed de hoc ſuo loco.

Obſtupuit ſimul ipſe, ſimul perculſus Achates:
Par.100 Lætitiáque, metúque auidi coniungere dextras
Ardebant: ſed res animos incognita turbat.
Diſſimulant; & nube caua ſpeculantur amicti,
Quæ fortuna viris: claſſem quo littore linquant;
Quid veniant. cunctis nam lecti nauibus ibant
Orantes veniam, & templum clamore petebant.

Mira ſeſe affectuum offert varietas, vnde Poëma patheticum reddatur; admiratio, eáque ingens ita vt Aeneas vnà cum Achate obſtupuiſſe dicatur; lætitia, metus, amor, vnde *Quid Aeneas. illis inſpectis.*
368 dextras iungere cupiebant. Admiratio quidem propter improuiſum ducum illorũ concurſum atque præſentiam: lætitia quia ſuperſtites agnoſcũtur: metus quia liberíne an captiui, ac ſummatim eorum fortunam in eo concurſu ac tumultu ægrè percipiunt: amor quia in afflicta fortuna vel maximè inter ſocios emicat & retinetur amor. Sed & prudentia & cautio exprimitur: cum enim haud cognitum habeant adhuc vnde Troianorũ concurſus factus eſſet, & in quo ſtatu ac fortuna verſarentur, continent ſeſe: & ideo *res animos incognita turbat.* Itaque

Diſſimulant: & nube caua ſpeculantur amicti,
Quæ fortuna viris: ——

Digitized by Google

quod prudentiæ fuit & cautionis; præſertim cum iã ſat ſcirent ſe nube illa tutos contineri. Et quoniam non poterant non ſollicitī eſſe de claſſe quam audierant quidem reducem tempeſtate, ſed Tyriorum iniurijs vacuam & expertem ignorabant, idcirco id etiam ſpeculantur atque audire cupiunt *claſſem quo littore linquant*: eâdémque de cauſa obſeruat. Quid veniant, quod eſt cuius rei cauſa aduentaſſent & concurſum illũ feciſſent. etſi enim animaduertebant eos ex cunctis nauibus lætos venire (id quod è veſtigio ſubijcit Poëta), veniam orare, & templum clamore petere, haud tamen compertum habebant cur veniã orarẽt, & tẽplũ clamãtes abirent. Quod ſi quis quærat a quo tãdem lecti eſſent ſinguli: cũ præſertim duces delecti videantur pro ſingulis nauibus, equidẽ ſic ſtatuerim aliquẽ fuiſſe inter illos qui, Principe Duce abſente, Ducis, vt fit, partes impleret & claſſi præeſſet, ita vt, quoniam maior claſſis pars cõuenerat, is legitimè Aeneæ vicẽ geſſerit, ac ſingulos nauiũ Duces (id quod ſatis conijcere ex dictis licet) legatos delegerit, claſſe interim cuſtodiẽs ſedulò: alioquin ſingularum nauium vniuerſitas (id quod verba illa perſuadent *cunctis nam lecti nauibus ibant*) vt ſingularum res agebatur, ſuum delegit ducem qui legati mune-

Quid orarent illi. re fungeretur. Ita quidem priore modo Monarchiæ imago quædam, poſteriore Democratiæ, ſeſe in hac deliberatione objiceret. Veniam verò orabant non quòd interim ſcelus faterentur vllum, ſed quia eorum conditio poſtulabat vt, quoniam tanquam rei & facinoroſi exagitabantur, veniam poſtularent: præſtat enim aliquando ingentis periculi vitandi, cauſa, vel innocentiam tantiſper diſſimulare, aut illam commodiore loco oſtendere. Quanquam venia interdum non tam culpam quàm iniuriæ remiſſionem ſignificat, aut licentiam immunitatémue indicat. Veniam ad vos, hi Senatus det veniam idest licen- 369
tiam, inquit Author ad Herẽnium: & Cicero dare veniam excuſationis aut dicendi; quod eſt excuſandi aut dicendi poteſtatem facere. ſic in præſens tum immunitatem, tum maximè dicendi facultatem, commodè intelligas per veniam. & ideo ſtatim docet Poëta fandi copiam & poteſtatem illis eſſe conceſſam.

Part. 101.

> Poſtquam introgreſſi, & coram data copia fandi,
> Maximus Ilioneus placido ſic pectore cœpit:

Ilioneus pro omnib. Reginam alloquitur. Iurè placido pectore, vel quia cum introducti eſſent in templum, hîc vix poterat eſſe timẽdi locus; & verò in templo placidi exerendi mores: vel quia Reginæ clementiam experiri cœperant, cum ſtatim eorum clamoribus annuiſſet, atque introduci illos iuſſiſſet (haud enim, niſi Regina annuente licuiſſet ingredi, cum cuſtodirentur fores: & ideo dicitur *coram data copia fandi*, quod ſignificat à Regina per internuntium obtinuiſſe ingrediendi ac dicendi poteſtatem) vel quia credibile eſt placidam ſe ſe illis ingredientibus oſtendiſſe Reginam Mercurij memorem: vel quia par eſt vt Orator perturbationes tantiſper diſſimulet atque adeo comprimat, vt colligat ſe ſe, nec temerè ac perturbatè fundat verba; vel quia animis placandis conciliandiſque placida quoque oratio & compoſita conferre poterat, præſertim ab initio, cum non tam motus adhibendi eſſent adhuc animis, quàm dociles priùs ac beneuoli efficiendi. Denique qui videri velit conſilio & ratione veriùs quàm perturbatione ad dicendum veniſſe, is Sedato animo ac placido rem aggrediatur oportet. Sed Maximi Ilionei orationem audiamus; qui fortaſſe Maximus ob eloquentiam etiam appellatur. & ſi enim æquum eſt inter legatos illos ætate & authoritate cæteris præſtitiſſe, cum ſeniorem præcipuè deceat verba facere, (Alethes enim qui grandæuus dicitur inter hos Duces haud agnoſcitur) quin corpore, ſed in primis rebus geſtis ac meritis, enituiſſe vt dicatur Maximus; eloquẽtia tamen, quæ maximè requiritur in præſentia, maximum fuiſſe crediderim.

Partic. 102

> O Regina, nouam cui condere Iuppiter Vrbem,
> Iuſtitiáque dedit gentes frenare ſuperbas:

Ilionei examinatur Concio. Captat beneuolentiam Ilioneus tum a regio nomine quo Didonem appellat, tum a fęlicitate quam illi diuinitus conceſſam ait, tum a iuſtitia qua illam præſtare indicat. a Regia dignitate regióque nomine quo illam compellãt: ſi enim viro, multò magis fœminæ, regium nomen dignitatem afferat ac iucunditatem. quo enim rarior eò præclarior. a fœlici 370
tate quam illi non caſu aut fortunæ munere, ſed diuinitus & a Ioue conceſſam indicat dũ nouam condit vrbem. vbi fortaſſe ad Carthaginis nomen & Etymologiam alludit de induſtria: Carthago enim Punica lingua valet nouam Vrbem. appoſitè verò commemorat

Iouis

Iouis beneficio factum vt ei Vrbem hancque longè præclariſſimam liceat condere vt id ſibi aſcribat fęlicitati: cum enim Tyro profuga, ac tempeſtate iactata, nunc Vrbem conderet, quidni hoc in fœlicitatis loco numeretur? quæ commemoratio eò aptior videri poteſt, quòd qui calamitatem experti ſint, ac terra maríque iactati, faciliùs ad calamitoſos quíque ſimilibus infortunijs premantur, ſubleuandos excitari ſoleant. & ideo Dido illud paulò poſt profitetur,

Me quoque per multos ſimiles fortuna labores
Iactatam, hac demum voluit conſiſtere terra.
NON ignara mali miſeris ſuccurrere diſco.

Denique beneuolentiam captat a iuſtitia, qua ſuperbas gentes ac feroces frenaret: quod item in fœmina glorioſum videri debet. Ita quidem non modò laudatur Regina ab ijs quę extrinſecùs nobis contingunt huiuſmodi eſt fœlicitas, verùm etiam ab ijs quæ in nobis ſita ſunt & propria virtute parantur, quod videri poteſt multò præclarius. haud enim dubiè iuſtitia fœlicitati eſt anteponenda. tametſi iuſtitia quoque Dei munus eſt. Neque verò miretur quiſquam cur Tyrios interim ſuperbos appellet, cum verendum vt ne illos vnà cũ Regina irritet. nam cum paulò poſt hoc ipſum petiturus ſit vt illatas ſibi a Tyrijs iniurias prohibeat; rem prudenter occupat, vt ſcilicet ſtatim atque ad poſtulationem illam deſcẽderit, conſtet ſe rem iuſtiſſimam poſtulare, quæque in eius ſit poteſtate, & cui pro ſua iuſtitia iam aſſueuerit, cum illa ſit quæ ſuperbas frenat gentes. quod ſanè magni intereſt in eo genere orationis cui ſuaſio ſit propoſita. Iam verò ad poſtulationem deſcendit pergẽs,

Part 103 Troës te miſeri, ventis maria omnia vecti,
Oramus: prohibite infandos a nauibus ignes:
371 Parce pio generi, & propiùs res aſpice noſtras.

vbi miro artificio, & ad clementiam in primis excitandam accommodato, fęlici reginæ exponit Troianorum miſeriam, quam ſic exaggerat vt maria omnia circum eos iactatos fuiſſe doceat: (atque hinc etiam ſemina iacit vnde ſuſpicionem a ſe depellat, cum non ſponte, ſed tempeſtate illuc delati eſſent) ſimúlque preces interponit (nam oramus inquit) quæ ſine dubio plurimum valere debent apud fęlices, quibus gloriæ vertitur afflictos ſubleuaſſe. Et quoniam eiuſdem iuſtitiam commendauerat, ideo ſtatim *prohibe infandos* (inquit) *a nauibus ignes* quid enim iuſtius ac iuſtiſſima Regina dignius quàm talem ac tantam iniuriam prohibere? Quamquam dubitet quiſpiam quî factum ſit vt cũ Mercurius demiſſus eſſet ad Tyriorum mulcendos animos, Tyrij infeſti eſſent Troianis: *Dubitatur.* vel ſi infeſti erant, quî ad reginam pergere permiſſi eſſent. An dicendum eſt. Ilionei ac ſociorum naues ad littus appuliſſe antequam Carthaginem mitteretur Mercurius? *Reſpondetur.* ægrè id quidem affirmauerim: etenim, quantum narrationis ac rerum ſuadet œconomia, conſtat quidem ſeptem illas Aeneæ naues ante Mercurii aduentum ſubiiſſe portum: ſiquidem in conuiuii fine, quod eſt ſub noctem, & Iupiter æthere ſummo Libyæ defigit lumina Regnis, & Venus expoſtulat, & idem Iupiter reſeratis fatis, Mercurium demittit Carthaginem: & Aeneas prima luce in Sylua occurrit Matri, quæ ex duodecim cygnis, quos commonſtrat filio, concludit

Haud aliter puppéſque tuæ, pubéſque tuorum
Aut portum tenet, aut pleno ſubit oſtia velo;

quæ verba de Ilioneo ac ſociis déque duodecim eorum nauibus quas Aeneas requirebat
372 ac ſubmerſas timebat proferũntur. ita vt poſt demiſſum Mercurium (quanquam de hoc planiùs paulò poſt) appulerint ad Carthaginis littus aut Punicos portus vnde arcebantur a Tyrijs, non antequam mitteretur. Quæ cum ita ſint, fatendum eſt Mercurium ſolam Reginam atque Vrbis Pœnos adiiſſe: eos qui littora & Regionem cuſtodirent, nullo modo. Igitur Ilioneus, quoniam non ita pridem Pœnorum ſæuitiam expertus erat, ac propterea eorum ignes & iras adhuc pertimeſcit, exclamat *Reditur ad inſtitutam explanationem.*

Prohibe infandos a nauibus ignes,

quod vt faciliùs obtineat, Troianorum pietatem commemorat, quos pium appellat genus, vel propter Ducem, qui pietate excelleret, (& ideo paulò poſt huius pietatem Ducis celebrat) vel propter Iouem a quo deriuarent, quémque piè colerent: & hac de cauſa petit etiam vt propiùs res Troianorum aſpiciat, quod eſt præſenti calamitati præſenti ſubſidio præſto ſit. Et quoniam potuiſſet regina inde eos repellere, quòd dum inſtructa claſſe

illac nauigarent, ſuſpicionem nouo crearent regno, idcirco occupat Ilioneus, pergens,

Part. 104. Non nos aut ferro Libycos populare penates
Venimus, aut raptas ad littora vertere prædas.

Sic etiam Dido in quarto,

Non ego cum Danais Troianam excindere gentem
Aulide iuraui claſſemue ad Pergama miſi.

& Polydorus in III.

Non me tibi Troia
Externum tulit.

At enim dicuntur iſta quidem facilè: ſed non facilia ſunt quæ credantur. Minimè verò, inquit Ilioneus: ſiquidem

Part. 105. Non ea vis animo, nec tanta ſuperbia victis:

quaſi diceret, nullo modo eſt ſuſpicandum eam gentem quæ nuper deuicta fuerit ac pro- 373
ſtrata, vix vt exiguæ reliquiæ fuga ſibi conſulere potuerint, tam elato eſſe animo ac tam ſuperbos concepiſſe ſpiritus, vt florentiſsimo huic regno atque fortiſsimo aſpiret occupã do, aut etiam Libycos penates depopulari ac prædari voluerit. Cur igitur claſſe nauigatis aut quò tenditis? Id etiam per occupationem explicat Ilioneus. atque ait,

Part. 106. Eſt locus, Heſperiam Graij cognomine dicunt:
Terra antiqua, potens armis atque vbere glebæ.
Oenotrij coluere viri; nunc fama, minores
Italiam dixiſſe, ducis de nomine gentem.
Huc curſus fuit. —

quibus candidè nauigationis ſuſceptæ cauſam vel certè regionem ad quam tenderent, ac terminum exponit, vt deinde conſtet ſe non voluntate (id quod ſignificare cœperat paulò ante & modò docebit vberiùs) ſed tempeſtate ac neceſſitate in Libyam appuliſſe. Hi autem quatuor integri verſus (vt id obiter notem) ne ſyllaba quidem immutata, vſurpantur rurſus omnes a Virgilio libro III. vt propterea hac etiam de cauſa exiſtimem Virgilium emendare voluiſſe Aeneidem. Niſi tamen dicas Italiæ ad quam tenderent, deſcriptionem, de induſtria fuiſſe ab Ilioneo totidem verbis, & ijſdem carminibus, expreſſam, quibus ab Anchiſe primùm & antequam in Siciliam aut in Africam peruenirent, prolata fuerat. ſiquidem inſtar oraculi pronunciatur & proponitur, quòd præſtet religioſè, ac ne voce quidem immutata, conſeruare illam & pandere. Sed ad penſum. Porrò adhuc dubitare potuiſſet Dido, num verè in Italiam potiùs quàm in Libyam ac prædandi cauſa nauigarent: nam id reuera faciliùs negabatur quàm vt a regina cui omnia ſuſpecta erant, credi omnino & poſſit & debeat. Igitur Ilioneus, vt id quod caput eſt, confirmaret, cùm dixiſ- 374
ſet ſe in Italiam intendiſſe curſum, continuò ingentem commemorat tempeſtatem qua in Libyam iactati eſſent: quam ſanè iactationem longè credibilem facit quòd pauci eò perueniſſent: paulò poſt etiam maiore credulitate reſpergit: ſiquidem indicabit naues quæ ad Libycum appuliſſent litus, eſſe laceras ac penè fractas: ita ut dubitandum non ſit quin tempeſtate delatæ ſint in Libyam. & idcirco ſequitur

Part. 107. Cum ſubitò aſſurgens fluctu nimboſus Orion
In vada cæca tulit, penitúſque procacibus Auſtris,
Pérque vndas, ſuperante ſalo, pérque inuia ſaxa
Diſpulit. huc pauci veſtris adnauimus oris.

Ita quidem Reginæ veluti ante oculos ponit fœdam tempeſtatem, qua cum Troianos tempeſtate eò delatos eſſe, non populabũdos errare, meritò probari poſſit, nõ poteſt Ilioneus non in Tyrios illos exardeſcere qui afflictis Troianis fuiſſent infeſti, atque adeò arenæ hoſpitio illos prohibuiſſent. quare quemadmodum ſupra reginæ iuſtitiam celebrauerat quòd gentem frenaret ſuperbam (neque enim id niſi ſagaci conſilio commemorauerat)

Digitized by Google

rat)ita in præſens in ſuperbam illam gentem inuehitur quam a regina pro ſua iuſtitia frenari cupit, & ideò pergit,

Par.108 Quod genus hoc hominum? quaéue hunc tam barbara morem
Permittit patria? hoſpitio prohibemur arenæ.

quibus verbis exaggeratiſſimis atque adeò tragicis vtitur ad reginæ affectum concitandum in barbaros illos, ac viciſſim clementiam veluti extorquendam erga Troianos, vt iniuriam pro ſua iuſtitia compenſaret. Et ſanè cum illi videri poſſent ius gentium violaſſe,
cum calamitoſos Troianos arenæ hoſpitio per ſummam crudelitatem vetuiſſent, prudē
375 tis Oratoris fuit excandeſcere : præſertim verò apud fœminam cuius pectus ad clementiam ſolet eſſe propenſum. quāquam, vt eam faciliùs adhuc in ſententiam adducat ſuam, pergit

Par.109 Bella cient: primâque vetant conſiſtere terra.
Si genus humanum, & mortalia temnitis arma,
At ſperate Deos memores fandi, atque nefandi.

Qui ignes (id quod Ilioneus commemorauerat modò) ſubijcere moliebantur Troianorum nauibus, ij & hoſpitio arenæ prohibebant Troianos, & bella cientes, (id quod iam ſubijcit) vetabant prima illos conſiſtere terra. ex quo licet animaduertere hos, qui facilè è propinquo iamdiu concurriſſent, & Troianos arcere voluiſſent, non ex ijs eſſe quibus Iouis voluntatem declarauerat Mercurius: de ijs enim cecinit
—— *Ponunt ferocia Pœni Corda* —— quî igitur Troianorum periculis proſpexit ſatis Mercurius, cum mitteretur ne Teucri finibus arcerentur? Proſpexit, quia cum mitteretur, iam ſe Troianis infenſos oſtendere cœperant iſti; (illud enim *Aut portum tenet* — huic ſententiæ vtcunque fauet) & idcirco Troiani ad Principem (id quod ex euentu coniectare ſatis licet) ac proinde ad Reginam prouocantes, delectos mittebant oratores petituri vt talem prohiberet iniuriam. Et in hoc ſtatu rerum, dum ſcilicet eligerentur aut mitterentur, Mercurius Didonem, vnde iam Troianorum pendebat ſalus, ac Pœnos Vrbis, conuenit, eíſque iuſſa Iouis expoſuit: quo factum eſt vt ferocia poſuerint corda. nam ſiquis illud *Aut portum tenet, aut pleno ſubit oſtia velo,* libentiùs ad tempus referat quod Mercurij profectionem ſubſecutum eſt, (id quod mihi quidem probabilius videri ſolet)
376 fatendum erit Mercurium item Iouis mandata Reginæ tantùm atque ijs qui in Vrbe erant, aut Reginæ aſſidebant, expoſuiſſe: externos, quoniam Reginæ deinde erat domi foríſque in ſuo Regno pro ſua prudentia Troianis proſpicere, non compellaſſe. At ſi ita eſt, quî factum eſt vt iſtos Pœni ad Vrbem accedere permiſerint, quos ob ſuſpicionem Vrbis & Regni ne arenam quidem attingere & in littus pedem inferre patiebantur? Permiſerunt, opinor, quia cum ad Principem prouocaſſent, ac propterea legationem ad Reginā adornaſſent Troiani, Oratores iam prohiberi non poterant quin gentium iura violarentur. Vt enim paulò ante, quoniam arenæ hoſpitio prohibebatur multitudo illa ob tutelā Regni & ſecuritatem Vrbis, reuera ius gentium haud violabatur; ita nunc, quoniam paucorum legatio ſuſpicioſa eſſe non poteſt, oratores Reginæ non prohibentur acceſſu, ne ius gentium violetur. Denique deſcendere prohibebantur, quòd eſſent plurimi atque armis inſtructi: delectis Oratoribus acceſſus ad Reginam conceditur quòd eſſent perpauci, nec fortaſſe niſi inermes admitterentur; quin nec ſine Pœnorum, qui eos comitarētur, præſentia & cuſtodia. Et ideo appoſitè in eos ſpectans, pergit Ilioneus,

Si genus humanum, & mortalia temnitis arma,
At ſperate Deos memores fandi, atque nefandi.

quod commodè in eos cadit qui arcere illos atque ignes claſſi inferre voluiſſent. tametſi, quoniam erant Didonis adminiſtri, hæc quoque verba in Didonem non nihil redundant: & ideò paulò poſt ſeſe purgabit Dido. Rectè verò argumentatur Ilioneus ac piè. qui.n. homines ac mortalium contemnat arma, vt Pœnis interim contingebat dum afflictos vexa-
377 rent Troianos, ijs ſaltem timendus Deus, cuius armis ac potentiæ reſiſtere nequeunt. Quanquam qui *ſperare* ægrè accipiat pro *timere*, ac propriè ſumi velit, huic dicendum eam eſſe ſententiam, Pœnos, ſi nō humanorū timore armorum reuocentur a feritate illa, qua arenæ hoſpitio prohibebant Troianos, ſaltem ſpe præmij reuocari debere: cū enim Deus

cuncta proſpiciat,& fandi ac nefandi ſit memor,præmia bonis reponit, quemadmodum malis pœnas. Prior tamen expoſitio, qua Deos ſaltem timendos illis obijcitur qui non timerent mortales, mihi commodior videri ſolet. nam ſperare pro timere non eſt Virgilio inuſitatum ſed familiare. Itaque lib. IV. — *Et tantos* (de Didone inquit Aeneas) *rumpi nō ſperet amores*. hoc eſt non timeat. & rurſus in eodem libro

Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem,

inquit Dido, quod eſt timere. & libro XI. cum ſuas calamitates retuliſſet Diomedes quas poſt vulneratam a ſe Venerem paſſus eſſet, pergebat

Hæc adeo ex illo mihi iam ſperanda fuerunt
Tempore —— *quod eſt timenda & expectanda.*

Atque hoc dicendi genus libenter vſurpauit noſter Poëta, quòd, vt nouitatem ac repugnātiam quandam præſefert, admirationem gignit: hanc enim ſectatur Poëta, ac teſte Ariſtotele, ex rebus etiam abſurdis captat. Sic dum canit *Tædet Cœli conuexa tueri*, —— & —— *dum montibus vmbræ Luſtrabunt conuexa* —— & clariùs —— *ad conuexa ferebat* —— & —— *Aſpectans conuexa precatur*, conuexum pro concauo vſurpans, quæ mutuò pugnant, admirabilem reddit orationem. Quanquam, quod pertinet ad ſpem, a Græcis manauit ut ſpes pro metu, ſperare pro metuere, aliquando capiatur; ídque non a Poëtis ſolùm verùm etiam ab Oratoribus & Hiſtoricis. quare vt Sophocles ὀλέτριαν ἐλπίζει, inquit 378
interim ſperat, quod eſt timet, ſic Iſocrates ἔλπιζε αὐτὸν ſperauit ipſum, pro timuit dixit alicubi: & Herodianus ἀντιπάλους ἤλπιζον, aduerſarios ſperarunt, pro timuerunt. eodémq; modo ſpes pro timore apud Platonem & alios occurrit frequenter. ſic ex noſtris Statius

Dum ſpes nulla necis crinito a vertice figit;

vbi ſpes pro timore ponitur. Denique, vt redeam ad ſperare; Cicero ipſe aliquando nō grauatè pro timere ſperare vſurpauit. alioquin ſpes eſt boni futuri, mali nullo modo.

Partic. 110 Rex erat Aeneas nobis: quo iuſtior alter
Nec pietate fuit, nec bello maior, & armis.
Quem ſi fata virum ſeruant, ſi veſcitur aura
Aetheria, nec adhuc crudelibus occubat vmbris,
Non metus, officio nec te certaſſe priorem
Pœniteat ——

Cum Ilioneus paulò ante de ſua ſuorúmque nauigatione qua Italiam petebant, admonuiſſet Reginam, ac propterea ipſos, etſi non omnes, tempeſtate in Libyam abreptos non voluntate delatos ſignificaſſet, propteréaque concluderet

—— *Huc pauci veſtris adnauimus oris,*

harum mentio orarum ſeu regionum iniurias iam tum ibi acceptas etiam atque etiam reuocauit in mentem, ita vt indignatione ab inſtituto narrationis curſu abreptus exclamauerit,

Quod genus hoc hominum?

& quæ mox ſubiecit. Nunc igitur ad inſtitutam redit narrationem. Et quoniam de ſe ac ſociis qui eò delati erant, dixit; iam de Duce verba facit. ſtatim enim requirere potuiſſet quiſpiam num Ducem haberent vllum: præſertim quia ipſe quidem ſe ex ſocijs illis vnum eſſe indicarat. ait igitur, *Rex erat Aeneas nobis*. Sed cur ait *erat*? inuidioſum enim vſurpat 379
verbum & mali ominis quale eſt illud etiam, *Fuimus Troes, fuit Ilium*. Sed ita loquitur quòd reuera de eius ſuſpicabatur naufragio: quemadmodum Aeneas contra & ſocij hoc ipſum ſuſpicati fuerant de ipſo Ilioneo atque alijs. ideo enim cecinit Poëta

Amiſſos longo ſocios ſermone requirunt,
Spémque, metúmque inter dubij; ſeu viuere credant,
Siue extrema pati, nec iam exaudire vocatos.

candidè igitur rem ſibi & ex animi ſententia narrandam cenſuit. Etſi inuidiam mitigat paulò poſt ſubdens

Quem ſi fata virum ſeruant, ſi veſcitur aura
Aetheria ——

indicat

indicat enim eius mortem ſuſpicioſam eſſe potiùs quàm certam. Suũ igitur quem de nomine declarat regem, iuſtitiæ priùs & pietatis ornat laude, tum bellica virtute ac fortitudine, & ſummatim perfectum Regem ac Ducem deſcribit: id quod de illo meminiſſe plurimum referre poterat ad miſericordiam atque clementiam in Pœnis ac Regina erga illos excitandam, cum tale ac tantum virtutis decus animos allicere ſoleat. Vt omittam prævidendum quoque illis fuiſſe ne fortiſſimum Ducem, ſi fortè viueret, exaſperarent: ſatius enim erat eius demereri beneuolentiam, quàm indignationem excitare. Dum verò ait

Quem ſi fata virum ſeruant——

(vbi eius mortem, vt dicere cœperam, in dubium reuocat) quid eſt quod idem iterum ac tertiò repetit pergens

——*ſi veſcitur aura*
Aetheria, nec adhuc crudelibus occubat vmbris?

an fortaſſe non tam idem repetit, quàm ex ordine tripartitum hominis ſtatum, ſiue ortũ,
380 vitam, occaſum, pro eius gentis opinione indicat? primò enim a fatis (ſi illis credas) vitam ac ſalutem oriens accipit homo: tum præſcriptam vitæ ducit periodum ac veſcitur aura, ad extremùm occumbit, & crudelibus occubat vmbris. minimè verò, ſi me audias: ſed in eâdem re inſiſtit, quam tamen quadam veluti expolitione varijs exprimit modis. habet enim hoc dicendi genus magnificentiam atque orationem mirificè ornat. Quanquã hac in re audiendus eſt Sebaſtianus Corradus dum ſic ſcribit. Non credimus Poëtam noſtrũ, qui ſolet eſſe parcus, in hac re multum eſſe voluiſſe, ſed potiùs aliquid reconditum ſignificaſſe: vt illud fortaſſe, quod Cicero libro ſecundo de natura Deorum ſcripſit: animantium vitam tribus rebus contineri, cibo, potione, ſpiritu: quibus qui carent, moriuntur: vt *fata* ſeruent cibo, & potione: &, *veſcitur aura Aetheria*, ad ſpiritum referatur: &, *crudelibus occubat vmbris*, morti tribuatur. Vel ſignificat illud, quod ait Seruius, vitam humanam tribus contineri, fato, natura, fortuna: vt fata fatum, *veſcitur aura Aeteria* naturam, *crudelibus occubat vmbris*, fortunam referant: præſertim quum Cicero libro ſecundo de natura Deorum dicat ita: hæc animalibus, ſpirabiliſque natura, cui nomen eſt aër. Vel, quod idem Seruius inquit, nos tribus conſtare, anima, corpore, vmbra: vt ſingula ſingulis reſpondeant; anima fatis, corpus auræ ætheriæ, vmbra vmbris. Vel potiùs illud, quod Cicero libro ſecundo de natura Deorum propoſuit ita: animum illum ſpirabilem, ſi quis quærat, vnde habemus, apparet: quod aliud à terra ſumpſimus, aliud ab humore, aliud ab igne, aliud ab aëre eo, quem ſpiritu ducimus: vt per fata Iouem, & Neptunum, ignẽ, & aquam, per auram ætheriam, & vmbras, Iunonem, & Plutonem, ideſt aërem, & terram ſignificet. & de duobus vltimis quidem nemo poteſt dubitare, quum penè exprimat: de duobus primis dubitari po-
385 teſt, an Iouem, & Neptunum fata poſſit appellare. Verùm Iouem nos ſupra fatum dici demonſtrauimus, & Homerus libro vigeſimo Iliados oſtendit Neptunum eſſe fatum, quum fatur, & futura de poſteris Aeneæ prædicit. Vterque *τοθὴρ* a Græcis etiam vocatur, quod ſeruet: iccirco Poëta dixit, fata ſeruant. Nihil igitur Poëta videtur ſignificare, niſi vitam, quæ ſeruatur, dum viuimus, hoc eſt ex quatuor elementis compoſitis conſtamus, quibus diſſolutis, diſſoluitur & vita, vt omnes ſciunt. hæc Corradus, quæ ſi non planè vera, ingenioſa certè videri poſſunt. Ipſe tamen expolitionem adamaſſe Poëtam atque iterũ & tertiò idem, alijs tamen verbis, exprimere voluiſſe, crediderim, quòd præſtet interdum hoc dicendi genus arripere. etſi enim haud frequentiùs vſurpanda, (alioquin verbis potiùs quàm rebus ſplenderet oratio) magnum tamen affert decus ac ſuam habet laudem, præſertim verò dum idem nõ minùs variata quàm eleganti oratione exprimitur. Addit verò

Non metus——

quod eſt non te attingat metus: ſi enim viuit, nihil eſt quòd timeas: nec iniurias prohibuiſſe ac nos mitiùs excepiſſe, quin fouiſſe, te vnquam pœniteat. & ideo pergit

——*Officio nec te certaſſe priorem*
Pœniteat——

quibus quòd preſſiùs attigerat, planiùs declarat, eam in beneficij quoque atque opis, qua nouum eius regnum indigebat, ſpem adducens. At enim quî officijs reſpondere poſsitis, cum victi & omnium rerum egeni ſitis? id mox aperit pergens

——Sunt & Siculis regionibus vrbes,
Armaque Troianóque a ſanguine clarus Aceſtes,

Quaſ-

Digitized by Google

Quaſſatam ventis liceat ſubducere claſſem, 382
Et Syluis aptare trabes,& ſtringere remos:
Si datur Italiam ſocijs,& rege recepto,
Tendere,vt Italiam læti, Latiúmque petamus.

Aptè quidem commemorat Siculas Vrbes,arma ac Troianum Aceſtem. hinc enim ſatis indicat poſſe illos officia rependere & compenſare. quanquam illud inſuper tacitè indicat iniurijs quoque vlciſcendis eſſe idoneos; ita quidem cum iam ſperandum ſit, Didonem ad honeſta eorum poſtulata deſcenſuram, omni cunctatione abiecta, poſtulata ipſa proponit his verbis,

Quaſſatam ventis liceat ſubducere claſſem,
Et Syluis aptare trabes,& ſtringere remos:

Atque hæc quidem poſtulatio: eò videri debet honeſtior quòd claſſem reficere optarent, vt inſtitutum iter proſequerentur. ex quo ſanè illud etiam conſequebatur vt omni ſuſpicione Didonis regnum liberaretur. Huc enim ſpectat quod addit

Si datur Italiam ſocijs,& rege recepto,
Tendere,vt Italiam læti, Latiúmque petamus.

Ait verò ſubducere claſſem, tum quia priſcis temporibus, cum nauigandi opportunitas abeſſet, in littus ſubducebant naues, tum quia vt reficerentur, ſubduci illas oportebat. aptè etiam ſyluas ac trabes & remos commemorat, vt rem nō minùs neceſſariam quàm honeſtam poſtulari conſtet, quæq; vilis, non modò moderata, videri debet. At enim quid ſi fortè Aeneas fatis conceſſerit, nec ampliùs, ætherea veſcatur aura? quid vobis Troës gerendum, aut quid conſilij capiendum? ob id igitur pergit.

Part. 112. Sin abſumpta ſalus,& te pater optime Teucrûm 385
Pontus habet Libyæ, nec ſpes iam reſtat Iuli:
At freta Sicaniæ, ſaltem, ſedéſque paratas,
Vnde huc aduecti, regémque petamus Aceſtem.

Vbi, quoniam paulò ante dixerat, ſi datur Rege recepto, in Italiam tendere, læti eam petemus, hîc è contrario, ſin abſumpta eſt ſalus (inquit) quod eſt, vt mox declarat, ſi Aeneas in Libyæ interijt ponto, nec Aeneas ſolùm, verùm etiam Aſcanius in quo ſpes ſupereſſe poterat, abſumptus eſt, in Siciliam ad Regem Aceſtem redeundum putamus. Atque his ſanè orationem claudit percommodè, cum talis concluſio commiſerationi ciendæ ſit aptiſsima, idque vel quia magno cum doloris ſenſu Aeneæ mortem, ſi tamen obijſſet, commemorauit (quid enim miſerabilius quàm parente optimo orbari? præſertim verò cum pietate, iuſtitia, fortitudine, Regijs denique virtutibus omnibus, id quod edixerat, tantópere excelleret) vel quia proſtratam ipſorum fortunam ante oculos poſuit, præſertim ſi remigrandum ſit. ita enim fieret vt Italiæ ac noui Regni ſpes cecidiſſet omnis. Interea tamen illud vnum quod ſupererat perfugium non diſsimulat, ſedes inquam Sicaniæ & Aceſtem Regem quem Troianum eſſe dixerat, ad quem confugiendum exiſtimarent, id enim valet ad ſuſpicionem Didonis etiam atque etiam minuendam, ſi fortè noui Regni ſuſpicio eam haberet ancipitem, tacitè etiam eam ab iniuria retardare poteſt, cum audiat non ita afflictos eſſe, quin vicinum perfugium habeant, vnde, & beneficium rependere, & iniurias vlciſci poſsint. & hac fortaſſe de cauſa hîc Aceſtem appellat Regē, quod reticuerat paulò ante. 384

Part. 113. Talibus Ilioneus, cuncti ſimul ore fremebant
Dardanidæ ——

Perorat Ilioneus, cui ſtatim reſpondet Regina.

Ilioneum peroraſſe indicat, ſocióſque cunctos ſimul ore fremuiſſe, quod eſt voce, vnde ingens murmur & quaſi fremitus exaudiebatur, Ilionei dictum approbaſſe, ſecundus enim fremitus intelligendus, hoc in loco & vno verbo, plauſus. id quod clariùs alibi apparet dum canitur *fremitúque ſecundo.* & alibi *plauſúque fremebant*, ac rurſus *fremebant Aſſenſu vario.* alioquin in malam quoque partem ſumi poteſt. Itaque fremit ſibi ademptum conſulatum, inquit Cicero, & alibi fremant omnes licet, dicam quod ſentio, & Virgilius

Bellóque frementum *Italiam,* & rurſus

Ergo

Ergo omnes magno circum clamore fremebant.

Denique & mari & belluis tribuitur ſed in malam partem.

Par.114 Tum breuiter Dido, vultum demiſſa, profatur:
Soluite corde metum Teucri: ſecludite curas.
Res dura, & regni nouitas me talia cogunt
Moliri, & latè fines cuſtode tueri.
Quis genus Aeneadum, quis Troiæ neſciat vrbem?
Virtutéſque, viróſque, aut tanti incendia belli?
Non obtuſa adeo geſtamus pectora Pœni,
Nec tam aduerſus equos Tyrià ſol iungit ab vrbe.
Sed vos Heſperiam magnam, ſatúrniaque arua,
Siue Erycis fines, regémque optatis Aceſtem,
Auxilio tutos dimittam, opibúſque iuuabo.
Vultis & his mecum pariter conſidere regnis?
Vrbem quam ſtatuo, veſtra eſt: ſubducite naueis:
Tros, Tyriúſque mihi nullo diſcrimine agetur.
Atque vtinam rex ipſe Noto compulſus eodem
Afforet Aeneas. equidem per littora certos
Dimittam, & Libyæ luſtrare extrema iubebo,
Si quibus eiectus ſyluis, aut vrbibus errat.

385 Non poſtremam ſibi laudem vindicat hæc cõciò inter Virgilianas: præſertim verò quia Ilionei Orationi egregiè ſatisfacit: ſimúlque decoro ſeruit ac Regiæ dignitati. Vt omittã cum Iouis mandatis quibus erat obtemperandum, omnino conſentire. Principiò igitur Dido, quoniam par erat Ilioneo ac Troianis frementibus (maximè verò vt accuſationem depelleret) reſpondere, ac propterea ſe ſe auditoribus non nihil oſtẽtare, modeſtiæ ſtudet: ac propterea ſe ſe componit vultúmque demittit: & ideo canit Virgilius *Explanatur Reginæ concio.*

Tum breuiter Dido, vultum demiſſa, profatur:

Quanquam non modò verecundiam prout fœminam decet, præſertim apud viros, eóſque graues & aduenas, præſefert Dido, verùm etiam adamat breuitatem: ſiquidẽ orationis breuitas cum Regem ornat (dignitatem enim adiungit grauitatémque tuetur) tũ maximè fœminam, honeſtam præſertim, ſilentium enim, mulieris ornamentum cenſeri ſolet. Tum verò ſtatim, quoniam eius fidem & clementiam implorauerat Ilioneus, vt primæ huic orationis parti commulatiſſimè ſatisfaciat, ſic ad dicendum aggreditur.

Soluite cordè metum Teucri: ſecludite curas.

vbi longiori Ilionei deprecationi paucisſimis reſpondet: ita tamen vt hac in parte nil optatius audire poſsint Troiani. ſic paulò ante Iupiter, *Parce metu Cytherea.* Iam verò cum Ilioneus in Pœnos apertè inuectus eſſet, tacitè etiam Reginam perſtrinxiſſet, accuſationem omnem diluit Regina, idque dum pergat,

Res dura, & regni nouitas me talia cogunt
Moliri, & latè fines cuſtode tueri.

vbi in neceſsitatem ac Regni ſalutem rem totam reijciens, purgat ſe quidem paucis, ſed
386 cumulatiſsimè. Et quia Ilioneus, poſt quam in eos inuectus erat, ad narrationem rediens, de Aenea & Troianis verba fecerat, idcirco Regina ad Aeneadas orationem transferens, eos commendat, & Troiæ fatum non ſine dignitate commemorat, & ad ſuas ſuorúmque aures perueniſſe affirmat. & ſanè cum Troiæ excidium in templo deſcriptum eſſet atque egregiè expreſſum, id veriſsimè a Didone, pronunciatum, ſatis intelligere poterant Troiani, præſertim Aeneas & Achates qui picturam luſtrauerant oculis, atque interim Reginæ

Oceanum, & ſi quos incerto littore Syrtes
Deſtituunt.

Tertium illud ſit, Didonem egregiam præſeferre prudentiam verbis illis III

Tros, Tyriúſque mihi nullo diſcrimine agetur.

389 ſi quid enim eſt quo maximè ciuium diſcordiæ ac ſeditiones explodantur, & concordia ſeruetur & pax, id certè eſt beneuolentia quam ex æquo in ſubiectos ciues oſtendit Princeps. neque tamen hinc prohibetur quò minùs pro meritorum ratione illis diſtribuere poſſit præmia quæ non æqualiter diſtribuenda ſunt: nam vniuerſim beneuolentiæ æqualitas eſt conſeruanda, ſigillatim præmia pro meritorum ac perſonarum varietate ac dignitate varianda & conferenda. Poſtremò non inutiliter obſeruetur, illud dicendi genus *Vrbem quam ſtatuo veſtra eſt*, pro Vrbs quam ſtatuo, bonis latinitatis authoribus non inuſitatum eſſe apud Poëtas. Itaque Terentius, *Eunuchum quem dediſti nobis, quas turbas dedit?* & Plautus *Naucratem quem conuenire volui, in naue non erat:* & rurſus. *Iſtum quem quæris Periphanem, ego ſum ſi quid vis.* Scio quoſdam figuratum hunc dicendi modum hic non agnoſcere, quaſi verò ſit ſenſus *vultis vrbem quam ſtatuo? veſtra eſt.* ſed quàm licenter, ne dicam ineptè, nemo non videt. ſatius eſt igitur priorem ſententiam retinere: præſertim quia apud Græcos etiam (ſi quoſdam audiamus occurrit) nam Homerus quoque cecinit in Odyſſeæ duodecimo

Οἱ δὲ δύο σκόπελοι ὁ μὲν οὐρανὸν εὐρὺν ἱκάνει.

Hi verò duo ſcopuli, hic quidem altum cælum attingit.

Tametſi num eiuſmodi exemplum, cum Virgiliano conſentiat, viderint qui illud proferunt mihi certè vix ac ne vix quidem ſatisfacit.

Par. 115 His animum arrecti dictis, & fortis Achates,
Et pater Aeneas, iamdudum erumpere nubem
Ardebant: prior Aeneam compellat Achates:

Ad Aeneam ſe cōuertit Poeta.

Reſumit Virgilius dicendi munus ad Aeneam & Achatem rediens, qui tali ac tāta ſpe interim erecti cupiebant erumpere nubem, &, quoniam metus ſupererat nullus, in apertū prodire: vt ſcilicet & Ilioneum ac ſocios complecterentur, & præſenti fœlicitate fruerentur. Hîc verò quæri poteſt vnde nam animaduertiſſet Achates vel Aeneas ſe nebula circumfuſos, præſertim verò quia ſupra dum caneret Virgilius

Dubitatur.

390 *At Venus obſcuro gradientes aëre ſepſit,*
Et multo nebulæ circum Dea fudit amictu:
Cernere ne quis eos, neu quis contingere poſſet,
Moliriue moram, aut veniendi poſcere cauſas,

viſa eſt Venus aëre & nebula ſepſiſſe illos, non vt ipſi id ſentirent, ſed ne externi eos cernere aut cōtingere poſſent ſeu retardare aut compellare. Denique quemadmodum tam accuratè commemorat Virgilius exteriores vſus omnes iſtius nebulæ, ita interiores ſignificare debuiſſet. Sed tamen reſpondere poſſumus, Venerem ſepſiſſe quidem filium nebula, & ijs de cauſis quas commemorat Vates: ſed tamen optaſſe, &, quantum in ipſa fuit, elaboraſſe vt ne filius id ſentiret. quò eam non agnoſceret. Nihil tamen prohibet quò minùs Aeneas & Achates nebulæ qua ſepti eſſent, amictū continenter agnouerint & vſum perſenſerint: præſertim verò quòd iam animaduertiſſent venatricem illā quæ Spartanæ Virginis habitu occurriſſet, eſſe Venerem matrem, ac propterea facilè potuiſſe nebula illa eos contegere. Interim verò dum erumpere optarēt nubem, Achates prior his dictis compellat Aeneam,

Reſpondetur.

Par. 116 Nate Dea, quæ nunc animo ſententia ſurgit?
Omnia tuta vides, claſſem, ſocióſque receptos,
Vnus abeſt, medio in fluctu quem vidimus ipſi
Summerſum: dictis reſpondent cætera matris.

Sic ſciſcitatur Achates ab Aenea *quæ nunc* (dum ſcilicet res, ſiue Reginam ſpectet, ſiue inprimis ſocios, ad proſperitatem vergeret) *animo ſententia ſurgat*, atque adeò ſecum ipſe vel reputet vel deliberet, vt tacitè eundem ad ſe Reginæ pandendum incitet: huc enim

Achates Aeneam compellat.

ſpectare videtur dum ſubdit è veſtigiò, *omnia tuta vides*: quaſi diceret non eſt quod diutiùs
lateas, ſed te Reginæ pandas. Et ſanè quemadmodum nubes tutelæ cauſa in tot tantiſque 391
periculis attributa fuerat a Matre, ita cum optimam Reginæ voluntatem perſentiat ac tuta ſint omnia, erumpendum videbatur, ac rei benè gerendæ arripienda occaſio. & ideo pergit——*claßem ſociòſque receptos*, vt ſcilicet conſtet rem non modò eſſe tutam quòd pertinet ad Reginam, cum hæc Troianorum obſecundaret volũtati, verùm etiam quod pertinet ad claſſem ac ſocios. Denique vnus Licyus Orons deſideratur, quem ipſi vidimus fluctibus obrui, ex cæteris nemo. Ita vt Matris dictis reſpondeant cætera. Atque hîc ſanè non ait ——*dictis reſpondent cætera Matris*——quaſi verò hoc vnum quod ad Orontem pertinebat, non reſponderet, nam præterquam quod de hoc nihil dixerat Mater, (ne ſcilicet dolorem renouaret: alioquin uaticinio ſeu augurio confirmando ſuum habuiſſet momentũ) duodecim naues prædixerat reduces, atque illas ipſas quas Aeneas requirebat: ita vt *reſpõdent cætera*, valeat, *omnia*: tametſi ait cætera, quia de Oronte ſiluerat Mater. At enim eſto Achates tuta vndique ſint omnia, vt propterea iam non neceſſaria quin incommoda ſit nubes, at mortali fortaſſe haud liceat nubem iſtam ſcindere, aut ſe ſe illa pro voluntate exerere & expedire. Etſi enim iamdudum Aeneas erumpere nubem ardebat, nõ tamen hinc ſatis conſtat id in eius fuiſſe poteſtate: nihil enim prohibet nos interdum ea cupere, & ardenter cupere, quæ in noſtra poteſtate non ſunt, ſiquidem electio eſt illa quidem eorum quæ in noſtra ſunt poteſtate, cupiditas non neceſſariò. Et tamen non videtur fuiſſe Veneri committendum vt filium ſic nube concluderet & implicaret, vt hîc pro arbitratu, præ-
ſertim vbi res id poſtularet, egredi haud poſſet. Sed quicquid ſit, ecce tibi Poëta, qui vt 392
Aeneæ Achatiſque cupiditati ſatisfaciat, de more cónfugit ad machinam, nubémque remouet, nam ideo pergit

Part.117.

Vix ea fatus erat, cum circumfuſa repentè
Scindit ſe nubes, & in Aethera purgat apertum.

Scinditur nubes, & qui id factum.

Non incommodè concipere poſſumus & verò debemus (res enim quaſi geſta concipienda eſt) Matrem ipſam filio aſtitiſſe, quæ non mentita forma & aſpectabili vt antea, ſed propria & inaſpectabili, nubem pro ſua facultate ſciderit, & in apertum ſeu per purgatum & tenuem qui circumſtabat, ſoluerit aërem. At enim quid tu autumas atque adeò affirmas, Matrem ipſam ſcidiſſe nubem, cum Poëta perſpicuis verbis teſtetur nubem ſe ſe ſcidiſſe ipſam? Quin etiam cum paulò ante Venus, ſtatim ac ſepſiſſet filium nebula, Paphum ſublimis abijſſet, ſedes vt reniſeret ſuas, quid tu commẽtarijs eandem intra paucas horas adfuiſse filio ac nubem ſcidiſse, & in æthera reſoluiſse? Imò verò id ipſum ſententiæ fauet meæ? nam cum hoc ipſo die Venus inducatur quæ pro Aſcanio Cupidinem ſupponit Didoni, ſatis conſtat breui remeaſse, ita ut quemadmodum Aſcanium clam in Cupidinem cõmutauit, ita ſciderit nubem. id quod eò tutiùs coniectare licet & affirmare, quòd idem acciderit Vlyſſi apud Homerum, etenim Pallas ſtatim atque Vlyſsem ſepſit nube, diſceſſit, & tamen Vlyſſi paulò poſt Vrbem ingredienti occurrit Neenidis forma. Ac profectò nullo modo eſt concedendum nubem, quaſi ſenſu imò verò mente & intelligentia prædita eſſet, ſe ſe ipſam ſcidiſſe atque in eo planè temporis articulo ſcidiſſe, qui vel maximè vel vnus eſſet Aeneæ opportunus: id enim earum eſt rerum quæ mente vigent & con-
ſilio vtuntur. Quòd ſi Virgilius ait 393

——*Circumfuſa repente*
Scindit ſe nubes, & in æthera purgat apertum;

ſanè Poëta factum commemorat pro vt ſe ſe in conſpectum dederat: cætera, ne ſubtiliùs rem pertexere atque adeò philoſophari videatur, prætermittit. Denique Poëta res abditas interdum aperit & quaſi vates pandit, vt cum canit

At Cytherea nouas artes, noua pectore verſat
Conſilia, vt faciem mutatus & ora Cupido
Pro dulci Aſcanio veniat, doniſque furentem
Incendat reginam, atque oſſibus implicet ignem.

& rurſus

——*At Venus Aſcanio placidam per membra quietem*
irrigat: & fotum gremio dea tollit in altos
Idalia lucos——

interdum

Digitized by Google

interdum quæ latent diſſimulat,ea quæ ſub aſpectum cadunt referens tantùm,vt hoc in lo
co. Ac profectò cum littora & terras fugere affirmet quandoque:ſtellas extingui,accendi,
fugari,& ſimilia(in ea ſcilicet intuens quæ oculis occurrũt hac ſenſibus:nã alioquin ſat no
uerat aſpectum fallere)quid mirum ſi nebulam quoque ſe ſe ipſam ſcidiſſe affirmet? ſpe-
cie ſiquidẽ ſe ſcidit,re ipſa ſcinditur a Venere. Et ideo nihil eſt cur perueſtigemus quî ſe ſci
derit nubes,ac repente ſciderit:quî itẽ in æthera cõceſſerit ac repẽte cõceſſerit:quî tã op-
portunè ſe ſciderit & cũ maximè opus eſſet:abdita enim veneris opera id totũ perfectũ eſt.
Neq; verò id contendo quaſi exiſtimem non licuiſſe Poëtæ ad machinã confugere vnde
Aeneas educeretur è nube,(machinam enim epico concedimus non grauate,imò in præ
ſens vſurpatam fatemur)ſed quia in hoc etiam modus ſeruandus eſt,nec temerè omnino
ad eam confugiendum. & ideò quoniam nubem, tam opportunè præſertim,ſcidiſſe,con-
394 ſilij erat & intelligentiæ, id quod oculis ſe ſe obtulerat,refert,quod animo ac iudicio per-
uadendum erat,auditoris committit ingenio. Et idem dixerim dum Aeneam repentè itẽ
ſupra humanam extollit,ne dicam ad diuinam attollit, cõditionem,cum è veſtigiò(ad ma
chinam item de more confugens: ſed oppoſitè omnino ac ſcitè)pergat ſic canens.

Par.118 Reſtitit Aeneas,claráque in luce refulſit;
Os,humeróſque Deo ſimilis: námque ipſa decoram
Cæſariem nato genitrix,luménque iuuentæ
Purpureum, & lætos oculit afflarat honores.

Parat iam Didoni amoris faces:quod ſi ne eximia quidẽ Aeneæ pulchritudo,eximiúm-
que decus,idonea erunt Didonis caſtimoniæ pudicitiæue expugnandæ, cupidinis ipſius
artes atque incendia adhibebit tandem. Sed de hac re tota, opportuniùs alibi. ſciſſa igitur
nube,Aeneas,quoniam ante Reginam erat,& facilè inter Troianos,reſtitit:ſed ita reſtitit,
vt quod in nube latuerat eius decus,clara illa in luce refulſerit. Atque hîc quidem mirum
eſt quantoperè Virgilius omnes veluti colores referat ad Aeneæ pulchritudinem declaran
dam,ornandam,augendam,& in admirationem rapiẽdam. primò enim eum refulſiſſe ait,
&,quod rem auget,clara in luce:interdiu enim clara Solis luce minuitur ac ferè extingui-
tur cæterarum lux rerum:Aeneæ ſplendor ſe ſe effert:deinde ſigillatim oris pulchritudinẽ
(vultu enim maximè enitet decus & pulchritudo) celebrat, qua, vt quicquid de illa dici
poſſit vno propè verbo comprehendat; Deo ſimilem fuiſſe affirmat. Et quoniã reuera ad
perfectam atque omnibus numeris abſolutam pulchritudinẽ oris decus atque venuſtas
haud ſatis eſt,niſi proceritas accedat & magnitudo,quin Ariſtotiles negat quicquam ſine
magnitudine quadam excellenti pulchrum dici poſſe,ita ut venuſtam non pulchram cen-
ſeri velit mulierem quæ tali careat magnitudine,ideo non modò ore verùm etiam hume-
395 ris,vnde proceritas maximè apparet,fit Deo ſimilis. ita quidẽ in Aenea cum venuſtate ſic
conſentit magnitudo, vt eximiam & admirabilem ac propè diuinam referat pulchritudi-
nem. Sed quoniam facilè dici potuit Aeneam eſſe Deo ſimilem ore atque humeris,quî ta-
lis apparuerit,difficile cõmõſtrari,ideo Poëta,veriſimile vt tueatur,ac rem probabilita-
te reſpergat,docet(etſi ad machinam de more confugiens)quî factum ſit vt Deo euaſerit
ſimilis,ſubditque—— *namque ipſa decoram*
Cæſariem nato genitrix lumẽnque iuuentæ
Purpureum,& lætos oculis afflarat honores.

Quanquam hæc ad oris pulchritudinem ſeu venuſtatem pertinent veriùs quàm ad ma
gnitudinem,quin forſitan ne totam quidem oris pulchritudinem explent,niſi enim priùs
ita conformatus ſit vultus,vt debita partiũ ſymmetria conſtet ac proportione, ſimúlque
ſanguine ac ſucco moderatè redundet,ac propterea gratũ oculis colorem offerat,cęſaries,
ac cæteri honores iſti haud ſufficiunt. Sed fortaſſe iſthæc intelligi tacitè voluit ex purpureo
iuuentæ & cæteris oculorum,quos profert,honoribus,qui citra ſymmetriam illam conſi
ſtere nequeant. ſed hac de re clariùs in comparatione,quam ſubiecit è veſtigio: Interim il-
lud omnino addiderim,ea verba—— *lætos oculis afflarat honores*,ad gratiam & venuſtatem
magnopere pertinere,ſunt.n.qui pulchritudinem diſtinguunt a gratia,ſiue gratiam a pul-
chritudine. ſic Ariſtoteles lib. Rhetoricorum,& Plutarchus in Antonio,vbi Fuluiam An-
tonij vxorem Cleopatræ æquat pulchritudine,*ſed in Cleopatra tamen* (inquit) *miræ Veneres*,
Quaſi gratia & venuſtate Fuluiam ſuperaret.

Quale quã tumque de cus præſetu lerit Aeneas,& un de.

Part. 119. Quale manus addunt ebori decus, aut vbi flauo
Argentum, Pariúſue lapis circumdatur auro.

Simili explicatur. Videtur Author, dum rem illuſtrat ſimili, vnum ſumere, & alterum docere: ſumere Aeneam venuſtate ac pulchritudine fuiſſe præſtantem: docere, Venerem matrem illius venuſtatem ac pulchritudinem mirum in modum auxiſſe: hoc eſt enim ebori decus addi: hoc argentum Pariúmue lapidem auro circumdari & ornari. Tametſi hoc pertinere videtur in primis ad venuſtatem declarandam quam addiderat, dum lumen iuuentæ purpureum & lætos oculis afflare honores: quanquam pulchritudinem etiam hinc auxit. Denique, cum venuſtas oris videatur ex colore maximè oriri qui purpureum ſeu roſeum cum candore mixtum offerat colorem, ebori, argento, Parióue lapidi aurum additur vt intelligatur purpureum colorem candido fuiſſe immiſtum. Imitatus eſt autem hac in re Homerum qui tum in VI. Odyſſeæ, tum verò in XXIII. Mineruam inducit quæ Vlyſſem exornet ſuum. etenim in VI. cum Vlyſſes induiſſet veſtes quas ei tribuerat Nauſicaa, ſic pergebat Homerus

Τὸν μὲν Ἀθηναίη θῆκεν Διὸς ἐκγεγαυῖα 396
Μείζονά τ' εἰσιδέειν καὶ πάσσονα, κὰδ δὲ κάρητος
Οὔλας ἧκε κόμας, ὑακινθίνῳ ἄνθει ὁμοίας.
Ὡς δ' ὅτε τις χρυσὸς περιχεύεται ἀργύρῳ ἀνὴρ
Ἴδρις, ὃν Ἥφαιστος δέδαεν καὶ Παλλὰς Ἀθήνη
Τέχνην παντοίην, χαρίεντα δὲ ἔργα τελείει.
Ὡς μὲν τῷ κατέχευε χάριν κεφαλῇ τε καὶ ὤμοις.

quæ a fido interprete ſic vertuntur

Hunc quidem Minerua reddidit ex Ioue nata
Maiorémque aſpectu, & ſpiſſiorem: a capite verò
Criſpas demiſit comas hyacinthino flori ſimiles.
Quemadmodum cum quis aurum circumfudit argento vir
Solers, quem Vulcanus docuit & Pallas Minerua
Artem omnifariam, glorioſa verò opera perfecit:
Sic huic infudit gratiam capitique & humeris.

Et in XXIII. cum item Vlyſſes lauiſſet corpus, ſuperioribus carminibus, primo excepto, huc reuocatis, canebat Homerus.

Αὐτὰρ κακκεφαλῆς χεῦεν πολὺ κάλλος Ἀθήνη,
Μείζονά τ' εἰσιδέειν καὶ πάσσονα, κὰδ δὲ κάρητος
Οὔλας ἧκε ὑακινθίνῳ ἄνθει ὁμοίας
Ὡς δ' ὅτε τις χρυσὸς περιχεύεται ἀργύρῳ ἀνὴρ
Ἴδρις ὃν Ἥφαιστος δέδαεν καὶ Παλλὰς Ἀθήνη
Τέχνην παντοίην χαρίεντα δὲ ἔργα τελείει.
Ὡς μὲν τῷ περίχευε χάριν κεφαλῇ τε καὶ ὤμοις.

Poſt hæc in capite fudit multam pulchritudinem Minerua
Maiorémque inſpicere, & pinguiorem, in autem capite
Tenues miſit comas hyacinthino flori ſimiles
Sicut autem quando aliquis aurum circumfudit argento vir
Sciens, quem Vulcanus docuit, & Pallas Minerua
Artem omnigenam, gratioſa autem opera perficit,
Sic quidem huic circumfudit gratiam capitique & humeris.

Igitur huiuſmodi ſimile ex Homero deriuauit Virgilius: ita tamen vt illud plurimum nobilitarit. Itaque Scaliger atque alij vtriuſque induſtriam explorantes & comparantes, primas tribuunt Virgilio. & idcirco Corradus pro Virgilio ſic tandem differit. Homerus libro VI. Odyſſeæ de Vlyſſe loquens: vbi ſcribit: illum maiorem, & craſſiorem ad videndum a Minerua factum fuiſſe: quaſi ſignificet, eum tantum non fuiſſe, deinde addit: κὰδ δὲ κάρητος οὔλας ἧκε κόμας ὑακινθίνῳ ἄνθει omnes. Facit, inquam, Minerua, vt Vlyſſes maior, 397
deinde craſſior videatur: deinde capiti comas criſpas apponit: quod nihil conueniat magnitudini, aut, vt ita loquar craſſitudini. Virgilius verò duo proponit pulchritudinem, & magnitudinem, & ita proponit, vt oſtendat, eas in ipſo Aenea verè fuiſſe, non ita viſas fuiſſe: deinde quia pulchritudo magis ad præſens negotium pertinet, eam pluribus explicat

quam

Digitized by Google

quàm Homerus:qui de comis tantùm, Vlyſſis pulchritudinem commendauit. Illud etiã prudenter facit Poëta:vt per humeros magnitudinem breuiùs,quàm Homerus,qui maiorem & craſſiorem dixit,exprimat:& ad Appollinem reſpiciat:quicum etiam libro quarto comparans,ait: *tela ſonant humeris*; & hic etiam Dei meminit: qua in re tantum ſignificat: ut Homerum,qui hoc non vidit,longè ſuperet:& cæſariem commendat,quia crinitus Apollo dicitur. Quanquam prudenter vterque Poëta facit, Homerus, qui facit, ut ea, quæ non ſint,magna,& craſſa: Virgilius,qui facit, ut ea, quæ ſint, maiora uideantur. Vlyſſes.n. non ſolet laudari,ut pulcher,neque ut magnus,quum mediæ ſtatura, & ore tantùm hilari eſſet,ut Dares Phrigius ait:Homerus tamen eum magnum facit, & gratiam eius capiti & humeris additam refert. Aeneas autem,vt ſcribit Dares Phriſius,rufus erat,quadratus, uenuſtus,oculis hilaribus,& nigris: &, vt Philoſtratus in Heroicis ait, comam nutriebat: quæ nunc Poëta facit, ut augeantur. Hæc iſte. quibus ipſe illam addiderim Homericam *ταυτολογίαν* ſeu repetitionem, unde tantopere excreuit vtrumque illius poëma, non magnopere probandam,uel potiùs ob faſtidium ac nauſeam quam plerumque parere ſolet eſſe improbandam. Nam quod alter interpres duo loca iſta carminibus uariet ſuis, id uerò non tam Homero(ne te res fallat)quàm interpreti acceptum eſt referẽdum. Hic enim præterquam quod multa ſæpè ita uariat ut non tam germanus interpres ac fidus quàm aliqua ex parte imitator uideri poſſit, *ταυτολογίαν* iſtam deuitat paſſim.id quod ex propoſito loco(ut de re conſtet)animaduertere licet,ubi priorem locum ſic uertit,

—— indutum Pallas adauxit,
Lemnius pag. 171. ar. 4. in 8 *Maiorémque dedit membris faciéque videri*
Auguſta,atque magis præſtanti corpore denſum.
398 *Deinde comas nitidas fecit,crinémque decorum*
Demiſſum capiti pulchro,ſimilémque Hyacinthi
Floribus illa dedit;veluti circumdatur auro
Argentum à fabro,docuit quem Mulciber artes
Omnigenas,Palláſque ſimul Tritonia mentem,
Artificúmque manus tradens,claróſque labores,
Vtque opus egregium,quod tollat gratia laude,
Conſtruat,& famam iungat res ipſa nitori:
Sic humeris illi capitique effudit honores.

ſic inquam priorem vertit locum,poſteriorem verò multò aliter,ita enim canit.

pag. 614 f. *Reſtitit hic Ithacus,claráque in luce refulſit,*
Os huméroſque Deo ſimilis.namque ipſa decoris
Affudit capiti ſpeciem,luménque iuuentæ,
Maiorémque illum Pallas mirabile fecit,
Excelſúmque humeris denſis, ſeu floribus auro,
Seu violis ſimilem,viridi flauentibus agro,
Cæſariem criſpam,capitique afflarat honores.
Qualis vbi floret medijs Hyacinthus in aruis:
Quale faber decus inſignis concluſit,& album
Argentum flauo forſan circumdedit auro.
Quem docuit cunctas Pallas & Mulciber artes,
Atque opera egregia,quis gratia fudit amorem:
Sic decus huic humeris,capitique afflarat honorem.

ſic,inquam,cecinit in poſteriore. Vbi ſine dubio multa hauſit ex Virgilio ut decus carmini adiungeret ſuo; inprimis uerò ut ne Homerica *ταυτολογία* appareret, a ſuperioris loci interpretatione non parum diſceſſit.Meritò igitur Virgilius,quippe qui eam egregiè declinaſſet,illud cecinit de ſuo Poëmate

Aſt minor eſt nobis,ſed benè cultus ager.

ſed pergamus,ut Aeneam iam audiamus.

Pa. 120 Tum ſic Reginam alloquitur,cunctíſque repentè
Improuiſus ait: Coram,quem quæritis,adſum
399 Trôius Aeneas, Libycis,ereptus ab vndis.

Etſi

Ad Reginā Aeneas cuius concio explicatur.

Etſi Reginam (vt par erat in tanta illius pietate atque clementia) ſibi alloquendam laudandámque propoſuit Aeneas, haud tamen committendum putauit quin vniuerſim, ſed breuiſsimè, alloqueretur omnes. ac iurò quidem, cum ab omnibus quæreretur, & præſens exoptaretur. Audierat enim Ilioneum dicentem

Quem ſi fata virum ſeruant, ſi veſcitur aura
Aeteria, nec adhuc crudelibus occubat vmbris;

audierat etiam Reginam quæ ſubiecerat,

Atque vtinam Rex ipſe Noto compulſus eodem
Afforet Aeneas ——

ita quidem cum ſe repente improuiſúmque obtuliſset è nube, & quem ponto occubuiſse verebantur, ſoſpitem ac Libycis vndis ereptum declaraſset, ad Reginam ornādam (idque optatum etiam ſuorum complexum differens) & gratias illi agendas properauit. Id quod aptiùs ſine dubio ac maiore cum dignitate facit quàm Vlyſses, dum ſiue Alcinoo Regi è cinere cui abiectè inſidebat, ſiue ſubulcis, aut etiam Laërti patri, quis ſit declarat. Atque *l. 17.*
hîc illud etiam obſeruandum, ideo illud primò ab Aenea pronunciari *l. 24.*

——Coram quem quæritis adſum,

quia Regina dixerat ad extremum

——Equidem per littora certos
Dimittam, & Libyæ luſtrare extrema iubebo,
Si quibus eiectus ſiluis aut vrbibus errat.

fortaſse etiam animaduertere potuit Aeneas (neque enim omnia, præſertim minuta, perſequitur Poëta, vt ſæpè monui) Regina, vt Aeneas quæreretur, prout receperat, imperare.

Tart. 121.

O ſola infandos Troiæ miſerata labores,
Quæ nos, relliquias Danaûm, terræque, maríſque
Omnibus exhauſtos iam caſibus, omnium egenos,
Vrbe, domo ſocias: grates perſoluere dignas
Non opis eſt noſtræ, Dido, nec quicquid vbique eſt
Gentis Dardaniæ, magnum quæ ſparſa per orbem.
Dij tibi, ſi qua pios reſpectant numina, ſi quid
Vſquam iuſtitiæ eſt, & mens ſibi conſcia recti,
Præmia digna ferant: quæ te tam læta tulerunt
Secula? qui tanti talem genuere parentes?
In freta dum fluuij current, dum montibus vmbræ
Luſtrabunt, conuexa polus dum ſydera paſcet,
Semper honos, noménque tuum, laudéſque manebunt
Quæ me cumque vocant terræ.

Ad ſolam Reginam conuertit ſe ſe quam primò egregiè laudat (etſi breuiter) tum luculentas eidem gratias agit. Itaque illius concio poteſt, & verò propter laudationem debet, ad Demonſtratiuum genus reuocari: præſertim quia gratiarum quoque actio reuocari ſolet ad genus Demoſtratiuum. De qua re nos in Ariſtoteleæ Rhetoricæ Commentarijs copioſè. Procemio autē ſuperſedet Aeneas interim, vel quia ea quæ generatim protulerat verba —— *Coram quem quæritis adſum*

Troïus Aeneas, Libycis ereptus ab vndis,

procemij loco eſſe poterant, præſertim perbreui oratione, vt in poëmate fieri ſolet, vtenti: vel quia ad laudationem properabat. & idcirco commodè aggreditur ab exclamatione qua Reginæ clementiam atque pietatem non commendat modò ſed ſuſpicit admiratúrque. Quanquam dum ait

O ſola infandos Troiæ miſerata labores,

dubitant interpetres quî ſola dicatur Dido Troianorum fortunam miſerata, cum certū ſit Venerem quoque, Apollinem, Annium, Helenū, Andromachem, Aceſtem, id feciſſe.

de qua

Digitized by Google

de qua re audiendus eſt Corradus qui rem totam colligit expenditque accuratè. *Atqui Ve-*
nus(inquit iſte) *Troiæ labores eſt miſerata vt conſtat: Apollo. de quo libro ſexto dicitur: Phœbe gra-*
ues Troiæ ſemper miſerate labores; Anius, qui quod ait Ouidius, Troianos temploque, domoque recepit;
Helenus vt libro tertio apparet: Aceſtes, vt ſupra dictum eſt. ſed inter Deos Dido poni non debet nec
inter propinquos, aut amicos. Anius enim vetus erat amicus: Helenus & Aceſtes propinqui. ita, vt non
poſſent non miſerari & ita ſuo officio fungi. Itaque inter alienos & mortales ſola Dido miſerata eſt, vel
ſola inter fœminas. Vel ſola miſerata & hoc modo, vt vrbem offerret: quam cæteri non dicuntur obtuliſ-
ſe: & ob id paulò poſt ait: vrbe, domo ſocios. Vel mentitur, vt eam magis ſibi conciliet, quum præſertim
non ita facilè conuinci poſſit, & ſciat, fœminas hac ratione facilè capi, & in ea vita tale mendacium fa-
cilè ferri quamuis Seruius alibi dicat, heroibus fuiſſe turpe mentiri. Sic iſte etſi crediderim ipſe Di-
dici ſolam infandos Troianorum labores miſeratam. quia is ſolus facere aliquid & dici
401 & cenſeri ſolet, qui perfectè facit, & præ cæteris, ſiue cumulatiſſimè facit. Vt propterea
Dido, quæ excellenti quadam ratione atque adeò cumulatiſſimè Troianorum calamitati
proſpiciebat, atque illos extremæ deploratæque fortunæ eripiebat ſola videri poſſet mi-
ſerata. Et idcirco non ſolùm ait miſeratam eſſe labores infandos, quique nullis verbis ex-
plicari poterant, verùm etiam Troianos,

Omnibus exhauſtos iam caſibus, omnium egenos,

vrbe ac domo ſociare atque donare; quòd eſt publicè priuatímque ac ſine cunctatione
vlla & quibuſcunque poſſet modis, afflictam eorum fortunam (quantum in ea eſt) depu-
liſſe atque illos ſumma calamitate ereptos in optimo ſtatu collocaſſe. Denique ſola eos
miſerata dicitur quòd ab extrema miſeria, qua iam propter Libycam tempeſtatem preme-
bantur (hanc enim vel maximè ſpectare videtur) itaut eorum calamitas planè infanda vi-
deri poſſet, ſola & cumulatiſſimè eos ſubleuet Dido. Nam ita planè loquutum Aeneam
quòd inter Afros ac Tyrios ipſa vna miſerata eſſet, equidem non affirmauerim. etſi enim
verè id protuliſſet, præſertim cum Ilioneus infandos ignes arceri poſtulaſſet a claſſe, ſéq;
ac ſocios vel arenæ hoſpitio prohibitos indicaſſet, minùs tamē opportunè id Tyrijs, quos
Dido excuſauerat, præſentibus enunciaretur. Ait etiam reliquias Danaûm Terraèque Ma-
ríſque, vt comprehendat omnigenas calamitates ac maiorem adhuc excitet in Regina cō-
miſerationem: fortaſſe etiam ſic loquitur vt de more famam illam tacitè diluat qua fere-
batur Aeneam cum Græcis conſpiraſſe: neque enim par eſt exhauſtos egenóſque omniū
eſſe, ſed commodè ſuis rebus conſuluiſſe, qui cum Græcis victoribus conſpirarit. Sequi-
tur *Vrbe ſocios* quia dixerat Dido

Vultis & hîc mecum pariter conſiſtere Regnis?
Vrbem quam ſtatuo veſtra eſt. ——

addit fortaſſe *domo*, quia ſubiecerat

Tros Tyriúsque mihi nullo diſcrimine agetur.

Tyrios enim optaſſe locum tecto, ſulcóque concludere, interim ſatis animaduerterat Ae-
402 neas. Denique qui in tanta calamitate pares fierent Tyrijs, non Vrbe ſolùm ſed etiam do-
mo donarentur, neceſſe erat. Atque hæc ad Reginæ laudem & commendationem. Iā ve-
rò Aeneas Reginæ item gratias agit. Tametſi quoniam ſatiùs fuiſſet gratias non tam age-
re quàm referre, quod tamen perficere haud poterant, ſuam ſuorúmque fatetur imbecil-
litatem, & ideo ſubdit è veſtigio,

—————— *grates perſoluere dignas*
Non opis eſt noſtræ, Dido: nec quicquid vbique eſt
Gentis Dardaniæ, magnum quæ ſparſa per Orbem.

Atque hinc appoſitè quidem & mira cum venuſtate ad Deos precandos ſe conuertit, qui
eam referre vtique poſſent: aitque

Dij tibi ſi qua pios reſpectant numina, ſi quid
Vſquam iuſtitiæ eſt & mens ſibi conſcia recti,
Præmia digna ferant ——

Quanquam ne non gratias quoque illi agere aut perſoluere videatur, ſubdit

———— *quæ te tam læta tulerunt*
Secula? qui tanti talem genuere parentes?

vbi laudes pro gratijs reponit, ſimúlque grati animi memoriam pollicetur ſempiternam
pergens,

In freta dum fluuij current, dum montibus vmbræ

Luſtra-

Digitized by Google

Luſtrabunt, conuexa polus dum ſydera paſcet,
Semper honos, noménque tuum laudéſque manebunt:
Quæ me cumque vocant terræ ——

quibus verbis, quóniam reuera elegantiæ ſunt pleniſſima & venuſtatis, ſimúlque Poëticã oratoriámque virtutem mirificè referunt quid præclarius ad grati animi memoriam teſtandam excogitari aut proferri potuerit, non ſatis video. Vſurpauit verò noſter Vates hoc dicendi genus in Bucolicis non ſanè inuenuſtè dum caneret,

Dum iuga montis aper, fluuios dum piſcis amabit,
Dúmque Tymo paſcentur apes, dum rore cicadæ

ſed ſimilia fermè cõmemorauit prout poſtulabat locus: nunc paulò aſſurgit oratio, quòd Rex Reginam alloquitur. Tametſi ea etiam de cauſa orationem ſic varia Poëta vt familiaria cuique tribuat. Neque verò hic ſilendum eſt ea verba

—— *Quæ te tam læta tulerunt* 403
Secula? qui tanti talem genuere parentes?

ex Homero deriuare apud quem in 6. Odiſſeæ Vlyſſes Reginam laudat his verbis,

Ter beati tibi pater & veneranda mater
Ter beati fratres, valde nimirum ipſorum animus
Vſque lætitia perfunditur tui gratia.

Vbi tamen Vlyſſes tam multus eſt, ac tam multa continenter hinc inde congerit, vix vt finem inueniat. Tu locum, ſi placet percurrito. Quin, ſi vacet, eum quoque Virgilij locũ quem modò explicabam. *In freta dum fluuij current*, cum Homero conferre poſſis ſaltẽ apud Herodotum: nam alioquin in Homericis codicibus pleriſque carmina iſta deſiderantur.

Triplex dubitatio. Hic tamen tres, eǽque graues, ſe ſe offerunt dubitationes. Prima eſt quæ non ſecum ipſe pugnet Poëta noſter, cum dixerit Aeneam ac ſocios eſſe reliquias Danaûm Caiebat enim

I. *Quæ nos relliquias Danaûm terræque mariſque*
Vrbe, domo, ſocias) —— & tamen ſubdat
Gentis Dardaniæ magnam quæ ſparſa per Orbem.

II. Altera eſt quia Diuinam Prouidentiam videtur in dubitationem reuocare, cum dicat

—————————— *ſi quid*
Vſquam iuſtitia eſt, & mens ſibi conſcia recti.

immo verò non modò de Prouidentia dubitare videtur, & de præmiorum retributione, quam vocant ſeu compenſatione aut gratia, verùm etiam in vniuerſùm de eiuſdem iuſtitia aut ſcientia & rerum cognitione. Neque verò mihi reſpondeat Corradus Virgilium fuiſſe Epicureum. nam fateor quidem Epicureo Siloni aliquando operam dediſſe (quãquam nobiles quoque Philoſophos audiuit lectitauítque) ſed Epicurus Dei Prouidentiam & rerum noſtrarum cognitionem non in dubitationem reuocabat. quemadmodũ Virgilius videtur in præſens, ſed tollebat funditus. Neque rurſus dicas Ariſtoteleum videri: ſiquidem Ariſtoteles Diuinam Prouidentiam admittit ſæpè, ſcientiam quoque & iuſtitiam. quòd ſi ſemel aut iterum ſententiam mutaſſe viſus eſt, vt in duodecimo Diuinæ 404
Philoſophiæ libro, vbi ne diuina mens vileſcat ſi res inferiores intelligat & curet, ſtatuit melius eſſe illi hæc non cognoſcere quàm cognoſcere, eam non tam labefactat quàm tollit item in humanis ac mortalibus funditus: quemadmodum in libro quoque de Mundo ad Alexandrum (ſi tamen eſt Ariſtotelis) vbi vniuerſim tantùm Deo tribuit Prouidentiã, & cœleſtium ferè agitatione corporum ac rectione terminat, eius erga nos prouidentiã

III. non tam in dubitationem reuocat quàm penitus labefactat. Poſtrema eſt quî tandẽ poſſit mortalis perpetuam facti illius memoriam conſeruare, aut perpetuum Reginæ honorem habere, perpetuámque laudem polliceri; huc enim ſpectant ea verba, *In freta dum fluuij current*, & quæ ſequuntur. certè mortalitatis noſtræ immemorem ſe ſe oſtendit Aeneas dum ſempiternam hinc memoriam ne dum honorem perpetuum perpetuámque laudẽ offert tam alacriter. Hæ dubitationes: quarum primæ reſpondendum crediderim Aeneã

Ad I. dum ait *Relliquias Danaûm*, intelligere illos qui verè fuerant Troiano ſuperſtites excidio, non qui ex Dardanijs alibi degerent per idem tempus. neque enim deerant qui ad Dardanum originem reuocarent, cum tamen vel Troiani non eſſent, vel Troiano haud fuiſſent obnoxij excidio. Immò per Danaûm reliquias eos tantùm deſignare videtur poëta qui cum ipſo Aenea excidium Troianum ad extremùm vitaſſent & nauigaſſent. idcirco enim non modò ait *relliquias Danaûm*, ſed *nos Terræque Mariſque Omnibus exhauſtos*, omnium

pium egenos.Quapropter ne omnes quidem intelligit qui Troiano bello eſſent ſuperſti-
tes:ac propterea non Antenorem, Troianum licet, non alios multos qui tales caſus ta-
lémque egeſtatem nequaquam pertulerant. Ex quo fit vt non ſecum ipſe pugnet Poëta
dum ſignificat gentem Dardanam per Orbem ſparſam eſſe.verè enim multi ab excidio il
lo abfuerant, multi etiam interfuerant qui excidium euaſerant nec Aeneæ calamitatem
405 experti erant,vt Antenor & Socij,Helenus Aceſtes atque alij. Iurè igitur vtrumque affir
mare poteſt etſi haud fortaſſe ab re dixeris ideò etiam Aeneam ſignificaſſe Troianos toto
terrarum orbe ſparſos eſſe, vt tacitè ſuaderet Didoni de Troianis benè merendum, qui,
quoniam multi eſſent,atque Aſia & Europa tota diſſeminati, beneficium poſſent repen-
dere.Iam verò dum ait Aeneas, *Ad II.*

——————— ſi quid
Vſquam iuſtitia eſt,& mens ſibi conſcia recti,

hæc verba populariter fortaſſe proferuntur ac more Ethnicorum apud quos vulgò,num
Deus rebus conſulat humanis, dubitant paſſim multi.niſi tamen, quoniam talis opinio
non videtur in Heroë illo ferenda, quem alioquin pium nobis ac iuſtum deſcribit Poëta,
& in rebus gerendis tanquam nobile exemplum proponit, videndum eſt num aliter com
modè exponi poſſit hic locus:præſertim cum alibi canat,

Diſcite iuſtitiam moniti & non temnere Diuos.

Ergo magnopere ſuſpicor verba iſta non dubitantis eſſe ſed potiùs optantis, quaſi Deos
per eorum Prouidentiam,iuſtitiam & probitatem deprecaretur,vt Didoni præmia digna
referrent.ſic dum alicui dicimus,ſi me amas illud curato,non eius amorem in dubium re
uocamus,ſed reuera illum per eius amorem deprecamur.ſic Cicero, *De Dionyſio ſi me amas
confice*;quaſi dicat, rogo te per amorem erga me tuum vt negotium conficias.itaque hic
loquendi modus deprecantis videri poteſt & adiurantis non dubitantis. Immo verò vi-
deri poſſet Virgilius hoc loquendi modo Diuinam Prouidentiam,iuſtitiam & probitatẽ
confirmare altiùs:nam reuera apoſiopeſin ſeu reticentiam.quæ non inſueta poëtis eſt, ha
bere videtur hic locus,perinde ac ſi diceret,ſi numina reſpectant pios,vt certè reſpectant,
ſi quid vſquam iuſtitiæ eſt, vt certè eſt,ſi Diuina mens ſibi eſt conſcia recti, vt eſt conſcia,
precor vt tibi præmia digna ferat. ſic ſubijcias ac ſuppleas quod reticetur, atque ab omni
crimine Aeneam ac Poëtam,vt par eſt, liberaueris. Quòd ſi quis addiderit perfectam Di-
uinæ Prouidentiæ ac Iuſtitiæ cognitionẽ nobis fuiſſe obſeruandam,qui diuinitus etiam e-
406 docti,Deo infinitam probitatem ac ſapientiam,parémque prouidentiam tribuimus,non
magnopere altercabor. Certè Torquatus Heroicorum Poëtarum vertex, ideo cecinit
de Deo.

Mirò tutte le coſe & in Soria
S'affiſsò poi ne' Prencipi Chriſtiani
E con quel ſguardo ſuo ch'a dentro ſpia
Nel più ſecreto lor gl'affetti humani:

ſic iſte.ac præclarè quidem:nam diuinitus etiam hac de re tota ex Chriſtiana fide cui falſi-
tas ſubeſſe nequit,edocti ſumus. Denique dum perpetuam memoriam offert Aeneas,id *Ad III.*
poëticæ amplificationi eſt tribuendum: præſertim quia ſi homo perpetuam memoriam
colere nequit,tota ſaltem vita colere poteſt,gens etiam fere perpetuò, atque hac gentis
memoriam pro ſe ſuiſque pollicetur Aeneas.Hæc ad propoſitas dubitationes, Nam vtrũ
legendum ait —— *dum montibus vmbræ Luſtrabunt conuexa*,itaut ſit ſententia dum vmbræ
montium ſiue è montibus(declinant enim & vt alibi canit,cadunt de montibus)luſtrabũt
ac peragrabunt conuexa,terræ nimirum aut ipſorum montium conuexa ſpatia. An verò
conuexa ſydera nuncupet Poëta,non facilè eſt ſtatuere,quandoquidem commodè útraque
explicatio videtur retineri poſſe. & ideo ſuos útraque authores habet & propugnatores.
Quanquam mihi quidem prior videtur planior ac tutior:neque enim id fuit a Poëta reti
cendum quod ab umbris luſtratur.cum enim fluuij currere dicantur in freta, polus pa-
ſcere ſydera, vmbræ etiam aliquid luſtrare dicendæ ſunt. ſic etiam cum in Bucolicis aper
dicatur amare iuga montis,piſcis amare fluuios,apes paſci thymo,cicada paſci rore, quid-
ni vmbræ quoque aliquid luſtrare dicantur?conuexa igitur luſtrabunt: idque eò magis
quòd cum terra ſit rotunda,ſiue rotundi montes,propriè eius conuexa,dum cœli lumen
407 variatur,luſtrantur ab vmbris & peragrantur.quo tempore propriè etiam conuexũ vſur-
paretur. Adde quòd dum Poëta noſter canit *polus dum ſydera paſcet* Lucretium imitatur
qui

Digitized by Google

qui cecinit *æther ſydera paſcit*, itaut hinc etiam coniectare liceat conuexa ad montes aut terram eſſe referenda. An verò rectè ſentiat Virgilius qui interim canit ſydera paſci, nihil eſt cur hic requiramus: obuias enim poëtæ ſententias amplectuntur paſſim. itaque cum Stoici ſydera paſci exiſtimarint ac peruulgarint, multos etiam hac in re ſectatores habuerint, quidni Virgilius quoque eam arripiat? id quod eleganter Anacreon fecerat inter Poëtas cũ caneret Πίνει θάλασσα δ' αὔρας δ' ἥλιος θάλασσαν & potat, æquor auras, Phœbúsq. potat æquor. Deniq. Lucretio Poëtiſque alijs multis miſſis, Ptolomeus ipſe, hoc eſt Aſtrologorum vertex, ſic res declarat Aſtronomicas, vt ſumat cœlum Oceani vaporibus attingi & nutriri ſiue inſtaurari. tametſi Peripatetici totam hanc Stoicorum ſententiam refellunt ſtrenuè.

Part. 122. ——— Sic fatus amicum
Ilionea petit dextera, læuáque Sereſtum
Poſt alios, fortémque Gyan, fortémque Cloanthum.

Iurè Ilioneum petit primò, quòd hic princeps eſſet legationis. Quanquam exiſtimandũ eſt eloquentia & virtute, fortaſſe etiam ætate præſtitiſſe, vt diximus antea. etſi, quoniam a Poëta appellatur amicus, crediderim Aeneam ſummo quodam amore erga illum fuiſſe affectum. & conſimili de cauſa veriſimile eſt Sereſto læuam eodem tempore obtuliſſe, ac cæteros ſubinde complexum eſſe aut conſalutaſſe: par enim eſt ætatis ac dignitatis (quantum tamen locus tulit ac tempus) habuiſſe rationem. Neque tamen crediderim tam Ilioneum ac cæteros greſſu petiiſſe, atque obuiam illis proceſſiſſe, quàm dexteram læuámq; illis obtuliſſe pro vt Regis poſtulabat dignitas: aut etiam illis occurrentibus vel potiùs certatim ad eum, vt fit, confluentibus (Neque enim Poëta perſequitur omnia: quin multa lectoris committit ingenio) ſe ſe congreſſúmque ipſum atque amplexum, dexteram item ac læuam obtuliſſe gratulabũdum. Tametſi quoniam Amor interdum eiuſmodi finibus 408
nequit contineri, fieri quoque potuit vt illis obuiam proceſſerit Aeneas, nimirum vt citiùs eorum aſpectu complexúque frueretur: ſed breuiſſimo tamen ſiue temporis ſiue loci interuallo: neque enim a Reginæ conſpectu, quam compellauerat & a qua reſponſum expectandum erat, ſine decori perturbatione abſuiſſet longiùs. Acutè verò Corradus eos coarguit qui legunt *læua Sergeſtum* ac Spondaicum reddunt carmen. cum enim ſupra cecinerit Poëta

——— Aeneas concurſu accedere magno
Antea Sergeſtúmque videt fortémque Cloanthum.

ſuſpicantur pro Sereſto Sergeſtum reponendum, ac metri cauſa læua dicendum; *quaſi verò* (inquit Corradus) *Poëta ſupra omnes poſuerit: paucos poſuit, & tamen duodecim minimum fuiſſe ſignificauit, in quibus etiam Sereſtus eſſet: quem nunc tandem nominat, vt Gyan.* & ſanè cum eo in loco ſubijciat Virgilius *Theucrorúmque alios*, quid prohibet Sereſtum quoque comprehẽdiſſe quem interim læua petat Aeneas? Nam Sereſtum a Sergeſto ſeiungandum ſatis ſupérque conſtat, cum canat in duodecimo ——— *Sergeſtúmque vocat fortémque Sereſtum.* Vt propterea *læuáque Sereſtum* ſine vlla dubitatione legendum ſit.

Part. 123. Obſtupuit primo aſpectu Sidonia Dido,
Caſu deinde viri tanto: & ſic ore locuta eſt:

Obſtupuit Dido ingentem admirabilémque pulchritudinem Aeneæ primò, tum viri huius caſum; quòd vir talis ac tantus tot tantiſque infortunijs premeretur. Tametſi, quoniã ſingula illa verba *Obſtupuit primo aſpectu* ambigua ſunt & obſcura videri poſſunt, non grauabor ea dilucidare ac tantiſper Grammaticum agere, ne temerè locum explicaſſe videar. Ergo *obſtupuit*, tum per ſe ſumi poteſt ac ſolitarium, vt cum canitur,

Obſtupui: ſubijt cari genitoris imago,

tum ad aliud. vt cum ſcribit Cicero, *Obſtupeſcent poſteri Imperia; Prouincias, Rhenum, Primo* etiam cum aduerbium eſſe poteſt itaut valeat *primùm*, tum adiectiuum (quod aliqui appellant) nomen itaut cum *aſpectu* coniungatur, & primò aſpectu Regina in ſtuporem incidiſſe dicatur. Denique aſpectus tum aſpiciendi actum ſignificare poteſt, vt etiam apud Poëtã *obſtupuit viſu*, tum vultum (id quod tritum eſt ac notum) ſeu præſentiam & conſpectum. 409
Crediderim igitur cum Aſcenſio ferè, ſignificari Didonem obſtupuiſſe primo Aeneæ aſpectu

Digitized by Google

aſpectu ac vultu propter incredibilem.ſ.quam referebat pulchritudinem ac venuſtatem: nam obſtupeſcere aſpectu pro obſtupeſcere aſpectũ rectè dicitur. Itaq; Cicero *Obſtupeſcimus* (inquit) *aſpectu alicuius*: atq; hanc eſſe germanam loci huius ſententiã inde cõſtat quod ſubijcitur *Caſu deinde viri tanto*, vbi *deinde* ſatis indicat *primo* valere primum, & obſtupuit aſpectu valere *obſtupuit aſpectum*. quia *deinde obſtupuit caſu*, nihil aliud ſignificat quã obſtupuit caſum; itaut primo viri pulchritudinẽ quæ occurrerat, tũ eiuſdem caſum talẽ ac tantum quem reputabat aĩo, obſtupuerit Dido, caſum verò appellat quicquid Aeneæ infortunij accidiſſet: talis.n.ac tantus vir qui.ſ.diuino ſanguine ortus eſſet: ac talem tantámque pulchritudinem dignitatémq; præſeferebat, haud dignus videbatur tot tantíſque infortunijs.& ideo perget è veſtigio *Quæ te nate Dea per tanta pericula caſus Inſequitur?* —— Addit verò Poëta —— *& ſic ore locuta eſt*, pleonaſmũ ſine dubio amans more Poëtarũ, vt cum ait etiam, *Talia voce refert, talia voce loquuta eſt*, nam priùs animo ſecum eſſe loquutã (vt ait Seruius) tum ore, minùs commodè dicatur. Atque hinc etiam illud *Obſtupuit primo aſpectu Sidonia Dido*, manare potuit ex Homero Iliados vltimo: vt enim Homerus cum deſcripſiſſet Ahillem, dixiſſétque Dijs fuiſſe ſimilẽ, ſubiecit

Certè Dardanidos Priamus admirabatur Achillem
Quantus erat qualiſque Dijs enim coram ſimilis erat.

ita ferè Dido. quanquam infœliciter Homerus qui mox non diſſimilem ſententiam ijſdẽ ferè verbis expreſſit rurſus cum caneret

At Dardanidem Priamum admirabatur Achilles, Inſpiciens, aſpectúmque bonum ——

Quis te nate Dea per tanta pericula caſus
Par.124 Inſequitur? quæ vis immanibus applicat oris?

Didonis reſponſio quæ explanatur per partes.

410 Requirit Dido nec ſine ingenti admirationis ſignificatione, quis caſus Aeneam, quippe Deæ filium, per tanta pericula, hoc eſt grauiſſimis periculis, inſectetur: vbi ea ipſa pericula intelligit quæ ſe Aeneas Terra Maríque pertuliſſe dixerat. Quanquam, vt talẽ caſum ac talia pericula ſignificantiùs exprimat, addit, *quę uis immanibus applicat oris*: vbi indicat talia fuiſſe vt morti illum atq; orco propemodum dederint: per immania enim ora maris profunditatem atq; orcum ipſum quibus proximus ſæpè fuerat, intelligo non regiones Afrorũ Afróſque ipſos quos paulò ante excuſauerat, & portauerat Dido, itaut illud affirmaſſet

Non obtuſa adeò geſtamus pectora Pœni,
Nec tam auerſus equos Tyria ſol iungit ab Vrbe.

Deniq; Afri nullis Aeneam iniurijs affecerant: nec Aeneas quicquam de Afris expoſtulauerat. Vt ommittã haud committendum fuiſſe Didoni vt præter rẽ tanto dedecore afficeret ſuos: itaut certam quandam eámq; abditam ſpectet vim, qua morti, eaéq; truci atque immani applicari & obtrudi uideretur. & tamen videtur Dido ſubtiliùs adhuc rẽ æſtimare, atq; vnũ ſumere, alterum quærere: ſumit pericula & calamitates nobis tũ caſu tũ certa quadã vi & poteſtate, puta numinis voluntate, contingere: requirit quis caſus talia pericula importarit, quæ uis latẽs mortẽ propè ipſam perpetuò intentarit: vbi per uim ſigillatim numen aliquod indicare videtur (id.n.ſignificat *vis applicat* quaſi mẽtem aliquã deſignãs) itaut Iunonem, etſi alioquin huic haud ſciẽs & volens, accepta referat Aeneæ calamitates, vel adumbret quæ tantopere inſectabantur Aeneam, & quoniã appellauerat. Aeneã Dea natum, quod ſanè, unde reſciſſet poterat dubitari, ſtatim vnde reſcierit indicat, pergens

Par.125 Tu ne ille Aeneas, quem Dardanio Anchiſæ
Alma Venus Phrygij genuit Simoëntis ad vndam?

Et cum dixiſſet Ilioneus Rex erat Aeneas nobis Aeneáſque ipſe paulò poſt addidiſſet
411 —— *Coram quem quæritis adſum Troius Aeneas* —— facilè coniectauerat Dido hunc eſſe Anchiſæ ac Veneris filiũ, & ideo eũ appellauit Dea natũ. At.n. unde id tibi ꝑſpectum? id igitur aperit, ut dicebam. nã non tam requirens quàm admirans poſtulat nũ ipſe eſſet Aeneas ille quem Dardanius Anchiſes ex Venere ad Simoëntis undã ſuſcepiſſet : & ideo rectè ẽt ſine interrogationis nota exarari poſſunt hæc uerba: tametſi magnoperè gauderẽ ut Græci ac Latini deinde, quos Italici ſequerentur, admirationis notã perinde atque interrogationis excogitaſſent & inſcriptionem introduxiſſent, ut cõmodè ſtatim legi poſſent admirãtis perinde atq; interrogantis verba. id quod factitatũ quoque gauderẽ vbi vel ironicè aliquid legendũ intelligendúmue eſt. Deniq; magni refert modũ agnoſcere quo aliquid pronunciatũ ſit vt imperando ne an deprecãdo aut interrogãdo vel ironicè ne an

ſeriò aut cũ ſtomacho vel admiratione pronuncietur. & ideo Ariſtoteles ipſe in Poëtica
admonebat ea Homeri verba *Μῆνιν ἄειδε θεὰ*, deprecando non iubendo eſſe pronuncianda
& Iuriſconſultus monet verba ſæpè nõ tã per ſe quàm ex pronũciationis modo & forma
honore afficere aut iniuria. Sed ad penſũ, Ergo ſic docet Dido ſibi cõpertum eſſe Troium
Aeneã eſſe Veneris filiũ, vt ad hiſtoriã neſcio quã confugiat vel fabulã qua rẽ confirmat
planiùs. Interim tamen obſeruandum Aneæ ortum Aneámque ipſum non diſſimili
ratione deſcribi ab Homero in 11. Iliadis dum ait, *Dardanys rurſus imperabat ſtrenuus filius
Anchiſæ Aenea: Hunc autem ſub Anchiſe peperit Diua Venus.*
Idæ in imis partibus, Dea cum homine cubans. Vbi tamen Virgilius ea præcidit quæ 412
non neceſſaria videri poſſent. Sed iam Didonem audiamus dum exponit vnde factum ſit
vt Aneæ nomen ac fama primò ad eius peruenerit aures. nam ideo ſequitur,

Part. 116.

Atque equidem Teucrum memini Sidona venire
Finibus expulſum patrijs noua regna petentem
Auxilio Beli: genitor tum Belus opimam
Vaſtabat Cyprum, & victor ditione tenebat.
Tempore iam ex illo caſus mihi cognitus Vrbis
Troianæ noménque tuum, regéſque Pelaſgi.
Ipſe hoſtis Teucros inſigni laude ferebat:
Séque ortum antiqua Teucrorum a ſtirpe volebat.

Ex hiſtoria inquã ac rẽ paulò altiùs repetẽs, id docet ꝙ ſibi docendũ propoſuerat. Ait igi-
tur Teucrũ (fuit hic Græcus ac Telamonis filius ex Exione) Sidona quæ Vrbs Phœnicia ſo
ta erat celeberrima; perueniſſe, cũ paternis finib. pulſus eſſet. cum.n. Aiacis fratris mortẽ
vltus non eſſet, ac propterea inuiſus eſſet ſuis, expulſus ad Belũ (fuit hic Didonis pater) ſe
contulit, eiúſq; auxilio nouũ ſibi Regnũ parauit: ita factũ eſſe ait vt cũ Belus eo tpe Cyprũ
vaſtaret atq; in ſuã ditionẽ redigeret, Teucer Salaminã cõdiderit, ibiq; regnarit. ex hoc igi
tur tpe (inquit Dido) *Troianos caſus didici, noménq. tuũ Regéſq; Pelaſgos.* præſertim ꝙ ipſe Teu-
cer etſi hoſtis, inſigni laude efferebat Troianos, ſéque ex ipſis ortum duxiſſe prædicabat. Ita
quidem Dido eleganter docet vnde reſcierit de Aenea, ſimúlq; de Troiano bello: quæ oĩa 413
non ſine Troianorũ laude atq; Aeneæ imprimis exiſtimatione cõmemorat, ipſius Aneæ
laudes cum laude non vulgariter compenſans. an verò hæc ex annalium memoria repetã
tur, vel potiùs a Poëta de more fuerint excogitata, non omnino ſtatuerim: ficta tamen po
tiùs quàm vera crediderim, quòd reuera non in ea tempora incidiſſe videatur Dido.

Part. 117.

Quare agite o tectis iuuenes ſuccedite noſtris.
Me quoque per multos ſimilis Fortuna labores
Iactatam, hac demum voluit conſiſtere terra.
Non ignara mali miſeris ſuccurrere diſco.

Ad Regiã inuitat Troianos Dido: vbi præcipuè ipſius Didonis declaratur beneuolẽtia, cũ
Troianos Regio hoſpitio ac proprijs Laribus, vbi tutiſſimè (hoſpitiũ.n. ſãctũ erat apud anti
quos) & verò cõmodè quin ſplẽdidè ẽt, vt cõſtabit, excipiãtur. ita demũ q cquid ſiue ꝑ Mer
curiũ iuſſerat Iuppiter, ſiue Regina ipſa Troianis obtulerat, prolixè pſtatur & copioſè. Qđ
dũ facit Dido, ac tãta volũtate facit. facti cauſã eámq; præclarã affert; ꝙ. ſ. ipſa quoq; cõſimi
les experta eſſet calamitates, & ideo ſcitè cõcludit *Non ignara mali, miſeris ſuccurrere diſco,*
Verè enim homo calamitatum experientia ad commiſerationem prouocatur. præſertim
vbi meliorem fortunam nactus ſit. Hìc tamen dubitatur cur Dido iuuenes appellet Tro-
ianos; ſiquidem Alethes paulò ante grandæuus dictus eſt: Ilioneum ẽt, qũ præerat legatio
ni, vix credas fuiſſe iuuenẽ. ſed vel quia pleriq; iuuenes eſſent, vel quia Aeneas inprimis pul
chritudine ac proinde iuuentute florebat (ſi tñ Aeneas iuuenũ iſtorum, quos cõmemorat,
noĩe cõprehendit, quod vix crediderim,) vel quia nõ facilè ſeniores præter Ilioneum, ſi qui
aderant, inſpexiſſet (Alethes.n. inter legatos non numeratur, at proinde Claſſi adhuc facilè
aſſidebat) nil mirũ ſi iuuenes appellat Troianos pſertim qa pleroſque ſpectare potuit, nec
vnius aut alterius ætate retardari. Atq. hìc ſanè duo ſe ſe obijciũt q̃ videri poſſunt ex Home
ro deriuata. Primum eſt illud *Non ignara mali miſeris ſuccurrere diſco* nam canit Homerus.

O ami-

Digitized by Google

O amici, non enim malorum inexpertes ſumus.

Alterum quòd iam iam ſubijciet *Sic memorat; ſimul Aeneam in Regia ducit Tecta* —— quæ
verba illud Odyſſeæ VII. redolẽt *ſed age dum hoſpitem in ſede argenteis clauis diſtincta Colloca er
rantem* —— vbi poſtrema verba videri poſſunt vel otioſa vel frigida. Atque eodem in lo-
co conuiuij mentio inijcitur quo excipiatur hoſpes, quemadmodum Virgilius Didonem
inducit quæ conuiuio excipit Troianos. ſed quam diſparili elegantia ac dignitate res expri
matur ab Homero qui vtrumque conferat locum intelliget facilè.

Par. 128 Sic memorat: ſimul Aeneam in Regia ducit
Tecta. ——

414 Non ab re opineris Reginam, quo tempore iuuenes compellat vt ſuccederent tectis, Ae-
neæ manum obtuliſſe, eundémque ſibi adiunctum in Regiam duxiſſe, ſimúlque Troia-
nos cæteros vt in Regiam ſuccederent inuitaſſe. Ita quidem Aeneam & Didonem ſimul
præeuntes ſecuti eſſent cæteri. certè ea verba *tectis ſuccedite noſtris*, & illud *Aeneam in Regia
ducit tecta*, indicat non inuitatum Aeneam ſed deductum: cæteros quos iuuenes appella-
uit, vt ſuccederent inuitatos. Ita quidem inter eos iuuenes non numeraret Aeneam, nec
communi ac veluti gregali quo Troianos appellauit nomine, Aeneam intellexiſſet. Iam
verò, cum Poëta dicendi reſumpſerit munus, ea narrat quæ interim geſta ſint, ſiue Dido-
nem introducit ita ſe erga Troianos gerentem; vt mirificè eniteat eius tum pietas tũ in-
duſtria atque prudentia. ea. n. præſtitit Dido, & ex ordine præſtitit, quæ per idem tẽpus ſiue
humanitas ſiue ratio dictare ac Regia magnificentia poſtulare videretur. Itaque ſic pergit

In Regiam introducit Aeneam ac ſocios Dido.

Par. 129 —— ſimul Diuûm templis indicit honorem.
Nec minùs interea ſocijs ad littora mittit
Viginti tauros, magnorum horrentia centum
Terga ſuum, pingues centum cum matribus agnos,
Munera, lætitiámque Dei. ——

A Dijs igitur quib. indicit honorem, orditur vt par erat. in omnibus. n. rebus a Diuino nu-
mine ſunt agendi primordia capienda, quemadmodum & Plato diſſerit, qui id lege etiam
cautum fuiſſe affirmat, & Cicero eleganter monet. de qua re vide quæ nos ſcripſimus li-
bro octauo in Timæum a particula xxi. ad finem vſque libri. Tum properè poſt rem Di-
uinam Troianorum egeſtati conſulit, quibus alimenta ſuppeditat, quòd ſanè, quippe ad
vitam neceſſarium imprimis, ſine cunctatione curandum erat. Immo verò vno eo-
démque tempore & honores Dijs & afflictis Troianis commeatum deferri iuſſit: id
enim ea verba *Nec minùs interea*, indicant non obſcurè. Tametſi narratione diſtinguere
illa poëta cogitur dum agit de ſingulis. Neque verò exiſtimandum eſt non ideo vtriſque
Aeneæ ſocijs, (diuiſi enim erant) conſuluiſſe, etſi rem diſtinctè haud proſequitur ſed vni-
uerſim. ſed cur obſecro quæ Troianis mittit munera ac cibaria Dei appellat lætitiã? equi-
dem, crediderim non Hecatomben ſpectaſſe Virgilium vt aliqui dictitant, aut ſacrificium,
neque quia illud iſtis conceſſerit, cibaria illa Dei appellat lætitiam, ſed potiùs (id quod Do
natus notauit) vinum intellexit, ac poëtico more nobili periphraſi (vt ſcilicet orationẽ no-
bilitaret) illud deſcripſit: verè enim vinum lætitiam parit. & ideo Bacchus lætitiæ dator ap
415 pellatur, ac ſummatim lætus propter vinum deſcribitur. & ſanè vbi aut Dido vinum haud
ſuppeditaſſet Troianis, aut Poëta qui prolixè cibaria memorauerat, vinum prætermiſiſſet
ieiuna vel potiùs diminuta & manca videri potuiſſet vel Didonis munificentia vel poëtæ
induſtria; ita vt appoſitè per Dei lætitiam Bacchi donum, vno verbo, vinum intelligatur,
ex quo fit vt perperam, ne dicam ineptè, aliqui pro Dei reponant die, quaſi diei lætitia eſ-
ſent alimenta illa. Atque hîc ſanè obſeruandum honorem Dijs indici, eſſe ſupplicationes
indici, vt pro Troianorum incolumitate gratiæ agerentur, & fauſta inpoſterum peteren-
tur. vbi ad veterem Romanorum morem alludit, qui ſupplicationes pro Imperatoribus
indicebant: quamuis pro Cicerone, etſi togato, inditas legimus præter morem. Nec pro-
fectò non Homerum interea imitatur noſter Vates: quod enim Homerus cecinit in 8.
Odyſſeæ his verbis *Illis verò Alcinous duodecim oues mactauit, Octo autem albis dentibus ſues, duos
flexipedes boues*, id fere expreſſit Virgilius cum caneret

Nec minùs interea ſocijs ad littora mittit Viginti taurorum magnorum horrentia centum.
Tergo ſuum, pingues centum cum matribus agnos.

Sed Regium apparatum audiamus adhuc & ad conuiuium deſcendamus.

Part. 130. At domus interior Regali ſplendida luxu
Inſtruitur: mediiſque parant conuiuia tectis.

VII. ſeu Poſtrema I. huius libri Pars quæ Conuiuio deſignatur.

Succedit iam ſeptima ſeu poſtrema huius libri pars: quam ſanè, quoniam Conuiuium inprimis continet, Conuiuij nomine deſignauimus. Cum igitur Aeneam, & (quod res cõtinenter indicat) ſocios, in Regiam introduxiſſet Dido, ac ſimul tum pietatis officia præſtitiſſet, honores templis indicens; tum abſentium Troianorum egeſtati atque adeò neceſſitati proſpexiſſet, cõmeatum illis tranſmittens, ad Conuiuium deſcendit. Itaque *Domus interior* (inquit poëta) *Regalis ſplendida luxu Inſtruitur:* vbi ſplendida dicitur quòd ſplendidum in morem inſtrueretur, ſeu ſplẽdido apparatu exornaretur. etſi enim haud inficias ierim antea quoque ita fuiſſe inſtructam, vt nitore non careret ſuo ac ſplendore, nunc tamen mirificè augetur: & hinc eſt vt ad nouum decus & admirabilem ſplendorem declarandum Regali affirmet luxu fuiſſe inſtuctam: quod enim ſummam quandam præſefert magnificentiã, ac decore ornatúque veluti redundet, ad luxum declinare videtur. Atque hic quidem Poëta noſter Catulum ſine vlla dubitatione imitatus eſt, qui iam in Pelei & Thetidis nuptijs ſic inſtruit domum, vt illud etiam canat

Tota domus gaudet Regali ſplendida luxu.

quanquam dum Catullus *tota domus* (inquit) Virgilius *domus interior*, paulò rem ſplendidiùs exprimit poëta noſter: ſiquidem populariter ille, hic magnificè, loquitur. Quod verò addit *Mediiſque parant conuiuia tectis*, non facilè tecum ſtatuas num medijs tectis dicat, quòd in media domo cœnaculum ſeu triclinium poſitum eſſet (id quod ſuſpicari licet dũ domus interior cõmemoratur) an potiùs quòd menſæ in medio conclaue ſeu triclinij meditullio eſſent collocatæ; vt enim famulorũ miniſterio præberent opportunitatẽ: ſic ſterni præſtabat & collocari. prior tamẽ ſententia videri poteſt procliuior ad veritatem, voces enim illæ *medijs tectis* mediam domum, quã interiorem dixit, commodiùs deſignãt quàm triclinij meditullium. tametſi nil prohibet & triclinij & domus meditullium cænationi deſeruiſſe. At enim qua tandem ratione inſtruitur domus? quæſo te id enarres Maro, vt admirabilis eius magnificentia atque adeò luxu agnoſcatur. 416

Part. 131. Arte laboratæ veſtes, oſtróque ſuperbo:
Ingens argentum menſis, cælátaque in auro
Fortia facta patrum, ſeries longiſſima rerum,
Per tot ducta viros, antiquæ ab orgine gentis.

Cœnaculi ſeu conclauis decus ac magnificẽtia tum ex forma pendet tum ex materia, ſed ex forma imprimis ſeu artificio. itaque *Arte laboratæ veſtes*, inquit priùs, vt. ſ. intelligamus periſtromata ſeu aulæa quib. parietes ac domus ipſa interior ornaretur, artẽ induſtriámq. retuliſſe, at nobili artificio ac labore fuiſſe perfecta. nam aulæa & periſtromata aut etiã ſtragula non ineptè appellari parietum veſtes aut cœnaculi, nihil eſt quod dubitemus. etſi. n. veſtis ac veſtimentum propriè vel maximè ad hominis indumenta refertur, ita vt togam inprimis ſignificet, pallium, ſtolã, & id genus alia quibus induimur, nihil tñ prohibet quominus certa quadam ratione ac proportione, præſertim a poëtis, ad alia multa traducatur. Itaq; ſerpentibus, equis, arboribus etiam, a non malis latinitatis authoribus veſtis aptatur: quin Lucretius & Virgilius lanugini etiã ac barbæ veſtis tribuere nomen. & ideo cohærẽter arbores frondibus, prata floribus, oculos mẽbranis, mentũ ipſum barba, veſtiri eleganter dicimus. Immo verò apud Ciceronem ipſum aulæa & periſtromata, vno verbo, parietum ornamẽta, veſtis nomine deſignari ſentias. Quapropter M. T. *Tanquam in aliquã locupletẽ ac refertã domũ venire non explicata ueſte, neq propoſito argẽto*, inquit in I. de Oratore: eódémque modo ſtragulã veſtẽ non ſemel inuenias apud eundẽ. vt non mirũ ſit ab Vlpiano cum doceret quid veſtis noĩe cõprehendat teſtator, ad ſtragula ẽt veſtis nomen traduci. Addit Poëta *oſtróq. ſuperbo* vt materiã deſignet, præſertim verò quia oſtrũ ideo ſuperbũ dicitur, 417
ꝙ cæteros colores tincturáſq. oẽs pulchritudine ſuperet longiùs. oſtri verò noĩe deſignat purpuram, quòd oſtro (ex conchylijs quibuſdam id exprimitur) tingatur: etſi ſuperbum dici potuit oſtrum, quòd cum purpura eiúſq. ſit varia, Tyria, quam Dido, quippe Tyria, explicarat, cæteris præſtaret facilè: ita quidem oſtrum ſuperbum valeret oſtrum perfectiſſimum,

ſimum, vel (ſi placet) nobile: nam id etiam interdum valet ſuperbum. ſic Populum Romanum *latè Regem belloque ſuperbum*, hoc eſt nobilem & clarum dixit Virgilius. Iam verò dum pergit *ingens argentum menſis*, pro argento non infectum ſed factum intelligit, ac ſigillatim argentea vaſa quæ menſis etiam deſeruirent: idem de auro dum pergit *celatáque in auro*, factum enim intelligit non infectum, ita vt aurea quoque vaſa explicaſſet Dido ac diſpoſuiſſet in triclinio: niſi fortè aurum argento admixtum velis, atque ita admixtum, vt figuras referret; quaſi verò in argenteis vaſis auro expreſſæ figuræ eminerent. Denique inde auget menſæ huius atque argenti magnificentiam, quòd facta maiorum referrent ex ordine a primis vſque temporibus, ſiue antiqua ab origine gentis. Atque ea ſanè, quæ tum de veſtibus tum de oſtro cecinit, ad interiorem pertinent domum: quæ ſubiecit è veſtigio, pertinent ad triclinium quod argento auróque inſtruitur, atque ita inſtruitur, vt maiorum facta referat, (idque a Ioue ſi Seruio credimus) ad Didonem vſque. At enim dum talem ac tantam beneuolentiam erga Aeneam declarat Dido, quid contrà Aeneas? Audi quæ ſequuntur.

Par. 132

Aeneas (neque enim patrius conſiſtere mentem
Paſſus amor) rapidum ad naues præmittit Achatem
Aſcanio ferat hæc, ipſúmque ad mœnia ducat:
Omnis in Aſcanio chari ſtat cura parentis.

Ad Aſcanium Achates mittitur ab Aenea: qui Aſcanium adduci iubet.

Præmittit igitur Achatem ad naues ac celeriter pergere iubet, vt quæ fœliciter acciderāt, quamprimùm denunciet Aſcanio: quid ni enim ei quem vnicè diligeret filio, talem ac tātam fœlicitatem renunciari ſtatim iubeat? Et huc pertinet etiam quod ait

——*Neque enim patrius conſiſtere mentem*

Paſſus amor.—— quæ verba Emphaſim habent magnam; eius enim erga Aſcaniū amor talis erat ac tantus, vt non modò mente conſiſtere, eámque præſenti lætitia coërce-
418 re aut explere non poſſet, verùm etiam ad naues vſque & Aſcanium cogitatione raperetur. Itaque ſtatuit filium de re tota celeriter facere certiorem, iubétque ad Vrbem adduci, alioquin eius lætitia minùs perfecta fuiſſet ſine filio. Denique maxima Aeneæ cura erat Aſcanius, ac propterea, vt omnia complectatur, breui concludit,

Omnis in Aſcanio chari ſtat cura parentis.

filius nimirum erat, iſque vnicus & cui Italiæ atque adeò totius Orbis Imperium in poſteris debebatur. Et hac etiam de cauſa Aſcanium libenter commemorat Virgilius, ac parētis curam in eo defixam fuiſſe canit, quod ab eo gens Iulia & Auguſtus eſſet propagādus. Sed cur ait præmittit, non mittit? an fortaſſe ante cœnam intelligit, vt ſi fieri poſſet (ob id enim rapidum eum præmittit) muneribus Reginam ornaret ante cœnam. ſic crediderim. licet enim reuera deinde ſignificari videatur priùs diſcubuiſſe quàm munera oblata ſint, ſaltem antequam epularentur eſſe oblata, ſatis animaduertitur: ſiquidem ſtatim ac ceciniſſet poëta ——*frequentes. Conuenere toris iuſſi diſcumbere pictis,* è veſtigio pergebat *Mirantur dona Aeneæ, mirantur Iulum.* ita equidem non minùs opportunè cecidiſſet ſtatim poſt diſcubitū, quàm ante. Nam ſi quis dixerit præmiſiſſe Achatem, vt ante quam Didonis munera peruenirent ad naues, de re tota Aſcanius ac proinde Troiani admonerentur, ne hærentes animo eſſent vbi repente munera ſibi a Tyrijs deferri animaduerterent, non magnopere repugnarim: nam reuera poſtquam ea Dido Aeneæ ſocijs deferri iuſſit munera, vix pauca interponuntur cum ab Aenea Achates præmittitur ac raptim præmittitur. quanquam vel quia aliquid tamen interponitur, vel quia nemo præmitti memoratur ad reliquos ſocios qui non cum Aſcanio ſed alibi degerent, prior expoſitio tutior videri poteſt. At enim ſint iſta; verùm quid tu Aeneam contra Reginæ interim beneuolentiam ſuā oſtendere ac declarare affirmabas, cum in filio defixus ſit totus? defixus eſt ille quidem, & ideo primò expreſſit poëta Aeneæ erga filium memoriam, beneuolentiam & curam in hac fœlicitate. Sed tamen his breuiter indicatis, officij memor ad id deſcendit quò aſpectaſſe diximus, & ideo pergit.

Par. 133

Munera præterea, Iliacis erepta ruinis,
418 Ferre iubet, palàm ſignis auróque rigentem,
Et circumtextum croceo velamen achanto,

Ornatus Argiuæ Helenæ:quos illa Mycenis,
Pergama cum peteret,in conceſſóſque Hymenæos,
Extulerat,matris Ledæ mirabile donum:
Præterea ſceptrum,Ilione quod geſſerat olim.
Maxima natarum Priami;collóque monile
Baccatum,& duplicem gemmis,auróque coronam
Hæc celerans,iter ad naues tendebat Achates.

Achati iubet mandat vt deferat munera, & qua.

Præclara deferri iubet munera & regia Regius Aeneas, vt ſcilicet ijs(id quod in progreſſu conſtabit)ornet Reginam:ac ſcitè: muneribus enim non mortales conciliantur modò, verùm etiam,ſi nobilem poëtam audiamus,Iuppiter ipſe.maximè verò omnium capi ſolent muneribus ac delectari mulieres, præſertim verò veſtibus, atque ijs ſummatim quæ ad corporis decus pertinent & ornamentum, cuiuſmodi ea ſunt quæ recenſentur inpræſens. quòd ſi admodum pretioſa ſint. quod item inpræſens ob aurum euenit ac gemmas, mirum eſt quantopere capiantur.vt propterea hinc quoque Didonis amorem excitatum crediderim. Quanquam mirari cogor quid cauſæ fuerit cur Aeneas Helenæ pallam,& velamen dono dederit Reginæ,cum ab impudica fœmina & adultera profecta eſſent; id quod poëta ipſe fatetur interim dũ ait ea extuliſſe cum incõceſſos peteret Hymenæos. quin ẽt turpe videri poteſt eius monumenta ac veſtes imprimis ſe cum aſportaſſe Aeneam qui illam odiſſet,ac ferrum ipſum aliquando ſtrinxiſſet vt eam interficeret. Neque verò mihi illud commemoret quiſpiam,voluiſſe Virgilium ſymbolo interim aliquo indicare qualis futura eſſet Dido.nam non ideo interim labem Aeneæ & crimen affingere debuit vt augurium Didonis commoſtraret. quanquam reſpondere poſſumus ſatius fuiſſe pallam pretioſiſſimam ac velamen pulcherrimum flammis eripere, & ad meliorem vſum reſeruare.id quod indicat dum ait *Iliacis fuiſſe erepta ruinis*.nam interim nihil prohibebat quominùs Aeneas reticeret Helenæ fuiſſe priùs.& ideo hac de re dum munera deferuntur, altum ſilentium. Vt omittam non in veſte labem ſed in adultera ipſa reſediſſe. Denique adulteris fortaſſe & amatoribus ad memoriam obterendam fuerunt allegandæ longiùs aut cremandæ veſtes illæ,Aeneæ qui Adulterium illud execraretur, minimè. Interim obſerues Regiam fœminæ dignitatem mirificè referri propoſitis muneribus cum muliebres veſtes eæque pretioſiſſimæ ſceptro cumulentur ad extremùm, baccatóque ſeu gemmato monili,& quod rem maximè explet; regia Corona eáque auro gemmíſque cõflatam Denique & materia prædiues erat propter aurum & gemmas, & ars excellebat, cum in palla figuræ eminerent, velum item flexuoſum achantum imitaretur, monile baccatum ac gemmis diſtinctum & variatum,corona denique(atque idem de ſceptro concipere licet)cum gemmis inſtructa, ac miro artificio contexta, eſſet. Ita ſanè aptè in ſeptimo Aeneas Latinum Regem Priami ſceptro donat ac tiara : apte hic Didonem muliebribus etiam decorat ornamentis.Hæc igitur vt curaret,ad naues celeriter properabat Achates.

Partic.154

At Cytherea nouas artes,noua pectore verſat
Conſilia,vt faciem mutatus,& ora Cupido
Pro dulci Aſcanio veniat,donìſque furentem
Incendat Reginam,atque oſſibus implicet ignem.
Quippe domum timet ambiguam,Tyrióſque bilingues,

Venus interim dolum machinatur vt Aeneæ conſulat.

Non ita pridem filio præſto fuit Venus cum nubem ſcinderet. tametſi enim nubes vltrò ſcindi viſa eſt,a Venere tamen clam eſſe diſciſſam,docuimus ſupra. Omnino igitur exiſtimandum filio clam item continenter adſtitiſſe,vt quæ gererentur obſeruaret, ac filio ſtrenuè opem ferret.Id quod res declarat interim,dum Aeneæ conſilio de Aſcanio & muneribus explorato,occaſionem arripit qua Didonis beneuolentiam magis adhuc magíſque conciliet filio,quin huius amore inflammet:id quod eleganter ſanè hiſce carminibus exprimit, quibus de Veneris quoque conſilio & fraude nos admonet:nam Cupidinem filiũ pro Aſcanio iam iam ſupponere molitur,vt ſcilicet

Incendat Reginam,atque oſſibus implicet ignem.

& quan-

Digitized by Google

& quanquam amor quo filium proſequebatur, fidem faceret ſatis, Venerem filio opitulaturam adfuiſſe, atque huc conſilium, huc noues artes, retuliſſe, illud tamen addit vnde magis ac magis ad nouas artes excogitandas nóuaque conſilia capienda impelleretur, &
421 ideo pergit

Quippe domum timet ambiguam Tyrioſque bilingues.

ſed cur obſecro tali afficitur metu? an non Mercurius Iouis voluntatem, qua faueri iubebat Troianis, Reginæ expoſuerat egregiè? nónne Tyriorum pectora ad beneuolentiã m compoſuerat ſatis? ſic ſanè: nam ideo cecinerat noſter vates——*ponuntque ferocia Pœni* **Dubitatur.**

Corda, volente Deo: imprimis Regina quietum

Accipit in Teucros animum, mentémque benignam.

rectè. ſed tamen mater eſt, ac propterea cum filius inter eam gentem degeret, timorem omnino deponere haud potuit. Ait verò timuiſſe domum ambiguam, quia ambigeret adhuc num Troianis magis quàm Græcis faueret Regia illa domus: quod eſt in quam partem Regina eſſet propenſior. quòd ſi hactenus nonnihil videri potuit Dido Aeneæ ſtudioſa & Troianorum, cum præſertim diceret **Reſpondetur.**

Vultis & his mecum pariter conſidere Regnis.

Vrbem quam ſtatuo veſtra eſt,

illud tamen facilè recurrebat in mentem varium & mutabile ſemper Fęminam: ita vt iurè domum illam timere dicatur Venus in qua regnaret fœmina: præſertim verò cum Dido Iunonem imprimis veneraretur & coleret. & ideo paulò poſt——*vereor quò ſe Iunonia vertãt Hoſpitia*, inquiet Venus. Timet etiam bilingues Tyrios, quòd ad decipiẽdum eſſent procliues lingua. quanquam Poëta hanc priſcis Carthaginenſibus labem aſcripſit, vt Romanorum quibus canebat, captaret gratiam, cum enim ſeſe bilingues oſtendiſſent, ita vt fœdus etiam ac fidem ſuperiore ſeculo violaſſent in bello, placuit huiuſmodi labem priſcis affingere quæ in poſteros deriuaſſet. & hac etiam de cauſa Didonem ipſam inducit quæ cum Aeneæ fugam execraretur, *Nec fœdera ſunto*, exclamabit, fœdera enim pepigere illi quidem cum Romanis, ſed violarunt peſſimi. Addet poëta tertiam eámque grauiſſimã cauſam cur timeret Venus *Vrit atrox Iuno, & ſub noctem cura recurſat* quæ voces magnam habent emphaſim, ſignificant enim Iunonem ſic atrociter odiſſe ac perſequutam fuiſſe Aeneam ac Troianos, vt nunquam vel toto illo obſidionis decennio, vel Troianorum nauigationis ſeptennio ab illis inſectandis conquieuerit. Deni que huius artes, inſidiæ, inſectationes, maiores erant quàm vt quietem capere poſſet Mater, & ideo pergit *& ſub noctem cura recurſat*, dies enim noctéſque pro filio angebatur, ſed nocte tamen, vt fit angebatur vel maximè, in qua curæ recurrunt in mentem, more enim humano perturbationes & curas ſuis illis Dijs affingunt Poëtæ: **Poeta conſilium dũ bilingues ac parum fidos effingit Carthaginenſes.**

422 (beside "ctem cura recurſat")

Par.135

Vrit atrox Iuno, & ſub noctem cura recurſat
Ergo his aligerum dictis affatur Amorem.
Nate, meæ vires, mea magna potentia ſolus,
Nate, patris ſummi qui tela Typhoëa temnis,
Ad te confugio, & ſupplex tua numina poſco.

Suſceptum conſilium (de Iunone ſiquidem & Veneris ſuſpicione & cura dictum eſt ſatis) vt expleat Venus, Cupidinem filium alloquitur, Vbi ſanè quem Poëta Cupidinem appellauerat antea, amorem rurſus appellat: idque ad orationem variandam, opinor, non vt inter Cupidinem & Amorem diſtingueret, aut abdita veluti myſteria ſubindicaret, quemadmodum affirmant aliqui. Multa tamen, ne dicam verboſa, videri poteſt Venus in filij voluntate ſibi concilianda. etenim non ſatis habet dixiſſe *Nate:* quod matri ſatis videri poterat, ſed *meæ vires* addit: quin *mea magna potentia ſolus*, ſubijcit. quanquam neque his finibus continetur eius oratio. nam, *Nate, patris ſummi qui tela Typhoëa temnis*, inquit rurſus. Quid plura? *Ad te confugio, & ſupplex tua numina poſco*, ait ad extremũm. ita vt non tam natum compellare quàm ſuperbum Herum deprecari videatur. Sed nimirum huc eam adducit Aeneæ filij amor, periculi magnitudo, Amoris ipſius dignitas, quæ Dijs hominibúſque verenda eſt: ideo enim de illo canit Ouidius **Amorem affatur Venus, eúmque ad doluũ inſtruit**

Regnat, & in Dominos ius habet ille Deos.

& ideo vt Deo ſupplicat Amori atque illius implorat numen. Ait verò *meæ vires*, vt faciliùs

eum

eum ad opem ferendam alliciat, dum ſuam illa imbecillitatem indicat, qua quicquid valet per eum valeat, per ſe nihil, id quòd vel expolitione vel amplificatione confirmat ſubdens *Mea magna potentia ſolus.* ſed cur ſolus? an non paulò ante ad Iouem parentem confugerat inquiens

——O qui res hominúmque Deûmque 413
Aeternis regis imperijs

eiúſque opem impetrauerat pro voluntate? ita profectò. ſed cum apud Deos illos diſtincta eſſent numina, diſtinctæque poteſtates, ſane in amatorio genere præcipua vel potiùs vnica Matris ſpes ac poteſtas natus erat Amor: nil enim aliud moliebatur, niſi vt Didonē Aeneæ amore inflammaret. & ideo ait *tua numina poſco*, quod eſt ad ea quibus præſides ac dominaris. Sed cur ait *tela Typhoëa temnis*, quod eſt Iouis ſagittas aut fulmina? an non Iuppiter (id quod modò obſeruare cęperam) Deorum quoque gerit curam & cunctos fulmine terret? Terret, ſed ibi poëta Iouis curam deriuauit quidem ad Deos & homines, ſed fulmine (quod euinci poſſit) tenet mortales tantùm: nam cur tela Typhoëa alio quàm ad tela referamus quibus Iuppiter Typhœũ gigantem fulminauit, prohibeat ea verba patris ſummi: quæ ſummè ad Iouem referuntur vel quia omnium pater eſt, vel quia ipſius Veneris proprius eſt pater. Ita vt perperam Corradus tela Typhoëa vim & quaſi fulmina Typhœëi venti exponat. Neque verò interim Homerum non imitatur Poëta noſter: vt enim apud Homerum Iuno XIV. Iliados, cum dolum moliretur, petiit a Venere vt Cupidinem veluti commodaret cuius opera, quod moliebatur perficeret, ſic Venus ad Cupidinem ipſum confugit vt eius opera quem moliebatur, abſolueret dolum. & ideo etiam quemadmodū a Iunone Amoris potentia extollitur, ac mortales & immortales domare dicitur, ita Venus amorem ſic extollit vt ne Iouis quidem fulmina æſtimet ſed cōtemnere dicatur. Carmina Homeri hæc ſunt.

Hanc autem dolum cogitans allocuta eſt veneranda Iuno:
Da nunc mihi Amorem & Cupidinem quo tu omnes
Domas immortales & mortales homines.

Quanquam ad Hymnum in Venerem ſpectare maximè potuit, in quo dicitur Amor etiam Iouem qui oblectatur fulminibus, domare atque decipere.

Part. 136. Frater vt Aeneas pelago tuus omnia circum
Littora iactetúrque odijs Iunonis iniquæ,
Nota tibi, & noſtro doluiſti ſæpe dolore.

Ad narrationem deſcendit Venus: cúmque ſuaſionem ſibi propoſuerit (Amori enim ſuadere nititur vt Aeneæ fratri opituletur) nihil prætermittit vnde Amorem priùs ad ipſius Aeneæ commiſerationem impellat. primò igitur Aeneam fratrem commemorat, vt quoniam fratris mentio dulcis eſſe ſolet, præſertim tam clari, amorem erga ipſum Aeneam excitet in Amoris pectore, atque adeò de officio quod fratri debetur, illum tacitè admoneat: tum calamitatem quam etiam notam illi eſſe ait, ante oculos ponit: ſimúlque ab odijs Iunonis iniquæ profectam eſſe memorat, vt immerita fratris calamitate multò magis commoueatur. nec reticet ſuum dolorem Venus, vt hinc etiam filius magis ac magis afficiatur. Et huc pertinet quòd Amorem ipſum matris dolorem indoluiſſe memorat, gratum enim officium memorans filij, eius animum ad nouum comparat officium. At enim multa tum ante narrationem tum in huius narrationis primordio commemoraſti Venus, quibus filium obſequentiſsimum haberes. itaque par eſt vt ei occaſionem offeras
ac rationem oſtendas vnde fratri, quem ſine dubio & diligit, & miſeratur, opitulari poſsit. 414
Hac igitur de cauſa eò ſeſe refert Venus, vt hanc illi opportunitatem ac rationem oſtendat, & ideo pergit

Part. 137. Hunc Phœniſſa tenet Dido, blandíſque moratur
Vocibus: & vereor, quò ſe Iunonia vertant
Hoſpitia. haud tanto ceſſabit cardine rerum.
Quocirca capere ante dolis, & cingere flamma

Regi-

Reginam meditor, ne quo ſe numine mutet:
Sed magno Aeneæ mecum teneatur amore.

Narrat igitur præſentis rei ſtatum, atque Aeneam interim a Didone blandis vocibus
(ſic enim interpetratur plenas illas officij orationes quibus Troianos Aeneámque exce-
pit ipſa Dido) retardari ſignificat. *Sed tamen vereor* (ſubdit) *Venus quò ſe Iunonia vertant Hoſpi
tia.* itaque non temerè metuit, cum Dido vnicè coleret Iunonem, eidémque templum di
caſſet, in quo Iuno ipſa currum atque arma collocaſſet (id enim Veneri notiſsimum erat)
ſub cuius tutela Vrbs degeret, cui denique Iuno ipſa, Samo interim poſthabita, terrarum
Imperium deſtinaret. & ideo Iunonia hoſpitia appellat Didonis Regiam quin Vrbem vni
uerſam in qua excepti eſſent Troiani. & hac etiam de cauſa concludit — *Haud tanto ceſ-
ſabit cardine rerum.* cum enim eò res adducta eſſet, vt Aeneas & Troiani in Didonis eſſent
hoſpitio & poteſtate, ac propterea reputandum eſſet Didonem, quippe Iunonianam, occa
ſionem haud prætermiſſuram qua Iunoni operam præſtaret ſuam, *haud ceſſabit* (inquit
Venus) *tanto cardine rerum*, hoc eſt non ſinet præclaram rei benè gerendæ opportunita-
tem, vnde Aeneam opprimere & Iunoni gratificari poteſt, ſibi è manibus elabi. itaque car
dinem rerum præſentem occaſionem & opportunitatem vocat Aeneæ opprimendi: cum
enim in hac opportunitate ſita ſit rei ſumma (Aenea enim cum ſuis interfecto, Romanū,
quod Iuno verebatur, Regnum non excitabitur: Carthago contrà Mundi Imperium faci
lè conſequetur) iurè cardo appellatur: in cardine enim & polo conſiſtit ac nititur moles.
atque hinc illud, *Res in Cardine eſt*, hoc eſt in opportunitatis articulo. At enim vnde noue-
rat Dido in Aenea & Troianis Romani Imperij ſpem eſſe poſitam? aut inde Carthaginis
euerſionem pertimeſcendam? Non ſanè id nouerat adhuc. ſed tamen præterquam quod
425 Troianorum conſilio cognito equini capitis in Carthaginis deſignatione inuenti huc re-
uocari poterat augurium, facilè rem percipere poterat, partim quia Ilioneus ſignificaue-
rat Aeneam ad Heſperiæ Regnum vocari, partim quia Iuno ipſa potuiſſet Didonem de
hac re quoquo modo admonere: & ideo ait Venus

Quo circa capere ante dolis & cingere flamma
Reginam meditor, ne quo ſe numine mutet,

quaſi verò Didonis erga Aeneam beneuolentia, qualis qualis eſſet, numinis alicuius moni
tu ac ui mutari potuiſſet. appoſitè igitur conſilium capit de Didone inflammanda vt eum
depereat. haud enim fore putādum vt quæ perditè illum diligeret, huic damni aliquid in-
ferret aut moliretur. Huius igitur rei perficiendæ, Didonis inquam Aeneæ amore inflam-
mandæ, viam ac rationem vt Cupidini aperiat, ſic pergit.

Par. 138 Quò facere id poſſis, noſtram nunc accipe mentem.
Regius accitu chari genitoris ad Vrbem
Sidoniam puer ire parat, mea maxima cura,
Dona ferens pelago, & flammis reſtantia Troiæ.
Hunc ego ſopitum ſomno ſuper alta Cythera,
Aut ſuper Idalium ſacrata ſede recondam,
Ne quà ſcire dolos, mediúſue occurrere poſſit.

Quod dixerat Venus,

Nate meæ vires, mea magna potentia ſolus,

non ad conſilium pertinebat ac rerum gerendarum deſignationem, ſed ad res ipſas geren
das, quia ſcilicet Cupido Deos hominéſque ad amorem inflammare poſſet. Et quāquam
nihil prohibet quominus hac in re ipſe quoque arte conſilióque valeret, facilè tamen cre-
di poteſt Venerem, quippe fœminam & callidiſſimam ac fallendi experientiſſimam, con-
ſilio filium antecellere. Iurè igitur Poëta opus filio reſeruans, matri conſilium attribuit.
& idcirco ait Venus

Quò facere id poſſis, noſtram nunc accipe mentem.

narrat proinde Regium puerum dona interim parare vt Sidoniam peteret. dicitur autem
Regius puer cum propter matrem Creuſam quæ Priami Regis erat filia, tum propter
Aeneam

Aeneam parentem qui Dardanijs imperabat, tum fortaſſe quia Albanorum atque adeò 416
propter poſteros Romanorum Rex a fatis portendebatur. per Sidoniam verò Carthagi-
nem intelligit quòd a Didone quæ Sidonia eſſet, vel a Sidonijs condebatur. Interim autẽ
Venus cum in Regij pueri mentionem incidiſſet Aſcanium ſignificans, *mea* (inquit) *maxi-
ma cura*: quod interponit in Auguſti gentiſque Iuliæ gratiam, quam gentem a Iulo (vt ſæ-
pè admonuimus) ſeu Aſcanio deriuat. Denique Albanum Regnum, ac Romanum ſubin-
de Imperium, quod eius poſteris deſtinabat Venus, a Iulo erat propagandum: vt propte-
rea iurè maxima Veneris cura dicatur Iulus. Vt omittam matres ac fœminas ad teneros
adoleſcentes amandos admodum procliues eſſe atque illos ſuauiter, ne dicam effemina-
tè, in delicijs habere: ita vt hac etiam de cauſa *mea maxima cura* dixerit, alioquin Aeneam
vehementer ac propè vnicè diligebat; & ideo paulò ante optabat vt pari ſecum amore
Aeneam Dido complecteretur, cum caneret

Sed magno Aenea mecum teneatur amore.

ſed cur nõ exponit Venus cui munera parat Aſcanius? quia nimirum ad dolum propera-
bat, qui rei caput erat: niſi tamen dicas inde Amori ſatis perſpectum eſſe potuiſſe quòd
Phœniſſam Didonem memoraſſet paulò ante, ita vt cũ Carthaginem peteret (id enim in-
dicauerat ſatis) non ægrè intelligere poſſet munera ad Didonem deferri. Addit verò Aſca-
nium *reſtantia dona ferre quæ pelago & flammis* ſubtraxiſſet aut ſuperaſſent, non quidem vt ea
ſola ſeruata ſeu flammis naufragióque erepta, indicaret (nam reuera alia quoque ſeruata
conſtabit in progreſſu vbi latinus etiam Priami tiara donabitur ac ſceptro, ſed quod palla
illa, velamen, ſceptrum, monile, corona, ex ijs eſſent, quæ Iliacis ruinis eſſent erepta, vt di-
xerat ſupra: vel rem auget Venus, quaſi ea propè ſola ſupereſſent. Iam verò cum expoſue-
rit quid interim pararet Aſcanius, quid ipſa contra de eo moliretur, ſubiungit. nimirum ſe
illum ſomno ſopitum ſuper alta Cythera aut ſuper Idalium recondere ſtatuiſſe. eſt autem
Cythera Laconiæ Inſula ad Maleam ſita, & Cretam verſus ac Siciliam vergit. Inſulæ verò
nomen dedit (nam alioquin Vrbs quoque eſt) quemadmodum Creta Vrbs Inſulæ dedit
nomen Idalium verò Cypri mons eſt vbi Venus colebatur, & idcirco ſacrata ſedes appel-
latur. atque hic eum, inquit, ſopitum recondam. *Ne quà ſcire dolos mediúſue occurrere poſſit.* 427
At enim ſint iſta. ſed cur hæc de Aſcanio aut quorſum? neque enim apparet adhuc quî
ad Didonem inflammandam (id quod faciendum propoſuerat) hæc pertineant. ob id igi-
tur ſequitur Venus

Partic. 139

Tu faciem illius noctem non ampliùs vnam
Falle dolo, & notos pueri puèr indue vultus:
Vt, cum te gremio accipiet lætiſſima Dido,
Regales inter menſas, laticémque Lyæum;
Cum dabit amplexus, atque oſcula dulcia figet,
Occultum inſpires ignem, falláſque veneno.

Appoſitè monuit Venus ſibi Aſcanium ſomno ſopitum recondendum

Ne quà ſcire dolos, mediúſue occurrere poſſit,

quoniam cum Amorem illi ſupponere ſtatueret qui munera Didoni deferat, continuò dubitare potuiſſet Amor ne Aſcanius rem perturbaret, medius inter res gerendas occurrens, aut etiam de fratre conquereretur, qui eius perſonam ſumere auſus eſſet. & ideo cũ tacitè huic dubitationi locum prociderit Venus, appoſitè infert. *Tu faciem illius falle dolo, & notos pueri puer indue vultus.* quamquam ne puer is ægrè id ferret aut recuſaret quod ſuſpicaretur diù ſibi ea in re immorandum aut alienam perſonam agendam, illud interpoſuit Venus *noctem non ampliùs vnam*. Sed quæſo id quod capud eſt puero impera, atque illum edoce qua tandem arte inflammanda ſit Dido; Explicat igitur, & finem dicendi facit & ideo ait.

Vt, cum te gremio accipiet lætiſſima Dido,
Regales inter menſas, laticémque Lyæum,
Cum dabit amplexus, atque oſcula dulcia figet;
Occultum inſpires ignem, falláſque veneno.

Atque

Digitized by Google

Atque hîc quidem pauca quædam obſeruanda ſunt. primum eſt verbis illis *tu faciem illius falle dolo*, ſignificare ita ſibi Aſcanij faciem induendam atque arte & dolo aſſimilãdam vt parentem ac cæteros falleret, & tamen faciem (inquit) falle quod poëticè dicitur, ideſt ad fallendum compone. niſi tamen dicas fallere faciem hoc in loco valere exprimere & effingere faciem. cuius rei exemplum eſſet afferendum. alterum eſt nihil eſſe quod ſupra, dum dicitur *vt faciem mutatus & ora Cupido*, faciem & ora diſtinguamus vt aliqui faciunt quędam veluti myſteria commentantes, nam geminat eas voces ad rem pleniùs exprimendam. & ideo hic ait *indue vultus*. Denique appoſitè lætitiam, epulas, complexus, oſcula, cõmemorat Venus, inter quæ ſuum ille venenum inſpiret Didoni: quandoquidem ijs amorem conciliari, nutriri, foueri, compertum eſt; vt enim mærentes ægrè amoribus vacant, ſine Cerere etiam & Baccho friget Venus, ita læti & hilariter conuiuentes amoribus vacant facilè: quos etiam amplexibus oſculíſque vel maximè foueri ſatis ſupérque amantes norunt,

Obſeruantur quædã. I. — *II.* — *III.*

428 (beside "dicitur vt faciem mutatus")

Par.140 Paret Amor dictis caræ genitricis, & alas
Exuit, & greſſu gaudens incedit Iuli.

Amoris reſponſum reticet Poëta: vel certè, quoniam Matri factis potiùs quàm verbis ſatisfecit filius, ac propterea ſtatim (vt celeritate opus eſſe intelligebat) ſe ad Didonẽ fallẽdã cõparauit, id ꝙ eſt narrat. Paret igitur Amor caræ genitrici pro vt debuit, vel quia filius vel quia cariſſima illi erat mater, vel quia Dea, vel quia Aeneã fratrẽ diligebat eiúſq; indolebat calamitatem, præſens etiam eius periculum pertimeſcebat. At enim dum hæc facit, cur alas exuere dicitur, de immutata facie, Aſcanijque vultu ſumpto, quod a matre tantoperè poſtulabatur, ne verbũ quidem? Ea (opinor) de cauſa quòd ad ταυτολογίαν de more vitandam, haud eſſent repetẽda quæ ſupra luculenter commemoraſſet: præſertim verò cum intelligi poſſent dum dicitur, *paret amor.* contra verò de alis exuendis de quibus mater verbum iniecerat nullum, mentio aliqua facienda erat: atque eò magis quòd cum aliger dictus eſſet, ſatis conſtabat alatum eſſe: vel fortaſſe illud *egreſſus gaudens incedit Iuli*, omnia breuiſſimè acutéque indicat. neque enim Iuli greſſus aſſimulaſſet ſatis, niſi eius formam, perſonam, effigiémque, lætitiam inſuper (vt dolus expleretur commodiùs) & hilaritatem expreſſiſſet ac veluti induiſſet. Incedit verò ac ſine dubio cũ Achate primùm, ita vt concipiendum ſit animo, Aſcanium, cum ſe iam iam cum Achate viæ dare moliretur, a Venere ſomno perfuſum indeque abreptum fuiſſe: Amorem contra in eius locum ſuffectum eſſe: tum cum Troianis, ſtatim ac peruenit ad Vrbem, inceſſiſſe, ſi qui tamen erant qui cum Didone & Aenea nondum diſcubuiſſent. At enim quid de oculis? cũ enim
429 cæcus dicatur Amor, cur non hac quoque in re, quæ eſt præcipua, Aſcanij ſimilitudinem expreſſiſſe atque oculatum comparuiſſe dicitur? Ego verò crediderim poëtam id nõ prętermiſiſſe cum enim Amor dicatur ora ac vultum Aſcanij ſumpſiſſe, atque illum omnino expreſſiſſe, illius etiam oculos expreſſerit neceſſe eſt. quanquam nihil prohibet Virgilium eos interim ſequi, qui amorem oculatum facerent. Certè Muſæus pellucidos illi oculos tribuit. & ideò Lyuius noſter

Cieco non già ma faretrato il veggio

cecinit eleganter. iam verò, ne nos lateat quò Venus detulerit Aſcanium, aut qua id arte fecerit, ſic pergit

Paret Amor Veneri & mandata curat ſtrenue.

Par.141 At Venus Aſcanio placidam per membram quietem
Irrigat, & fotum gremio Dea tollit in altos
Idaliæ lucos: vbi molis amaracus illum
Floribus, & dulci adſpirans complectitur vmbra.

Somnum infundit Aſcanio Venus, ſed placidum, ita vt placidam illum appellet quietem: ac iurè. ſiquidem mollis ſomnus mortalium eſt perfugium ac laborum quies. ſomno igitur ſuauiter conſopitum deferr non ad Cytheram Inſulam ſed in Idalium nemus, quod nimirum Veneri ſacrum erat (ideo enim ſupra dixerat

Aut ſuper Idalium ſacrata ſede recondam)

ac tutiſſimum. addit verò cum in mollis amaraci (nota herba, ac paſſim occurrens, lampſacus eruditioribus) complexu & inter flores collocaſſe, ita vt dulci illum amaracus adſpiraret

raret vmbra, quod eſt nec odoris ſuauitate nec vmbræ iucũditate caruiſſe nemus. tametſi videtur poëta Amaracum ipſum, hoc eſt qui in eam herbam conuerſus eſt, puerum indicare, quaſi verò Amaracus ipſe Aſcanium mollis complecteretur & dulci vmbra inter fla grantes flores foueret atque reficeret.

Parti.142

Iámque ibat dicto parens, & dona Cupido
Regia portabat Tyrijs, duce lætus Achate.
Cum venit, aulæis iam ſe Regina ſuperbis
Aurea compoſuit ſponda, mediámque locauit.

Iam iter arripuerat Cupido, dicto parens, ſed Matris, ita vt cum Aſcanius ire deberet pa 430
tris dicto parens, Cupido eat dicto parens Matris: denique cum Achate Duce Aſcanius Regia dona Tyrijs ſeu Reginæ perferre debuiſſet, Cupido, Achate duce, ea ipſe vel certè per adminiſtros, deferebat. Lætus autem eſt vel quia pueri & adoleſcentes eſſe hilares ſolent ac læti, vel quia fallendæ Didoni lætitia eſſet opportunior, vel vt Iulum magis ac magis exprimeret, quem par erat ad patrem, præſertim in tanta eius fælicitate contendentē, non ſine gaudio proficiſci. Appoſitè verò cecidit ſimulatus Aſcanij aduentus: cum enim tunc planè præſto fuerit cum tanta procerum multitudo conueniſſet, iam iámque diſcũberet, at propterea nemini non liceret egregia illa dona intueri, laudare, demirari, par eſt Reginam mirificè lætatam eſſe, ex quo fit vt non potuerit non probare Aeneæ munificentiam ac lætior illum excipere. Atque hîc quidem quoniam *aulæis iam ſe Regina ſuperbis Aurea compoſuit ſponda, mediámque locauit*, de conuiuali antiquorum diſcubitu dicendum eſſet præſertim verò quoniam res dubitationis pleniſſima eſt, vbi enim affirmes verè, non pro noſtro ferè more conſediſſe, ſed in toris diſcubuiſſe, ſtatim hæreas, qua planè ratione in toris diſcumberent, præſertim ſi terni aut quaterni in vno eodémque toro degerent aliquando: quî cibum caperent & commodè caperent: quî menſæ collocarentur ac diſponerentur, quî famuli miniſtrarent & inſeruirent, adde quî ſermones miſcerent & confabularentur mutuè. ita ſanè varia poëtæ loca eſſent coniungenda & exponenda, vt tum propoſitus locus dilucidetur, tum illud agnoſcatur, cur poëta noſter in VII. illud cecinerit *Perpetuis patres ſoliti conſidere menſis*. Sed quoniam hæc ſemel ad ſecundi libri initium reiecimus, tantiſper ſuperſedebo. Illud tamen non prætermittam quod eſt huius loci proprium, aulæa non pro ornamentis parietum vſurpari hoc in loco ſed pro tentorio aut etiam umbella quæ Reginæ toro impenderet. etſi enim ſæpè parietum ſignificat periſtromata, ſeu quibus parietes veſtiuntur ornamenta, non rarò tamen quæ toris ac menſis tum ad puluerē prohibendum tum ad magnificentiam oſtentandam, uelamina ſuſpendebantur, aulæa dicebãtur. & huc ſpectauit Horatius cum caneret, *Interea ſuſpenſa graues aulæa ruinas In patriam fecere* —— ſub huiuſmodi igitur aulæis, hiſque ſuperbis, ſe ſe collocauit Regina. niſi tamen aulæa pro tapetis vſurpari putes ac periſtromatis quib. torus eſſet inſtratus. videntur enim 431
aulæa aulæ ornamentis in vniuerſum aptari, ita vt Regina in aulæis ſuperbis quibus torus tegeretur & in tori ſponda diſcubuerit. Aurea verò ſponda tum demum intelligi poteſt, vt locus ſuadet, cum vox *aurea* per ſyneresim biſyllaba efficiatur ex triſyllaba, & ex dactilo ſpondeus exiſtat. ita quidem Regina in ſuperbis tori aulæis & periſtromatis diſcubuiſſet, ita tamen vt auream tori ſpondam, qua ſcilicet vnius lateris columnæ ſeu fulcra ſuſtinuerent torum, occuparit. Sic in VI.

—— Lucent genialibus altis
Aurea fulcra toris ——

At enim qua ratione ſe locauit mediam? ita ſcilicet vt eius dexteram Aeneas in toro occuparet, ſiniſtram Aſcanius, niſi tamen te illud perturbet quòd vixdum aduentaſſet. & ideo quorumdam pace ſatius eſſet alteri tribuere locum; præſertim quia deinde Aſcaniũ Reginæ gremio exceptum legimus; eſto igitur ex proceribus honoratioribus alter, ac fortè Bitias ſacerdos eum occupauerit locum, vel etiam, quoniam Tyrij ſeorſim non in oſtro ſed in pictis toris diſcubuiſſe dicuntur, Ilioneus ſiniſtram occuparit Reginæ. & ideo pergitur.

Part.143.

Iam pater Aeneas, & iam Troiana iuuentus,
Conueniunt, ſtratóque ſuper diſcumbitur oſtro.

Vbi

Dum diſcũbit Regina, indicatur quas habeat difficultates diſcubitus iſte, & ad II. libri initium reijcitur explicatio.

De aulæis.

Qui mediã ſe locauerit Dido.

Digitized by Google

Vbi Troiana iuuentus cum Aenea , & in toris Didoniano proximis vt honoraretur, diſcumbere iuſſa eſt . ita quidem par eſt Ilioneum , quoniam Princeps erat legationis Reginæ ſiniſtram tenuiſſe : etſi, mea quidem ſententia , nihil prohibet quominus Aſcanium in eum locum reſtituamus: ſiquidem ea verba,

Cum venit, aulæis iam ſe Regina ſuperbis
Aurea compoſuit ſponda, mediámque locauit,

nil prohibent quin Aſcanius quoque tum planè cum cæteris diſcubuerit, quin ſuadent. Atque hinc licet animaduertere illud *aulæis ſuperbis* valere in aulæis ſuperbis : vt enim Troiani in oſtro, ita illa in aulæis ſuperbis diſcubuiſſe cenſenda eſt.

Par.144 Dant famuli manibus lymphas Cererémque caniſtris
Expediunt, tonſíſque ferunt mantilia villis.
Quinquaginta intus famulæ: quibus ordine longo
Cura penum ſtruere,& flammis adolere penates.
Centum aliæ, totidémque pares ætate miniſtri,
Qui dapibus menſas onerántque,& pocula ponunt.

Vetus conuiuandi ratio declaratur, quacũ recens comparatur.

Qui mos tulit apud veteres illos vt accumberent priùs , tum manus abluerent accumbentes , mox mantilia atque inde pocula , panem, epulas , inferrent imponeréntque, fortaſſe commodiùs apud nos variatur : nos enim menſas per otium ac magnificè ſternentes priùs , & primis epulis onerantes , ne tantillum quidem moræ apparandis menſis & importandis imponendíſque epulis interponimus; itaut non neceſſe
432 ſit Plautinum illud vſurpare

—— *Apponite menſam.*

Quin fortaſſe commodiùs item ante conuiuium manus tergimus ſtantes : ſic enim nulli menſæ apparatui impedimento ſumus vt illi : quemadmodum percommodè ad extremùm ſedentes in menſa ipſa, quoniam nullum id affert impedimentum, manus rurſus abſtergimus . Sed & forſitan ſi non commodiùs , commodè tamen & in primis magnificentiùs , apud nos pocula deferri iubent nobiliores , non menſis imponunt quemadmodum iſti . mantilia qnoque villoſa & ſetoſa quibus illi vterentur, minùs commoda fuiſſe quàm quæ nos vſurpamus lenia & perpolita, compertum eſt. Quin illud monuerim quod in hunc locum aptè cadit . commodiùs cibum a nobis ſumi dum in ſellis conquieſcimus (id quod apud Græcos etiam factitatum fuiſſe priſcis temporibus ex Homero ſatis conſtat) quàm ſtratis ægrotorum more accumbendo : ſic enim manus epulis ſumendas minùs expeditæ ſunt. Nam qua parte decumbas, manum nonnihil impedias & brachium itaut dum priſci , huic vt impedimento conſulerent , puluillos , quibus fulcirentur , capiti adhiberent , vix ac ne vix quidem expeditam ſedentium commoditatem æquarent . Quid multa ? dum illi & ſibi (quod tamen de induſtria fortaſſe præterit Virgiliùs ? & thermas frequentarent cœnaturi , & vngerentur , flores & coronas ſibi imponerent , mutarent veſtem & id genus alia factitarent , veriùs pompæ & luxui quàm commoditati & Naturæ, ſeruiebant : a quibus nos vtiliter abſtinemus . Nam illos veſtes interim quas exuebant, arma quæ deponebant diſcrimini , vnà cum vita ipſa obijciebant ; inermes ac propè nudi ſe ſe famulorum manibus committentes : quod ipſi periculum declinamus, veſtes, ármaque detinentes ac vitam diſcrimini minimè obijcientes : itaut ad meliores fruges (vt par erat) per nos res fuerit reuocata. Sed ad Virgilium : qui magnificè deſcribit ille quidem conuiuium ac cœnam : ac luxum vtrimque pellit . Denique oſtrum adhibet ſtratis ac picturam , vtriuſque ſexus famulos multos : ſubinde etiam cantus , plauſus , quibus omnibus , magnificentiam declarat conuiuij , Per-
433 ſarum laſciuias , aut etiam Romanorum quorumdam luxus, prætermittit . Atque hos ſanè conuiuij luxus prolixè deſcribit Atheneus , Seneca tamen inſaniam appellat in libro de Tranquillitate ad initium; quam inſectatur. Quod verò ait poëta quinqua-

ginta famulas penum ſtruxiſſe, & flammis penates adoleuiſſe; eò, ni fallor, ſpectat vt intelligamus epulas omnes quæ comportandæ eſſent ex ordine diſpoſuiſſe (vbi grauitatem refert poëta qui non ad carnes & huiuſmodi alia Homeri deſcendit more) & odores ſubiectis flammis excitaſſe, domum flagrantia illa complentes. Atque hîc etiam haud dubiè imitatus eſt Virgilius Homeri locum ex quarto Odyſſeæ, vbi Telemachus a Menelao excipitur conuiuio

Aquam ancilla in gutturnio fudit ferens,
Pulchro, aureo, ſuper argenteo lebete,
Lauare, iuxta verò politam extendit menſam,
Cibum verò veneranda cuſtos appoſuit ferens
Fercula multa imponens de rebus præſentibus largiens.
Coquus autem carnium lances propoſuit ſublatas
Diuerſarum: ipſis autem appoſuit aurea pocula.

Sic Homerus. etſi Virgilius multò maiorem refert venuſtatem ac decus, cum non vnā aut alteram ancillam proferat, aut coquo vtatur famulo (quæ omnia indecora ſunt in Regia menſa) ſed multis & elegantibus: vt omittam ridiculum videri Menelaum qui iubet hoſpitem comedere ſubinde quis eſſet interrogaturū, Melius in 7. Odyſſeæ, vbi iuuenes multi faces geſtant in conuiuio & quinquaginta famulæ (atque has fortaſſe imitatur Poëta noſter) inducuntur. etſi has molis adhibet Homerus & Textrino multa comminiſcens & prolixa & aliena. De quibus hæc ſatis.

Nec non & Tyrij per limina læta frequentes
Conuenere, toris iuſſi diſcumbere pictis.
Partic. 145 Mirantur dona Aeneæ, mirantur Iulum,
Flagrantéſque Dei vultus, ſimulátaque verba,
Pallámque, & pictum croceo velamen acantho.

Diſcūbant iam Tyrij: qui Aeneæ dona & pueri formam admirantur.

Par erat vt Tyrij quoque diſcumberent in conuiuio ne vel Troiani hoc conſortio carerent & ſolatio, vel Tyrij ipſi ſperni Regina viderentur. Exiſtimandum tamen eſt nobiliſſimos quoſque fuiſſe delectos. Dicuntur verò per limina conueniſſe frequentes, quia mos eſſet Regias Domus per limina frequentare. Dum autem *mirantur Iulum*, loquitur Poëta ex aliorum ſenſu qui Iulum credebant puerum illum: contra verò dum ait miratos *flagrantes Dei vultus ſimulataque verba*, loquitur ex propria perſona: ipſe enim quippe Vates intelligebat atque optimè nouerat Pſeudo Aſcanium eſſe illum, & Cupidinem ac propterea Aſcanij verba aſſimulaſſe. Sed cur ait miratos etiam *pictum croceo velamen acantho?* quia velum acanthum herbam exprimebat, quæ aureùm imitatur colorem, ac miram refert elegantiam. & idcirco veteres acanthi folia in veſtibus exprimebant auro. Itaque Virgilius,

Et circumtextum (inquit) croceo velamen acantho,

vbi per croceum colorem aureum deſignat. ſic Ouidius

Summus in aurato crater erat aſper acantho.

Iam verò dicuntur Cupidinis vultus flagrare ob amoris ardorem, vnde etiam flagaret libidine: nempe Veneris natus erat, & Didoni pudiciſſimæ fœminæ incendendæ 434
aduentarat. Quòd ſi legere iuuet, *fragrantéſque Dei vultus*, & ab ardore ad odorem Cupidinis vultus transferre, habeas vnde non incommodè fortaſſe id facias. nam Veneris itē natus erat, de qua eā antea, *diuinum vertice odorem Spirauere comæ* dixerat Virgilius. Deniq; veteres humana quæ maximè pſtarent ad Deos alacriter traducētes, odoris quoq; ſuauitatē ad eos referebant. Tametſi quàm aptè ipſi viderint. Nam præterquam quod rectè Cicero, mallem vt diuina ad nos, ſanè flagrantia carnis integritati & caſtimoniæ diuinitùs tribui ſolet, a qua maximè omnium Veneris aberat natus. Nos certè ex Beato Hieronymo didicimus huiuſmodi fragrantiam Chriſti diſcipulo Ioanni poſt mortem obtigiſſe diuinitùs ob ſingularem corporis caſtitatem: idémque vt alios multos prætercam

Beati

Digitized by Google

Beati Thomæ Aquinatis corpori contigit. De qua re(ſi placet)vide quæ nos ſcripſimus in Oratione LXII.

Præcipuè infœlix peſti deuota futuræ
Par.146 Expleri mentem nequit, ardeſcítque tuendo
Phœniſſa, & puero pariter, donísque mouetur.

Eò properat Virgilius quò ſpectabat maximè: ſpectabat autem vt Reginam Cupidinis, vel potiùs libidinis, corriperet flammis; vt ſcilicet tum fabulæ producendæ occaſionem arriperet (de qua re nos alibi opportuniùs) tum maximè Romanis caneret tandem: cauſam enim ſiue prætextum meditabatur vnde Carthaginienſes Romanis, quippe Aneneæ poſteris, infenſos ſeſe ac perfidos oſtendiſſent. Itaque ex Didonis amore priùs tum furore ac deniqueodijs anſam arripiet percommodam. Scitè verò peſtis nomine amorem deſignat; verè enim talis amor re peſtis eſt, quantumuis ſpecie blandus videri poſſit: ſcitè etiam Reginam dicit, peſti deuotam: nam exitio iam iam deſtinabat & flammis. puero autem donísque mouetur, quia muliebre ingenium & pulchritudine, qualis in puero illo cernebatur, facilè capitur, & verò diuitijs pretiosísque veſtibus gaudet ac delectatur. Tametſi fortaſſe Regina quoniam anteacto tempore pudicitiam coluerat, & prædiues erat ac celſo animo, pueri & veſtium pulchritudine mouebatur interim ob formæ excellentiam tantùm.

Iam quod maximè moliebatur canit Poetá; Didonẽ Aeneæ captum amore.

Ille, vbi complexu Aeneæ, collóque pependit,
Par.147 Et magnum falſi impleuit genitoris amorem,
Reginam petit. hæc oculis, hæc pectore toto
Hæret, & interdum gremio fouet; inſcia Dido,
Inſideat quantus miſeræ Deus. at memor ille
Matris Acidaliæ, paulatim abolere Sichæum
Incipit, & viuo tentat præuertere amore
Iampridem reſides animos deſuétaque corda.

Complectitur Amor Aeneam atque arctiſſimè complectitur: Iurè autem ait Aneneæ non patris fratriſue, quia ex proprio loquitur ſenſu: nec temerè addit, *collóque pependit*, quòd a Parente Aſcanius(ſe enim pro Aſcanio gerit Cupido, pro Parente Aeneas) vnicè diligeretur. & idcirco etiam pergit

Et magnum falſi impleuit genitoris amorem: quæ omnia ad eximium amorem declarandum coaceruantur; alioquin ſatis ſupérque erat dixiſſe, vbi è complexu diuulſus eſt. His igitur peractis ad Reginam properat Amor vt eam inflammet. Hîc verò vbi primùm Virgilius honeſtam fœminam, atque adeò pudicitiæ laude clariſſimam inſano polluit amore(quod ſine dubio iniquè facit) illud moderationis adhibet ſaltem, quòd ab initio inculpatus fer è concipitur amor: ſiquidem non volens ac lubens imbibit amorem, ſed per inſcientiam, itaut iurè canat Virgilius

——— *inſcia Dido*
Inſideat quantus miſeræ Deus ———

Vbi eleganter ait *quantus inſideat Deus*, quia corpore & forma exiguus ille quidem videretur; vi, potentia, dolo magnus erat, quod tamen Didoni excuſandæ adhuc valet plurimùm; itaut iurè quoque inſcia dicatur Dido. etſi illud peccauit quòd oculis ac pectore toto in eo hæreret, & interdum foueret gremio: decet enim pudicas fœminas ſic vitam inſtituere, ac ſic degere, vt vel minima libidinis incitamenta declinent. Iam verò quid moliatur Amor ſatis declarat Poëta, vt.n. ſatisfaciat callidæ matri vafer puer, abolere primùm incipit quem Dido Sichæi, ac proinde pudicitiæ pectore complectebatur amorem: tum nouum introducere, ac viuentis amore demortui amorem pellere, maioréque clauo cla-

Digitized by Google

num extrudere;itaut licet iamdiu reſidem animum gerat Dido & ad amandum inertem, 436
ac deſuetum cor impuro geſtaret amori, pertentare tamen audeat eius animum, quem tandem expugnabit etiam.

Part. 148.

Poſtquam prima quies epulis, menſaéque remotæ
Crateras magnos ſtatuunt & vina coronant:
Fit ſtrepitus tectis, vocémque per ampla volutant
Atria: dependent Lycni laquearibus aureis
Incenſi, & noctem flammis funalia vincunt.

Ad conuiuium vel potius ad colloquia et plauſus redit, & cõpotationem.

Egregiè noſter Vates orationem variat, ac rerum varietate delectat, ita tamen vt ad inſtitutum conuiuium (ſic enim par erat) regrediatur. Ita quidem ea deſcribit quæ conuiuium ſunt conſecuta, vel illud occupauerunt ad extremũm. omnino enim exiſtimandum eſt procul a extremo conuiuio fuiſſe appoſita, menſas verò deinde remotas: itaut poëticè loquatur & hiſteron proteron: niſi tamen dicas menſas, hoc eſt epulas & mantilia fuiſſe remota: alioquin pocula & vina illis apponere haud licuiſſet. Denique vix ac ne vix quidem crediderim Virgilium indicare voluiſſe eam menſarum varietatem quã huc introducunt aliqui, quaſi verò hîc niſi ad primam conuiuij partem peruenerit. nam præterquam quod obſcurè nimis immò præpoſterè loqueretur cum dicat —— *menſaéque remotæ*, omiſiſſet poſteriorem conuiuij partem, nec ſine crimine, cum deſcripſiſſet priorem. Quid plura? vſus magnos ſtatuendi crateras in menſa extremum ſpectat conuiuium; itaut hac de cauſa Athenæus & Veteres aliqui requirant cur magni crateres in fine conuiuij apponerentur. Itaque videtur mihi ſimpliciùs loqui Virgilius, & conuiuium ab initio ad finem vſque perduxiſſe hactenus, & conuiuas inter extrema pocula reliquiſſe, itaut hac de cauſa Dido, quippe princeps conuiuij, pateram mero impleuerit, libauerit, ſummóque attigerit ore, ac Bitiæ (id quod mox faciet) dederit, & idcirco canit Virgilius

—— *ille impiger hauſit* 437
Spumantem pateram, & pleno ſe proluit auro.
Poſt alij proceres ——

& hinc eſt vt conuiuio prætermiſſo ad cantus deſcendant mutuóſque ſermones. Neque obſtat quòd dicat Virgilius

Poſtquam prima quies epulis ——

nam non ait primis epulis, ſed prima quies, quod eſt ſtatim atque ab epulis ceſſatum eſt, valétque id quod alibi canit

Poſtquam exempta fames epulis menſaéque remotæ.

Quapropter per menſas libenter epulas & fercula cum multis alijs acceperim pocula etiam ore aut floribus ſertiſque coronata non abnuerim (tametſi libentiùs dixerim ad pateræ ſummum ac poculi quæ coronae exprimerent rotunditatẽ, ac propterea vinum coronare viderentur, ſpectaſſe Virgilium) conuiuium tamen non expletum eſſe, quod pertinet ad epulas, pernegauerim Quod ſi quis pugnet adhuc, alteram menſam fuiſſe priori, quæ amota eſt ſuffectam, & in hoc tum collocata pocula, tum litatum, quemadmodum iam iam indicabitur, equidem contentioſum funem non traham: tantùm dicam de menſa priori ſuffecta me non diſſentire ob ea quæ iam iam canentur; de cõuiuio, ſi quis nouas epulas comportatas velit, diſſentire penitus. Quod verò canebat Virgilius

Poſtquam prima quies epulis, menſaéque remotæ,

ſine dubio ex 5. Odyſſeæ libro deſumpſit, vbi Telemachus cum Menelao in conuiuium adducitur, canebat enim

Cæterùm poſtquam potus & cibi deſiderium ademerunt.

ex quo loco intelligitur etiam de conuiuio expleto vtrumque loqui, nec geminum interim conuiuium huc intrudẽdum, aut in varias illas partes & opularum partitionem, prout aliqui faciunt, diſtinguendam. Atque hîc etiam non ab re fuerit obſeruaſſe illud, & *vina coronant* ab Homero fluxiſſe, qui ſæpè crateras vino ait coronatos: quod etiam vinum

Digitized by Google

num ad ſummum poculíque coronam euectum indicat. Iam verò ex dictis licet animaduertere quàm aptè cum rebus ſerijs & duris iocoſas miſceat & lætas. Itaque pergit

Fit ſtrepitus tectis, vocémque per ampla volutant
Atria ——

quibus eleganter & qua ratione per noctem illuſtrarentur atria, & quo ſplendore nox vinceretur, ſubijcit, idque non ſine magni apparatus ſignificatione.

Par.149 Hic Regina grauem gemmis, auróque popoſcit,
Impleuítque mero pateram: quam Belus, & omnes
A Belo ſoliti. tum facta ſilentia tectis.

Libationē inſtituit Dido qua veluti fœdus inter Tyrios conciliet ac Troianos.

Dum Macrobius indè maximè laudat Virgilium quòd ſacrorum apprimè eſſet gnarus, poſſem ego totam hanc rem ex hoc loco non vulgariter confirmare. Tametſi ad extremum videndum eſſet num rectè libationi (libatio enim fit in præſens) præſit fœmina: haud enim cum dignitate conſentit, dum præſto ſunt viri. Id quod multò maximè ſtatuendum eſſet ſi Bitias (quod ſcribit Seruius) Sacerdos erat. Niſi tamen dicas Reginam Regis veluti locum obtinere. Regum enim erat ſacris etiam præeſſe apud multas gentes. Sed vt vt ſit, illud inſuper requirendum eſſet, cur in menſa potiùs obeat libationem quàm ad aram, quemadmodum, eodem Macrobio teſte, iubebatur. Quanquam alibi ſæpè videas apud Virgilium extra aram libari. Sed his omiſſis, quæ ſuperſtitionis plena ſunt,
438 illud potiùs obſeruauerim, iure ſilentium repentè factum, cum vel Reginæ maieſtas vel myſterij grauitas (quantum tamen Ethnicorum ferebat opinio) id poſtularet: præſertim verò cum ſatis indulſiſſent colloquijs, ac lætis clamoribus.

Par.150 Iuppiter (hoſpitibus nam te dare iura loquuntur)
Hunc lætum Tyriíſque diem, Troiáque profectis
Eſſe velis, noſtróſque huius meminiſſe minores
Adſis lætitiæ Bacchus dator, & bona Iuno:
Et vos ô cœtum Tyrij celebrate fauentes.

Aptè Iouem primò inuocat, quem Deorum Principem faciebant: aptè item memorat eum dictum fuiſſe iura hoſpitibus dare, nam Xenius hac de cauſa & hoſpitalis appellabatur. crediderim verò hoſpitum hîc nomine non modò eos qui hoſpitio exciperent deſignari, verùm etiam qui exciperentur. Ob id enim Dido tum ad Tyrios tum ad Troianos conuertit ſe ſe; ita vt videatur libationis participes feciſſe omnes. Ita quidem illud
Poſt alij proceres —— ad Troianos etiam pertineret. Quòd ſi Troianis quoque libationem obeuntibus, poſtulabat ratio vt Dido Aeneæ priùs quàm Bitiæ offerret pateram, ſanè id argumento eſt Bitiam (id quod ſcribunt aliqui) Sacerdotem fuiſſe: ac propterea Aeneæ non immeritò præponeretur in libatione. Alioquin vbi Bitiam non Sacerdotem facias, ſed ex Tyrijs proceribus vnum, libatio ad Tyrios proceres ſpectaret, qui, quaſi hoſpites Troianorum vnà cum Regina, exceptis fauerent hoſpitibus. Id quod ad poſterorum quoque memoriam facit Dido, & vt fauſtus ille quem precatur dies, cum Tyriorum tum Troianorum poſteritati (quod tamen ſecus euenit) accideret periucūdus: nam huc ſpectat dum poſt Troianorum Tyriorúmque mentionem ait *noſtróſque huius meminiſſe minores*. Iam verò opportunè inuocatur Bacchus lætitiæ dator, cum vinum libarent. opportunè quoque Iuno quæ fauebat Tyrijs ac præerat: præſertim quòd haud noſſet Di-
439 do Troianis eſſe infenſam: vt minimè mirum infauſto homine cum litaret, amicitiam ac fœdus illud minùs ratum fuiſſe. Quo etiam fieret vt miſterio non ſatis conſuluiſſet Regina dum noctis mentionem ſubterfugiens (per noctem enim litauit & conuiuium celebrauit) a Ioue petijt vt diem illum lætum eſſe vellet, & eius lætitiam ad poſterorum memoriam peruenire. Quāquam fieri poteſt vt vel quia diem ab ſolis occaſu aut nocte media numerarent, ac diem artificioſum ſpectarent vel quia populariter diei nomine tempus illud intelligerent quod tereretur in præſens, nihil prohibet quominus diei nomen promiſcuè pro nocte etiam vſurpauerit. facilè autem contingere poteſt vt Virgilius dum ait,

Digitized by Google

Iuppiter (hoſpitibus nam te dare iura loquuntur)

ad Homerum reſpiciat qui in IX. Odyſſeæ ſic canit,

Iuppiter autem vltor eſt ſupplicúmque hoſpitúmque
Hoſpitalis qui hoſpitibus ſimul verecundis opitulatur.

Tametſi cum hoſpitalis appelletur paſſim Iuppiter a Græcis & Latinis, facilè fuit vt more maiorum caneret. Certè Romæ hoſpitalis Iuppiter colebatur; itaque M. Tullius pro Deiotaro Iouis hoſpitalis mentionem facit, vt Poëtas ſileam.

Part. 151.

Dixit & in menſa laticum libauit honorem:
Prímaque libato ſummo tenus attigit ore.
Tum Bitiæ dedit increpitans. ille impiger hauſit
Spumantem pateram & pleno ſe proluit auro.
Poſt alij proceres. ———

Malo item libauit ſeu obtulit vinum Dijs illis, cum fuderit interim, nam non deguſtando priùs obtulit (neque enim pergeret, *Prímaque libato ſummo tenus attigit ore*) ſed fundendo & ideo ait *in menſa.* & eodem pertinet quod vix attigit ore: hæc enim videntur a ſolertiſſimo Poëta quaſi ſymbola præferri futuri belli. Etſi enim hac fœdus libatione ſanciri optaret Dido, fœdus tamen nullum inter minores ſeu poſteros ſeruatum eſt: & ideo Liuius de Annibale quem perfidum deſcribit, illud quoque monet fœdus apud eum nullum: quin puerum adhuc ad aram iuraſſe fertur ſe perpetuò Romanorum hoſtem futurum. Et idcirco tandem Virgilius furentem Didonem inducit quæ dira Aeneæ poſteris imprecatur atque illud in primis exclamat, 440

Tum vos ò Tyrij ſtirpem & genus omne futurum
Exercete odijs cinerique hæc mittite noſtro
Munera: nullus amor populis, nec fœdera ſunto.

Haud mirum igitur ſi Bitiæ increpitans Dido (nam id quoque ad malum pertinet omen) offert pateram. Nihil etiam mirum ſi Bitias pleno ſe proluit auro, conſpergítque mero: quod de cæteris quoque proceribus canitur vt fortaſſe intelligatur fore vt infauſtū omen cæteros quoque Carthaginienſes attingeret. nam reuera Carthaginienſes ad euerſionem vſque ſuæ Vrbis, imò & in ipſa euerſione vel maximè infenſi fuerunt Romanis, ita ut laticus ille honor (ſic enim dignitatis gratia loquitur) temerè ſit effuſus.

Part. 152.

Canit Iopas ad libationis extremum.

———Cithara crinitus Iopas
Perſonat aurata, docuit quæ maximus Atlas.
Hic canit errantem Lunam Soliſque labores;
Vnde hominum genus & pecudes; vnde imber, & ignes.
Arcturum, pluuiáſque Hyadas, geminóſque Triones;
Quid tanto Oceano properent ſe tingere ſoles.
Hyberni, vel quæ tardis mora noctibus obſtet.

441 Aptè crinitus fingitur Iopas, vel quia per idem tempus comam alebant, vel quia intonſo Apollini & crinito ſubſint Poëtæ & cantores. Et eâdem de cauſa citharam perſonat quæ Apollini tribuitur perinde ac Lyra Mercurio. Aptè etiam canit quæ docuit Atlas, non quæ Homerici Phoemij more ipſe excogitaſſet. quo fit vt carmen cum citharæ iungat melodia, cum canat quæ docuit Atlas; qui maximus iurè dicitur vel quia gygas fingitur qui cœlum attingat, vel quia Aſtrologiæ ſcientia ſcientiſſimus fuiſſe fertur: nam hinc planè fabulæ fuit locus vt cœlum ſuſtinere diceretur. Vt enim Eolus ob ventorum notitiam ventos frenare & emittere dicebatur, ſic Atlas Cœlum ſuſtinere ob admirabilem peritiam rerum cœleſtium. Itaque nil mirum ſi res celeſtes canat Iopas, ídque ſiue per ætatem ac ſenectutem hæc ab Atlante ipſo excepiſſet & audire licuiſſet, ſiue auditione aut litteris & doctrinis ad ipſum veluti per manus tranſmiſſa eſſent. Vt propterea mirum ſit quoſdam ſciſcitari quî Iopas antiquiſſimum illud Atlantis æuum attigiſſet vnde ab Atlante doceri potuiſſet. canebat enim quæ docuerat Atlas quęcumque tandem illa docuiſſet

primùm.

Digitized by Google

primùm. Sed quæſo examinemus quæ canit ſingula. Errantem (inquit) Lunam: verè inter errantia Sydera numeratur Luna: tametſi ſydus deerrat nullum, itaut ea tantùm de cauſa planetæ errare dicantur quòd vt non iiſdem feruntur circulis, nec eâdem celeritate aut tarditate, quemadmodum firmamenti ſydera, non eandem inter ſe diſtantiam ſeruant, quemadmodum fixa Sydera: hæc enim, quippe in vno eodémque orbe infixa eandẽ ſem-
442 per proportionem inter ſe offerunt, vnde inerrantia dicuntur: alioquin ſtatos ac ratos curſus ſtellæ habent omnes. Vel igitur vulgarem ſequitur exiſtimationem vnde etiam Planetarum nomen (ab errore ſcilicet) ſeptem inferiores Stellæ inuenerunt nomen, vel errantem vocat Lunã propter eclipſim ac faciei in primis, quæ ſemper creſcit ac decreſcit, perpetuam inconſtantiam: nam errantem, id eſt vagam appellari, quia vagari videatur & aberrare, quod affirmant aliqui: id verò in vulgarẽ ſententiam recidit. Labores verò Solis perpetuos illius curſus commodè indicant, cum perpetui curſus maximè fatigent animantes: itaut vel ſimilitudine labor transferatur ad Solem & analogia quadam, vel propriè (ex Academicorum tamen ſententia) cum Sol & aſtra (ſi Platonem audias) inter animalia numerentur & idcirco Virgilius in Sexto de Stellis cecinit,

——Titániaque aſtra
Spiritus intus alit——

alioquin labor ſoli contigit nullum niſi tamen defectus Solis appellaueris, cum veluti in labore quodam verſari videatur eo tempore. Quanquam vix crediderim eclipſis indicare voluiſſe cum magis præſtet Solis conuerſiones vnde annus variatur, ceciniſſe. Mox verò ad ea pergit Poëta quæ ad Phyſiologiam diuinámque ſapientiam pertinent. Ac primùm non Deucalionis inhærens fabulæ ait, *Vnde hominum genus* —— Sed primigeniam veritatẽ ſpectans quæ de hominis ortu manaſſet apud priſcos. Et ideo pergit, *& pecudes* quod ex antiqua item fama mutorum animantium ortus inde manaſſet. De qua re legendus eſt
443 Auguſtinus Steuchus in libris de perenni Philoſophia, vbi primogeniam illam creationis famam ad Græcos etiam atque Ethnicos perueniſſe ac decantatam eſſe oſtendit. Iam verò pergit ad ea quæ Phyſiologia item & Aſtrologia continentur, vnde ſcilicet imber & ignes; itaut ea quæ in ſublimi naturaliter gignuntur, indicet decantaſſe, ac propterea quæ ſiue in aëre ſiue in æthere apparerent ac gignerentur: nam imber ea deſignat quæ in aëre procreantur, ignis quæ in æthere, & ideo etiam ait ignes, quoniam variæ ibi explicantur ignium formæ. Arcturum verò memorat vt intelligatur illius ortum, quídue portenderet aut efficeret, item decantatum: quæ ſanè etſi pleraque cum fabulis coniuncta ac diſſeminata ſint apud multos, apud Aſtrologos tamen explicantur ſatis. Idem dixerim de Hyadis, quæ pluuias ab aliquibus afferre dicuntur aut ſaltem eas indicare, cum eo anni tempore appareant quo imbres ingruunt magis, itaut inde pluuiarum cognomentum inuenerint. Iam verò cur addit *geminóſque Triones*, cum alibi ſeptem inducat Triones? & verè ſeptem ad arcticũ polum ſtellæ ſe ſe offerunt quæ Triones dici ſolent. ea de cauſa quòd duæ maximè boum ſeu trionum exprimant formam, cæteræ currum ſeu plauſtrum conficere videantur. Tametſi ſunt qui non ſeptem modò ſtatuunt Triones, ſed biſſeptem ac geminos, ita tamen vt obuerſa ſe ſe obijciant facie, inter quos eſt Arati interpres. Denique dierum breuitatem & cauſas cecinit Iopas, id quod mira expreſſit Virgilius elegantia cum dicat,

444 *Quid tantum Oceano properent ſe tingere Soles*
Hiberni——

quemadmodum eleganter etiam longiores nobis obijcit noctes dum canit,

——Vel quæ tardis mora noctibus obſtet.

Hic verò facilè requirat aliquis Poëtæ induſtriam, quia Luna & Sole hoc eſt ab ijs quæ ad Aſtronomiam pertinent, initium ducit, tum ad naturalem Theologiam aſcendit, hominum & animantium ortum proferens, inde ad Phyſiologiam progrediens imbris & ignium cauſas atque adeò res naturales, attingit, tum ad Arcturum & Hyadas ac Triones, hoc eſt ad Aſtronomica rediens & in iiſdem perſiſtens, de dierũm ac noctium breuitate aut longitudine verba facit. Sed tamen hinc, ſi quis rectè æſtimet, Virgilij elucet induſtria. nam humana Philoſophia (quemadmodum & Plato in Timæo & Ariſtoteles in primo Diuinæ Philoſophiæ ſcriptum reliquit) ex admiratione in primis initium duxit, quam Sol & Luna oculis nobis attollentibus excitant. maximè: verè enim homo ſic ad contemplandum eſt fictus vt nimirum Cœlum ſuſpiciat (ob id enim rectam figuram obtinuit)

ac So-

Digitized by Google

ac Solem Lunámque miretur primò atque hinc ad opificem attollitur & inueſtigandum & cognoſcendum. Atque hinc eſt vt Virgilij Iopas primò canat & Lunam & Solem, tum Lunæ ac Solis auctiorem, ab hominibus initium ducens. Ita fit vt hominum genus, pecudes imbres & ignes canat, quod eſt quæ terra, aër, æther alit, & a diuino opifice profecta ſunt tum ab æthere ad cœleſtia corpora conſcendat, & aſtrorum, vnde etiam dies noctéſque non ſine admiratione variantur, attingat, & in iiſdem, quoniam delectationem habēt admirationémque maximam, conquieſcat: itaut mirum in his carminibus lateat, ſed acutè intuentibus pateat, artificium. Nam ſi obijcias longè pauciſſima attingi, id verò laudi item tribuendum eſt Virgilio: hoc eſt enim canere, non ſeriò & prolixè philoſophari: delibanda enim ſunt Poëtæ aliqua ex Philoſophia ad voluptatem, non in ea perpetuò verſandum ad doctrinam (hæc enim Philoſophis eſt reſeruanda) explicandam, Quòd ſi quis interim affirmet Virgilium dum canit de Iopa, 445

Hic canit errantem Lunam Solíſque labores,

imitatum eſſe Homerum qui tum Phœmium in primo Odyſſeæ, tum in octauo Demodochum canentem inducit, non repugnarim, quamuis illud monuerim, cithara & cantu qui conuiuio adhibeatur conuenire, reliquis toto cœlo differre, cum longè diſcrepent quæ canuntur, in primíſque decoro & grauitate emineant apud Virgilium quæ fortaſſe in Homero ſint requirenda. Atque hæc antequam primum hunc librum claudam in quo Virgilium cum Homero accuratè, ne dicam curioſè contuli, illud monuerim me in libris reliquis graues quidem locos collaturum, ac iudicium de illis prout opus fuerit facturum, ſed tamen mihi omnino eſſe conſtitutum in Poëmatis ſumma ac fabulæ artificio eos in poſterum prout etiam cœpi conferre vel maximè, quapropter minutos quoſdam locos ac leuiores imitationes non ægrè diſſimulabo, ne curioſius fortaſſe illos cōferre videar quàm breuitati & vtilitati conſulere. 446

Part. 163.

Ingeminant plauſum Tyrij, Troëſque ſequuntur:
Nec non & vario, noctem ſermone trahebat
Infœlix Dido longúmque bibebat amorem,
Multa ſuper Priamo rogitans, ſuper Hectore multa:
Nunc quibus Auroræ veniſſet filius armis:
Nunc quales Diomedis equi, nunc quantus Achilles.

Redeunt Tyrij ad ingenium, plauſum enim ac voces quas remiſerant, ad ſilentium ſe ſe recipientes, nunc ingeminant: ſed opportunè tamen quandoquidem Regina dixerat,

Et vos ô Tyrij cœtum celebrate frequentes.

Ita quidem voce ac lætitia fauent ac plauſu: par igitur eſt vt Troiani quoque faueant, ſi non iuſſi, ſponte tamen. præſertim vt Reginæ gratificentur, atque illius optatis reſpondeant, fœdus tamen tacitè comprobantes: & ideo iurè pergit —— *Troëſque ſequuntur*. Iam verò Regina, etſi fœlix illa quidem perſeueraſſet ſi amoris blanditijs reſtitiſſet, infœlix tamen pronunciatur quòd ſe ſe iam ad illas procliuem oſtendat & ideo canitur,

Nec non & vario noctem ſermone trahebat
Infœlix Dido, longúmque bibebat amorem,
Multa ſuper Priamo rogitans ſuper Hectore multa! 447

Vbi verbis priùs & mutuo Aeneæ colloquio amorem illa ſuū & tegit & fouet quaſi ignē, & idcirco etiam cum ægrè ferret ſe ab Aenea diuelli, alia ex eo ſciſcitatur vt moras nectat: itaut cum multa de Priamo, multa de Hectore rogitaſſet, in quibus vtcunque excuſari potuiſſet, quòd humanitatis & officij gratia de maximis illis heroibus Priamo & Hectore quæreret, ad aliena deſcendit conquirenda, quæ inquam non officij gratia ſciſcitatur, & ideo pergit

Nunc, quibus Auroræ veniſſet filius armis,
Nunc, quales Diomedis equi, nunc, quantus Achilles.

Quales verò fuerint Diomedis equi, quantus Achilles, explicabitur poſtea. De Memnone etiam & diximus illud,

Eoáſque acies, & nigri Memnonis arma,

& dicemus in ſecundo. Iam verò dicitur —— *bibebam amorem* vel quia in potatione cum verſa-

Digitized by Google

uerſarentur, eleganter amorem bibiſſe dicitur, vel quia amor quaſi ſuaue vinum bibitur etſi venenum eſt.

Par.164 Immò age, & a prima dic hoſpes origine nobis.
Inſidias, inquit, Danaûm, caſúſque tuorum,
Erroréſque tuos. nam te iam ſeptima portat
Omnibus errantem terris, & fluctibus æſtas.

Rurſus nectit moras, rurſus fouet augétque amoris ignem, itaut peſti deuota iam agnoſcatur ſatis. Ne igitur ab Aeneæ conſortio diuellatur ampliſsimum illi aperit campum in quem eius excurrat oratio: nam & Troiæ excidium & ipſius Aeneæ nauigationes, eáſque ſeptennij penè integri, enarrandas, proponit. Aptè verò ait, dic inſidias Danaûm, ne videretur fauere Græcis: ita quidem allicit illum commodiùs. Contra verò dignitatem quandã addit Aeneæ erroribus, quos item quãdiu eos ſuſtinuiſſet, exaggeratè commemorat. Sed quoniam de his quidem multa diximus antea, multa etiam dicenda ſunt paulò poſt, haud longius faciam in præſentia. Illud potiùs requiram vnde nam perceperat Regina Aeneam iam ſeptennio toto iactatum eſſe, ac terra maríque erraſſe. Sanè bella audierat cum dixerit

448 —— *Quis Troiæ neſciat Vrbem,*
Virtutéſque viróſque, aut tanti incendia belli?

Sed poſt bellum tamdiu erraſſe, vnde nouerit, non ſanè conſtat: niſi tamen dicas ex illis Aeneæ verbis

O ſola infandos Troiæ miſerata labores,
Quæ nos, relliquias Danaûm, terræque, maríſque
Omnibus exhauſtos iam caſibus, omnium egenes,
Vrbe, domo ſocias ——

coniectare potuiſſe & colligere Aeneæ errores. Cũ enim excidium atque excidij tempus & quid Aeneæ contigiſſet, quæ omnia in templo expreſſerat, cognouiſſet, facilè fuit Aeneæ ipſius fugam percepiſſe, & ſeptennalem incitationem, quoniam iam tum Aenea primò ſuis laboribus perfugiũ ſe inueniſſe profitebatur, colligere: tutiùs tamen ſit exiſtimare inter colloquia hæc ab ipſo Aenea didiciſſe qui ſeptennio, ſe iactatum breuiſſimè confeſſus eſſet. Sæpè enim fit vt Poëtæ quædam Lectoris committant iudicio, qui ex vna re alteram pro ſua prudentia intelligat.

Iam verò antequam primum hunc librum cõcludamus in quo Heroici Poëmatis fundamenta Virgilius iecit ſui, lubet nonnulla obſeruare quæ Heroici Poëmatis ſtudioſum iuuare poſsint ac delectare. *Obſeruantur quędã pro Heroico Poëmate.* Ac primò illud obſerues Virgilium, quippe ſolertiſsimum, ita Didonis amores texere, ac propterea in conuiuio moras nectere, vt clam occaſionẽ ſibi ac viam patefaciat ad fabulam augendam & amplificandam: ſatis enim nouerat magnitudinem in Heroico Poëmate (id quod egregiè admonet Ariſtoteles) requiri, itaut cum Tragędia & Comędia vnius ſolis curſu aut etiam ſenis octoníſue horis contenta ſit, Epopœia nullo ferè tempore aut certè aliquorum annorum curriculo ſit concludenda, proindeque etiam longiùs producenda. I Et quanquam ſatis nouerat Virgilius Homeri Iliadem ob nimiam longitudinem minùs probari, vnde illud Iliade longius (quanquam

449 Odiſſea quoque ab tali non abeſt crimine) verumtamen cauendum quoque animaduertit ne fabula contractior eſſet ac breuior. Ob id igitur dum Didonis oſtentat amores, clam occaſionem arripit vnde producat fabulam. Ita quidem ſic nectit moras Dido, atque Aeneam ad excidium & nauigationes narrandas impellit, vt ingenioſè Virgilius ſibi ad ſecundum & tertium librum ſternat aditum. Ita fiet vt hinc amplificetur fabula, cuius decus in magnitudine quoque ſtatuitur ab Ariſtotele. Tametſi II quoniam ab eodem in rerum admiratione Epicæ fabulæ dignitas conſtituitur vel maximè, ingentem quoque admirationem in ſecundo & tertio excitabit: in ſecundo propter Sinonis & Vlyſſis calliditatem, Vrbis ruinas, Aeneæ pietatem, Priami atque Heroum cædes, Regni maximi fœliciſſimíque excidium: in tertio propter Aeneæ Troianorúmque pericula, tolerantiam, & caſus varios & graues: de qua re ſuo loco. Quòd ſi interim quæras num hinc Epiſodio interponendo an veriùs fabulæ ipſius producendæ ſibi aperiat aditũ, III id verò commodiùs in ſequenti. Interim illud etiam obſeruemus, Virgilium Pictoris inſtar optimi qui & coloribus & vmbris & deſignatione & figuris variet fabulam, varietate

rerum

rerum ac ſtyli delectare ac fabulam exornare ſibíque laudem conciliare. Nam hactenus
mirum eſt quanta rerum varietate vſus ſit, nunc Deos, nunc homines, nunc Reginā nunc
Heroëm veluti in Theatrum producens, aures atque animos delectarit: Iam verò vnum
Aeneam toto ſecundo ac tertio detinebit, qui aliunde capiat animos oblectétq; mirificè.
Sed & illud obſeruandum Ariſtotelē tanti feciſſe imitationē qua perſonæ introducuntur,
vt hinc etiam principē laudē tribuerit Tragędiæ inter Poëmata. Contrà verò quæ tali imi-
tatione carerent carmina, vix ac ne vix quidē Poëmatis nomine dignanda cenſuit. Itaq; in
Heroico omnino iuſſit vt quoad eius fieri poſſet ſileret Poëta, ac perſonas introduceret
loquētes, vt. ſ. imitatio inde exiſteret. Et hac de cauſa ex priſcis Poëtis multos, etſi alioquin
Heroici haberentur, Poëtarum ſpoliauit nomine, quòd tali imitatione carerent. Contrà ve
rò Homerum ſummopere celebrauit qui perſonas paſſim loquentes faceret ac perſonam 450
celaret ſuam. Itaque Virgilius cum hactenus narratione & imitatione variarit primum
hunc librum, itaut partim ipſe narrauerit, partim perſonas introduxerit ac viciſſim intro-
duxerit, nunc in ſecundo, & tertio Aeneam loquentem faciens, imitabitur perpetuò. Sed
de hac quoque re pleniùs in ſequenti. Illud nunc addo, eò clam item, mentem omnem co-
gitationémque conieciſſe Virgilium vt initia poneret Populi Romani laudibus amplificā
VI. dis, quas attigit ſuprà, ſed in ſexto ac deinceps proſequetur copiosè. Cum enim in eo maxi
mè enituiſſet Romanorum virtus quòd Carthaginienſes deuiciſſent, quibúſcum de Ter-
rarum Orbis Imperio decertarant, hîc Didonis amores primùm, tum indignationem ac
furorem, paulò poſt odia, proferet vnde inimicitiæ ac bella coorta ſunt, ex quibus extitit
Romani Imperij maieſtas. Verè enim dici poteſt Populum Romanum trecentos ferè in-
tegros annos pro anguſto ſolo atque agro dimicaſſe, quin ſerò etiam extra portas ſuum
dominatum ad Occidentem ac Meridiem dilataſſe. cum ecce tibi bello cum Carthaginē
ſibus ſuſcepto iiſque deuictis intra paucos annos totum Terrarum Orbem victoriis pera-
grauit. Quare ingenioſè Virgilius qui hinc ſibi viam aperit ad tale tantúmque Romanum
decus celebrandum, ac bellica illa facta cohoneſtanda: quæ omnia in reliquis item libris
decantabit Virgilius: itaut iurè ac meritò hinc Populi Romani Hiſtoricus dictus fuerit.
Atque hæc in primo obſeruaſſè velim, ſi vnum addidero ex Scaligero quod cum libri hu-
VII. ius fine videri poſſit coniunctiſſimum. Ergo Scaliger in hunc locum ſic ſcribit. Atque
huius tantùm libri exitus non eſt tragicus: cæterorum omnium tragici. Tam diuerſa ta-
men rerum compoſitione, vt in animis ingeniiſque diuinis mirificam excitet admiratio-
nem: tanta, támque diuerſa varietas eſt. In ſecundo Creuſa eripitur vt inter Deos ſit. In
Tertio vulgari morte Anchiſes. In quarto ſeipſam Dido interficit. In quinto Palinurus in 451
mare deturbatur. In ſexto Marcello, tanquam mortuo, canitur epicedium. In ſeptimo eo-
rum catalogus texitur, qui ad interitum eunt. In octauo ad clypei picturam multæ mor-
tes, Cleopatræ exitium, & gentes victæ. In nono Troianorum ſtrages in ſuis caſtris. In de-
cimo Mezentius ab Aenea interimitur. In vndecimo delentur Volſcorum acies. In duo-
decimo Aeneæ manu Turnus cadit. Sic Scaliger libro tertio ſuæ Poëticæ capite XXVIII.
Sed mirum hæc Scaligerum vel ſcripſiſſe, vel quibuſdam probaſſe. Nam vt omittam mul
tos ex hiſce libris per vim ſeu per iniuriam Tragicos fieri interim & reclamante fabula to
ta, quis neſciat in primo etiam Lycium Orontem miſerè occumbere, & vnà cum ſocijs
fluctibus mergi? Habet igitur hic quoque liber vnde tragicus cenſeatur, ac maiore ferè
quàm quiſquam alius ad Tragicum euentum referatur, dum Aeoli iniuria ſub Aeneæ ac
Troianorum aſpectum mergitur, vnde non modò mors, ſed terror & commiſeratio oriā-
tur quibus tragica gaudet fabula. Itaque verendum ne coactè nimis, ne dicam meræ nu-
gæ, videantur obſeruationes iſtæ. certè Ariſtoteles vbi indicat quæ ex Iliade vel ex Odyſſea
Tragœdiæ deriuari poſſint, perperam ageret ſi res vel ex libri concluſione (quanquam ne
in hac quidem conſtanter perſiſtit Schaliger) vel ex ſola alicuius de quo mentio fiat, mor-
te, rem, Schaligeri æſtimaret more. Nihil eſt igitur cur aut Comœdiæ aut Tragœdiæ locū
primo huic attribuamus libro, vel ſi ob Palinuri caſum tragicus eſt quintus, Tragicota-
tos erit primus, in quo Lycium Orontem cum ſocijs deuorat fluctus.

Finis Libri Primi.

P. VIRGILII MARONIS ÆNEIDOS

Liber Secundus.

Part. 1.

Conticuere omnes, intentique ora tenebant:
Inde toro pater Aeneas ſic orſus ab alto.

452 ILII ſeu Troianæ Vrbis excidium canit noſter Vates in hoc II. libro : ita tamen vt machinationem priùs commemoret, vnde Græci Vrbem occuparint: mox cædes, incendia, ruinas, excidium denique vniuerſum perſtringat.

Commodè verò cecidit, vt Poëmati reliquo Troiæ præmiſerit excidium: quandoquidem Troianis excidij vſque adeò frequens ſit mentio, vt ab illo Aeneis orta videri poſſit. Adde quod Homerus (id quod mirum, ne dicam abſurdum, alicui videatur) in Iliade, vbi Ilium oppugnatur, de excidio ne verbum quidē: ita vt Ilij oppugnationem potiùs quàm expugnationem Homeri contineat Ilias. Cum igitur ad Homerum hac in re confugere haud liceat & tamen turpe ſit Ilij excidium ignorare, quod Aeneidis caput eſt ac fons, quidni obſecro admodum opportunè a Virgilio decantetur? Denique cum Virgilius ad oppugnationem quaſi digitum intendiſſet, eámque veluti præteriens deſignaſſet, dum Carthaginienſis Templi picturas agnoſceret (longiorē enim narrationem haud ferebat locus) hîc expugnationem, ac paulò etiam prolixiùs, commemorare non grauatur. At enim, cum in Propoſitione eius ſibi uiri arma & errores proponeret decantanda, qui Troia profugus in Italiam veniſſet, atque Vrbem ædificaſſet, cur obſecro Troiæ expugnatione & excidio rem anteuertit totam? Rectè. verè enim errores & bella in argumenti loco proponuntur. Itaque ad Epiſodium confugiunt Interpetres: quaſi verò Virgilius, quippe qui in I. aliquam errorum partem cecinit, nunc obiter vel ad inſtitutæ actionis narrationem tantiſper relaxandam, vel ad tandem actionem Epiſodio nobili augēdam & exornandam, arrepta occaſione, Troiæ canat excidium. Ego verò Poëtam, ſi hoc conſilio id feciſſet, non modò non improbarem, ſed laudarem: quādoquidem egregio ſanè, & verò Poëmati huic aptiſſimo, actionem locupletaſſet & illuſtraſſet Epiſodio. præſertim verò quia cum appoſitè admodum & opportunè de Didone, quippe quæ iam amore æſtuabat, illud pronunciaſſet Virgilius, *Imò age, & a prima dic hoſpes origine nobis*

Inſidias (inquit) Danaûm, caſúſque tuorum,
453 *Erroréſque tuos; nam te iam ſeptima portat*
Omnibus errantem terris & fluctibus æſtas,

par erat, ut continenter etiam Aeneam induceret qui Reginæ optatis & poſtulatis, ſi non cumulatè omnino, aliqua ſaltem ex parte ſatisfaceret. Quapropter per me licèt propoſita interpetrum ratio excipiatur, vnde conſtet Ilij excidium non temerè interponi. Sed tamē ſi quis me in conſilium adhibeat, tutiùs ſit fortaſſe propoſiti excidij narrationem non πάρεργον & Epiſodium efficere, ſed ἔργον & fabulæ ſiue actioni adnectere. Etenim quemadmodum in hiſtoria cauſæ rerum geſtarum, ſi narrentur, non ad digreſſionem ſunt reuocādæ, ſed ad res geſtas, quarum ſunt cauſæ, (hæ namq; rebus geſtis intelligendis plurimum afferunt utilitatis, & uerò hiſtoriam multò magis perfectam reddunt) ita in præſenti cauſæ nauigationis & errorum Aeneæ, quippe quæ plurimùm conducunt ijs intelligendis, cū ijſdem erroribus nectendæ ſunt; ita ut non πάρεργον & Epiſodium exiſtat inde, ſed cum fabula & actione ſint coniungendæ. Nec obſtat quòd in Propoſitione unde actio & materia æſtimanda & petenda eſt, haud expreſſæ fuerint: nam Propoſitionis eſt actionem ipſā in medium afferre : quemadmodum in hiſtoria quoque per ſumma capita & in vniuerſum res geſtas, & in philoſophicis monumentis res ipſas vniuerſim item, proponimus. Quapropter quemadmodum nec Philoſophi in progreſſu cauſas vllo modo prætermittunt rerum propoſitarum, nec Hiſtorici, ſi eas reſcierint, reticent; ſic in poëmate, vt eſt adumbrata quædam hiſtoria, cauſæ non ſunt reticendæ, quin magna cum laude percēſentur, &

LIB. II. Argumentum eſſe Ilij excidiū, & quàm opportunè hic decantetur.

Dubitatur

Reſpondetur ac docetur Iliaci excidij narrationem non ad Epiſodium, ſed ad Actionem pertinere.

Dubitatur rurſus. Reſpondetur.

Digitized by Google

tur.& ideo in I.quoque libro Siculam Aeneæ iactationem decantaturus , a cauſis Iunonianæ incepit iræ unde iactatio illa & tempeſtas duxit initium.

Dubitatur adhuc.

At enim vnde conſtat Ilij excidium ab Aenea commemorari vt errorum , quos iam iã Didoni erat narraturus,cauſas præmitteret? Denique fatemur cauſas afferri cum laude;cõcedimus etiam Propoſitionis eſſe res narrandas ſeu materiam proponẽdã,nec tamen cauſarum habendam eſſe mentionem in Propoſitione ; ſed tamen iſthæc cauſarum nomine afferri ab Aenea,id obſcurum uideri poteſt. Minimè uerò: nam Virgilius tum ante Troiani excidij narrationem,tum poſtea,indicat ſe huiuſmodi excidium eo conſilio canere,ut errorum ſeries a cauſis duceretur.& quidem antea id ſignificauit Virgilius carminibus illis quibus perorauit I.librum dum caneret, 454

Reſpondetur.

Imò age,& a prima dic hoſpes origine nobis
Inſidias(inquit)*Danaûm caſúſque tuorum,*
Erroréſque tuos: ——

hîc enim dum a prima origine ea ſibi narrari poſtulabat Dido ſine dubio a cauſis & initijs ſibi narrari poſtulat, quemadmodum iamdiu demonſtrauimus. atque hoc eſt quod poſtea nobis reuocauit in memoriam Poëta dum ad Tertij libri initium ſic pergentem induceret Aeneam,

Poſtquam res Aſiæ Priamique euertere gentem
Immeritam viſum Superis,cecidit que ſuperbum
Ilium,& omnis humo ſumat Neptunia Troia:
Diuerſa exilia,& deſertas quærere Terras,
Augurijs agimur Diuûm.

vbi ſanè Troianorum fugæ nauigationíſque neceſſitatem & cauſam duxit ab excidio. Ita quidem videtur mihi Virgilius in II.hoc libro non Epiſodium actioni amplificandæ interponere,ſed errorum & actionis cauſas proferre: ſic fortaſſe non tam digreditur quàm in actionis ipſius curriculo verſatur.

Præter Ilij excidiũ alium huic libro, etſi clam propoſitum eſſe finem, & quis ſit.

Quanquam illud eſt adhuc animaduertendum quod ſecundo huic libro commodè & intelligenter euoluendo plurimum conferat:nimirum non vnum ſibi finem propoſuiſſe Virgilium in hoc II.libro,ſed multos,eóſque varios ac nobiliſſimos:quorum aliqui in prõptu ſunt,aliqui latent aut certè minùs oſtentantur a Poëta. primus verò ille eſt vt, quemadmodum dicere cœperam,cauſas proferret vnde fugam capere coactus eſſet Aeneas, ac ſubinde ſeptennio ferè toto terra maríque iactatus aberraſſet. alter vt Reginæ ſatisfieret poſtulatis.tertius vt fabula ac Poëma amplificetur,ornetur. uarietur. cum enim Epopeia anguſtis finibus non ſit contenta ſed gaudeat amplitudine, atque hanc ex rerum geſtarum cauſis quoque,ac citra epiſodia (quanquam hæc etiam vſurpanda ſunt) conſequi poſſit,haud fuit harum narratione cauſarum ſuperſedendum. Sed & quartus ſuccedit finis,qui ſanè maximè omnium Poëtam impulit ad hanc narrationem,etſi enim latet non- 455
nihil,vel certè non oſtentatur eiuſmodi finis,præcipuus tamen eſt. Etenim,ſi quis attẽtiùs æſtimat,intelliget clam eò inprimis ſpectare hanc Troiani excidij narrationem, vt Aeneæ pietas tum erga Patriam & Priamum Regem,tum erga Anchiſem parentem, Aſcaniúmque filium & Creuſam uxorem,tum erga amicos, & ſocios, tum inprimis erga Penates, appareat.ut enim ſparſam de Aenea proditionis famam magis adhuc ac magis ſupprimat atque adeò extinguat , nihil aptius & accomodatius. quis enim tam ardentem pietatem ac uirtutem audiat in Aenea,qui non famam illam mendacem omnino ac falſam eſſe intelligat? Itaque ſi quis attentiùs totam hanc æſtimet narrationem,intelliget a Virgilio admirabili artificio,hoc eſt quaſi aliud ageret,ac totus in excidio Iliaco eſſet, Aeneam ſic effingi,ut cupidiſſimè optet ſanguinem pro ſalute ac dignitate Patriæ ac Priamo profundere:aut certè cadente Patria, occumbente Priamo, vnà cum ijs ipſe etiam nitatur occumbere: quæ res in progreſſu meridiana luce apparebit clarior. Quid quod interim Romanorum,maximè verò Auguſti ſeruit dignitati?cum enim Romanorum Auguſtíque ortum atque originem decantare interim ſtatuiſſet, faciendum ſanè fuit vt Aeneam a quo propagarentur Romani, non modò culpa illa eximeret, verùm etiam ſingulari quadam pietate,fortitudine ac Patriæ caritate ornaret. Neque verò,dum tale Vatis latet conſilium in hoc libro,Aeneidos argumentum labefactatur,quandoquidem ſic cohærent, ut latens libri huius argumentum generali ſeruiat. etenim dum Virgilius Aeneæ errores, bella, & ad extremùm noui Regni fundationem canit,quod eſt proprium argumentum Aeneidis,

ſucceſſio-

Digitized by Google

ſucceſsionem Aeneadum ac Romanorum Auguſtíque imprimis gloriam ſine vlla argumenti offenſione interponit vnde alter quidem Aeneidis finis ac nouum veluti argumentum clam exiſtit,cui interim etiam ſeruitur dum Aeneas omni proditionis infamia liberatur, vt magna cum Romanorum & Auguſti gloria, pietatis ac fortitudinis laude & omni iuſtitiæ genere,decoratur. Atque hinc eſt vt ſextus quidam ſcopus ac finis ſit adhuc Virgilio propoſitus,qui non modò non perturbet Aeneidis œconomiam,verùm etiam cum primo illius fine & ſcopo mirificè conſentiat. etenim ſic Ilij narrat excidiũ, vt docere mo-
456 liatur, Troianum Regnum non Græcorum virtute cecidiſſe, ſed tum fatorum ac Deorũ voluntate & imperio, tum maximè cæleſtibus Mineruæ aliorúmque Deorum multorũ armis, quibus mortales reſiſtere haud poſſent. alioquin nunquã futurum fuiſſe vt a Græcis Dardanij ſuperarentur. quod ſanè tum Troianorum tũ maximè Auguſti,qui a Troianis ortus videri vellet, fauet dignitati. præſertim verò quia non obſcurè indicat ea de cauſa Iouem permiſiſſe vt Ilium Troianúmque Regnum euerteretur, quod ab Aenea in Italia eſſet excitandum,& gens illa propaganda, quæ & Græcorum iniuriam vlciſceretur, & Mundi tandem Imperio potiretur. De qua re tota in progreſſu item conſtabit ſatis. Atque hi ſanè fines obſeruandi ſunt accuratè, quandoquidem in progreſſu huiuſce libri intelligentiæ vſui erunt maximo.

Iam propoſitus locus explanatur

Nunc quoniam amplum nobis aditum aperuimus vnde intelligenter librum hîc percurramus, (quanquam ex proœmij, quo Aeneas vtitur, explicatu, aperietur ampliſſimus) ad propoſita carmina, quibus Poëta in medium adducit Aeneam, & ad Troianum excidium narrandum comparat,explicemus,tum ad Iliaci excidij narrationem deſcendamus. Ergo cur conticuiſſe dicat omnes,in promptu eſt: cum enim paulò ante cecinisset,

Fit ſtrepitus tectis, vocémque per ampla volutant
Atria ——— & rurſus
Ingeminant plauſum Tyrij, Troëſque ſequuntur.

denique Iopas etiam cytharam pulſaret ſimúlque caneret; par erat vt Reginæ optatis, ſilentio, Aeneæ narrationi attentis auribus atque animis, fauerent omnes. Ita quidem ſilentio facto, ora & vultus in Aeneam conuertunt. Cur verò Aeneas hîc appelletur pater, inde intelligitur quòd paulò antè Ilioneus dixerat

Sin abſumpta ſalus & te pater optime Teucrûm
Pontus habet, ———

vbi dignitatis ergo & ob curam veluti paternam quam ſuſceperat Troianorum, illum,etſi florenti adhuc ætate,patrem appellar. Vt omittam facilè contingere potuiſſe, vt Virgilius hoc Aeneæ tribuerit nomen quòd Auguſto, hoc eſt ei qui ſe ab Aenea deſcendiſſe profiteretur,a Romanis tributum eſſet: ſiquidem illi & Cæſaris,& Quirini,& Patris obtulerãt nomen. hinc Horatius

457 *Hic ames dici pater* ———

& quanquam deinde Auguſti & Principis inualuit appellatio, nihil prohibet quominùs patris nomen, quippe quod ab Ioue primum hoc & a Deorum atque hominum patre, deriuarent,tum Auguſto,tum Aeneæ,qui ſe a Venere & Ioue ortos facerent,magna cum laude tribueretur.

Num verè in ſtratis recũberent ac de Triclinio.

Paulò difficilius eſt quod pertinet ad accubitum, cum non ſediſſe ſed toro ſeu ſtrato recubaſſe dicatur,de qua re,quoniam iamdiu dicendum recepi; præſens locus admonet vt fidem liberem meam. Igitur ſatis conſtat apud Hiſtoricos circa Scipionis Maioris & Plauti tempus Romæ fuiſſe in more poſitum vt cœnaturi non in ſellis aut ſcamnis,quemadmodum apud nos factitatur, ſederent,ſed in toris (præſertim viri nobiles) ſeu lectis diſcumberent. itaque noſter Vates in eam conſuetudinem intuens. Aeneam toro accumbentem induxit cœnaturum, quem morem expreſſerat etiam cum caneret Aeoli nomine.

Tu mihi das epulis accumbere Diuûm.

denique in fine I. ſic Troianos ac Tyrios ad conuiuium introducit vt toris ex ordine diſcubuerint.

Hinc iudicium Poëtæ requirunt aliqui, eúmque reprehendunt, quòd in anacroniſmũ inciderit,ac temporum rationem non habuerit: quaſi verò cum heroicis temporibus Aeneas Troia nauigaſſet, & in Europam aut Africam perueniſſet,accumbẽdi vſus eſſet inauditus. Et ſanè Homerus perpetuò inducit tum Deos tum heroas, quorum deſcribit conuiuiũ,ſedentes non in lectis accubantes. ſic Catullus dũ Pelei nuptias deſcribit ad quas Deos heroéſq; multos introducit,hos ſedẽtes facit non recũbentes.ſic Apollonius in Argonau-

Digitized by Google

tica priſcos illos heroës ſedentes exprimit in cõuiuio. Plato ẽt in ſymphoſiõ Alcibiadẽ. Socratẽ, ac reliquos cõuiuas ſediſſe memorat. quapropter *ὄυτε κατακλίζεσθαι παρὰ τοῖς Ἀχαιοῖς ἔθος ἀλλὰ δαίνυσθ' ἑζόμενοι* *Non accubare ſolebant Græci ſed ſedere in conuiuio*, ſcribit Athenæus. De Romanis vero nihil attinet dicere: conſtat. n. priſcos frugalitatem cum in aliis rebus omnibus, tum in conuiuijs coluiſſe. Qui enim militiam ſectabantur, ſtantes plerunque capiebant cibum: atque hinc ſtatiuum prandium apud Romanos inuenit nomen. Quod ſi extra caſtra commodiùs conuiuium celebrarent, ab accubitu tamẽ abſtinuere diu. parſimo 458
niam hac in re quemadmodum in alijs multis ac veterem ſedendi morẽ retinentes. Itaut quamuis tandem & triclinia extruerent, éaque auro & argento aut etiam ebore elaborarent, toros purpura ſternerent, cœnatorias veſtes adhiberent, coronas, vnguenta, picturas, conchyliata periſtromata, cantores, mimos, comœdos, gladiatores, ſed imprimis exquiſitiſſima ædulıorum genera inducerent, itaut priſcam frugalitatem in delitias ac luxum cõuertiſſent, id tamen multò ſeriùs fecerint quàm vel Dido vel Aeneas floruerit. Huic igitur dubitatori Iacobus Mazonius in Aldigherij defenſione ſic reſpondet vt accubitus & diſcubitus nomen latè patere exiſtimet, quaſi verò ijs etiam aptetur qui in ſella ac throno reſideant. Itaque Aeolum ſedendo accubuiſſe ait inter Deos: ſic Tyrios & Troianos: itaut Aeneas in toro, hoc eſt in throno reſederit & ab alto, hoc eſt è throno verba fecerit. ſed vereor vt poſſim Mazonio aſſentiri: quãdoquidem Virgilius de Didone, quæ item accubuit, ſic cecinit, *——Aulæis iam ſe Regina ſuperbis*

Aurea compoſuit ſponda, mediámque locauit.

itaut in lecto ſine vlla dubitatione recubuerit. denique, vt omittam a M. Tullio ſeſſionẽ accubationi ſæpè opponi, accubationem hoc in loco ad ſeſſionem præpoſtera diligẽtia trahi nemo non ſentit. alioquin verendum ne Mazonius dum Liuius ſcribit, Scipionem & Aſdrubalem eodem lecto accubaſſe, hos in vna & eâdem ſella nitatur collocare. Vt mirũ ſit Italicum Poëtam quendã, etſi alioquin eruditionis perexiguæ, agnouiſſe ſpõdã ad accubitũ pertinere, & ſeſſioni opponi, atque ideo Caroli magni conuiuiũ deſcribẽtẽ ceciniſſe

Alla ſua menſa fur Re Saracini, Boiar. li. 1. can. 1. ſtan. 11.
Che non volſer' uſar banco nè ſponda
Anzi ſtero a giacer come maſtini,

ac Mazonium, qui nuſquam non eruditus videri vult, hunc Poëtæ locum tam præpoſterè explicaſſe. Ergo vt Virgilium a calumnia eximamus (verè enim per ignorationem carpitur & accuſatur) ex hiſtoriarum vetuſtate repetendus eſt accumbendi vſus. Neque verò, vt hoc oſtendam, eò confugerim vt dicam longè ante Scipionem hunc accumbẽdi morẽ Romæ introductum eſſe: idque ex M. Tullio ſuaderi poſſe: qui ſanè *Apud maiores* (inquit) *qui accumberent, canebant ad tibiam clarorum virorum laudes*. etſi enim hæc verba, quoniam M. 459
Tullius accubitum ſeſſioni opponit ſæpè, niſi de vero accubitu, quíque ſtratis fieret intelligi vix poſſunt, haud tamen efficiunt heroicis illis Aeneæ temporibus huiuſmodi morem fuiſſe receptum, cũ, quo tempore Aeneas in Libyam aut Italiam peruenit, Vrbs nõdum condita eſſet. Neque rurſus eò confugiam vt dicam Troianos ipſos aliquando toris eſſe vſos dum cõuiuium celebrarent. etſi. n. Aeneas in III. canit —— *extruimúſque toros* —— hic tamen locus perinde ac cæteri, in ſuſpicionem vocari poſſet, quaſi verò hîc etiam in anacroniſmum inciderit Virgilius. & hac de cauſa ne illud quidem Ouidij vſurpabo

Diſcubuit Theſeus comitéſque —— Denique illud etiam Virgilij prætermittam

—— Cui nunc Marauſia pictis
Gens epulata toris ——

quanquam enim hic locus non exigui momenti eſt, vt audietis, interim tamen Virgilium pro Virgilio afferre haud lubet. At enim quibus veteris teſtibus aut monumentis? ijs planè quibus falſum ſubeſſe nequit. nam Aſſueri conuiuium quod in ſacris litteris deſcribitur, Eſther cap. 1.
accubando non ſedendo fuit celebratum: ita vt ſupra cẽtum & viginti prouinciarum proceres accubantes, interfuerint. Tobiam quoque ſanctiſſimum illum ſenem pro more gentis accubaſſe inde intelligitur, quòd ex accubitu exiluiſſe dicitur. itaut cum Aſſuerus Scipionẽ longo temporis interuallo anteceſſerit, ſatis coniectare liceat, Virgilium non in recentẽ illum Romanorum morem ſed peruetuſtũ & apud Aſſyrios tritum ſpectaſſe. itaut Virgilius ab anacroniſmo & perturbata tẽporis rõne abfuerit lõgè. Imò verò tantũ abeſt vt hac in re iudiciũ ſit in Poëta requirẽdũ, vt antiquitatis ſciẽtia & ſtudio celebrãdus ſit. nã cum conſtet apud Aſſyrios & Orientis populos hunc morem viguiſſe, acutè illum in Didonis expreſſit conuiuio quæ in Lybiam è Phænicia & Syria profecta erat. Quid multa? C. II. ad initium.

dum

Digitized by Google

dum Virgilius ſuperbis aulæis & aurea ſponda deſcribit Didonis torum, ſimúlque addit.

Stratóque ſuper diſcumbitur oſtro. ac rurſus

460 *——Tyrios toris iuſſos diſcumbere pictis,*

mirum eſt quantopere cum Aſſueri toris id conſentiat, quos tentorijs auro, argento, pictura, inſtructos & exornatos legimus. & huc etiam pertinet quod dum vetuſtorum conuiuia Romanorum Italorúmque exprimit, ſedentes facit conuiuas. quare in libro vij.

Perpetuis ſoliti patres conſidere menſis.

ita ut pro gentium ac temporum inſtitutis ac moribus rem variarit prudentiſſimus Poëta: ſcitéque imprimis & Tyrios & Marauſios accubantes expreſſerit. Quanquam illud rurſus dubitet quiſpiam quî Dido, hoc eſt fœmina, non turpiter cum viris accubaret. certè apud Romanos honeſtas fœminas cum viris in conuiuio accubuiſſe non facilè inuenias. denique cum in Deorum conuiuijs Iuppiter in Capitolio recubaret in lectiſternijs, Iuno contra & Pallas in ſella collocarentur, quis non intelliget turpe viſum fuiſſe Antiquis fęminas accubare? nam de Græcis nihil attinet dicere; cum hos perpetuò conſediſſe ex Cicerone in III. Verrina compertum ſit. Ego verò contra mitto Tyrrhenos cum fœminis, Athenæo teſte, ſub eodem ſtragulo accubaſſe: mitto apud Romanos etiam id aliquando auditum: ſiquidem Ouidius canere non dubitauit *Dubitatur.* *Reſpondetur.*

Atque erit in ſocij fœmina parte tori. & rurſus

Cum premet ille torum, vultu comes ipſa modeſto

Ibis, vt accumbas.——

Denique Valerius Max. hoc ipſum de ſua ætate teſtatur. Hæc inquam & huiuſcemodi alia omitto, atque illud affirmo apud Romanos fęminas, etſi paulò ſeriùs, exceptas eſſe ad huiuſmodi accubitum: apud Aſſyrios quoque nuptias accumbendo fuiſſe celebratas. quare fatendum eſt ita diſcubuiſſe vt fęminæ ſeorſum a viris, in diuerſo inquam toro, recumberent, ita tamen vt eodem conuiuio iiſdémque epulis intereſſent. ac fortaſſe apud Romanos eodem modo celebrabantur nuptiæ: ita ut fęminæ vitio datum ſit non accubitus ſed quòd in eodem cum viro accumberet lecto. nam toros ternos, quaternos, quinos etiam diſpoſitos fuiſſe, & in ſingulis toris binos, ternóſue, aut etiam interdum quaternos recubuiſſe legimus. Quid plura? in antiquis lapidibus figuras offendimus fęminarum quoque
461 accubantium in virorum conuiuijs. ex quo fit vt Dido honeſtè ac pro dignitate iiſdem epulis accubare potuerit dum tamen in eodem toro diſcumberet. Et ſanè veriſimile eſt eum, qui medius inter Troianos & Tyrios torus fuiſſet collocatus, hunc Didoni, quippe Reginæ, inſeruiſſe: nam id Virgilius ſignificare viſus eſt dum caneret de Regina

——mediámque locauit.

At enim, ſi ita eſt, quî commodè cibum capere poterant, qui concionem habere, atque triclinio toto audiri? qui enim ſedet, capitis pondus ceruice ſuſtinet commodè: commodè etiam & cibum ſumit & colloquia miſcet, & orationem, ſi opus ſit, intendere ac triclinio toto vel etiam aula fundere poſſit. qui recumbit, ægrè hæc obire valeat. Igitur de tota huiuſce accubitus ratione eſſet paucis agendum, vt liceret propoſitas dubitationes tollere: verùm quoniam deſignatione potiùs ac Mathematicorum more figuris id eſſet declarandum, idcirco ipſe, quoniam Virgilium a calumnia liberaui ſatis, hac in re haud longiùs faciam: præſertim verò ne videar actum agere. Curioſi libellum perlegant Petri Ciaconij de Triclinio, in quo hoc argumentum perſequitur, Baronium Cardinalem I. Annalium tomo; Mercurialem lib. I. Gymnaſticæ cap. xj. vbi ſigillatim pictura ſeu figuris exprimit ex antiquis lapidibus huiuſce Triclinij formam, ſigillatímque ex antiquiſsimis quæ apud Ramnuſios Patauij viſcuntur tabulis ægregiè nos inſtruit. legendus eſt etiam Lipſius antiquarum lectionum lib. iij. ſed & Philander in Vitruuium, Paulus Manutius in quęſitis per epiſtolam, Lambinus in Horatium, Delrius in Senecam, legi poterunt non inutiliter. hi inquam conſulendi ſunt de Triclinij forma & accubitus ratione. nam accubaſſe in lectis ac reuera conuiuium hac ratione celebraſſe, ex Varrone, Liuio, Plinio, Valerio Max. Plutarcho, Athenæo, Galeno, Alexandro, Iſidoro, & (vt Plautum mittam, Horatium, Martialem, & Poëtas multos) Cicerone & Vitruuio conſtat ſatis. Nunc tantùm dicam viros etſi latus ſæpè mutarent ac ſitum, ita ut interdum ſupini aut proni, aut contractis cruribus cernerentur, paſsim tamen ſuperiori corporis parte ad læuum latus inclinata, & inferiore in longum porrecta, & iacente, capite leuiter erecto ac tergo puluillis ſuffulto, recubuiſſe:
262 fęminas, quantum ex lapidibus colligere licet, plus paulò erectas, & capita vnà cum

Dubitatur. *Reſpondetur.*

Var. li. de vita. Po. Ro. li. Plin. varijs locis. Va. ma. li. 5. Plut. in Symph. probl. 6. Ath. l. 8 & al. Gal. Alc. publ. 82. Iſid. li. 20. eth. Cice. 5. Tuſc. Vitr. & in eum Philan.

S 2 hume-

Digitized by Google

humeris ſuffulta puluillis, ferè conſediſſe, itaut commodè & cibum capere, & colloquia miſcere & concionem habere poſſent. Sed iam Aeneam audiamus, qui ad Reginam conuerſus, ſic orationem orditur.

Part. 1. PROOEMIVM totius narrationis.

Infandum Regina iubes renouare dolorem, 462
Troianas vt opes & lamentabile regnum
Eruerint Danai: quæque ipſe miſerrima vidi,
Et quorum pars magna fui: quis talia fando
Myrmidonum, Dolopúmue aut duri miles Vliſſi,
Temperet a lacrymis? & iam nox humida cœlo
Præcipitat, ſuadéntque cadentia ſydera ſomnos.
Sed ſi tantus amor caſus cognoſcere noſtros,
Et breuiter Troiæ ſupremum audire laborem,
Quanquam animus meminiſſe, horret luctúque refugit,
Incipiam ——

Dociles efficit Auditores & cur. Procemio vtitur Aeneas: in quo primùm res dicendas deſignat, vnde dociles efficiãtur Tyrii: facilè enim contigerat vt inter plauſus & ſtrepitus, etſi iam ſilerent omnes, non omnes cognouiſſent quales res & quantas Regina ab Aenea poſtulaſſet. ſed & rerum dicẽdarum grauitatem indicat, vt eò libentiùs attentas, præſtent aures: *Attentos & vnde.* cum enim de Ilij excidio, cuius cauſa Græcia vniuerſa cum Aſia tota decertauerat, atque adeò de florentiſſimo ac toto Terrarum Orbe celeberrimo Troianorum Regno euerſo, dicendum proponat, quis *Beneuolos & quibus.* non aures atque animos attentos præbeat? Denique Reginæ ac Tyriorum ſibi voluntates conciliat ac beneuolentiam. quandoquidem ſibi conſtitutum eſſe oſtendit Reginæ obtẽperare, quantumuis ſuum ille dolorem renouare cogeretur, atque ea percẽſere quæ alioquin eius animus horreret meminiſſe. Quanquam, ſi quis attentiùs æſtimet, tria molitur *Tria molitur adhuc Poeta, atque illa momenti maximi.* adhuc noſter Vates quæ ſine dubio in hac re momenti ſunt maximi. Ac primò fidem ſibi conciliat verbis illis,

—— Quæque ipſe miſerrima vidi
Et quorum pars magna fui. ——

I. qui enim res geſtas narret, tunc facilè ſibi conciliet fidem cum ea ſpectarit, oculatus enim teſtis, vt ait Comicus, auritis multis anteponendus eſt. quòd ſi non interfuerit modò ſed præfuerit, multò maximè. cauſas enim & conſilia obſeruare potuit, vnde plenior & certior euadat narratio. & hinc eſt vt Thucydides & Polybii fides mirificè probetur quòd plerique interfuiſſent, aliquibus etiam præfuiſſent. itaut appoſitè Aeneas illud commemoret 463

—— Quæque ipſe miſerrima vidi:
Et quorum pars magna fui. ——

II. Deinde occupat id, quod in progreſſu commouere ſeu hærẽtes habere potuiſſet aliquos, atque adeò narrationis fidem minuere. nam vbi in Vrbẽ irruperint Græci, perpauca narrãtur quæ aliqua ex parte non pertineãt ad Aeneam. quaſi verò res Iliaca niteretur in Aenea ferè tota, vel Aeneas ſe iactet ac de ſe libenter, ne dicam glorioſè, loquatur. occupat igitur Aeneas, ac monet ſe reuera magnam eorum fuiſſe partem: nimirum vt æquo animo & paratiore audiant ea quæ pléraque de ſe commemoret. Quod etiam dum Troianis ipſis audientibus, narrat, fidem gignit firmiorem. *III.* Denique cum mirari quis potuiſſet cur aliena quoque facta non interim copioſè attingeret, cum ſua prolixè eſſet proſecutus, Virgilius ſanè, vt ne id, Aeneæ obiiceretur, excuſat temporis breuitatem atque ait,

—— Et iam nox humida cœlo
Præcipitat, ſuadéntque cadentia ſydera ſomnos.

clam enim, vt verè fatear, Virgilius eò ſpectat, vt maculam illã, quę in Aeneæ cõſiderat nomine, diluat, eúmque fortitudine, pietate, iuſtitia, omni denique virtutis genere inſignem, exprimat. id enim clam moliri Virgilium in hoc libro planiſſimè conſtabit in progreſſu. Et ideo poſtquam ſibi hac in re, ſatisfecerit, receptui canet: præſertim verò quia quæ de ſe copioſè diſſeret, de aliis ẽt attinget breuiter. cauſas & occaſiones offerẽt ſatis, vnde fugam arri-

arripuerit, & fatalem terram, ſeptennio ferè toto, iactatus conquiſierit. Anteà igitur temporis breuitatem obtendit, vt ſi fortè quiſpiam obſeruer apud Hiſtoricos alia quædam in Troiæ incendio contigiſſe, quæ item cum dignitate concini potuiſſent, id temporis breuitati acceptum referat, per quam multa prætermittere cogeretur, & ideo oppoſitè præcipitare ait noctem. vt enim ſol, hyems, ſenectus, ætas, tempus, propter celeritatem non minùs ſignificanter quàm grauiter & eleganter præcipitare dicitur, ita Nox. vt minimè mirum Italorum principem Lyricorum ceciniſſe.

E tal piacer precipitaua al corſo.

464 quod eſt præcipitē agebat. Hæc tria illa ſunt, quæ rurſus præſtat in hoc proæmio, quæque diligenter obſeruari velim: nam hinc huiuſce narrationis conſilium & artificium agnoſcere, & librum vniuerſum inoffenſo pede percurrere licebit. Quinetiam illud adhuc vniuerſim ac procemio toto propoſitum habet Aeneas, vt eodem tempore Reginæ & Tyriorum erga ſe commiſerationem confirmet augeátque pro virili parte ſua. Cum enim calamitoſus ad eos peruenerit, quidni ſtudeat excitata Reginæ & Tyriorū in ſe ſtudia confirmare & augere? Itaque cū alia ferme huc ēt pertinent in hoc procemio, tū illud imprimis. *Additur. VI.*

——— quis talia fando
Mirmidonum Dolopúmue aut duri miles Vlyſſi
Temperet a lacrymis? ———

vbi, cum indicet ſuam calamitatem lacrymas excutere poſſe vel duriſsimis hoſtibus, cur non commiſeratione compleat Reginæ ac Tyriorum pectora? ſic etiam Sylius dum caneret de Sagunto,

Quis diros Vrbis caſus, laudándaque monſtra,
Et fidei pœnas, & triſtia fata piorum
Temperet euoluens lacrymis? vix Punica fletu
Ceſſarent caſtra, & miſereſcere neſcius hoſtis;

Virgilium ſecutus eſt. ſic etiam Seneca in Agamemnone

Acerba fata poſcis, infauſtum iubes
Miſcere læto nuntium: refugit loqui
Mens ægra, tantis atque inhorreſcit malis?

& huc etiam pertinet illud,

Quanquam animus meminiſſe horret, luctúque refugit;

dum enim ſtatuit Reginæ voluntatem anteponere dolori ac mœrori ſuo, hinc etiam aliqua ex parte ad commiſerationem prouocat Tyrios quibus luctuoſam fortunam deſignat ſuam. Hæc de proęmio cui tamen illud vnum addere cogor nimirum ea verba.

—— Suadéntque cadentia ſydera ſomnos

non eò ſpectare, vt intelligatur ſydera iam cadere, hoc eſt è cęlo, in ſpeciem ſaltem, decidere cępiſſe, & quidem fateor videri interdum ſtellas per noctem cadere; quemadmodum *Cur ſydera dicātur cadentia.*

465 Virgilius ipſe docuit in I. Georgicorum, cum caneret.

Sæpè etiam ſtellas vento impendente videbis
Præcipites cœlo labi: noctíſque per vmbras
Flammarum longos a tergo albeſcere tractus:

quin etiam in eodem hoc libro id fermè ſignificatur ijs carminibus,

Vix ea fatus erat ſenior, ſubitóque fragore
Intonuit læuam & de cœlo lapſa per vmbras
Stella facem ducens multa cum luce cucurrit,

ex meteorologiā enim labentis ſtellæ ducitur ratio (id quod reuera cōmodè caderet hoc in loco cum par ſit per æſtatem conuiuiū non ad diem vſque productum fuiſſe, ſed ad primam noctis vigiliam, quemadmodum alibi etiam copioſiùs indicabo) verumtamen in præſens Aeneas nō de huiuſmodi ſtellis ſed de veris videtur loqui: illæ enim ex aëre ob accenſos halitus qui diſsipantur ac reſiliunt cadentes, ſe ſe obijciunt. hæ verò, de quibus loquitur hîc Virgilius, veræ ſtellæ ſunt. quæ cadere dicuntur quòd primo diluculo ſolis luce victæ diſpereant, ita ut Poëtæ eas interdum cadere affirment. ſic lib. viij.

Surge age nate Dea, primíſque cadentibus aſtris
Iunoni fer ritè preces. ——

quod eſt ſub Aurora, & ideo paulò poſt Iunoni ſacrificauit, cū apparere cœpiſſet Sol. Nec cunctandū eſt locum ſic interpretari, quòd matutino tēpore ad opera potiùs quā ad ſomnū

 vocemur.

vocemur. Nã cũ per æſtatẽ, dũ noctes breuiſsimæ ſunt, celebraretur huiuſmodi conuiuiũ,
(id quod ex Ilionei verbis conſtat, qui ſub ortu Orionis tempeſtatem illã deſcribit, quod
eſt Iunio Menſe) ac Dido epulis & ſermone. vt fit ſæpè, præſertim apud Principes viros, in
longum nimis rem produxiſſet, ita vt diluculum immineret, ſanè feſſis oculis cadentia ſy-
dera ſuadebant ſomnum: idque eò magis quòd per æſtatem ob noctis breuitatem dilucu-
lo vel maximè ſomnum amamus & carpimus. Quanquam de hac re opportuniore loco
agam copioſiùs. Interim non ab re fuerit vnum adhuc atque alterum obſeruaſſe in hoc
Duo eſſe adhuc obſeruãda, in hoc procemio. proemio I. eſt Virgilium qui ſupremum Troiæ laborem tribuit, quod eſt vltimum, qualis
mortali contingere ſolet, videri in eorum opinionem intueri qui Vrbibus ac Regnis etiam 466
certum præfiniunt tempus, & quaſi definitam periodum vitæ: neque enim deſunt Genet-
liaci qui Vrbibus ac Regnis perinde atque hominibus diem natalem attribuant, & ſupre-
I mum præfiniant, quaſi verò ab aſtris Vrbis quoque ortus pendeat ac diuturnitas; quod ta
men ſi non verè at certè poëticè (nam opiniones quoque aucupatur interdum poëta nõ
ſine laude) pronunciatur. Alterum eſt, dixiſſe, *Incipiam*, vt indicaret in tam luctuoſa narra-
II tione licere quidem eam exordiri, ſed tamen fore vt fortaſſe præ dolore ac lachrymis illam
abſoluere haud liceat.

Part. 3. Sed iam ad narrationem. Cum enim dixiſſet Aeneas Incipiam ſic pergebat

—Fracti bello fatiſque repulſi
Ductores danaûm, tot iam labentibus annis
Inſtar montis equum diuina Palladis arte
Aedificant, ſectâque intexunt abiete coſtas:
Votum pro reditu ſimulant: ea fama vagatur,
Huc delecta virûm ſortiti corpora furtim
Includunt cœco lateri: penitúſque cauernas
Ingentes, vterúmque armato milite complent.

Ad narrationem deſcendit, cuius initium Didonis poſtulatis reſpondet egregiè. Etenim Di-
do ab Aenea poſtulauerat non quidem vt Ilij obſidionem commemoraret, ſed expugna-
tionem & excidium: idque ab Danaûm inſidijs ducto initio, ſic enim illa

Immo age & a prima dic hoſpes origine nobis
Inſidias Danaûm——

Aeneas etiam in Propoſitione explicandum propoſuerat qui Ilij Regnum euertiſſent Da-
nai; en igitur Aeneas qui ab Danaûm incipit inſidijs. Id quod conſultò fecit Virgilius, vel
quia longior nimis fuiſſet narratio ſi obſidionem vniuerſam prætexere voluiſſet: vel quia
expugnatio maximè videretur requirenda quam omiſerat Homerus. Denique ſi in Epiſo-
dij loco Ilij interponitur narratio, cauẽdum fuit ne πάρεργον eſſet quàm ἔργον longius. ſi ad
ἔργον & actionem pertinet, quia cauſæ ſint aperiendæ Aeneæ errorũ, iam Ilij expugnatio
fuit illorum cauſa, non oppugnatio: ita vt quæ antea geſta eſſent, omnino fuerint præmit- 467
tenda.

Narrationis initium vnde. Iam igitur ab Danaûm inſidijs ac dolo vt ordiatur, à ducibus incepit, qui, vt non Græco-
rum omnium, ſed ducum erat deliberare, poſt decennalẽ obſidionem, cum fracti eſſent
bello, & a fatis repulſi viderentur, ad fraudem confugerunt: ac propterea vtro pro reditu,
& ad placandam, propitiandámque Palladem, ſimulato ac diuulgato, durium ſeu ligneũ;
De Troiano, ſeu Durio equo. aut etiam duris, ſeu ſpiculis cõfertum equum, atque hunc Palladis arte, fabricauerũt, ſiue
enim artem iſtam in malam partẽ accipias, quaſi verò dolum tacitè indicet, quemadmo-
dum græca etiam vox τέχνη ſæpè valet, ſiue in bonam, quod fortaſſe iuſtiùs ſentias, cum di
uina appelletur, certum eſt id totum Palladi acceptum retuliſſe Græcos idque non ea ſo-
lùm de cauſa, quòd Pallas artificio præeſſe crederetur, & ingenio, itaut ab aliquib. per an-
tonomaſiam ἐργάτη, opifex inquam diceretur, verùm etiam quia in eiuſmodi equo artifi-
cium quam maximè eniteret. Denique Epeo id inſpiraſſe, ac magiſtram fuiſſe dictitabant.
Quo fieret vt hinc rurſus dolo aſcribendus eſſet talis Palladi equus; nam per dolum ac fal-
lendi gratia talem Epeus ſtruxit machinã. Quo fieret, vt ars Palladis interim diuina dicere
tur, quòd humanũ ſuperaret ingeniũ: alioquin pernicioſa reputaretur. Nec mirũ cum idẽ
Poëta

Poëta odium, ac turpiſſimas perturbationes more maiorũ aliquãdo tribuãt Diis, ita vt ini
quam appellet Iunonẽ etiam. Denique cum parenti Ioui ſtupra & id genus alia tribuãtur,
469 quid mirum ſi Palladi filiæ interdum aſcribatur dolus? Hunc igitur equum cum fabri-
caſſent, eius cœca latera, atque adeo cauernas multo milite compleuerunt. De quo qui-
dem equo, vel quia Virgilius hiſtorico more, etſi ornamenta quoque poëtica interponat,
eius narrat fabricationem, ita vt perſpicua videri poſſit, vel quia nihil vulgatius Troiano
equo, longius haud faciam. Nam vtrum verè ligneum quemdam equum fabricauerint
Græci, in quo milites incluſerint, an verò tota hæc res ficta ſit a Poëtis, &, ſi ficta, vndenã
fabulæ fuerit locus, propter vetuſtatem diſſidentéſque ſententias omnino ſtatuere haud
licet. Certè qui cenſent dictum eſſe vel a porta quadã, in qua equus depictus eſſet, quám- *Dares libr.*
que Antenor Græcis aperuerit, vel ab equo rurſus, quem Antenoris domus, cui parcendũ *de Excid.*
erat, præ foribus referret, vel ab equeſtri prælio, quòd hoc deuicti fuerint a Græcis Tro- *Tro. prope*
iani, vel ab Hippio monte, vnde Græci latitantes eruperint, mihi fabulam fabulæ videtur *fin. hoc eſt*
addere. Illud fortaſſe veriſimilius ſit, ingentem machinam quandam quæ expugnandæ *pag. 220. m.*
vrbi ſit adhibita quæque armatos contineret milites, & equi ſinum imitaretur, fabulæ
huic anſam præbuiſſe. Certè Plinius fuiſſe ait machinam ad muros quatiendos fabricatã, *Plin. lib. 7.*
quæ equus appellata ſit: Pauſanias etiam machinam fuiſſe ſcribit, quæ exprimeret equũ: *cap. 56.*
ſeque addit Athenis Durium ex ære vidiſſe in arce, vt Durij forma & memoria exprime- *Pauſ. lib. 1.*
retur, conſeruaretúrque. Nec multò aliter Palephatus in ijs quæ ſcripſit de hiſtorijs incre- *ſeu in At-*
dibilibus: equum enim ligneum Virgilij ferè deſcribit more, ac modo. Denique Dyctis *tica.*
Cretẽſis verè ligneum equum fuiſſe tradit ingentis magnitudinis: de quo ea fermè com- *Dyc. pag.*
memorat, quę Poëta noſter. Vt, niſi adulterinum cenſeas, quem terimus Dyctin (quan- *199. ſeu. li.*
quam ex varijs ſaltem huius reliquijs ac dictis, quæ ſparſim apud multos offenderentur, *5. p. 4.*
conſarcinatum & collectum crediderim) votiuus fuerit equus ac lignea moles. Sanè Ca-
470 laber tribuit huic machinæ & dorſum & ventrem, & ceruicem, caput denique pedes at-
que oculos ipſos, ita vt vnum vitalem ſpiritum, ac motum in eo deſideres: quanquam, ſi
oculis credas aut auribus, nec iſta quidem requiras, ſed animata videri poſſit, & ad curſũ
idonea: vſque adeò ad viui & ſpirantis equi effingitur imaginem. Tryphiodorus etiã ſimi-
lia canit de Durio equo, ita vt illam exſpirantem, & fręna ore proterentem inducat. Sed
hæc poëtica ſunt, quæ propterea ſequutus eſt Virgilius, ſed moderatione adhibita, ne ab
veriſimili longiore, quàm par eſſet, diſcederet interuallo. Ex quo fit, vt facilè credam non
modò bellicam machinam fuiſſe, verùm etiam equum expreſſiſſe (nam hinc prouerbiũ
fluxiſſet. *Durius equus.*) Quin crediderim voti ſpecie fabricatum, & militibus completum,
ac tandem non tam oppugnationi adhibitum, quàm in vrbem introductum. Quòd ſi in-
terim abiete contextus dicitur infra & acernis trabibus, aliquando etiam quercu id affir-
mare illa potuit ratione, qua item non idem carinæ, & puppi, aut cæteris partibus adhiberi
lignum ſolet, ſed variari ac miſceri. Et hinc eſt etiam vt Poëtæ interdum pino deſignent
nauim, alij alio ligni genere deſcribant, ſynechdochen variam a varietate ligni, partiúm-
que petentes. Iam verò poſtularet ratio, vt docerem, num Danai, qui diſceſſum ſimulan
471 tes, ad dolum confugiſſe dicuntur, ſint hac in re culpandi, ac reprehendendi, ita vt iurè a
Virgilio inſimulari videantur. De qua re ſic breuiter ſtatuo: factum hoc poteſt ad milita-
re ſtratagema reuocari, ac propterea defendi: neque enim aut ſimulatio aut ſtratagema
vertendum eſt vitio in bello; quin hoſtis (ſi tamen iuſtum ſit bellum, vt hoc fuit) ſimula-
tione & ſtratagemate laudabiliter profligari, ac ſterni poteſt, dũmodo non violetur fides
ac iuſiurandum. Itaque mirari ſoleo, dum lego Athenienſes Themiſtoclis conſilium de
hoſtium claſſe incendenda repudiaſſe, quaſi verò iniquum eſſet: ſi enim ferro iuſtè appe-
timus hoſtem, ac iuſtè vita illum ſpoliamus, quídni iuſtè eius claſſem incendamus? Quã-
quam illud fortaſſe Danais obijciatur, eos ſimulaſſe votum, ac propterea religionem vio-
laſſe: ſi enim iuſiurandum violare nefas, cur nefarium haud cenſeatur violare Religio-
nem? Certè Horatius Ode 6. libri 4. *Ille non incluſus equo Mineruæ ſacra mentito*, cecinit de
Achille. Denique ex interpretibus aliqui Græcos aiunt hinc deturpatos, quòd per ſpeciẽ
Religionis inſidias moliti ſint: ſed fortaſſe cum non votum, ſed voti ſimulationem adhi-
buerint ſtratagemati peragendæ, hactenus fortaſſe religionis & iniuſtitiæ rei conuinci
haud poſſint: nam ſparſus ille rumor abeſſe videtur adhuc ab aperta ſacrorum & reli-
gionis offenſione: ita vt qui fregerit fidem ac iuſiurandum violet fidem, ac religionem,
ac propterea reus ſit iuſiurandi, & religionis, qui ſpargit in vulgus voti rumorem, aut vo-
tum

Digitized by Google

tum ſimulat rumore tantùm, is violatæ religionis ægrè conuincatur. quòd ſi deinde & mẽdacium & Simonis fraudem huc retulerunt, id verò num crimen Græcis conſlet expendemus ſuo loco: hactenus ſat ſit non magnoperè conſtare ob ſparſum illum rumorem reos religionis omnino habendos Græcos. tametſi de hac re tota paulò poſt commodiùs in illud 472

—— Dolus an Virtus quis in Hoſte requirat?

ſed redeo ad penſum: atque illud moueo, nil mirandum ſi Virgilius canat

Qui nõ ſecum ipſe pugnet poeta, qui & delectos & ſorte eductos canit, qui in Durio includerentur.

Huc delecta virûm ſortiti corpora furtim
Includunt cæco lateri ——

etſi enim pugnare videtur & delecti ac ſortiti vel ſorte educti fuerint, nil tamen prohibet quominùs certus quidam numerus, ſed magnus, delectus ſit priùs, tum aliqui ex delectis ſortiti, in equum incluſi ſint. nam apud priſcos id fuiſſe in more poſitum inde conſtare poteſt, quòd is etiam qui in proditoris Apoſtoli locum ſucceſſit, priùs cum Ioſepho ex multis delectus eſt, tum verò ſorte extractus. conſilio enim & electione regendæ res donec electioni & conſilio ſit locus: atque hoc tempore ad ſortes haud eſt quòd confugiamus. qđ ſi res eò prouecta ſit, vt conſilio prouehi nequat longiùs ac perfici, nil vetat ad ſortem confugere: in qua tamen nos Chriſtiani Dei voluntatem requirimus, non fortunam agnoſcimus. & ideo Sanctiſſimi illi Chriſtianæ religionis proceres, dum proditoris ſucceſſorẽ ſortirentur, Deum orantes illud protulerunt, oſtende nobis quem elegeris. In Deo enim ſunt ſortes noſtræ vt canit Propheta. ſed ad reliqua.

Partic. 4.

Eſt in conſpectu Tenedos notiſſima fama
Inſula: diues opum, Priami dum regna manebant
Nunc tantùm ſinus, & ſtatio malè fida carinis.
Huc ſe prouecti deſerto in littore condunt.

Vt narrationem hiſtorico ferè more inſtituat, deſcribit Tenedon inſulam (diſtabat hæc ab Ilio quinque millia paſſuum, ambitu conſtabat decem paſſuum millibus, ac ſigæis erat littoribus obiecta vergens ad Lemnum Inſulam & Occidentem) docétque huc Græcos cum vela feciſſent, ac reditum ſimulaſſent, occultaſſe claſſem, ſéque in deſertum littus condidiſſe. deſertum verò appellat littus illud, quia licet ante aduentum Græcorũ Inſula eſſet diues & culta & proinde celebris, a Græcis tamen direpta & vaſtata fuerat, itaut habitatoribus careret, nec tutam hoſpitibus ſtationem præberet. atque hinc animaduertas quanto ſit vſui Poëtæ tum Topographia & Chorographia tum Hiſtoria; illa vt loca & regiones ob oculos ponat, hæc vt quæ illi in dies acciderint obſeruet; alioquin minùs fideliter referat quod poſtulet locus. Ita quidem quam in Carthaginis portu, Carthaginéque ipſa deſcribenda ſibi peperit laudem, hic quoque ac deinceps ſæpè tuetur ſtrenuè; itaut tum breui ac dilucidè multà narret hiſtorico more, tum eadem quaſi Geographus deſcribat ac veluti ante oculos ponat. Ita quidem Græci voto ac religione ſimulata, Durium equum in agro Troiano ſub Troianorum oculis relinquunt: ac ſoluentes reditúmque ſimulantes, in hanc Inſulam, nauigant & claſſem condunt. At quid interim Troiani? declarat id è veſtigio noſter Vates ſic canens 474

Partic. 5.

Nos abijſſe rati, & vento petijſſe Mycenas.
Ergo omnis longo ſoluit ſe Teucria luctu:
Panduntur portæ: iuuat ire, & Dorica caſtra
Deſertóſque videre locos, littúſque relictum:
Hic Dolopum manus, hic ſæuus tendebat Achilles:
Claſſibus hic locus, hic acies certare ſolebant.
Pars ſtupet innuptæ donum exitiale Mineruæ,
Et molem mirantur equi: primúſque Timætes
Duci intra muros hortatur, & arce locari.
Siue dolo, ſeu iam Troiæ ſic fata ferebant.

Digitized by Google

At Capys,& quorum melior ſententia menti,
Aut pelago Danaûm inſidias,ſuſpéctaque dona
Præcipitare iubent,ſubiectíſque vrere flammis,
Aut terebrare cauas vteri,& tentare latebras.

vbi quidem miram Troianorum alacritatem & lætitiam deſcribit:qui tamen per imprudentiam hoſtes abijſſe & in Græciam remigraſſe credentes,non dubitauerant pandere Vrbis portas,caſtris totis vagari,& Durium equum adire.quod dum facerent,hinc alij in Vrbem induci,alij pelago præcipitari,aut flammis cremari,vel etiam eius latebras,& cauernas ferro tentari iubebant:itaque dum illi religione vel potiùs ſuperſtitione adducti parcendum,hi Danaûm inſidias & dona timentes,ignes ſubijciendos,dicerent;

Part. 6. Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus:

inquit Virgilius.atque hinc occaſione arrepta Laocoontem ab arce concurrentem deſcribit, qui ferrum tandem contorquet in equi latus. Quanquam antequam ad hunc deueniam,illud eſt obſeruandum, quo Troianorum alacritas & ſtudium in caſtris luſtrandis & campo deſcribitur,inquit enim Poëta,

Hic Dolopum manus,hic ſæuus tendebat Achilles:
Claſſibus hîc locus,hîc acies certare ſolebant.

Locus egregius & egregia eius imitatio.

475 ſunt enim eius elegantiæ,quam Ouidius nõ dubitauerit diligenter imitari, dum caneret,

Hac ibat Simois,hîc eſt ſigæa tellus:
Hîc ſteterat Priami Regia celſa ſenis.
Illic Aeacides,illic tendebat Vlyſſes:
Hîc Sæuus admiſſos terruit Hector equos.

quod dicendi genus deinde ab aliis Poëtis multis, præſertim Italicis, imitatum inuenias. Quod tamen ab Homero deſumptum docebo ſuo loco. Atque hîc ſanè dum Troiani per imprudentiam (vt dicere cœperam) ſeſe effundunt portis, eſt quidem cur aliqua ex parte imperitum vulgus excuſemus: quæ enim gens, quis populus, tantopere fœlicitati inuideret ſuæ,vt poſt decennalem obſidionem non pedem ex Vrbe efferre cupetet, ac deſerta hoſtium caſtra perluſtrare? ſed tamen eſt cur Ciuitatis Principes ac militum Duces culpemus,quorum eſt cohibere imprudens vulgus,& hoſtiles inſidias cauere & ſtratagemata.Imprimis verò hinc nobis prudentia comparanda, ne Troianos ipſos facilè imitemur,ſed cautè belli pericula declinemus.Certè Vegetius libro IX.capite XXVI. monet maximam eſſe curam adhibendam atque cuſtodiam,dum hoſtes recedere videantur. Frontinus etiam ex conſimilibus dolis exempla refert multa, quemadmodum videre licet libro III.cap.VI.IX.X. Sed & illud interim obſeruandum,Virgilium,dum ait, *claſſibus, hic locus*, facilè de maritima claſſe loqui, ita vt cum dixiſſet, iuuaſſe Troianos *videre Doria caſtra, deſertóſque locos, littúſque relictum*, illud, *claſſibus hîc locus*, reſpondeat relicto littori: olim enim in littus ſubducebant naues, ita ut claſſis reliquiſſet littus. Id quod obſeruare volui & admonere,quòd videam Turnebum hæc verba de pedeſtri exercitu atque adeò de manipulis explicare: cum tamen ad maritimam claſſem omnino pertinere videantur.ſed iam ad Laocoontem

Reprehendendos Principes Troianorũ ac Duces.

De qua loquatur claſſe.

Primus ibi ante omnes,magna comitante caterua
Laocoon ardens, ſumma decurrit ab arce
Et procul,o miſeri,quæ tanta inſania, ciues?
Creditis auectos hoſtes?aut vlla putatis
Dona carere dolis Danaûm?ſic notus Vlyſſes?
Aut hoc incluſi ligno occultantur Achiui:
476 Aut hæc in noſtros fabricata eſt machina muros,
Inſpectura domos, ventúraque deſuper Vrbi:
Aut aliquis latet error:equo ne credite, Teucri:

Quic-

Digitized by Google

Quicquid id eſt, timeo Danaos, & dona ferentes.
Sic fatus, validis ingentem viribus haſtam
In latus, inque feri curuam compagibus aluum
Contorſit. ſtetit illa tremens, vteróque recuſſo
Inſonuere cauæ gemitúmque dedere cauernæ.
Et ſi fata Deûm, ſi mens non læua fuiſſet,
Impulerat ferro Argolicas fœdare latebras:
Troiaque nunc ſtares, Priamique arx alta maneret.

Sacerdos erat Laocoon, ac facilè maturus ætate ac iudicio ac propterea vt authoritate, ſic concilio & prudentia præſtabat cæteris. Igitur illos increpat, qui equum intra mænia ducendum putarent, multíſque ſuadet haud credendum vel hoſtes diſceſſiſſe logiùs, vel illorum dona carere dolis, cum præſertim nota eſſet Vlyſſis aſtutia. Denique ſuſpicatur & clamat id quod eſt; ibi occultari Achiuos, aut machinam fabricatam eſſe contra Ilij muros (cum enim muri prohiberent externorum aſpectum, iurè hæc machina, quæ ſeſe attolleret ſupra muros, in hos dicitur fabricata vt domos inde ſpectare poſſent Græci: quanquam parum id eſſet, niſi inde aditus ſterneretur in Vrbem. & ideo addit

——— *Ventúraque deſuper Vrbi.*

nam vbi defenſores vel non inuenerit vel oppreſſerit, in Vrbem facilè penetrabit eandémque occupabit. Denique (vt ſemel dicã) inquit Laocoon, aliquis in ea latet error, hoc eſt aliquid in ea latet, ſiue aliquod illi ineſt, vnde in errorem impellamur, itaut dolus inſit illi & fraus. Nam ſi quis ita ſit ſimplex, aut obfirmato animo, qui credat equum hunc in voti ac doni loco nobis relictum eſſe, quod illi diuulgarunt, tali equo ac dono ne credat. Ego ſanè Danaos timeo etiam dona ferentes. nam præterquam quod hoſtium dona iurè ſuſpecta ſunt (verè enim τῶν ἐχθρῶν δῶρα, vt eſt in prouerbio, ἄδωρα, hoſtium dona non dona) quæ a Danais, hoc eſt dolorum architectis proficiſcuntur, vel maximè ſuſpecta eſſe debẽt. Hæc Laocoon, qui propterea haſtam ingẽtem, quibus maximè potuit validis viribus, con 477
torſit in quadrupedis illius latus, & curuæ alui compages: itaut haſta tremens adhæſerit vtero, vterúſque viciſſim inſonuerit, ac tanquam gemitum ab imis cauernis dederit: qui fortaſſe gemitus ſiue ſonus (nam ſtrepitus etiam ac ſonus gemitus inuenit nomen apud poëtas, vnde illud,

Et gemitum ingentem pelagi pulſátaque ſaxa
Audimus. ———

& rurſus

——— *gemuit ſub pondere cymba)*

non tam a cauernis (haud enim vacuæ erant) quàm ab armis manauit. Itaque ſi fata ac proinde mens hominum, quoniam cum fato pugnare nequit, quin illud conſectatur, non fuiſſent læua & aduerſa, iam ferro fœdatæ eſſent Argolicæ latebræ ac dilaceratæ, fraúſque detecta, denique Troia adhuc ſtaret ac Priami arx alta maneret, quæ tamen nunc corruit. Hæc interim de equo Durio & Lacoonte. Nunc ad Sinonem

Part. 8. Ecce manus iuuenem interea poſt terga reuinctum
Paſtores magno ad Regem clamore trahebant
Dardanidæ: qui ſe ignotum venientibus vltrò,
Hoc ipſum vt ſtrueret, Troiámque aperiret Achiuis,
Obtulerat, fidens animi, atque in vtrumque paratus,
Seu verſare dolos, ſeu certè occumbere morti.

Vela fecerant Greci, ac Durium equum multo completum milite in Troiano reliquerãt agro: ídque eo conſilio, vt quoniam Durium Palladi ſacratum vulgauerãt, a Troianis (id quod accidit) in Vrbem introduceretur. Verùm quoniam facilè intelligebant mõſtruoſum huiuſmodi equum Troianis in ſuſpicionem venire poſſe, Sinonem in agro reliquerunt, qui, quod ſe curaturum receperat, talem ſuſpicionem auerteret. Etſi enim id factũ

eſſet perdifficile, quin aleæ pleniſſimũ ac periculi, verumtamen ſine magno periculo grauiſſimum facinus ægrè peragitur: denique graui morbo periculoſum quoque remediũ adhibendum eſt. Igitur Sinon, hoc eſt veterator egregius & audaciſſimus æquè ac callidiſſimus, inprimíſque mendaciorum architectus, vno verbo germanus Vlyſſes, cui affinis
478 erat; quoniam ſtatuerat vel dolum ad optatum finem perducere, ac Troiam Achiuis aperire, aut certè, vt erat fidens animi & ad vtrumque paratus, mortem occumbere, eò primùm coniecit mentem, vt ſi ad equum concurſus fieret, inde auerteret Troianos ne cæca equi latera pertentarent ferro & explorarent. Itaque dum illac rem ſpectat, & cõcurſum eò factum aduertit, vltrò ſeſe Dardaniis paſtoribus obiicit (etſi vltrò, animo potiùs, vt ſcilicet eos deciperet; quàm ſpecie, ne ſuſpicionem crearet) vt dũ caperetur (ignotus enim erat & peregrinus ita ut Græcus agnoſci poſſet) & captiuus duceretur, ab equo ad ſe auerteret Troianos: quod planè accidit. Dum enim illum manibus poſt terga reuinctis paſtores non ſine magno clamore ad Regem trahunt, repente Troiani ab equo ad Sinonem aduolant. Et ideo pergit poëta,

Part. 9.
Vndique viſendi ſtudio Troiana iuuentus
Circumfuſa ruit, certátque illudere capto.
Accipe nunc Danaûm inſidias, & crimine ab vno
Diſce omnes ———

Dum igitur ad eũ turmatim confluunt, eíque certatim illudunt, hic contra eos decipiendi arripit anſam, & quam animo conceperat fraudem, moliri aggreditur. de qua tamen, quoniam non poterit non ſummæ calliditatis ſpecimem dare, & Græcorum aſtum indicare, illud veluti exclamat Aeneas,

Par. 10.
Accipe nunc Danaûm inſidias, & crimine ab vno
Diſce omnes. ——

quod deinde in prouerbium abiit, & ad alia etiam conſimilia referri ſolet, verbis illis, *ἐξ ἑνὸς τὰ πάνθ' ὁρᾶ, Ex vno omnia cerne.* Tametſi locus hic eſt commodè explicandus, vt ſit ſenſus, crimine ab vno diſce quales ſint Græci omnes: vel crimine vſurpauit pro criminoſo: quaſi diceret a criminoſo vno diſce criminoſos omnes. Terentius etiam dixit ſcelus pro ſceleſto. Sed Sinonem audiamus qui, vt ſibi commiſerationem ſtruat vnde æquo animo & facilè audiatur, a lamentatione aggreditur. ſic enim de illo canit poëta,

Par. 11.
Namque vt conſpectu in medio turbatus inermis
Conſtitit, atque oculis Phrygia agmina circumſpexit,
Heu quæ nunc tellus, inquit, quæ me æquora poſſunt
479 Accipere? aut quid iam miſero mihi denique reſtat?
Cui neque apud Danaos, vſquam locus; inſuper ipſi
Dardanidæ infenſi pœnas cum ſanguine poſcunt.

Lamentationi, vt commiſerationem & fidẽ apud Troianos Sinoni cõciliet, illud principiò mirificè ſeruit quòd lamentationem ipſam anteuertit: nimirum quia nõ modò inermis conſpicitur, quod illi apud hoſtes prodeſſe poterat, verùm etiam turbatus: quod eſt timore & horrore, adde etiam dolore, affectus & percitus: per ſimulationem tamen, vt ſcilicet fraudis arceret ſuſpicionem, & orationi fidem acquireret: quapropter vt infra de eodem canitur,

Proſequitur pauitans ————

quod eſt pauenti ſimilis, ita hîc turbatus hoc eſt turbato ſimilis ac turbationem arte potiùs quàm natura exprimens: quod decipiendis Troianis erat accommodatum. Et huc etiam pertinet quòd tum doloris dedit ſigna cum Phrygia circumſpexit & attentè oculis luſtrauit agmina. itaque quaſi maiore adhuc mœrore ac timore excitus querimoniam inſtituit quam ſanè inde auſpicatus eſt

Heu quæ nunc tellus —— *quæ me æquora poſſunt*
Accipere?

ſic exclamat quòd animaduerterat (etſi animaduertere ſimulabat) mare a Græcis (ſic

enim

enim Seruius) terram a Troianis teneri: itaut ſpes fugæ ſupereſſet nulla: vel certè in has primùm erumpit voces vt ſe ſtatim calamitoſum inſinuet Troianis, ac tragico fermè more ac modo exclamans conqueritur, terram ac mare commemorans, vt oſtendat ſe iam nuſquam tutum eſſe poſſe, ac nulla ſibi perfugia ſupereſſe. & ideo pergit

—— aut quid iam miſero mihi denique reſtat?

ſic fermè Hecuba apud Ennium ex M. Tullio,

———— Quid petam

Præſidij? quid exequar? quo nunc aut auxilio aut fuga freta ſim? arce & Vrbe ſum orba: quò accedam, quò applicem? Sed elegantius illud Sophoclis in Aiace

—— Odit me Græcorum exercitus:

Perſequitur Troia tota, 480

& hoc eſt quod idem Sinon indicat cum pergit,

Cui neque apud Danaos vſquam locus; inſuper ipſi

Dardanidæ infenſi pœnas cum ſanguine poſcunt.

quaſi diceret haud ſatis fuerat me a Danais derelictum, ſeu nullum mihi apud Græcos tutum locum eſſe poſſe, niſi ab infenſis quoque Troianis comprehenſus, nunc pœnæ, quaſi verò cùm Græcus ſim, hoſtis ſim, repeterentur, & cum ſanguine ipſo repeterentur. Quibus verbis, quemadmodum clam ſe Troianorum auribus inſinuat hoſtem Græcorum, vnde gratiam ineat apud Troianos; itavt ab his commiſerationem extorqueat, dolorē auget ſuum, ac pœnas, quas pertimeſceret grauiſſimas, mortémque ipſam lamentatur. Sed iam quantum profecerit audiamus.

Partic. 12.

Quo gemitu conuerſi animi, compreſſus & omnis
Impetus: hortamur fari, quo ſanguine cretus,
Quidue ferat, memoret: quæ ſit fiducia capto.

ſanè vel quia inermis erat, vel quia turbatus & timore ac dolore percitus apparebat, ſéq. item conſpectis agminibus exterritum planè oſtenderat, vel quia tragica lamentatione vſus erat, ſéque calamitoſiſſimum expreſſerat, vel quia ſe Danaorum hoſtem inſinuauerat, vel quia lachrymas (de his in progreſſu) multas effuderat, vel deniq. quia in ſynceros inciderat hoſtes ac bonos, iā ab hoſtibus ipſis aliquid commiſerationis & præſidij ſibi peperit ac parauit; itaut ij perniciē ſibi interim miſericordia ſtruāt ſua: nā & de gente ſeu ſtirpe & de æſtinatū cauſa a Sinone ſciſcitantur, vnde Sinonianæ fraudi locus aperitur ampliſſimus: ſimúlq. vt alacriùs memoret quid ſibi acciderit, ne dicā quæ illis decipiendis meditaretur, hortantur vt fidenter memoret ea in quibus, captiuus cùm ſit, aliquam ſalutis ſpē ac fiduciam collocet: quaſi dicerent ſi quid eſt in quo tibi captiuo, & in miſeria quam præ teferſ ſubijt fiducia, exponere ne graueris: nam tibi præſto erimus & opitulabimur, qua in re gratificabitur. ille quidem Troianis & magno cum eorum malo, ſuo etiam commodo (nam è captiuo herus ac victor euadet) id quod ex ſequentibus intelligetur. 481

Partic. 13.

Ille hæc, depoſita tandem formidine fatur:
Cuncta equidem tibi Rex fuerint quæcunque fatebor.
Vera, inquit: neque me Argolica de gente negabo,
Hoc primum: nec, ſi miſerum Fortuna Sinonem
Finxit, vanum etiam mendacémque improba finget.

Procemio vtitur Sinon. nam cum formidinem depoſuerit, ſeu formidinem, quam ſimulauerat, a ſe depoſitam, (vt ſcilicet ſe Priamo ac Troianis fidem habere oſtendat) indicarit, & vt eſt verſutiſſimus, varióſque ſibi affectus pro opportunitate affingit, alacritatē induerit, Regem ipſum compellat a quo fidem ſibi conciliat admirabili artificio: nā ſic ſe fatetur Argolicum eſſe, vt veritatem ſe dicturum profiteatur. ſic rurſus ſe calamitoſum dicit, vt miſer effici quidem potuerit a fortuna, vanus certè ac mendax effici haud poſſit. quibus etiam vt Argolicus erat, & verò miſer atque calamitoſus videri poterat, ſic res veras offert, vt falſis inde ſibi ſternat viam, ac denique admirabili ſinceritate, ſed ficta, in fraudem, ſeriò tamen, impellat Troianos. conſimilibus verbis Achæmenides,

—— ſcio me Danais è claſſibus vnum,

Et bello Iliacos fateor petijſſe Penates.

tametſi

Digitized by Google

tametſi hic calamitoſus erat nec fraudem moliebatur. Sinon contrà hanc machinabatur vnam. itaque vultu (nam formidinem depoſuerat) ac verbis, quoniam vera fatur primúm, ac vera item pollicetur, ſanctiſſimos ſibi affingit mores, quibus eos deludat. ſed ad narrationem.

Pa.14. Fando aliquid, ſi fortè tuas peruenit ad aures,
Belidæ nomen Palamedis, & inclyta fama,
Gloria: quem falſa ſub proditione Pelasgi
Inſontem, infando indicio, quia bella vetabat,
Demiſere neci: nunc caſſum lumine lugent.
Illi me comitem, & conſanguinitate propinquum,
Pauper in arma pater primis huc miſit ab annis.
481 Dum ſtabat regno incolumis, regnúmque vigebat
Conſilijs, & nos aliquod noménque decúsque
Geſſimus: inuidia poſtquam pellacis Vlyſſi
(Haud ignota loquor) ſuperis conceſſit ab oris,
Afflictus vitam in tenebris luctúque trahebam,
Et caſum inſontis mecum indignabar amici.
Nec tacui demens, & me, fors ſi qua tuliſſet,
Si patrios vnquam remeaſſem victor ad Argos,
Promiſi vltorem, & verbis odia aſpera moui.
Hinc mihi prima mali labes; hinc ſemper Vlyſſes
Criminibus terrere nouis: hinc ſpargere voces
In vulgum ambiguas, & quærere conſcius arma.
Nec requieuit enim, donec Calchante miniſtro.

Reſpondet ſanè media primis: niſi tamen aſtutiam & fraudem augeri dicas. ergo Palamedis primò facit mentionem, qui ſanè apud Troianos vnus ferè ex Græcis, non malè audierat: ac propterea eum fama inclytum appellat. hinc addit inſontem fuiſſe neci traditum: quod item verè affirmabat & Troianis notiſſimum eſſe poterat: his duobus, quæ verè de Palamede pronunciauerat, duo adnectit mendacia, éaque perniciosiſſima: vnum erat, hũc neci traditum a Græcis, quòd bella vetaret, quod falſum erat, ſed Sinonis fraudi (id quod mox conſtabit) vni futurum erat: alterum ſe huius conſanguineum & comitem fuiſſe, cũ a paupere parente a primis annis Troiam miſſus & Palamedi adiunctus eſſet: ex quo factũ eſſet, vt dum ipſe Palamedes ſuum adhuc regnum obtineret, Sinoni ipſi cum dignitate ac nominis ſplendore apud eum eſſe liceret: quibus ſine dubio apud credulam plebem quin apud Regem etiam plurimum ſibi & commiſerationis & beneuolẽtiæ comparat, & fraudi ampliorem ſternit uiam: præſertim verò quia cum mendacium illud pronunciaſſet, Palamedem bella vetaſſe, illud addiderat, qnod verum erat & notum, nunc ſcilicet Gręcos lugere Palamedem, quaſi verò tum perſenſerint prudentiſſimum fuiſſe eius conſilium, cum ſuo magno malo illud veriſſimũ cognouiſſent. Tum robuſtiorem profert machinã, qua machinationẽ expleat ſuam: nam ſuam calamitatem aſcribit Vlyſſi, ei. ſ. quẽ maximè omnium timebant & oderant Troiani, docétque Palamedem Vlyſſis dolo fuiſſe peremptum: ꝙ & verũ erat, & Sinoni ipſi gratiã conciliare poterat, qui Palamedis comes (quantum Sinon ipſe profeſſus erat) fuiſſet ſemper, & ea de cauſa apud Vlyſſem offendiſſet: cũ præſertim ſe Palamedis iniurias vlciſcendi cupidum oſtendiſſet. quo mendacio veriſimili quidem ratione diſſeminato, iam iam in fraudis campo exultabit. cum enim dixerit ſe
483 Vlyſſi inuiſum ſemper fuiſſe, facilè mendacium alterum ſuadebit quod de Vlyſſe necem ſibi perinde ac Palamedi ſtruente & per Calchantem moliente proferendum cogitabat. Igitur Calchantis mentionem inijcit, quaſi verò narrationem proſequi & ad ſuæ calamitatis cauſam propiùs accedere decreuiſſet. vbi cum Troianos ſibi mirificè conciliaſſet, &

verò ad reliquam dictionem & narrationem attentiſſimos haberet, miro aſtu ſuperſedere ab illa incipit, quaſi verò dementis eſſet in ijs immorari, vnde nulla ſibi ſperanda videretur ſalus. quare pergit,

Partic. 15. Sed quid ego hæc autem nequicquam ingrata reuoluo?
Quidue moror? ſi omnes vno ordine habetis Achiuos,
Idque audire ſat eſt, iamdudum ſumite pœnas:
Hoc Ithacus velit, & magno mercentur Atridæ.

quibus callidè illud efficit, vt antequam pergat longiùs in inſtituta narratione, ipſum ex ordine Græcorum eximant, ac libertate (quam paulò poſt etiam aſſequetur) donent, ut. ſ. Troiam poſſit euertere: ergo ſimulat ſe temerè dolorē refricare ſuū cum ſit Græcus, ac propterea pœnas effugere haud poſſit, quòd Græcis oībus Troiani ſint infenſi. quare deſperati inſtar ad ſumendas de ſe pœnas illos hortatur: cū præſertim hoc in optatis ſit Vlyſſi, hoc Agamēnon & Menelaus mercentur magno. quibus verbis tantā ſibi commiſerationē conciliat, vt Troiani mirificè ardeāt reliquā audire narrationē enixéq; requirant cur Vlyſſes aut Atridæ illius mortē expetant: breui illū libertate donaturi. pgit igitur Aeneas,

Partic. 16. Tum verò ardemus ſcitari, & quærere cauſſas,
Ignari ſcelerum tantorum, artíſque Pelasgæ.
Proſequitur pauitans, & ficto pectore fatur.

vbi rurſus ſe timentē exprimit Sinon (facilè. n. quaſi Protheus aut Camaleon ſpeciē mutabat & colorē) & ad inſtitutā redit narrationem; eo tamen conſilio, vt quoniā ea de ſe dixit 484
quibus illos ſibi placatos atq; adeò beneuolos redderet, imprimiſq. illorū ſibi fidē adiūgeret, proueheret dolum, Græcorum fugam ac reditum tum votū ſuadens, vnde Durius induceretur in Vrbem, quare ſic pergit.

Partic. 17. Sæpè fugam Danai Troia cupiere relicta
Moliri & longo feſsi diſcedere bello.
Feciſſéntque vtinam. ſæpè illos aſpera ponti
Intercluſit hyems, & terruit Auſter euntes.
Præcipuè cum iam hic trabibus contextus acernis
Staret equus, toto ſonuerunt æthere nimbi;
Suſpenſi Eurypilum ſcitatum oracula Phœbi
Mittimus: iſque adytis hæc triſtia dicta reportat:

Paulò altiùs repetit intermiſſam narrationem, quàm de Vlyſſis in eum machinatione inchoarat & ad Calchantem vſq; perduxerat. Igitur ait Græcos ſæpè de fuga cogitaſſe: etſi prohibiti ſp fuerint hyeme ac ventis aduerſis; præſertim verò poſteaquā equū illū fabricaſſent (atq. hic ſanè equi mentionem inijcit intermittitq. ſtatim ut eos ad ſciſcitandū induceret) quo tēpore nimbi æthere inſonuerūt toto. itaq. cū prohiberemur vela facere, Eurypilū (inquit) ad Oraculū mittimus, ut Apollinē cōſulat: a quo triſte hoc retulit Oraculum.

Partic. 18. Sanguine placaſtis ventos & virgine cæſa,
Cum primùm Ilyacas Danai veniſtis ad oras:
Sanguine quærendi reditus, animáque litandum
Argolica: vulgi quæ vox vt venit ad aures,
Obſtupuere animi: gelidusque per ima cucurrit
Oſſa tremor; cui fata parent, quem poſcat Apollo.

Quo factum eſt vt ſinguli ſibi timerent, & contremiſcerent, verentes ne fortè ſibi tale caneretur fatum. ita quidem appoſitè redit ad Calchantem, ſub cuius mentione intermiſerat narrationem, ac propterea ſubdit

Partic. 19. Hic Ithacus vatem magno Calchanta tumultu
Protrahit in medios; quæ ſint ea numina Diuûm

Flagi-

Digitized by Google

485 Flagitat.& mihi iam multi crudele canebant
Artificis ſcelus.& taciti ventura videbant.
Bis quinos ſilet ille dies,tectúſque recuſat
Prodere voce ſua quemquam,aut opponere morti.
Vix tandem magnis Ithaci clamoribus actus
Compoſitò rumpit vocem,& me deſtinat aræ.
Aſſenſere omnes:&,quæ ſibi quiſque timebat,
Vnius in miſeri exitium conuerſa tulere.

Quibus eò rem adducit,vt cauſam exprimat eámque longè veriſimilem , vnde ſe Vlyſſis hoſtem,& huius aſtu morti deſtinatum,doceat:qđ mirificè valebat ad Troianorũ cõmiſerationem erga ſe ciendam & clementiam,vt libertate donaretur, & tutò Ilij conſiſtere iuberetur:quod vnum cupiebat vt conceptam fraudẽ ad finem(quod etiam perfecit)poſſet adducere.Sed ad eius narrationem redeo,in qua ſic pergit

Par. 20. Iámque dies infanda aderat mihi ſacra parari,
Et ſalſæ fruges,& circum tempora vittæ.
Eripui(fateor)letho me,& vincula rupi:
Limoſóque,lacu per noctem obſcurus in vlua
Delitui,dum vela darent,ſi fortè dediſſent.
Nec mihi iam patriam antiquam ſpes vlla videndi,
Nec dulces natos,exoptatúmque parentem:
Quos illi fors ad pœnas ob noſtra repoſcent
Effugia, & culpam hanc miſerorum more p abunt.

Quibus ſe neci certo die iam deſtinatum docet , atque omnia quæ illi de more litando & necando adhiberẽtur,deſcribit; ita ut ſe quaſi oſtiam Troianis ante oculos ponat. mox de fuga ſubnectit mendaciũ:quã tamen fugã illud ſibi imprimis doloris occaſionẽ reliquiſſe ait,ꝙ cũ illi vela feciſſent,ipſe contra in Troiano ſolo ſic relictus eſſet,vt carã patriã,dulces natos,exoptatúmque parentem, cernere ampliùs haud poſſet : quin timeret ne hos ipſos in eius mulctarent locum. & hinc, quoniam ad ſummam commiſerationem traduxerat narrationem,eiuſdem perorationem conuertit ad regem,ſic pergens.

486
Par. 21. Quod te per ſuperos,& conſcia numina veri
Per,ſi qua eſt,quæ reſtat adhuc mortalibus vſquam
Intemerata fides,oro,miſerere laborum
Tantorum,miſerere animi non digna ferentis.

Quibus ita afficit Troianos,ac Regem imprimis,vt quicquid poſtulauerat, prolixè impetrauerit.itaque ſequitur Aeneas,

Par. 22. His lacrymis vitam damus,& miſereſcimus vltrò.
Ipſe verò primus manicas,atque arcta leuari
Vincla iubet Priamus,dictíſque ita fatur amicis:
Quiſquis es,amiſſos hinc iam obliuiſcere Graios:
Noſter eris,mihíque hæc ediſſere vera roganti,
Quò molem hanc immanis.equi ſtatuêre?quis auctor?
Quidue petunt?quæ relligio ? aut quæ machina belli?

Ex quibus intelligitur Troianos in fraudem per ſimplicitatem ac bonitatem ita fuiſſe impulſos,vt non modò quam optaſſet ſecuritatem ab eis obtinuerit Sinon, verùm etiam eò illos adduxerit,vt de Durio equo enixè requirerent. & ideo pergit,

Part.23. Dixerat ille dolis inſtructus,& arte Pelaſga:
Suſtulit exutas vinclis ad ſydera palmas.
Vos æterni ignes & non violabile veſtrum
Teſtor numen,ait: vos aræ enſéſque nefandi,
Quos fugi,vittaéque Deûm, quas hoſtia geſſi:
Fas mihi Graiorum ſacrata reſoluere iura,
Fas odiſſe viros,atque omnia ferre ſub auras,
Si qua tegunt: teneor patriæ nec legibus vllis.
Tu modò promiſsis maneas, ſeruátaque ſerues
Troia fidem: ſi vera feram, ſi magna rependam.

Quibus Sinon mirabili apparatu verborum ſe ſe comparat ad machinationẽ inſtitutám-
que fraudem ad exitum perducendam: itaque ſuſtulit priùs manus quæ iam iam vinculis
ſolutæ fuerant,ad cœlum:ac tum cœleſtes obteſtatus eſt,tum aras enſéſque quos effuge-
rat,ac vittas,quibus iam tanquam hoſtia fuiſſet circumdatus,vt ſibi liceret nefanda Græ-
corum iura reſoluere, quin eos odiſſe & inſtitutam eorum fraudem patefacere,quando- 487
quidem nullis ampliùs patriæ obſtringeretur legibus. illúdque propterea vnum a Troia-
nis poſtulauit,vt ſi vera narraret, & beneficium acceptum ampliſſimè compenſaret, in
promiſſis ſtarent,atque eum tutum Ilij vellent & ſecurum. quibus præmiſſis artificijs, ad
rem narrandam deſcendit his verbis,

Part.24. Omnis ſpes Danaûm & cœpti fiducia belli
Palladis auxilijs ſemper ſtetit,impius ex quo
Tydides,ſed enim ſcelerúmque inuentor Vlyſſes,
Fatale aggreſsi ſacrato auellere templo
Palladium,cæſis ſummæ cuſtodibus arcis
Corripuere ſacram effigiem,manibúſque cruentis
Virgineas auſi diuæ contingere vittas:
Ex illo fluere ac retrò ſublapſa referri
Spes Danaûm, fractæ vires, auerſa Deæ mens.
Nec dubijs ea ſigna dedit Tritonia monſtris:
Vix poſitum caſtris ſimulachrum, arſere coruſcæ
Luminibus flammæ arrectis, ſalſúſque per artus
Sudor ijt: térque ipſa ſolo (mirabile dictu)
Emicuit,parmámque ferens,haſtámque trementem
Extemplo tentanda fugâ canit æquora Calchas:
Nec poſſe Argolicis excindi Pergama telis,
Omnia ni repetant Argis, numénque reducant,
Quod pelago & curuis ſecum aduexere carinis:
Et nunc,quòd patrias vento petiere Mycenas,
Arma Deóſque parant comites: pelagóque remenſo
Improuiſi aderunt. ita digerit omnia Calchas.

quibus, a Pallade & erepto Palladio appoſitè occaſione ſumpta, nouum mendacium
mendacijs,admirabilémque fraudem fraudibus, adnectit. Ait igitur, Græci in Troiana
oppugnatione ſpem omnem in Pallade collocauerant, ita ſemper eorum ſpes Palladis 488
ſuffulta fuerat auxilijs. verùm ſtatim atque impius Diomedes & ſcelerum inuen-
tor

tor Vlyſſes, auſi ſunt è ſacro Mineruæ, quod apud vos eſt, temp lo Palladium auellere, & necatis ſummæ arcis cuſtodibus ſacram effigiem eripere, nec dubitarunt cruentis manibus virgineas diuæ vittas contingere & attrectare, inde quotidie in deterius res Græcorum abire, ac ſpes cadere, vires frangi, Diuæ mens auerti, quæ ſanè Diua non dubijs monſtris inditium præbuit auerſæ mentis & irati in Græcos animi. ſiquidem vix ereptum ſimulacrum, aſportatum, & pro caſtris collocatum fuit, vix coruſcæ luminum flāmæ illi ſunt accenſæ, cum ſalſus per artus Diuæ ſudor iuit (id quod commoti Numinis & perturbati ſignum videri potuit) ipſaque ter ſolo (mirum dictu) exiliuit, quaſi eo in loco ſtaret inuita: eodémque tempore clypeus atque haſta, quam geſtabat, tremere viſa ſunt. itaque Calchas augur & Vates ſtatim fugam tentandam, ac, ſi fieri poſſit, capiendam pronunciauit: monuítque Ilium a Græcis expugnari non poſſe ni omina & auguria Argis inſtaurentur ac repetantur; ac Numen ſeu Palladium quod iam ſecum aduexere, Ilium reducant. Itaque cum Græciam repetiuerint, iam tum arma, quæque ad bellum pertinent, tum Deos, quibus inuitis nil ſperandum eſt, propitiant & comites ſibi adiungunt: ita fiet vt remenſo pelago huc improuisò ſint redituri, ſic enim omina & auguria digerit Calchas tali bellum ratione peragendum & adminiſtrandum docuit. Iam verò cum hæc Troianis aperuiſſet Sinon, & ſimplices eorum mentes, ac nil minùs quàm talem fraudem ſuſpicantes, religione vel potiùs ſuperſtitione facilè imbuiſſet, ad equum, de quo quæſierant, orationem conuertit, & illis Durium equum in Vrbem introducendum vt perſuadeat, miro artificio contendit. ſic pergens,

489
Part. 25 Hanc pro Palladio moniti, pro numine læſo
Effigiem ſtatuêre nefas, quæ triſte piaret.
Hanc tamen immenſam Calchas attollere molem
Roboribus textis, cœlóque educere iuſsit,
Ne recipi portis, aut duci in mœnia poſsit
Neu populum antiqua ſub religione tueri.
Nam ſi veſtra manus violaſſet dona Mineruæ;
Tum magnum exitium (quod Dij priùs omen in ipſum
Conuertant) Priami imperio, Phrygibúſque futurum.
Sin manibus veſtris, veſtram aſcendiſſet in Vrbem
Vltrò Aliam magno Pelopeia ad mœnia bello
Venturam, & noſtros ea fata manere nepotes.

Igitur a Calchante admoniti interim pro Palladio, quod reducendum eſt, & pio læſo Diuæ numine, hanc, quam cernitis, quámque Mineruæ ipſi dicatam volunt, equi effigiem hîc ſtatuere, vt expiarent triſte, quod admiſerunt, nefas. Quanquam Calchas vafrè iuſſit vt eiuſmodi effigies & moles in cœlum propemodum attolleretur, & immenſæ molis ac magnitudinis fabricaretur, ne. ſ. portas ſubire & in Vrbem a vobis introduci ac recipi queat: ídque ne vobis, vbi eius equum religioſè introduxeritis in Vrbem, propitia reddatur Pallas, ac Troianorum Populum in ſuam clientelam ob priſtinam religionem excipiat. quin potiùs anſam vobis præbendam putauit vt ipſius Mineruæ donum ferro ac flammis violetis, quò infenſa vobis reddatur & iraſcatur. Si enim Mineruæ donum violaueritis, fore ait vt vobis veſtróque Imperio certum (quod Dij auertant & in eius caput conuertant) exitium afferat. Contrà verò fore proſpicit, vt ſi veſtra manu atque opera in Vrbem traducatur, veſtra quoque arma traducantur in Græciam: ita ut qui vos modò oppugnabant, & nunc ruſus inuadere & oppugnare parant, in ſuis nepotibus ac poſteris, & in proprijs laribus veſtra arma experturi ſint. Hæc ſunt quib. callidiſſimus Sinon in fraudem præcipites
490 dedit Troianos, & vt equū in Vrbem inducerent, hoc eſt ſibi extremā perniciem ſtruerēt, perſuaſit. Hanc verò Sinonis ſiue hiſtoriam ſiue fabulam ideo præter morem ſtrictim ferè perſequi libuit, vt eius artificiū & pulchritudo (eſt. n. ſine dubio admirabilis) ſimul tota, quoad eius fieri poſſet, ſub aſpectū poneretur, & ab initio ad finē vſq; quaſi tabula benè picta ſpectaretur. id qđ eò etiā libentiùs feci, quia vt hiſtorico ferè more ac modo texitur, & *Sinonis fabula abſoluta, pauca quadam obſeruantur.*

hiſtoricum propemodum refert ſtylum, non caret perſpicuitate. Tametſi hoc in loco cõ-
I. modam veluti ſtationem nactus, pauca quædam de propoſita fabula fateri Lubet. Ac primum eſt, optandum fuiſſe vt qui ex Piſandro fabulam hanc deriuaſſe ſcribunt Virgilium nec deriuaſſe ſolùm, ſed penè ad verbum ſuſtuliſſe, Piſandri proferrent carmina, vt de re tota liceret iudicare. Interim futurum fuiſſe ſuſpicor vt intelligeretur ſummũ illi decus Virgilij induſtria adiunctum, atque ex argento vel potiùs ære aurum effectum. Vt enim in multis Homeri imitator dicitur, cum tamen reuera Homeri æs in argentum, aut argentũ
II. conuertat in aurum, ita facilè contigiſſe conſtaret, ſi Piſander extaret. Alterum eſt, ea quę vel Tryphiodorus vel Dares Phrygius de Troiano equo ſcribũt, quibúſcum poëta noſter conferri poteſt, longè a Virgilio ſuperari: illi enim omnes veriſimilitudinis fines egrediũtur, itaut gemmas equi illius oculis conficiendis & huiuſmodi alia adhibeant quæ pueri-
III. lia videri poſſunt, a quibus tamen noſter Vates abſuit, quantumuis Tryphiodorum alicubi ſequatur. Sed & diligenter obſeruandum quantum valeat morata oratio: quod enim ſcribit Ariſtoteles moratam orationem, vnde inquam aliquis ſibi probitatem, modera- 491
tionem, & erga Auditores beneuolentiam affingit, ſæpiſſimè dominari, ac principẽ in dicendo locum obtinere, ſatis in Sinone perſpicitur: qui etſi ad fraudem compoſitus eſſet totus, tantum potuit dicendi virtute, qua ſe miſerum & calamitoſum effinxit, ſimúlque Græcorum hoſtem, vt ad lachrymas prouocarit Troianos. Itaque

His lachrymis vitam damus, & miſereſc imus vltrò;
Ipſe viro primus manicas atque arcta leuari
Vincla iubet Priamus ———

dixerit Aeneas, itaut Virgilij eloquentiam ipſe quidem cum alibi ſæpè admirari ſoleam, tum in Sinoniana hac concione ſuſpicere: præſertim verò quia quæcũque ad huiuſmodi machinationem pertinent conflandam vnde Ilij euerſio ſequuta eſt, vſque adeò veriſimilia ſunt omnia, vt non facilè ſtatuas fabulámne an hiſtoriam audias. Quanquam illud
IV. etiam momentum habet ſuum, quod Palladis ac religionis (etſi ſuperſtitioſæ) ſic momẽta adhibuit equo tuendo ac fraudi ſtruendæ, vt quæ maximè ad hanc rem afferri poterant, omnia præuiderit Virgilius. Quapropter iure ſuo canere potuit (id quod iam iam audietur.

Talibus inſidijs, periurique arte Sinonis
Credita res: captique dolis lachrymiſque coacti,
Quos neque Tydides, nec Lariſſæus Achilles,
Non anni domuere decem, non mille carinæ

V. Iam verò geminata imitatio hîc agnoſcẽda dum Sinon introducitur. Cum enim poëta Aeneam introduxiſſet ab ſecundi initio, ecce tibi Aeneas inter narrandum Sinonẽ produxit in medium, quem item longa orationẽ, etſi ab Aenea viciſſim reſumitur dicendi munus, loquentẽ fecit. in quo genere imitationis Herculis columnæ ſtatuẽdæ ſunt, vt ne plus vltra: Alioquin confunderetur Lector, nec ſatis rerum filum tenere poſſet, deceptus inprimis perſonarum varietate. Quanquam ſæpè dubitaui num fieri poſſit vt tertius aut quartus, & ita deinceps alter atque alter ſubſtituatur, nec potiùs in eum a quo introducitur, recidat munus; ſanè verba illa.

Sanguine placaſtis ventos, & virgine cæſa,
Cum primùm Iliacas Danai veniſtis ad oras:
Sanguine quærendi reditus, animáque litandum
Argolica ———

rem totam indicant: etſi reuera tertia ſatis perſona exprimitur nulla, ſed tacitè Oraculum indicatur, cuius ſunt propoſita verba; itaut imitatio triplicari videatur. Sed quicquid ſit quem oratione non perſona imitamur (talis enim ex Platone eſt epica imitatio) ſic inducamus oportet vt perſpicuitati ſeruiat. ſed redeo ad Aeneam qui ſequitur

Part. 26. Talibus inſidijs, periuríque arte Sinonis
Credita res, captíque dolis, lachrymíſque coacti, 492
Quos neque Tydides, nec Lariſſæus Achilles,
Non anni domuere decem, non mille carinæ.

Quibus non minùs eleganter quàm ad Troianorum ſimplicitatẽ excuſandã appoſitè cõmemorat,

memorat,ſeu in ſummã redigit,Sinonis fraudẽ; docétque ijs inſidijs eã Vrbem expugnatam,illud Regnum euerſum,quæ nec Diomedis & Achillis fortitudo ac bellica virtus,nõ decemnalis ſiue oppugnatio ſiue obſidio,non immenſus nauium,ac proinde militum numerus,euertere potuiſſet. Atque hîc obſerua iam ſigillatim declarare Poëtam id quod generatim & comprehenſim cecinerat antea,cum diceret. *Tot iam labentibus annis*. quod ex Iliade ipſa vix fortaſſe intelligas,in qua ne tempus quidem indicatur quod ab initio fluxit obſidionis ad finem vſque. Quin ſic Achillis ira decantatur, vt non facilè intelligas num cætera quæ interponit multa, tanquam materiæ partem interponat & canat, an verò in Epiſodiorum habeat loco,tantùm abeſt vt decemnale iſtud ſpatium declaretur, quod tamen ex Odyſſea dignoſcitur poſtea: vbi Vliſſes decemnio obſidione,altero decemnio,nauigatione,occupatus deſcribitur. quanquã Dares Phrygius vltra decemniũ menſes octo, dies duodecim perduraſſe ſcribit obſidionem. Illud tamen de Iliadis tempore conſtare poteſt, Achillem qui Chryſeidem captiuam duxit dum a depopulatione Troiani agri rediret,multò poſt initium obſidionis Chryſeidẽ ad exercitum deduxiſſe,quæ Agamemnoni pro magno munere oblata eſt. Quocirca ſatis intelligitur multò quàm decemnale ſibi anguſtius temporis ſpatium ſubſternere Iliadem. an verò vltimum tantùm annum ſibi vendicet Homeri Ilias,imò,quod aliqui affirmant,non integrum hunc annum,non facilè affirmauerim: cũ reuera Achillis ira non vna ſed gemina decantetur: prior in Agamemnonem propter ademptam Chryſeidem: quæ in mediis Iliados ſpatiis ſedatur ita vt cum Agamemnone reconcilietur: altera in Hectorẽ quòd Patroclum occidiſſet: quæ continet alteram Iliadis partem,& cum Hectoris nece compeſcitur,vnde clauditur Ilias. Certum tamen Iliadis ſubiectum tempus præfiniri nequit. Illud tamen conſtat breue fuiſſe,ſi Ariſtoteli credimus, qui in Particula 125. belli Troiani quãdam particulam tantùm ſubijcit Iliadi. Redeo ad Virgilium qui nouum inauditúmque portentum ac monſtrum,unde Ilij euerſio ſequuta eſt interponit,& ideo ſequitur

Part.27 Hic aliud maius miſeris multóque tremendum
Obijcitur magis,atque improuida pectora turbat.
Laocoon,ductus Neptuno ſorte ſacerdos,
Solemnis taurum ingentem mactabat ad aras.
Ecce autem gemini a Tenedo tranquilla per alta
(Horreſco referens) immenſis orbibus angues
Incumbunt pelago,paritérque ad littora tendunt:
Pectora quorum inter fluctus arrecta,iubaéque
Sanguineæ exuperant vndas,pars cætera pontum
Ponè legit, ſinuátque immenſa volumine terga.
Fit ſonitus ſpumante ſalo: iámque arua tenebant,
Ardentéſque oculos ſuffecti ſanguine & igni,
Sibila lambebant linguis vibrantibus ora.
Diffugimus viſu exangues: illi agmine certo
Laocoonta petunt: & primùm parua duorum
493 Corpora natorum ſerpens complexus vterque
Implicat,& miſeros morſu depaſcitur artus.
Poſt ipſum auxilio ſubeuntem ac tela ferentem
Corripiunt,ſpiríſque ligant ingentibus: & iam
Bis medium amplexi,bis collo ſquammea circum
Terga dati,ſuperant capite & ceruicibus altis.
Ille ſimul manibus tendit diuellere nodos

Per-

Perfuſus ſanie vittas atróque veneno,
Clamores ſimul horrendos ad Sydera tollit
Quales mugitus fugit cum ſaucius aram
Taurus,& incertam excuſſit ceruice ſecurim.
At gemini lapſu delubra ad ſumma dracones
Effugiunt, ſeuaéque petunt Tritonidis arcem
Sub pedibúſque Deæ,clypeíque ſub orbe teguntur.

Eò res Troiana adducta erat,vt ſine dubio in maximo periculo verſaretur. ſed tamen quoniam nondum introductus fuerat equus,ſpei ſupererat aliquid. quid enim ſi interim Capyn & Laocoonta in conſilium adhibuiſſent,& re maturiùs diſcuſſa in Sinonianæ fraudis ſuſpicionem veniſſent? ſanè cauere ſibi adhuc, & Vlyſſem cum ſociis trucidare, potuiſſent.Sed cum nouum hoc monſtrum occurrerit ac factum, vnde Laocoontis filii a ſerpentibus enecarentur, & Laocoon ipſe ab iiſdem appetitur & miſerè implicatur ac fœdatur,quæ obſecro ſpes eſſe poteſt quominùs in tanta offenſæ religionis & exaſperatæ Palladis ſuſpicione ac trepidatione equus in Vrbem introducatur & in arce conſtituatur? etenim factum hoc nemo non iratæ Palladi tribuiſſet, quæ a Laocoonte quippe qui ferrum in equum intorſerat,ac votum violaſſe videbatur,temeritatis ac violati numinis pœnas repeteret. id quod eò magis veriſimile atque adeò certum videri potuit, quod cum angues illi Laocoontis filium enecaſſent, & Laocoontem ipſum ſanie atróque veneno 494
fœdaſſent,itaut clamores horrendos ad ſydera tolleret, continuò ad Palladis delubrum & arcem confugerunt,ſéque ſub Deæ pedibus & clypei orbe condiderunt.Itaque nil mirum ſi id planè contigit quod iam canit Poëta

Part.18.

Tum verò tremefacta nouus per pectora cunctis
Inſinuat pauor:& ſcelus expendiſſe merentem
Laocoonta ferunt, ſacrum qui cuſpide robur
Læſerit & tergo ſceleratam intorſerit haſtam.
Ducendum ad ſedis ſimulacrum orándaque Diuæ
Numina conclamant——

Dubitatur aduerſus Poetam.

Et iurè:neque enim fieri poterat ut Troiani id non Palladi acceptum referrent, quæ votiuum equum a Laocoonte violatum indignè tuliſſet. Sed tamen interim videtur Poëtæ iudicium atque induſtria requiri poſſe. etenim Sinonis commētum ac dolum tam aptè digeſſerat vt iam Troiani arderent Durium in Vrbem atque arcem introducere, præſertim verò cum fore audiſſent vt ſi illum non violaſſent,ſed in Palladis templo religioſè ſtatuiſſent,Græcia Troiæ imperio ſubiicienda eſſet:cum tamen,vbi ſpreuiſſent votum,Græci in Troiæ excidium eſſent redituri. cum igitur tanto ſtudio atque artificio egregiū hoc Sinonis commentum elaboraſſet expreſſiſſétque, vt aliud nihil expectandum videretur, niſi vt Durius in Vrbem induceretur, índeque Ilio euertendo pateret aditus (præſertim verò quia Priamus ac Troiani temerè iam & Sinonem libertate donaſſe, & Patriæ ac Regno per imprudentiam euertendo viam aperuiſſe viderentur)mirum eſt mox ad nouum commentum confugiſſe,& colubros induxiſſe qui Laocoonta inuaderent. Neque verò id contendo quòd nouum hoc facinus non aptiſſimum ſit vnde equo in Vrbē inuehendo atque Ilio euertendo aperiatur aditus,ſed quia cum Sinonis dolus eſſet aptiſſimus, illi tanquam palma expugnandi Ilii erat tribuenda,nec nouum commentum rei peragendæ excogitandum adhibendúmque,quaſi Sinonianum non eſſet aptum. Eſt enim aptiſſimum 495
atque pulcherrimum,itaut alterum otioſum videri poſſit. Et ſanè quemadmodum vni fabulæ vnicus nodus quæritur,ita equo huic introducendo tanquam vnicæ fabulæ peragendæ,vnicus erat dolus adhibendus:præſertim quia ille ingenio conflatus eſt totus ac ſine machinæ vſu,alter mera machina cenſeri poteſt ac voluntarius. Denique cum alteruter id efficere poſſet,quod inſtituebatur,nihil erat cur vſurparetur vterque, ſed poſterior reticenda erat & prætereunda machina. Certè Natura quam imitari ars & debet & ſolet, non geminas effectrices cauſas rei adhibet moliendæ, præſertim eiuſdem efficacitatis ac momenti

Digitized by Google

momenti, vbi ſufficiat altera. Qua in re quid reſpondeam non habeo, niſi notum hunc co lubrum facimus videri a Virgilio excogitatum, & Sinoniana fraudi additum, vt Troianorum imprudentiam ſeu imprudentiæ ſuſpicionem etiam atque etiam extenuaret remoueretque. nam in re tam graui & in qua de ſumma rerum ageretur, reuera nondum Sinonis vel narrationi vel lachrymis erat fidendum, ſed maturiùs deliberandum, ac nullus non lapſis mouendus vt veritas vndique conquireretur conſtitueretúrque: præſertim verò quia nihil prohibet clam Durij latebras ac ſine Palladis iniuria obſeruare & explorare, non enim vt eum violarent ac Palladi iniuriam inferrent, ſed vt Patriæ conſulerent cauerentque, id effeciſſent. Sed fateamur id quod eſt, grauiſſimam hanc priori cauſam addit, vt non tam ex priore quàm ex poſteriore expugnationem ſecutam indicet: hoc eſt ex ea quæ reuera ſapientiſsimum quemque in fraudem adegiſſet. Igitur diuinitus (vt ita dixerim) confirmat Sinonis dictum, vnde penitus excuſandi ſunt Troiani. & idcirco ſic pergit.

Par. 29. Diuidimus muros, & mœnia pandimus Vrbis.
Accingunt omnes operi: pedibúſque rotarum
Subijciunt lapſus, & ſtupea vincula collo
Intendunt, ſcandit fatalis machina muros
496 Fœta armis: circum pueri innuptaéque puellæ
Sacra canunt, funémque manu contingere gaudent.
Illa ſubit mediaeque minans illabitur Vrbi.

Ita fit vt non modò aliquam diuidant murorum partem vt in Vrbem introduci poſſit vaſta illa moles, verùm etiam certatim confluant, atque operam præſtent ſuam vt quamprimùm introducatur. Quid multa? rotas etiam ſubijciunt moli & funes iniciunt collo ut citiùs trudatur & attollatur. quæ omnia ſic peraguntur vt pueri innuptaéque puellæ circumſtent ſacra canentes, ſéque perbeatos quodammodo exiſtiment ſi funem ipſum contingere licuerit. Sic ſanè ita mediam ſubit Vrbem, vt, quoniam vaſtiſſima erat ac facilè caput ingens quaſſabat, Vrbi tanquam minitaretur. Interim tamen longè obſcurum videri poteſt quî muri diuidantur & pandantur mœnia, quî rurſus moles iſta muros dicatur ſcādere cum muri diuiſi eſſent ſeu patefacta mœnia. *Dubitatur* Verùm quicquid Seruius, Donatus & alij quidam affirment qui ſcribunt non idem iterari, ſed mœnia pandi valere interiora Ciuitatis ſeu muros ſcindendo, interiora mœnia pandi (verè enim de Vrbis mœnijs loquitur Virgilius non de interioribus quæ domos deſignent) omnino crediderim expoſitione vsū eſſe, ac rem alioquin ſubobſcuram vel inchoatam dilucidaſſe ac penitus declaraſſe. *Reſpondetur.* ita factum eſt vt docuerit qui muri diuiſi & quo modo diuiſi ſint: quòd eſt fuiſſe Vrbis muros ac mœnia, ita diuiſos vt latiùs panderentur. Scandit verò muros machina quia muri illi diruti fuerant & aperti, qui portæ ſcææ imminebant non ad imum & fundamenta. itaque Dyctis ſcribit muros deſuper apertos & dirutos: & Virgilius ſatis indicat mœnia quæ imminerent, portæ fuiſſe diruta, dum canit è veſtigio

——Quater ipſo in limine portæ
Subſtitit ——

ex quo fit vt quamuis ſuperior molis pars muris longe immineret, atque interiorem Vr-
497 bem veluti ſpectaret, ima tamen pars vt introduceretur moles, attollenda eſſet. pontem igitur ſubſtructum exiſtimandum eſt vnde paulatim attolleretur & introduceretur: quē morem cum olim tum hoc tempore ſeruatum animaduertimus, dum triumphator vel egregius Dux ac princeps ſolemni pompa in Vrbem introducitur. ita quidem fatalis machina muros ſcandere potuit. Quod ſanè dum recolit Aeneas, non poteſt non Enniano ferè more exclamare,

Par. 30. O Patria, ô Diuûm domus Ilium & inclyta bello
Mœnia Dardanidûm ——

Quod ſine dubio facit non ſine intimo doloris ſenſu, cum de Patria loquatur, cui iam immineret excidium, & de Vrbe, quæ Deorum eſſet domicilium, & bello inclyta, ac proinde & religione & bello nobilis. Quanquam illud eius auget dolorem, quòd in mentem venit

molem

Digitized by Google

molem illam antequam in Vrbem inueheretur ſæpè ſubſtitiſſe, atque vtero armorum ſonitum reddidiſſe: & tamen ita cæcas fuiſſe illorum mentes vt monſtrum illud exitiale in Vrbem inducere, & in arce ipſa ſiſtere properarint, & ideo pergit

Part.31. — Quater ipſo in limine portæ
Subſtitit, atque vtero ſonitum quater arma dedere.
Inſtamus tamen immemores, cæcíque furore,
Et monſtrum infœlix ſacrata ſiſtimus arce.

Ideo autem immemores dicuntur, quia interim oracula repetere potuiſſent quæ fortè de excidij periculo Caſſandra edidiſſet ab Apolline inſtincta: vel quia Græcorum fraudis & aſtutiæ, aut etiam ſalutis propriæ, immemores eſſent. Quod tamen eam habere videtur excuſationem, quòd a Sinone mira illis religio ac ſuperſtitio iniecta eſſet: a qua, truci Laocoontis caſu aucta, veluti furore cæci ad machinam properè introducendam impellerentur: itaut armorū ſonitū nō æſtimarent, ſed mōſtro in Arcē introducendo inſtarent.

Part.32. Tunc etiam fatis aperit Caſſandra futuris 498
Ora, Dei iuſſu, non vnquam credita Teucris
Nos delubra Deûm miſeri, quibus vltimus eſſet
Ille dies, feſta velamus fronde per vrbem.

Quod ſæpè aliàs fecerat Caſſandra vt futura prædiceret (etſi nulla ei vaticinãti fides vnquam habita: cur tamen ex fabula petas, nota enim eſt) nūc etiam facit, dum tam dirum conſpiceret monſtrum. Troiani tamen non modò non eam audiunt, ſed quaſi dies fœliciſſimus illuxiſſet ac lætiſſimus, delubra exornant, ac diem ſupremum & infœliciſſimum tripudijs & lætitijs ducunt ad noctē vſque. ita ſentiēt breui quàm malè ferientur, quámq; verè illud fuerit pronūciatū & in prouerbij loco vſurpatū, extrema gaudij luctus occupat.

Part.33. Vertitur interea cœlum, & ruit Oceano nox,
Inuoluens vmbra magna terrámque polúmque
Myrmidonúmque dolos: fuſi per mœnia Teucri
Conticuere: ſopor feſſos complectitur artus.
Et iam Argiua phalanx inſtructis nauibus ibat
A Tenedo, tacitæ per amica ſilentia Lunæ,
Littora nota petens: flammas cum regia puppis
Extulerat fatiſque Deûm defenſus iniquis
Incluſos vtero Danaos, & pinea furtim
Laxat clauſtra Sinon: illos patefactus ad auras
Reddit equus, lætíque cauo ſe robore promunt
Tiſandrus Sthenelúſque duces, & dirus Vlyſſes.
Demiſſum lapſi per funem: Athamáſque Thoáſque
Pelidéſque Neoptolemus, primúſque Machaon,
Et Menelaus, & ipſe doli fabricator Epeus.
Inuadunt Vrbem ſomno, vinóque ſepultam.
Cæduntur vigiles: portiſque patentibus omnes
Accipiunt ſocios, atque agmina conſcia iungunt.

Noctem deſcribit, deſcriptionémque a Cœli ducit conuerſione, quod dum conuertitur 499
Cœlum itaut ſol tandem decumbat, ſuccedit nox, ac propterea Oceano ruere (id quod fabulantur poëtæ) nox dicatur, & omnia vmbris inuoluere. Ex quo etiam fit vt nox Myrmidonum quoque dolos atque adeò Græcorum fraudes celauerit: cum Teucri contra per mœnia, hoc eſt per domos vel etiam in ipſis Vrbis mœnibus, cui cuſtodiendæ fuerat inuiglan-

Digitized by Google

uigilandum, non modò ſilerent & conquieſcerent, ſed dormirent altiùs. Itaque claſſis interim remeat tacitæ per amica ſilentia Lunæ, hoc eſt in ipſo noctis quæ Luna deſignatur, ſilentio: nox enim tacita ac ſilentij cuſtos, clamoſus dies. adde quod Luna etiã a Poëtis ſilere dicitur, dum lumen emittit nullum: auribus enim certa quadã analogia & proportione aptatur, quod oculis conuenit, quaſi verò tenebræ ſint amicum noctis ſilẽtium. ac propterea tacitæ Lunæ ſilentia lunaris lucis defectus deſignarent dum tenebras adamarent remeantes. niſi tamen dicas (quod ego quidem exiſtimo) primùm per Lunam deſignari noctem, quia quemadmodum Sol diei præeſt, ita nocti præeſt Luna; tum tacitam dici, quia nox quieti & ſilentio deſtinata eſt. denique ait Græcos rediiſſe per amica ſilentia Lunæ, ideſt noctis, quia ea planè redierant noctis hora in qua maximè fit ſilentiũ, quæue eſt cum ſilentij amica tum quietis ac ſomni. Talis eſt autem prima noctis vigilia in qua ſomnus nos complectitur altiùs, ideo iam iam canet Aeneas

Tempus erat quo prima quies mortalibus ægris
Incipit, & dono Diuûm gratiſſima ſerpit,

vbi ſignificat Græcos aduentaſſe in ea noctis hora ſeu parte in qua mortales altiùs dormiunt: ea enim ſilentia maximè omnium amica ſunt. Itaque nil prohibet Lunam enituiſſe, ac viam illis monſtraſſe præſertim quia ex Hiſtoricis in plenilunio Ilium expugnatum
500 didicimus. denique paulò poſt, per Lunam, inquit Virgilius, ſeſe Aeneæ offerunt ſocij. ergo ſilente Luna, necdum ſuam lucem emittente: flammas, hoc eſt ſignum extollit è regia puppi, prout conuenerant Sinon, ac tali ac tanta opportunitate atque adeò iniquis Troiæ fatis, defenſus ac munitus, reſerat monſtri illius clauſtra, vnde Tiſandrus cæteríque qui deliteſcebant in equo, deſcendunt atque Vrbem inuadunt ſomno conſopitam ac vino. nam ad reliquam cæcitatem epularum ac vini acceſſerat largitas vt dormitarent altiùs, ac vigilantibus Græcis nullam non rationem ac viam relinquerent occupandæ & excidendæ Vrbis. Itaque a Græcis cæduntur vigiles & obtruncãtur, reſerantur portæ, & externa agmina quæ a Tenedo remigrauerant, introducuntur, ideo enim canit Virgilius,

Accipiunt ſocios atque agmina conſcia iungunt,

Hinc Vrbe tota ſuccedit cædes, incendium, excidium, quod tamen ſic deſcribitur reliquo hoc libro toto a Poëta, vt eodem tempore Aeneam fortitudinis, pietatíſque laude mirificè ornet, ſimúlque doceat Ilium non Græcorum virtute, ſed fatorum decreto ac Palladis Deorúmque multorum armis & oppugnatione, cecidiſſe: vt ſcilicet tum dedecus omne arceat longiùs a Troianis, tum Aeneam a quo Auguſtus propagatus eſſet, heroica virtute compleat, tantùm abeſt vt eam maculam, de qua ſæpè diximus, non abſtergat penitus ac deleat. Et quoniam Virgilij conſilium & artificium ad finem vſque II. huius libri in hoc poſitum eſt totum, id ipſe quoque proſequar, & ex ordine declarabo ad finem vſque.

Ergo vix Græcos è Tenedo remeantes introduxit in Vrbem Virgilius, ac ferro ignéque cædem & incendium aggredientes. cum Hectorem induxit qui in ſomnis Aeneam de hoſtium ingreſſu & Vrbis incendio admonuit ac ruina. cùm enim ſuccedente nocte Aeneas ad patriam domum diuertiſſet, quæ nemoroſo in loco ſita erat & ab arce regiáque nonnihil diſſita, ac iam ſe quieti dediſſet, ecce tibi Hector ſe ſe illi in conſpectum dedit & eo pla-
501 nè vultu ac ſpecie, qua cum ab Achille interficeretur, conſpectus eſt. quare ſic canit Virgilius

Par.34. Tempus erat quo prima quies mortalibus ægris
Incipit, & dono diuûm gratiſſima ſerpit,
In ſomnis ecce ante oculos mæſtiſſimus Hector
Viſus adeſſe mihi, largóſque effundere fletus
Raptatus bigis, vt quondam, aterque cruento
Puluere, pérque pedes traiectus lora tumentes.
Hei mihi qualis erat, quantum mutatus ab illo
Hectore, qui redit exuuias indutus Achillis,
Vel Danaûm Phrigios iaculatus puppibus ignes.
Squallentem barbam & concretos ſanguine crines,

Vulne-

Digitized by Google

Vúlneraque illa gerens, quæ circum plurima muros
Accepit patrios: vltrò flens ipſe videbar
Compellare virum, & mæſtas expromere voces.

Dubitatur. Et hîc quidem dum primò deſcribitur tempus, quo ſe ſe Hector in conſpectum Aeneæ dedit, quæri poſſet cur non ſub Auroram & diluculo, aut paulò antè, id fingat Virgilius: nam hoc planè tempore vera immitti ſomnia cenſebant veteres, ſiue enim quia diluculo mens a deſecatione humorum minùs impediatur, atque adeò ſoluta ſit, ſiue quia manes non tam profunda nocte vagari crederentur quàm poſtremis tenebris, ſatiùs videri poterat extremam noctis vigiliam viſo huic deſtinaſſe. Certè Theocritus in poſtrema noctis vigilia inducit Venerem quæ ſomnium immittit Europæ, & tunc veracia canit eſſe ſomnia. Hinc Ouidius in Epiſtola ad Leandrum,

Namque ſub Auroram iam dormitante lucerna,
Tempore quo cerni ſomnia vera ſolent.

ſic Tibullus libro III. elegia IV. ſic Seneca in Troadibus, atque alij Tragici ſæpè, Fracaſtorius libro I. Ioſephi, Cicero etiam in ſomnio Scipionis viſum poſt multam deſcribit noctẽ. Quin Philoſtratus libro II. de viſo Apollinis indigna cenſet & quaſi profana quæ ante vltimam noctis partem fiunt ſomnia, & Pomponatius libro de Incantationibus capite VIII. 502
idem ſentit propter humorum ſolutionem. Quid multa? Seneca de quo dicebam hunc eundem Virgilii locum ſic imitatur dum Hectorem per viſum in ſomnis inducit, vt iam ſecunda præteriiſſet noctis pars, adeſſétque tertia, quod eſt poſtrema (Græci enim in tres partes, quam Latini in quatuor, vigilias diſtribuebant noctem) & Auroræ proxima. verba hæc ſunt,

Partes ferè nox alma tranſierat duas:
Clarúmque ſeptem verterat ſtella iugum:
Ignota tandem venit afflictis quies
Breuiſque feſſis ſomnus obrepit genis
Cum ſubitò noſtra Hector ante ora ſtetit
Non qualis vltro bella in Argiuos ferens
Graias petebat facibus Ideis rates

Reſpondetur. verumtamen multa quoque è contrario afferri exempla poſſunt, ex quibus conſtet partim ſub noctem, nulla vel diluculi aut certæ alicuius nocturnæ partis ratione habita, partim etiam in prima aut ſecunda vigilia, immiſſa fuiſſe ſomnia. Itaque Actius in Bruto,

Cum iam quieti corpus nocturno impetu
Dedi, ſopore placant artus languidos,
Viſus eſt in ſomnis Paſtor ad me appellere.

& in 1. Tuſculana

Vidi videre quod me paſſa ægerrimè
Curru Hectorem quadriugo raptarier.

Denique Homerus etiam Patroclum ſub noctem inducit. Quin M. Tullius in ſomnio Scipionis indicat quidem ad multam noctem per viſum apparuiſſe Paulum, ſed diluculo non exprimit. Quapropter dum res ferè libera Poëtæ integráque relinquitur, crediderim Virgilium duabus de cauſis in prima quiete ſomnium ſeu viſum induxiſſe.
Vna eſt vt ne torporis accuſaretur Aeneas, dum patriæ non excubaret cuſtodiæ: nam 503
neceſſitati ferè ſeruit qui ſomno indulget eo tempore. prima enim quies irrepit vltrò, & idcirco dono diuûm gratiſſima ſerpit, inquit Virgilius. & ideo altiùs occupat artus. Altera eſt quia cum ſtatuiſſet Poëta vt per noctem quoque Aeneas pro Patria & Priamo fortiter dimicaret (vt ſcilicet eius pietatem erga patriam declararet) commodè cadebat vt perbreuem illam quietem illi concederet, qua etiam excuſaretur ab Ilij infortunio, & continenter expergiſceretur, vt inter ignes & hoſtes ſuam ille ad extremam vſque & noctem & fortunam, pietatem & erga patriam, Priamum, Anchiſem, filium, vxorem, amicos denique multos charitatem oſtenderet. Sed iam audiamus quibus Hectorem Aeneas compellet vocibus. cur enim talis ei apparuerit, haud mirum, cum talis deceſſiſſet, ac ſui ſpecie oculos animóſque Troianorum non multò antea compleuiſſet;

O lux

Par.35. O lux Dardaniæ, ſpes o fidiſſima Teucrûm,
Quæ tantæ tenuere moræ? quibus Hector ab oris
Expectate venis? vt te poſt multa tuorum
Funera, poſt varios hominúmque, Vrbiſque labores
Defeſsi aſpicimus? quæ cauſa indigna ferenos
Fœdauit vultus? aut cur hæc vulnera cerno?

continuóque ſubieciſſet,

Part.36. Ille nihil nec me quærentem vana moratur:
Sed grauiter gemitus imo de pectore ducens;

Ad id, quod dicere cœperam, aggreſſus, Hectoris ore Troiæ ruinam, Aeneæ virtutem, declarat, atque Vrbis ruinam cœleſtibus acceptam eſſe referendam oſtendit, ſic loquens,

Part.37 Heu fuge nate Dea, téque his, ait, eripe flammis.
Hoſtis habet muros, ruit alto a culmine Troia.
Sat Patriæ Priamóque datum, ſi Pergama dextrâ
504 Defendi poſſent, etiam hác defenſa fuiſſent.
Sacra, ſuóſque tibi commendat Troia Penates:
Hos cape fatorum comites: his mœnia quære,
Magna pererrato ſtatues quæ denique ponto.
Sic ait, & manibus vittas, Veſtámque potentem
Aeternúmque aditis effert penetralibus ignem.

Igitur verbis tria illa aggreditur Virgilius, quæ commemorare cœperam. Quamuis enim iam antea ad hæc nos informare cœpiſſet, cum caneret Græcos ductores bello fractos ad fraudem confugiſſe, nec fieri potuiſſe ut euerterent Troiam, niſi fata Deûm læua fuiſſent & aduerſa, ſimúlque ita fraudem illam deſcripſerit ut conſtet nihil minùs quàm cum illis Aeneam conſpiraſſe, tamen, quoniam excidii narratio miram offerebat oportunitatem, vnde res hæc grauiſſima copioſè promulgaretur, oblatam occaſionem arripit non inuiſus. Ergo vt conſtet Aeneam (id enim in primis moliebatur) omnia pietatis officia Patriæ ac Priamo perſoluiſſe, tantùm abeſt vt proditor habendus eſſet & parricida, affirmat Hector ſat ab Aenea patriæ Priamóque datum. ſignificat enim & a ſe & ab Aenea paribus ſtudiis decennio ferè toto patriam fortiter fuiſſe defenſam. id quod in libro XI. perhonorifica teſtificatione commemorat magnus Diomedes. cum enim Rutulorum Oratores muneribus oblatis ab eo flagitarent vt arma cum ipſis coniungeret aduerſus Aeneam, ſic reſpondit.

Nec verò, ne me ad tales impellite pugnas
Nec mihi cum Teucris vllum poſt eruta bellum
Pergama, nec veterum memini lætórue malorum.
Munera quæ patrijs ad me portatis ab oris,
Vertite ad Aeneam: ſtetimus tela aſpera contra,
Contulimúſque manus: experto credite, quantus
In clypeum aſsurgat, quo turbine torqueat haſtam.
Si duo præterea tales Idea tuliſſet
505 *Terra viros, vltro Inachias veniſſet ad Vrbes*
Dardanus & verſis lugeret Græcia fatis,
Quicquid apud duræ ceſsatum eſt mœnia Troiæ,

Digitized by Google

Hectoris Æneaéque manu victoria Graiûm
Hæſit, & in decimum veſtigia rettulit annum.
Ambo animis, ambo inſignes præſtantibus armis:

Hæc Diomedes, quibus totus hic Hectoris locus mirificè illuſtratur. Hector igitur Aeneam admonet vt ſe præſentibus flammis eripiat, ac ſibi fuga, quoniam in præſens honeſtiſſima ſit, proſpiciat. Et quoniã ſine dubio Aeneas reſpondere potuiſſet ſibi adhuc conſtitutum eſſe pro patria decertare, occupat Hector ac docet ſpem ſupereſſe nullã, nec poſſe mortalium induſtriam & fortitudinem Cœleſtibus reſiſtere: & ideo ait.

——— Si Pergama dextra
Defendi poſſent, etiam hac defenſa fuiſſent.

vbi ſimul indicat ſe, dum Vrbem tutaretur, non tam Achillis virtute, quàm Palladis ira cecidiſſe, Aeneámque ipſum ſua dextra ideo non poſſe ampliùs prohibere Ilij excidium quòd cœleſtes illud oppugnarent. Et hac de cauſa ciuitatis nomine, quia ſcilicet eius pietati præſideret qua ſępè floruiſſet, ſacra penatéſque illi commendat, rogátque vt diſcedens ijs quærat mœnia: eodémque tempore quoquo modo ſignificat fore vt poſt lõgos errores ijs (id quod eum adducere poterat vt fugam libentiùs arriperet) mœnia condat. En tria illa docere cœpiſſe Virgilium quæ continenter etiam, etſi aliud plerumque agere videatur, diligenter proſequitur. Nam ad excidium rediens pergit,

Part. 38 Diuerſo interea miſcentur mœnia luctu
Et magis atque magis, (quamquam ſecreta parentis
Anchiſæ domus, arboribúſque obtecta receſsit)
Clareſcunt ſonitus. armorúmque ingruit horror 506
Excutior ſomno, & ſummi faſtigia tecti
Aſcenſu ſupero, atque arrectis auribus aſto.
In ſegetem veluti cum flamma furentibus Auſtris
Incidit, aut rapidus montano flumine torrens
Sternit agros, ſternit ſata læta, boúmque labores,
Præcipitéſque trahit Syluas: ſtupet inſcius alto
Accipiens ſonitum ſaxi de vertice paſtor.

Quibus morientium luctum, tubarum ſonitum, armorum horrorem, flammæ impetum ac vim, quæ vno atque altero ſimili egregiè deſcribitur, commemorat, vt de Ilij ruina & excidio nos continenter doceat. mox vt de fraude quoque conſtet Græcorum pergit,

Tum verò manifeſta fides, Danaûmque pateſcunt
Part. 39 Inſidiæ. iam Deiphobi dedit ampla ruinam
Vulcano ſuperante domus, iam proximus ardet
Vcalegon: Sigæa igni freta lata relucent.
Exoritur clamórque virûm, clangórque tubarum.

Orditur enim a Deiphobi domo, quòd ibi Helena degeret, quæ item ſignum dederat Græcis, quibus cum conſpirauerat. Ex quo factum eſt vt primo quoque tempore ad Deiphobum Helenæ virum aduolauerint Græci, eúmque trucidauerint quemadmodum in VI. declaratur. Igitur Deiphobi domum corruiſſe ait Vulcano ſuperante. quod totum fraudem indicat Græcorum. tum his atque alijs, quæ ad excidium & fraudem pertinebant, commemoratis, redit ad Aeneæ virtutem, ac laudem, cum ſic pergat Aeneas,

Arma

Digitized by Google

Par.40. Arma amens capio; nec ſat rationis in armis;
Sed glomerare manum bello, & concurrere in arcem
Cum ſocijs ardent animi: furor íraque mentem
Præcipitant: pulchrúmque mori ſuccurrit in armis.

Vbi ſtudium Aeneæ declaratur erga patriam, quamuis enim Hector docuiſſet rem
507 deſperatam eſſe, ipſeque Aeneas iam aperta huius rei indicia perſpexiſſet, cum Deiphobi corruiſſet domus, & arderet Vcalegon (domus nobilis fuit, cui Herus Vcalegon, de quo apud vulgatum Daretem, vir primarius & Priamo intimus, nomen dedit) freta ipſa flammis collucerent, tamen patriæ amore quaſi amens (neque enim ſat conſilii inter arma relinquitur & repentinos caſus) arripit arma ardétque cum ſocijs in arcem concurrere vt bellum inſtauret: nam etſi furentis id videatur atque ira perciti, pulchrum tamen mori ſuccurrit in armis. & rectè: cum laudetur Epaminondas, qui diceret pulchrum eſſe mortis genus in bello mori, tametſi rectiùs Iſocrates: qui tum demum in bello præclarum iudicauit occumbere, cum pro patria occumbitur. Sed præclariſſimè Alcæus qui dictitaret τὸ καλῶς θνήσκειν ἀρετῆς μέρος ἐςὶ μέγιστον præclarè mori virtutis pars eſt maxima neque enim quis iurè laudetur qui pro patria ceciderit, niſi iuſtè & cum virtute ceciderit. Denique tunc pulchrum eſt in armis mori, cum iuſtè & cum virtute occumbitur. ſic pro vera religione, pro iuſta patriæ defenſione, pro æquitate, honeſtáque parentum, liberorum, amicorum tutela, vno verbo, pro honeſtate ipſa, cadere, pulchrũ & verò glorioſum cenſeri debet. præſertim verò quod præclara mors totius anteactæ vitæ vel delet crimina vel immortalitate conſecrat honeſta facta. atque hoc nomine facilè in mentem venit Aeneæ pulchrum eſſe in armis mori, quod anteactæ virtutis conſcientia ſuſtentaretur. Ita quidem rurſus tria illa attingit Virgilius, excidium Ilij, fraudẽ Græcorũ, Aneæ pietatem ac fortitudinem. Idem rurſus facit è veſtigio, nam ſequitur,

Par.41. Ecce autem telis Panthus elapſus Achiuûm,
Panthus Otriades, arcis Phœbíque ſacerdos,
Sacra manu victóſque Deos, paruúmque nepotem
Ipſe trahit, curſúque amens ad littora tendit.
Quo res ſumma loco, Panthu? quam prendimus arcem?
508 Vix ea fatus eram, gemitu cum talia reddit:
Venit ſumma dies, & ineluctabile tempus
Dardaniæ: fuimus Troës: fuit Ilium, & ingens
Gloria Teucrorum: ferus omnia Iuppiter Argos
Tranſtulit: incenſa Danai dominantur in Vrbe.
Arduus armatos medijs in mœnibus aſtans
Fundit equus, victórque Sinon incendia miſcet
Inſultans, portis alij bipatentibus adſunt,
Millia quot magnis nunquam venere Mycenis
Obſedere alij telis anguſta viarum
Oppoſiti, ſtat ferri acies mucrone coruſco
Stricta, parata neci: vix primi prælia tentant
Portarum vigiles, & cæco Marte reſiſtunt.

Quibus ſic deſcribit ſacerdotem ad littus profugientem, vt ſacra victóſque Deos, paruúmque nepotẽ eriperet flammis ac neci: cum tamen Aeneas è contrario nihil minùs, quàm de fuga, etſi cum dignitate eam capere poſſet, cogitet. Quo tempore explicatiùs cladis ac ruinæ progreſſus declaratur, & quæ indicijs deſcripta fuerat, nunc calamitoſis euentibus deſcribitur itaut ſacerdos in eas erumpat voces,

Digitized by Google

Venit ſumma dies, & ineluctabile tempus
Dardaniæ: fuimus Troës, fuit Ilium, & ingens
Gloria Teucrorum; ferus omnia Iuppiter Argos
Tranſtulit incenſa Danai dominantur in Vrbe.

Denique & de equo nos admonet vnde armati egreſſi eſſent, & de Sinone, & de portis reſeratis, & de hoſte introducto, & de vijs obſeſſis: quibus per partes declaratur expugnatio & Græcorum perfidia & fraus, ſigillatímque de Vrbe cœlitùs oppugnata, vt non Græcis ſed Dijs accepta referatur Ilij expugnatio. huc enim pertinet illud

—— *Ferus omnia Iuppiter Argos*
Tranſtulit ——

quibus verbis Iouem ab effectu ac rerum aſpectu ferum audet appellare. Atque ad eadem redit pergens,

Part. 42. Talibus Otriadæ dictis & numine Diuûm 509
In flammas & in arma feror: quò triſtis Erynnis
Quò fremitus vocat, & ſublatus ad æthera clamor.
Addunt ſe ſocios Ripheus, & maximus armis
Iphitus, oblati per Lunam, Hypaniſque Dymáſque,
Et lateri adglomerant noſtro: iuueniſque Chorœbus
Mygdonides, illis qui ad Troiam fortè diebus
Venerat, inſano Caſſandræ incenſus amore,
Et gener auxilium Priamo, Phrygibúſque ferebat
Infœlix, qui non ſponſæ præcepta furentis
Audierat.
Quos vbi confertos audere in prælia vidi
Incipio ſuper his: iuuenes, fortiſſima fruſtra
Pectora, ſi vobis audentem extrema cupido
Certa ſequi: quæ ſit rebus fortuna, videtis.
Exceſſere omnes, aditis, aríſque relictis,
Dij quibus imperium hoc ſteterat: ſuccurritis Vrbi
Incenſæ: moriamur, & in media arma ruamus,
Vna ſalus victis, nullam ſperare ſalutem.

Quibus, ne longum faciam, tum Aeneæ fortitudo atque in Patriam caritas declaratur, qui ſocijs quibuſdam ſibi adiunctis & Chorœbo in primis Caſſandræ viro, de ſanguine pro patria profundendo cogitat, & in ignes & arma ruendum ſtatuit; (& ideò præclaris illis vocibus inſtitutam ad ſocios incenſæ Vrbi ſuccurrentes cohortationem concludit,

—— *moriamur, & in media arma ruamus.*
Vna ſalus victis, nullam ſperare ſalutem.)

tum ſignificatur aduerſo Deorum numine id factum (hoc enim eſt numine Diuûm in flammas & arma ruiſſe, vnde nil commodi cœperit Troia. hoc Deos aditis, aríſque relictis exceſſiſſe: & huc etiam pertinet quod de Chorœbo dixerat, 510

Infœlix, qui non ſponſæ præcepta furentis
Audierat. —— ac proinde Vrbem veriùs Deorum voluntate ac tamquam fatali neceſſitate quàm Græcorum armis euerſi. tum afflictus ac planè deſperatus Vrbis ſtatus deſcribitur ac proponitur. & huc etiam pertinent quæ ſubinde longo ordine commemorantur, nam dum ait è veſtigio.

Part. 43. Sic animis iuuenum furor additus. inde lupi ceu
Raptores atra in nebula, quos improba ventris

Exegit

Digitized by Google

Exegit cœcos rabies, catulíque relicti
Faucibus expectant ſiccis: per tela per hoſtes
Vadimus haud dubiam in mortem, mediaéque tenemus
Vrbis iter. nox atra cauâ circumuolat vmbra

Pugnæ ardor declaratur Aeneæ, & nec tela nec hoſtes nec mortem timuiſſe, dum pro patria decertaret. dum verò pergit,

Part.44 Quis cladem illius noctis, quis funera fando
Explicet? aut poſſit lachrymis æquare labores?
Vrbs antiqua ruit multos dominata per annos:
Plurima pérque vias ſternuntur inertia paſſim
Corpora, pérque domos, & relligioſa Deorum
Limina ——

Declaratur item Vrbis ruina & clades: quæ tamen tacitè in Græcorum redundat dedecus, qui nec templis peperciſſent, quin Troianos vbique ſtrauiſſent. Tametſi, vt non planè inultos obijſſe conſtet, ac propterea Troianorum laudi conſulatur, ſubdit è veſtigio,

Part.45 —— nec ſoli pœnas dant ſanguine Teucri.
Quondam etiam victis redit in præcordia virtus,
Victoréſque cadunt Danai. crudelis vbique
Luctus, vbique pauor, & plurima mortis imago.

Quibus item detrahitur Græcis: & ad eandem, tum Græcorum ignauiam, tum Aeneæ Troianorúmque virtutem, declarandam pertinent quæ ſequuntur carmina,

Primus ſe Danaûm magna comitante caterua
711 Androgeos offert nobis, ſocia agmina credens,
Inſcius atque vltrò verbis compellat amicis:
Feſtinate viri: nam quæ tam ſera moratur
Segnities? alij rapiunt incenſa ferúntque
Pergama: vos celſis nunc primùm a nauibus itis?
Dixit: & extemplo (neque enim reſponſa dabantur
Fida ſatis) ſenſit medios delapſus in hoſtes.
Obſtupuit, retróque pedem cum voce repreſſit:
Improuiſum aſpris veluti qui ſentibus anguem
Preſſit humi nitens, trepidúſque repentè refugit
Attollentem iras, & cærula colla tumentem:
Haud ſecus Androgeos viſu tremefactus abibat
Irruimus, denſis & circumfundimur armis:
Ignaróſque loci paſſim & formidine captos
Sternimus: aſpirat primo fortuna labori.
Atque hîc exultans ſucceſſu animíſque Chorœbus,

O ſocij,qua prima,inquit,fortuna ſalutis
Monſtrat iter,quáque oſtendit ſe dextra ſequamur.
Mutemus clypeos,Danaûmque inſignia nobis
Aptemus.dolus an virtus,quis in hoſte requirat?
Arma dabunt ipſi.Sic fatus deinde comantem
Androgei galeam,clypeíque inſigne decorum
Induitur,laterí que Argiuûm accommodat enſem.
Hoc Ripheus,hoc ipſe Dymas,omníſque iuuentus
Læta facit:ſpolijs ſe quiſque recentibus armat.
Vadimus immixti Danais,haud numine noſtro:
Múltaque per cæcam congreſsi prælia noctem
Conſerimus,multos Danaûm dimittimus orco.
Diffugiunt alij ad naues,& littora curſu
Fida petunt:pars ingentem formidine turpi
Scandunt rurſus equum,& nota conduntur in aluo.
Heu nihil inuitis fas quemquam fidere Diuis.

Quibus ſanè tum Troianorum enitet fortitudo, tum verò quantum virium non ignauis 512 addat deſperatio:quo fit vt Græcos,etſi victores, in fugam conuertant. quanquam cum aduerſo id gerant numine(id enim valet,haud numine noſtro)nec fortitudo ſatis fuit,nec deſperationis uis, Iam verò,quoniam tantiſper de ijs ſiluerat quæ ad Deos pertinent & fata,in quæ Troiæ excidium cupiebat reuocari,vel certè imo penè id verbo reuocare cœperat,dum diceret

——haud numine noſtro;

Iam ad hanc partem, quoniam pulcherrima ſeſe offert occaſio, reuocat ſermonem,ſic pergens,

Heu nihil inuitis fas quemquam fidere Diuis.

móxque inopinatum narrat caſum vnde rurſus aduerſa experiuntur numina ſic narrans,

Part.47. Ecce trahebatur paſſis Priameïa virgo
Crinibus a templo Caſſandra,adytíſque Mineruæ
Ad Cœlum tendens ardentia lumina fruſtra:
Lumina:nam teneras arcebant vincula palmas.
Non tulit hanc ſpeciem furiata mente Chorœbus,
Et ſeſe medium iniecit moriturus in agmen.
Conſequimur cuncti,& denſis incurrimus armis.
Hîc primùm ex alto delubri culmine telis
Noſtrorum obruimur: oritúrque miſerrima cædes.
Armorum facie,& Graiarum errore iubarum.

Quibus è ſpe deijciuntur quam ſibi fortitudine & inſignium commutatione pepererant: quod totum in Diuos refert, quibus Troiæ excidium acceptum refert. Chorœbi igitur caſum narrat, vnde factum eſt vt ſpe deiecti ſint omni. cum enim per vim ſuam Chorœbus vxorem,ſeu ſponſam, eámque Virginem, Caſſandram inquam, trahi è templo animaduertiſſet ab hoſtibus,quæ ſuam(vt coniectare licet)calamitatem defleret altiùs, in hoſtes cum ſocijs ruit.ita factum eſt,vt & a Troianis qui delubri ſuperiora tenerent, lapidib. ac telis obruerentur quòd propter inſignia Græci cæderentur,& ab hoſtibus ipſis premerentur.Hinc igitur ſors ac rei benè gerendæ occaſio dilabi cœpit.Eſt autem Chorœbus is 513 de quo cecinit iam antea

Iuue-

——— Iuuenisque Chorœbus
Mygdonides, illis qui ad Troiam forte diebus
Venerat, inſano Caſſandræ incenſus amore,
Et gener auxilium Priamo, Phrygibúsque ferebat.
Infœlix, qui non ſponſæ præcepta furentis
Audierat ———

prædixerat autem illi periculum ſponſa: quod tamen ille præ amore contempſit: & ab eodem amore (ne dicam furore) percitus furiata mente ruit in arma, præcipitésque agit ſocios: ita ut vxor Phœbi, ipſe Amoris, inſtinctu ac tãquam furore corriperetur. Atque hinc iam noua ſuccedunt infortunia, quæ in aduerſum numen refert Aeneas. Et huc etiã pertinet quod Græci mentitum Troianorum habitum atque inſignia dignoſcunt, vnde Troiani, Græcis in eos confluentibus ac multitudine vndique ſuperantibus, obruuntur: nam huc pertinent ſequentia carmina,

Par. 48. Tum Danai gemitu, atque ereptæ virginis ira,
Vndique collecti inuadunt: acerrimus Aiax,
Et gemini Atridæ, Dolopúmque exercitus omnis.
Aduerſi rupto ceu quondam turbine venti
Confligunt, Zephyrúsque Notúsque, & Lætus Eois
Eurus equis: ſtridunt Syluæ ſæuítque tridenti
Spumeus, atque imo Nereus ciet æquora fundo.
Illi etiam, ſi quos obſcura nocte per vmbram
Fudimus inſidijs, totâque agitauimus Vrbe,
Apparent: primi clypeos mentitáque tela
Agnoſcunt, atque ora ſono diſcordia ſignant.
Ilicet obruimur numero: primusque Chorœbus
Penelei dextra diuæ armipotentis ad aram
Procumbit: cadit & Ripheus, iuſtiſſimus vnus
514 Qui fuit in Teucris, & ſeruantiſſimus æqui
Dijs aliter viſum. pereunt Hypaniſque Dymáſque
Confixi a ſocijs. nec te tua plurima Panthu
Labentem pietas, nec Apollinis infula texit.

Quibus docet veluti fato quodam contigiſſe vt erepta Caſſandra, res in deterius ceſſerit Troianis, quod totum in Deos refert, quòd

Dijs aliter viſum ——

& quoniam inter tot funera Aeneas ſuperſtes fuit, id, ne alicui ignauiæ ſuſpicionem afferret, miro artificio in ipſius Aeneæ laudem conuertitur, dum continenter canitur,

Par. 49. Iliaci cineres, & flamma extrema meorum,
Teſtor, in occaſu veſtro, nec tela, nec vllas
Vitauiſſe vices Danaûm, & ſi fata fuiſſent,
Vt caderem, meruiſſe manu. ———

Quibus id quod pertinebat ad Aeneæ fortitudinem & admirabilem in patriam caritatem confirmatur altius, atque ita confirmatur, vt illum vna fatorum voluntate ac vi ſuperſtitem fuiſſe conſtet, cum alioquin ferro, flammis, hoſtibus, morti ipſi, ſtrenuè ſemper ac celſo animo obuiam proceſſerit fortiſſimus heros: ſic hactenus luculentè in tripartito illo argumento verſata eſt narratio. Sed & in eodem verſabitur adhuc egregiè. & ideo pergit,

Par. 50. ——— Diuellimur inde
Iphitus, & Pelias mecum: quorum Iphitus æuo

Iam

Digitized by Google

Iam grauior Pelias,& vulnere tardus Vlyſſi;
Protinus ad ſedes Priami clamore vocati.
Hic verò ingentem pugnam,ceu cætera nuſquam
Bella forent,nulli tota morerentur in Vrbe:
Sic Martem indomitum,Danaóſque ad tecta ruentes
Cernimus obſeſſúmque acta teſtudine limen.
Hærent parietibus ſcalæ,poſtéſque ſub ipſos
Nituntur gradibus:clypeóſque ad tela ſiniſtris
Protecti obijciunt,prenſant faſtigia dextris.
Dardanidæ contra turres ac tecta domorum
Culmina conuellunt:his ſe, quando vltima cernunt,
Extrema iam in morte parant defendere telis: 515
Auratáſque trabes,veterum decora alta parentum,
Deuoluunt.alij ſtrictas mucronibus imas
Obsêdere fores: ———

Quibus tum excidij narratio continuatur,ſigillatímque regiæ oppugnatio deſcribitur:tũ Troianorum virtus in ea tuenda oſtenditur : mox verò ad Aeneæ virtutem reditur, nam pergitur. Etſi antequam ad hanc regrediamur ipſi,præſtat obſeruare quam perſpicuè ac ſplendidè ante oculos ponat Poëta Regiæ tum obſidionem tum propugnationem . vt enim de ſumma rei jam agebatur operæpretium fuit in hac maximè & Græcorum impetus & conatus & Troianorum fortitúdinem atque conſtantiam deſcribere & illuſtrare. id quod tum propoſita narratio efficit vniuerſa tum maximè dum ait,

Hic verò ingentem pugnam ceu cætera nuſquam
Bella forent ,nulli tota morérentur in Vrbe.

vt propterea iurè tanquam epiphonemate pergat,

Sic Martem indomitum Danaóſque ad tecta ruentes
Cernimus ———

Denique tota hæc regia oppugnatio & propugnatio mihi videri ſolet incredibilem Poëtæ induſtriam referre. Sed pergamus.

——— Has ſeruant agmine denſo.
Partic. 51. Inſtaurati animi Regis ſuccurrere tectis,
Auxilióque leuare viros,vímque addere victis.

Vbi Aeneæ pietas erga Priamum declaratur rurſus, & erga ſocios quibus opitulatur. Et huc etiam pertinet quod ſequitur,

Partic. 52. Limen erat,cæcæque fores,& peruius vſus
Tectorum inter ſe Priami,poſtéſque relicti
A tergo infœlix: quâ ſe,dum regna manebant
Sæpiùs Andromache ferre incomitata ſolebat 516
Ad ſoceros,& auo puerum Aſtyanacta trahebat.
Euado ad ſummi faſtigia culminis,vnde
Tela manu miſeri iactabant irrita Teucri.
Turrim in præcipiti ſtantem,ſummíſque ſub aſtra
Eductam tectis vnde omnis Troia videri,
Et Danaûm ſolitæ naues,& Achaica caſtra:
Aggreſſi ferro circum,quâ ſumma labentes

Iunctu-

Iuncturas tabulata dabant, conuellimus altis
Sedibus, impulimúſque: ea lapſa repentè ruinam
Cum ſonitu trahit, & Danaûm ſuper agmina latè
Incidit: aſt illi ſubeunt: nec ſaxa nec vllum
Telorum interea ceſſat genus. —

Quibus ſtragem Græcorum Aneæ fortitudine & exemplo editam conſtat. hinc pergit ad regiæ obſidionem & expugnationem oſtendendam cui adhibet Pyrrhum. Sic enim ſequitur,

Par. 53. Veſtibulum ante ipſum primóque in limine Pyrrhus
Exultat telis & luce coruſcus ahena.
Qualis vbi in lucem coluber, mala gramina paſtus,
Frigida ſub terra tumidum quem bruma tegebat,
Nunc poſitis nouus exuuijs nitidúſque iuuenta,
Lubrica conuoluit ſublato pectore terga
Arduus ad ſolem, & linguis micat ore triſulcis.
Vna ingens Periphas & equorum agitator Achillis,
Armiger Automedon: vna omnis Scyria pubes
Succedunt tecto & flammas ad culmina iactant.
Ipſe inter primos correpta dura bipenni
Limina perrumpit, poſtéſque a carmine vellit
Aeratos: iámque excisa trabe, firma cauauit
Robora, & ingentem lato dedit ore feneſtram:
Apparet domus intus & atria longa pateſcunt:
Apparent Priami, & veterum penetralia Regum.
Armatóſque vident ſtantes in limine primo.

517 Hinc inquam ſenſim ad Regiæ expugnationem, extremámque cladem pergit: in qua tamen, vt minore cum Græcorum laude, vel potiùs cum ignominia quadam, deſcribatur, fit Pyrrhus etiam fœminis iniurius; itaut Hecuba centúmque nurus & Priamus ſenex ap petantur. Atque hîc profectò non clauſis oculis ſimile eſt prætereundum quo Pyrrhum deſcribens Virgilius, cõparat cum ſerpente. Fuerat hoc ſimile Homeri qui Iliadis xxII. de Hectore quem cũ Dracone cõparat dum Achillem præſtolaretur ad pugnã, ſic cecinerat,

Vt autem Draco in luſtro montanus virum expectat
Paſtus mala venena, ſubiitque ipſum ira grauis,
Toruúmque tuetur conuoluens ſe circa latibulum;
Sic Hector inextinguibile habens robur non ceſſit,
Turrim ad prominentem lucido ſcuto acclinato.

ſic Homerus: quem interpres alter metro ita expreſſit,

Montanus veluti coluber mala gramina paſtus
Sæpè viatorem manet acri percitus ira,
Lubrica conuoluens ſublato pectore terga,
Torua tuens oculis, caudâque & dente minatur;
Talis Priamides ſtabat confiſus & armis
Et virtute ſua propè celſæ culmina turris
Indignans —— Hæc interpres alter, quædam ex Virgilio veriùs hauriens quàm ex Homero: contra verò in Hectore armorum ſplendorem præteriens, quẽ non reticet Homerus, lucido Hectorem clypeo armans ac muniens. Cum hoc igitur ſi non dracone, ſer
518 pente ſaltem in vniuerſùm, Virgilius contulit Pyrrhum cum caneret,

Veſtibu-

Veſtibulum ante ipſum, primóque in limine Pyrrhus
Exultat, telis, & luce coruſcus ahena:
Qualis vbi in lucem coluber mala gramina paſtus
Frigida ſub terra tumidum quem bruma tegebat,
Nunc poſitis nouus exuuijs nitidúſque iuuenta,
Lubrica conuoluit ſublato pectore terga,
Arduus ad Solem, & linguis micat ore triſulcis:

vbi quàm maiore ſpiritu, ſiue ſplendore & elegantia, rem exprimat, nemo non videt: præſertim verò quia nouis exuuijs nitentem colubrum oppoſitè exprimit dum Pyrrhus telis & luce coruſcat ahena. Quanquam, vt verè fatear, non id attingit Virgilius quod ſimilitudinem vndique ferè parem reddidiſſet, ac rem magis ac magis illuſtraſſet. Etenim Homerus, vt ſimpliciter draconem profert, quocum confert Hectorem, nihil de Draconis renouatis exuuijs ac nitentibus ſpolijs: nihil etiam de Hectore qui renouet ſenectam: (id enim iuueni perperam tribuiſſet) Virgilius contra renouat ſenectam aut ſpolia in ſerpente, quod deinde in Pyrrhum nullo modo cadit ac propterea in eo prætermittitur. Vtrumque tamen vtrinque eleganter expreſſit Ouidius in IX. Metamorphoſeos cum de Hercule ſene loqueretur. quare ſic cecinit,

Vtque nouus ſerpens poſita cum pelle ſenecta,
Luxuriare ſolet, ſquamáque nitere recenti,
Sic vbi mortales Tyrinthius exuit artus:

vbi ſenectam quoque cum ſenecta nitorémque nouum cum nitore eleganter contulit, ſiue vtrumque ſpectauit. Itaque ex noſtratibus (poſtquam enim huc peruenimus, lubet hos quoque, quippe mirè induſtrios, in medium afferre) Arioſtus ſplendidè ſanè rem expreſſit, ſed Virgiliano more, cum caneret, 519

Canto 17 ſtant. 11.

Sta sù la porta il Re d'Algier lucente
Di chiaro acciar, che'l capo gl'arma e'l buſto,
Come vſcito di tenebre ſerpente,
Poich' hà laſciato ogni ſquallor vetuſto,
Del nuouo ſcoglio altero, e che ſi ſente
Ringiouenito, e più che mai robuſto,
Tre lingue vibra, & hà ne gl'occhi foco,
Douunque paſſa ogn'animal dà loco.

Torquatus tamen & Virgilium & Ouidium acutè ſpectans, ſic Raymundum iam ſenem cum ſerpente contulit, vt & ſenectutis vtrinque & nitentium, quæ renouaſſent, ſpoliorum, & feritatis perpugnacíſque virtutis breuiter ille quidem, ſed accuratiſſimè rationem habuerit. Quapropter cum ſignificaſſet huic pugnandi locum obtigiſſe, pergebat,

E di freſco vigor la fronte e'l volto
Riempie, e così albor ringioueniſce;
Qual ſerpe fier ch'in noue ſpoglie auuolto
D'oro fiammeggi, e'n contra il Sol ſi liſce.

Ita quidem quod alibi Homerus attribuit Vlyſsi cui ſæpè nitorem adiungit, & Virgilius Aeneæ dum canit, ——*decoram*
Cæſariem nato genitrix, lumenque iuuentæ
Purpureum, & latos oculis afflarat honores.

quoquo modo exprimit in duce iſto, nec præterit id quo ſerpentis nitorem exprimat & feritatem. Iam verò quoniam Priami mentionem fecerat Virgilius, eius factum, vnde dedecus etiam accedat Græcis, commemorat, ſic pergens 520

Part. 56.

At domus interior gemitu, miſeróque tumultu
Miſcetur, penitúsque cauæ plangoribus ædes
Fœmineis vlulant: ferit aurea ſydera clamor.
Tum pauidæ tectis matres ingentibus errant,
Amplexæque tenent poſtes, atque oſcula figunt.
Inſtat vi patria Pyrrhus: nec clauſtra, nec ipſi

Cuſto-

Digitized by Google

Cuſtodes ſufferre valent. labat ariete crebro
Ianua,& emoti procumbunt cardine poſtes.
Fit via vi: rumpunt aditus, primóſque trucidant
Immiſſi Danai,& latè loca milite complent.
Non ſic aggeribus ruptis cum ſpumeus amnis
Exijt, oppoſitáſque euicit gurgite moles,
Fertur in arua furens cumulo, campóſque per omnes
Cum ſtabulis armenta trahit: vidi ipſe furentem
Cæde Neoptolemum, geminóſque in limine Atridas:
Vidi Hecubam centúmque nurus, Priamúmque per aras
Sanguine fœdantem quos ipſe ſacrauerat ignes.
Quinquaginta illi thalami, ſpes tanta nepotum,
Barbarico poſtes auro, ſpoliíſque ſuperbi
Procubuere. tenent Danai quà deficit ignis.

Deſcribit interioris domus calamitatem: ac iurè: nam regia domus erat, quaéque toti propemodum Aſiæ imperaret; & in qua lectiſſimæ fœminæ ac Reginæ degerent. Ergo interior domus (inquit) gemitu perſonabat tota ac tumultu miſero. Per domum autem interiorem intelligit eam ædium partem quæ nonnihil ab atrijs diſtabat. Vſurpat verò Ennij carmen integrum, ſi Macrobio credimus, cui addit

—— Penitúſque cauæ plangoribus ædes
Fœmineis vlulant: ferit aurea ſydera clamor;

vbi expolitione vtitur, ita ut. clangores reſpondeant gemitibus, clamor tumultui. Tametſi per cauas ædes fortaſſe intimas intelligit (id enim ſuadet vox illa penitus) ac maximè interiores, quæ cauæ dum a Vitruuio appellãtur, cui cauæ reſpondent ædes, quæ in Regiæ mèditullio ac centro ſitæ erant. An verò præter primum carmen alia ex ſequentibus acceperit Virgilius de Ennio, non ſatis conſtat. Etſi credibile eſt illud vnum tantùm huc inde cõiectum: alioquin præterquam quod furti reus videri potuiſſet, ſi longiùs cum Ennio proceſſiſſet, non vnum carmen proferre debuiſſet Macrobius, ſed locum integrum. Sed quicquid ſit, aliquid auri collegit ex Ennio Poëta noſter. Iam verò quod de matribus ſubijcit quæ amplexarentur poſtes ijſdémque oſcula figerent, priſcorũ redolet morem, qui quas ædes vel diſcedentes, vel morientes relicturi eſſent, exoſculabantur & amplexabantur. id quod appoſitè faciunt Regiæ fœminæ dum vel mortem vel duram ſeruitutem ſibi imminere ſentientes, religioſè propemodum poſtes exoſculantur. Quæ ſequuntur ad finem vſque ad commiſerationem ciendam,& calamitatem illam inptimis deſcribendam, pertinent. Tametſi quæ de Pyrrho interponuntur, eidem deturpando apponuntur, qui parentis ſæuitiam non imitaretur modò ſed ſuperaret. & ideo eas voces vſurpat.

511 (margin, beside "riores, quæ cauæ dum a Vitruuio appellãtur")

Inſtat vi patria Pyrrhus.

Vt enim parẽtum probitas decus affert liberis, ſic ſæuitia dedecus. Itaque Virgilius Didoni a parentibus conciliauit laudem dum Aeneas illud proferret,

Qui tanti talem genuere parentes,

Atque hîc ſanè obſeruandum eſt ſimile quo Virgilius ruẽtis Pyrrhi ſociorúmque deſcribit impetum, eſſe pulcherrimum: verè enim torrente vel amore qui tandem aggeribus perruptis irruat vaſtétque omnia, nihil aptius excogitari poterat.

Forſitan & Priami fuerint quæ fata requiras,
Par. 55. Vrbis vbi captæ caſum, conuúlſaque vidit
Limina tectorum,& medium in penetralibus hoſtem,
Arma diu ſenior deſueta trementibus æuo
Circumdat nequicquam humeris,& inutile ferrum

Cingi-

Cingitur,ac denſos fertur moriturus in hoſtes.
Aedibus in medijs,nudóque ſub ætheris axe.
Ingens ara fuit,iuxtáque veterrima laurus,
Incumbens aræ,atque vmbrâ complexa penates.
Hîc Hecuba,& natæ nequicquam altaria circum,
Præcipites atra ceu tempeſtate columbæ,
Condenſæ,& diuûm amplexæ ſimulachra tenebant.
Ipſum autem ſumptis Priamum iuuenilibus armis
Vt vidit,quæ mens tam dira, miſerrime coniux,
Impulit his cingi telis? aut quò ruis? inquit.
Non tali auxilio nec defenſoribus iſtis
Tempus eget:non ſi ipſe meus nunc afforet Hector.
Huc tandem concede. hæc ara tuebitur omnes:
Aut moriere ſimul. ſic ore effata, recepit
Ad ſe ſe,& ſacrâ longæuum in ſede locauit.

Vbi rurſus, vt cum excidio fatalem cladem coniungat, vnde Troiæ caſus Dijs ac fatis non Græcorum virtuti tribuatur,illud Hecuba,

—— nec defenſoribus iſtis
Tempus eget: non ſi ipſe meus nunc afforet Hector.

quanquam vt Græcis rurſus deroget,ad aram fit concurſus,cui tamen Pyrrhus haud parcet. A Polyte tamen fit initium cædis,quare pergitur

Part.56. Ecce autem elapſus Pyrrhi de cæde Polytes,
Vnus natorum Priami,per tela,per hoſtes,
Porticibus longis fugit, & vacua atria luſtrat
Saucius: illum ardens infeſto vulnere Pyrrhus
Inſequitur iam iámque manu tenet, & premit haſta
Vt tandem ante oculos euaſit & ora parentum,
Concidit,ac multo vitam cum ſanguine fudit.

Polyte verò miſerè ante ora parentum extincto ad Priamum ipſum pergitur his vocibus,

Part.57. Hîc Priamus,quanquam in media iam morte tenetur,
Non tamen abſtinuit,nec voci iraéque pepercit.
At tibi pro ſcelere,exclamat,pro talibus auſis,
Dij (ſi qua eſt Cœlo pietas,quæ talia curet)
Perſoluant grates dignas, & præmia reddant
Debita,qui nati coram me cernere lethum
Feciſti,& patrios fœdaſti ſanguine vuultus.
At non ille,ſatum quo te mentiris, Achilles,
Talis in hoſte fuit Priamo: ſed iura fidémque
Supplicis erubuit,corpúſque exangue ſepulchro
Reddidit Hectoreum méque in mea regna remiſit.
Sic fatus ſenior telúmque imbelle ſine ictu

Conieciti

Coniecit: rauco quod protinus ære repulſum,
Et ſummo clypei nequicquam umbone pependit.
Cui Pyrrhus: Referes ergo hæc, & nuntius ibis
Pelidæ genitori: illi mea triſtia fata,
Degenerémque Neoptolemum narrare memento.
Nunc morere. Hæc dicens, altaria ad ipſa trementem
Traxit & in multo lapſantem ſanguine nati:
Implicuítque comam læuá, dextráque coruſcum
Extulit,& lateri capulo tenus abdidit enſem.

Quæ omnia tum iuſtam ſenis illius indignationem & fortitudinem quæ in tali ac tanto diſcrimine Pyrrhum audet increpare ac ſceleris accuſare, tum Pyrrhi vel ignauiam, vel imprudentiam vel crudelitatem ac ſæuitiam declarant. Quo tamen in loco appoſitè digreditur Virgilius, Priami fatum æſtimans, ac deplorans his carminibus.

Par.58. Hæc finis Priami fatorum: hic exitus illum
Sorte tulit, Troiam incenſam prolapſa videntem
514 Pergama,tot quondam populis terríſque ſuperbum
Regnatorem Aſiæ, iacet ingens littore truncus,
Auulſúmque humeris caput & ſine nomine corpus.

Quibus carminibus appoſitè quidem exclamat Aeneas: cum enim rem grauiſſimam narraſſet ac trucem, & in qua Troiani & belli & Regni ſumma eſſet poſita, quæque Aſiatici Imperij exitium contineret, quid ni exclamaret ac tragicè exclamaret? aut cur non Aſiæ Regnatorem miſerè obtruncatum, ac ſine honore iacentem, magno cum doloris ſenſu oſtenderet? quo etiam tempore viſus eſt Virgilius Pompeij magni exprimere aut adumbrare fatum, cuius item truncus capite auulſo in arena relictus eſſet. Verùm dum ſic pergit vt Ilij ac Troianorum excidium traduxerit ad regium ſenem, hinc ſenis parentis Aeneam ſubit recordatio, ac ſtatim, quam erga patriam ac Priamum effusè nocte illa declarauerat, pietatem & caritatem,(nocte inquam illa, nam antea quoque id fecerat, itaut Hector illud protulerit,

Sat patriæ Priamóque datum)

eandem iam perſoluet Anchiſi parenti; vxori, ac filio. Ad quam rem inde ducit initium,

Pari.59. At me tum primùm ſæuus circumſtetit horror,
Obſtupui: ſubijt cari genitoris imago:
Vt regem æquæuum crudeli vulnere vidi
Vitam exhalantem: ſubijt deſerta Crëuſa
Et direpta domus & parui caſus Iuli.
Reſpicio, & quæ ſit me circum copia luſtro.
Deſeruere omnes defeſſi & corpora ſaltu
Ad terram miſere, aut ignibus ægra dedêre

Vbi præ pietate horrore corripitur tanti Regis auulſo capite inſpecto: ſimúlque ad Anchiſen, vt dicere cœperam, Crëuſam & Iulum, conuertit mentem. tametſi priùs ab hac cogitatione dimouetur Helenæ, quam occurrentem indignatur, odítque ac curſu qui

X ſic

Digitized by Google

ſic exponitur, vt hinc quoque tum macula illa, de qua ſæpè diximus, planè deleatur, tum 525 eiuſdem Aeneæ in patriam caritas mirificè declaretur, tum Troiani Regni excidium fatale eſſe confirmetur altiùs. Sed verba quæ momenti maximi ſunt agnoſcamus.

Part.60.

(Iámque adeò ſuper vnus eram, cum limina Veſtæ
Seruantem, & tacitam ſecreta in ſede latentem
Tyndarida adſpicio. dant clara incendia lucem
Erranti, paſsímque oculos per cuncta ferenti.
Illa ſibi infeſtos euerſa ob Pergama Teucros,
Et pœnas Danaûm, & deſerti coniugis iras
Permetuens, Troiæ & patriæ communis Erinnys
Addiderat ſe ſe, atque aris inuiſa ſedebat.
Exarſere ignes animo, ſubit ira cadentem
Vlciſci patriam & ſceleratas ſumere pœnas:
Scilicet hęc ſpartam incolumis, patriáſque Mycenas
Aſpiciet? partóque ibit Regina triumpho?
Coniugiúmque domúmque patres, natóſq; videbit
Iliadum turba, & Phrygijs comitata miniſtris?
Occiderit ferro Priamus? Troia arſerit igni?
Dardanium toties ſudarit ſanguine littus?
Non ita. namque etſi nullum memorabile nomen
Fœminea in pœna eſt, nec habet victoria laudem,
Extinxiſſe nefas tamen, & ſumpſiſſe merentis
Laudabor pœnas: animúmque expleſſe iuuabit
Vltricis flammæ, & cineres ſatiaſſe meorum.
Talia iactabam, & furiatá mente ferebar.)
Cum mihi ſe, non ante oculis tam clara, videndam
Obtulit & purâ per noctem in luce refulſit
Alma parens confeſſa Deam, qualiſque videri
Cœlicolis, & quanta ſolet: dextráque prehenſum
Continuit: roſeóque hæc inſuper addidit ore: 526

Num vigintiduo quæ deſiderabātur carmina iurè a Varo & Tucca fuerint ſublata.

Hæc ob occurrentem Helenam Aeneas. quibus tum Ilij excidium magis adhuc declaratur, ídque cum Græcorum dedecore ob Helenæ proditionem, tum Aeneæ in patriam caritas aperitur, tum rurſus (id quod ex ſequentibus carminibus conſtabit planiùs) altiùs oſtenditur Iunonem, Mineruam, ac cœleſtes denique multos ad Ilij excidium incubuiſſe. De qua re dicam vberiùs, ſi tamen priùs dubitationem explanauero, quæ ob propoſita carmina oritur grauiſſima. etenim proxima quæ recenſui, duo & viginti carmina a Varo & Tucca ſublata fuerant, itaut diu ſecundus hic liber ijs caruerit carminibus. Idque vel quia turpe iudicarent heroëm fortiſſimum in mulierculam ſic exardeſcere, vt iam iam in illam irrueret, eandémque interficeret, niſi cęlitus prohiberetur: vel certè quia quæ deinde in VI. libro profert Deiphobus de Helena cum ijs, quæ hîc ab Aenea pronunciantur, è veſtigio pugnare videntur. Siquidem qua nocte Helena ab Aenea in Priami regia, ſeu potiùs in æde Veſtæ, collocatur, eâdem a Deiphobo viro domi conſtituitur. Denique Aeneas facit illam in templo præ timore ea nocte de-

liteſcentem, quemadmodum vidimus: Deiphobus contra domi inſidias ſibi & mortem ſtruentem; ſic enim Aeneæ narrat in VI.

Cum fatalis equus ſaltu ſuper ardua venit
Pergama, & armatum peditem grauis attulit aluo.
Illa chorum ſimulans, ouantes orgia circum
Ducebat Phrygias, flammam media ipſa tenebat
Ingentem & ſumma Danaos ex arce vocabat.
Tum me confectum curis ſomnóque grauatum
Infœlix habuit thalamus: preßitque iacentem
Dulcis & alta quies placidæque ſimillima morti.
Egregia interea coniux arma omnia tectis
Emouet, & fidum capiti ſubduxerat enſem:
Intra tecta vocat Menelaum, & limina pandit;
527 *ſcilicet id magnum ſperans fore munus amanti.*
Et famam extingui veterum ſic poſſe malorum.
Quid moror? irrumpunt thalamo. comes additur vnà
Hortator ſcelerum Aeolides —— Sic Deiphobus.

Itaque his de cauſis placuit duo illa & viginti expungere carmina: quæ propterea Seruius, Donatus, atque alij haud interpretantur. Sed tamen mihi quidem eorum probatur ſententia, qui iudicant retinenda: quòd videor mihi poſſe optimis rationibus demonſtrare. *Retinenda eſſe oſtenditur.* Ac primùm, quia alioquin inſequentia quoque carmina multa eſſent delenda ſeu expungenda. nam cum mater ſeè veſtigio obijciat nato, cúmque grauiter reprehendat, quòd Helenæ intentaret mortem, atque iræ nimiùm indulgeret, quis non animaduertat I hæc quoque carmina eſſe ſuperuacanea, itaut ſublatis illis hæc legantur temerè? quid enim iraſcenti Aeneæ in Helenam illud obijcere

Nate quis indomitas tantus dolor excitat iras?
Quid furis? ——

& illud,

Non tibi Tyndaridis facies inuiſa Lacenæ?

ex quibus etiam fieret, vt nequaquam liceret ſola detractione huic malo mederi, ſed aliqua etiam è contrario addenda eſſent, vt cohærenter fluat & continuetur oratio. Itaque ſatiùs fuiſſet Deiphobi verba expungere, quibus de Helena verba facit. Deinde quis non II videt in propoſitis carminibus eo conſilio a Virgilio Aeneam Helenæ iraſcentem, ac de ea interficienda cogitantem, induci, vt inde elueret maculam illam, & eximium Aeneæ in Patriam amorem exaggeraret altiùs & confirmaret? Itaque id quod Virgiliano conſi-
528 lio ſeruiebat inprimis, euerteretur. Sed & inſuper ratio tolleretur, vnde Virgilius altiùs III adhuc confirmauit Ilium non Argiuorum, ſed Deorum armis euerſum, vnde Troianorum honori proſpiciebat. Nam ab Helena quam Aeneas interficere ardebat, anſam arripuit Venus filio cœlites oſtendendi qui Troiam euerterent. Igitur ſatius fuerit vt dicamus potuiſſe quidem Virgilium rem planiùs ac diſtinctiùs complecti, vt ne repugnantiæ oriretur ſuſpicio: quod feciſſet ſi noctis illius interualla notaſſet, ac vigilias diſtinxiſſet, itaut quemadmodum Helena priùs chorum ſimulat (id quod in VI. legimus & face *Aduerſariæ rationes diluuntur.* Danaos admonet inuitátque vt ex arce prodeuntes Vrbis expugnandæ incendendæque occaſionem ne amitterent, tum decumbentem Deiphobum armis ſpoliat, mox Menelaum intra tecta excipit, ſubíndeque viri necem ſolicitat, vnde è veſtigio Deiphobi domus & inceditur, & tandem corruit, quæ omnia ex ordine geruntur & diſtinguuntur, ita poſteriore noctis vigilia in Veſtæ ædem introduxiſſet Helenam ac deliteſcentem feciſſet. Nam hac ratione vna eádémque nocte & domi virum prodere, & ſubinde ardente & corruente domo, ad Veſtæ perfugere & latitare, potuiſſet: ita quidem opportunè ac citra omnem repugnantiæ ſuſpicionem in eam incidiſſet Aeneas. Nam ſi adhuc obijcias, illud obſtare quominùs iſthæc cohæreant, quòd Hector prima noctis vigilia occurrerit Aeneæ ipſe namque Aeneas profitetur ſibi Hectorem in ſomnis occurriſſe,

—— *Cum prima quies mortalibus ægris*
Incipit & dono diuûm gratiſſima ſerpit)

ſic propterea neceſſe ſit vt Deiphobi domus, quam mox ferè experrectus corruentem vidit Aeneas, prima iſta vigilia ceciderit, itaut ægrè antea cum ab Helena chorum per noctem agi, ſignum dari, ab arce Græcos ad eam concurrere, in domum introduci, Deiphobus trucidari, domus incendi, & Vulcano ſuperante deijci potuerit, equidem non negarim hinc ſuſpicioni eſſe locum. Et hac de cauſa crediderim futurum fuiſſe vt Virgilius 529
hanc remouiſſet ſuſpicionis anſam, ſi Aeneidem recognoſcere potuiſſet: nam interualla commodiùs deſignaſſet, ac tum extrema nocte deliteſcentem Helenam, Aeneaéque occurrentem feciſſet. Quod tamen cautus Lector ſuppleat opportet: cum præſertim huic rei intelligendæ ac ſupplendæ occaſionem præbeat Virgilius ipſe. ſiquidem haud conſtat Aeneam ſtatim atque ab Hectore fuit admonitus, domum conſcendiſſe & Deiphobi domum ruentem vidiſſe, cum inter Hectorem diſcedentem, & Deiphobeæ domus ruinam ea intercedant carmina,

Diuerſo interea miſcentur mœnia luctu,
Et magis atque magis (quanquam ſecreta parentis
Anchiſæ domus, arboribúſque obtecta receſſit)
Clareſcunt ſonitus, armorúmque ingruit horror.
Excutior ſomno & ſummi faſtigia tecti
Aſcenſu ſupero, atque arrectis auribus aſto.
In ſegetem veluti cum flamma furentibus Auſtris
Incidit, aut rapidus montano flumine torrens
Sternit agros. ſternit ſata læta boúmque labores,
Præcipitéſque trahit ſyluas: ſtupet inſcius alto
Accipiens ſonitum ſaxo de vertice Paſtor.
Tum verò manifeſta fides. Danaûmque pateſcunt
Inſidiæ. ———

quibus temporis ſpatium contineri illud potuit, quo Græci in Deiphobi domum irruerunt, atque illo necato eandem incenderunt. Hinc accedit quòd dum Aeneas, antequam in Helenam incidat, pugnando peragrat Vrbem, plurimum temporis ſe ſe obtulit Helenæ, vnde ad veſtam confugere, ibíque latitare vtcumque potuerit. Atque id fortaſſe indicauit Aeneas ipſe cum caneret,

Iámque adeò ſuper vnus eram ———

hinc enim non obſcurè omnino intelligitur ad extremùm Helenam in templo inuentam ab Aenea, nam ideo pergit, 530

——— *cum limina Veſtæ*
Seruantem, & tacitam ſecreta in ſede latentem
Tyndarida aſpicio ———

quis igitur non intelligat poſt extinctum Deiphobum incenſam domum corruiſſe, atque interim Helenam ad Templum, cum perfugium aliud haberet nullum, confugiſſe: atque ita factum eſſe, vt & virum prodiderit domi, & deinde cum domui admoti eſſent ignes, ſe ſe ſubtraxerit, & in ædes ſacras, vt fit, confugerit? Aeneáſque viciſſim corruentem domum cernere, tota Vrbe peragrare, ac tandem in Helenam incidere potuerit?

Quanquam dicat quiſpiam, ſi Helena viro vt gratificaretur, Deiphobum prodidit ac Troiam, quid erat cur virum accenſa domo non ſequeretur & ad Græcos diuerteret? certè vt ad ædes illas confugeret nihil fuit. ſed hoc nihil eſt. Nam Virgilius ipſe tacitè indicat nihil apud virum profeciſſe, quin ſibi adhuc magnoperè timuiſſe. dum enim canit in 6.

Egregia interea coniux arma omnia tectis
Emouet, & fidum capiti ſubduxerat enſem
Intra tecta vocat Menelaum, & limina pandit:
Scilicet id magnum ſperans fore munus amanti,
Et famam extingui veterum ſic poſſe malorum.

ironica illa verba *ſcilicet id ſperans extingui poſſe*, apponit vt indicet non idcirco fuiſſe odium extinctum, maiorem enim ignominiam attulerat Menelao & Græcis quàm vt tam facilè extingui poſſet: præſertim verò quia non tam voluntate quàm neceſſitate ad proditionem confugiſſet Helena. Itaque facilè contingere potuit, vt cum vi- 531

rum

Digitized by Google

rum adhuc iratum agnoſceret, nec reconciliati animi ſigna cerneret (veriſimile namque eſt Menelaum eam pœnis reſeruaſſe, vbi victoria planè potitus eſſet, & Græcos qui propter illam tam multa paſſi eſſent de pœna cõſuluiſſet) clam ad Veſtæ profugerit, Id quod Virgilius ipſe (ne diutius hæreamus, & Tuccæ ac Varri iudicio abducamur) indicat illis carminibus

Illa ſibi infeſtos euerſa ob Pergama Teucros
Et pœnas Danaûm, & deſerti coniugis iras
Permetuens ——

quibus ſignificat adhuc pœnas Græcorum adulterio debitam timuiſſe. Ita quidem videor mihi oſtendiſſe non dicam nullum planè fuiſſe offenſioni aut ſuſpicioni locum, ſed commodè omnia exponi poſſe & conciliari. nam quod turpe videatur fortiſſimum Heroëm in fœminam irruere vt eam trucidet, id verò crimen ab Aenea ipſo diluitur, qui fatetur nullam in tali nece eſſe gloriam, ſed tamen iuſtiſſimam eſſe, quin laudem aliquam exigere ac propterea canitur,

——namque, etſi nullum memorabile nomen
Fœminea in pœna eſt, nec habet victoria laudem
Extinxiſſe nefas tamen, & ſumpſiſſe merentis
Laudabor pœnas, animúmque expleſſe iuuabit
Vltricis flammæ, & cineres ſatiaſſe meorum.

itaut inde, præſertim ob iuſtæ iræ ac perturbationis æſtum, nullum dedecus contrahere poſſet Aeneas.

Nunc, quoniam oſtendimus propoſita carmina eſſe retinenda (tametſi non negamus potuiſſe Virgilium planiùs loqui vt intelligeretur nec Aeneam corruentem Domum vidiſ-
532 ſe ſtatim in prima noctis vigilia, nec Helenam Aeneæ occurriſſe niſi in poſtrema, ac ſummatim commodè ea geri potuiſſe omnia quæ huc illuc de Aenea diſſeminantur) pergamus ad ea quæ fuerant inſtituta, & Venerem audiamus filij iras reprehendentem.

Par.61. Nate quis indomitas tantus dolor excitat iras?
Quid furis? aut quônam noſtri tibi cura receſſit?
Non priùs aſpicies vbi feſſum ætate parentem
Liqueris Anchiſen? ſuperet coniúxne Creüſa
Aſcaniúſque puer? quos omnes vndique Graiæ
Circumerrant acies, & ni mea cura reſiſtat,
Iam flammæ tulerint, inimicus & hauſerit enſis.
Non tibi Tyndaridis facies inuiſa Lacenæ,
Culpatúſue Paris, verùm inclementia diuûm
Has euertit opes, ſternítque a culmine Troiam.
Aſpice (namque omnem quæ nunc abducta tuenti
Mortales hebetat viſus tibi, & humida circum
Caligat, nubem eripiam: tu ne qua parentis
Iuſſa time neu præceptis parere recuſa)
Hìc vbi diſiectas moles auúlſaque ſaxis
Saxa vides mixtóque vndantem puluere fumum:
Neptunus muros magnóque emota tridenti
Fundamenta quatit, totámque a ſedibus Vrbem
Eruit. hìc Iuno Scæas ſæuiſſima portas
Prima tenet, ſociúmque furens a nauibus agmen
Ferro accincta vocat.
Iam ſummas arces Tritonia (reſpice) Pallas

Digitized by Google

Inſedit,nimbo effulgens & Gorgone ſæua.
Ipſe pater Danais animos, viréſque ſecundas
Snfficit,ipſe Deos in Dardana ſuſcitat arma.
Eripe nate fugam, finémque impone labori.
Nuſquam abero,& tutum patrio te limine ſiſtam.
Dixerat & ſpiſſis noctis ſe condidit vmbris.
Apparent diræ facies inimicaque Troiæ
Numina magna Deûm. 533
Tum verò omne mihi viſum conſidere in ignes
Ilium & ex imo verti Neptunia Troia
Ac veluti ſummis antiquam in montibus ornum
Cum ferro acciſam crebríſque bipennibus inſtant
Eruere agricolæ certatim,illa vſque minatur,
Et tremefacta comam concuſſo vertice nutat:
Vulneribus donec paulatim euicta,ſupremùm
Congemuit, traxítque iugis auulſa ruinam.

Vbi dum eum furentem facit,& parentis, vxoris, nati, oblitum, tacitè eius erga patriam indicat caritatem,quòd pro patria fureret:dum rurſus oſtendit Neptunum, Iunonē,Palladem, Iouem ipſum Vrbem euertere, confirmat atque altiùs oſtendit non Græcorum virtute,ſed Dijs tribuendum Ilij excidium. quo in loco (id quod iamdiu indicare cœperat vniuerſim) explanat ſigillatim Dijs aduerſis commemoratis,&, vt res cumulatiùs inueniat fidem, hæc Veneri narranda, Aeneæ oculis ipſis ſpectanda, proponit. Sed & dum ait,

Eripe nate fugam finémque impone labori.
Nuſquam abero, & tutum patrio te limine ſiſtam.
Dixerat & ſpiſſis noctis ſe condidit vmbris
Apparent diræ facies inimicaque Troiæ
Numina magna Deûm.
Tum verò omne mihi viſum conſidere in ignes
Ilium & ex imo verti Neptunia Troia.
Ac veluti ſummis antiquam in montibus ornum
Cum ferro acciſam, crebriſque bipennibus inſtant
Eruere agricolæ certatim, illa vſque minatur,
Et tremefacta comam concuſſo vertice nutat.
Vulneribus donec paulatim euicta, ſupremùm
Congemuit,traxitque iugis auulſa ruinam. 534

oſtendit tum Aeneam hactenus adduci nullo modo potuiſſe vt ab armis ceſſaret ac fugā caperet, tum Vrbem iam ad extremam cladem adductā & corruiſſe funditùs. quo fit vt quoniam non poteſt non animaduertere temerè iam ampliùs de patria & Priamo cogitari,ad Anchiſem parentem,Creuſam vxorem, Aſcanium filium traduca mentem, quo etiam fit vt callida Venus,ne dicam meretrix adulteram Helenam ſubtrahat morti & Aeneæ furori: ídque clauum clauo,ſed maiore,pellens. Etenim Anchiſis, Aſcanij, Creuſæ, periculum exaggerat,vt ne deſęuiat in Tyndaridem,ſed pietatem exerat erga ſuos. quod vt illi commodiùs perſuadeat,proíndeque Helenā ſeruet,oſtendit non adulteræ aut adulteri culpa,ſed Deorum ira, Vrbem excindi. Itaque poteſtatem illi facit,vt Deos Iliū excidentes intueatur. ita fit vt ruentem Troiam & videat & ſimili pulcherrimo explicet, índeque ad parentes vxoríſque ac filij tutelam ſe ſe conuertat. quare ſic pergit,

Part. 51. Deſcendo,ac ducente Deo flammam inter & hoſtes
Expedior. dant tela locum flammaéque recedunt.

Aſt

Digitized by Google

Aſt vbi iam patriæ peruentum ad limina ſedis
Antiquáſque domos,genitor(quem tollere in altos
Optabam primùm montes,primúmque petebam)
Abnegat exciſa vitam producere Troia,
Exiliúmque pati: Vos ô quibus integer æui
Sanguis,ait,ſolidaéque ſuo ſtant robore vires
Vos agitate fugam.
Me ſi cœlicolæ voluiſſent ducere vitam,
Has mihi ſeruaſſent ſedes,ſatis vna ſupérque
Vidimus excidia,& captæ ſuperauimus Vrbi.
Sic ô ſic poſitum affati diſcedite corpus.
Ipſe manu mortem inueniam:miſerebitur hoſtis:
Exuuiáſque petet.facilis iactura ſepulchri eſt.
535 Iampridem inuiſus diuis,& inutilis annos
Demoror: ex quo me diuûm pater atque hominum rex
Fulminis afflauit ventis,& contigit igni.
Talia perſtabat memorans fixúſque manebat.
Nos contra effuſi lachrymis coniúxque Creüſa,
Aſcaniúſque,omníſque domus,ne vertere ſecum
Cuncta pater,fatóque vrgenti incumbere vellet,
Abnegat,inceptóque & ſedibus hæret in ijſdem.

Vbi rurſus Aeneæ pietas commendatur mirificè cum lachrymis nitatur & precibus patrem de ſententia deducere & ad diſceſſum prouocare. Tametſi abnuit ille: præſertim cũ varijs ſe & ſenectutis, vel potiùs decrepitæ ætatis , & amiſſæ patriæ, & Deorum iræ, vnde cœlitus etiam igne tactus fuerat,calamitatibus proſtratum intelligat: vbi ſanè dum ait,

Sic ô ſic poſitum affati diſcedite corpus,

in eum morem intuetur quo cadauera extremo funere condentes,affabantur, vltimum illi vale dicentes. quod ſi ſpiraret adhuc,ac ſoſpes videri poſſet , ac propterea minùs tutum ac religioſum videretur,ſpirantem ſic affari(id enim obtendere potuiſſet Aeneas, vt eum a deſperatione ad fugam reuocaret) ac propterea a morte abeſſe longiùs ; Ipſe,inquit,manu mortem inueniam,ac vitæ filum præcidam:quanquam cum illud rurſus obijci poſſet, impium eſſe ſibi mortem conſciſcere , ſubdit è veſtigio , *miſerebitur hoſtis*. vbi in beneficij loco habere videtur mortem,atque hoſtem ipſum reputare officioſum ac miſericordẽ ſi optanti necem intulerit properè. Nã ſi inſepultus iacebo,facilis,inquit, ſepulchri eſt iactura:facilẽ verò ait talẽ iacturã,vel ꝙ a morientibus toleranda ſit facilè , cũ ſenſu oĩ priuetur corpus,nec quicquã afferat detrimẽti: vel quia qui in bello ac fortiter occidũt, ſepulchro
536 ferè carere ſolent, Deniq. iacturam ſibi expetit ſepulchri, vt intelligatur ſe paratũ eſſe hoſtium armis occumbere: vel certè quia Aeneas ſepulchrum facilè illi optaſſet , nec ferendum indicaſſet vt charus pater careret tumulo;occupat Anchiſes,atque ait talem iacturã eſſe facilem,hoc eſt obuiam mortalibus , præſertim in bello : ac propterea non eſſe ferendum iniquo animo, quin libenter concedendum, vt quod paſſim cæteris contigerit in Ilij excidio,ſibi etiam obtingeret . Denique ait ſe fulminis afflatum ventis , atque igne tactum,quod(vt eſt in hymno apud Homerum) Iuppiter ægrè tulerit ab Anchiſe concubitum diuulgatum quem habuerat cum Venere : & ideo fulmine , etſi neci parcens,illum attigerit. Sed redeamus ad Aeneam,qui, vt dicere cœperam , parentem adhuc nititur ad fugam impellere,vel certè mortem ipſe optat oppetere.& huc ſpectat dum pergit,

Par.53. Rurſus in arma feror,mortémque miſerrimus opto.

Nam

Nam quod conſilium, aut quæ iam fortuna dabatur?
Méne efferre pedem genitor te poſſe relicto
Speraſti? tantúmque nefas patrio excidit ore?
Si nihil ex tanta ſuperis placet Vrbe relinqui,
Et ſedet hoc animo perituræque addere Troiæ
Téque tuósque iuuat, patet iſti ianua letho.
Iámque aderit multo Priami de ſanguine Pyrrhus,
Natum ante ora patris, patrem qui obtruncat ad aras.
Hoc erat alma parens, quod me per tela, per ignes
Eripis? aut medijs hoſtem in penetralibus, útque
Aſcaniúmque patrémque meum, iuxtáque Crëuſam,
Alterum in alterius mactatos ſanguine cernam?

Quarum rerum commemoratio ardentem Aeneæ pietatem declarat confirmátque erga parentem & ſuos: ac propterea, niſi ei ſatisfaciat, ſe infœlicē reputat qui Matris cura ignes ac tela vitarit hoſtium, nec tamen ab Pyrrhi ſæuitia mórteque ipſa parentem, Crëuſámq; ac natum tueri poſſit. Huc etiam pertinet quod addit, 537.

Part.64. Arma viri, ferte arma: vocat lux vltima victos
Reddite me Danais, ſinite inſtaurata reuiſam
Prælia: nunquam omnes hodie moriemur inulti.
Hîc ferro accingor rurſus: clypeóſque ſiniſtram
Inſertabam aptans, méque extra tecta ferebam,
Ecce autem complexa pedes in limine coniux
Hærebat, paruúmque patri tendebat Iulum.
Si periturus abis, & nos rape in omnia tecum:
Sin aliquam expertus ſumptis ſpem ponis in armis,
Hanc primùm tutare domum, cui paruus Iulus,
Cui pater, & coniux quondam tua dicta relinquor.

Nullum enim non mouet lapidem vt ad diſceſſum abducat parentem, vel armis hoſtium cadat; itaut coniugem etiam ad ſummum mœrorem, quo etiam flecti poterat ſenex, adducat. Interim verò difficile eſt iudicatu num maior vel in ſene moriendi cupiditas, vel in Aenea pugnandi & inter hoſtes occumbendi ardor, vel in Crëuſa ac cæterorum pietas eniteat ac cura, vſque adeò hinc in iſtis affectus exprimit Poëta, donec cœlitus oblatum eſt portentum, vnde ſenex filij acquieſcit voluntati, quare ſequitur,

Partic.65. Talia vociferans gemitu tectum omne replebat:
Cum ſubitò dictúque oritur mirabile monſtrum.
Namque manus inter, mæſtorúmque ora parentum,
Ecce leuis ſummo de vertice viſus Iuli
Fundere lumen apex, tactúque innoxia molli
Lambere flamma comas & circum tempora paſci.
Nos pauidi trepidare metu, crinémque flagrantem
Excutere, & ſanctos reſtinguere fontibus ignes.
At pater Anchiſes oculos ad ſydera lætus
Extulit, & cœlo palmas cum voce tetendit:

Iuppi-

Digitized by Google

538 Iuppiter omnipotens precibus ſi flecteris vllis,
Aſpice nos hoc tantùm: &, ſi pietate meremur,
Da deinde auxilium pater, atque omnia firma.
Vix ea fatus erat ſenior, ſubitóque fragore
Intonuit cœlum, & de cœlo lapſa per vmbras
Stella facem ducens multa cum luce cucurrit.
Illam, ſumma ſuper labentem culmina tecti
Cernimus Idæâ claram ſe condere ſylua,
Signantémque vias: tum longo limite ſulcus
Dat lucem & latè circum loca ſulphure fumant.
Hîc verò victus genitor ſe tollit ad auras:
Affatúrque Deos, & ſanctum ſydus adorat.
Iam iam nulla mora eſt: ſequor, & quà ducitis, adſum.
Dij patrij ſeruate domum, ſeruate nepotem.
Veſtrum hoc augurium, veſtróque in numine Troia eſt,
Cedo equidem, nec Nate tibi comes ire recuſo.

Quibus cum fœlix diſceſſuris augurium eſſet oblatum, pater (vt dicebam) ad diſceden
dum ſeſe offert paratiſsimum. Atque hîc quidem in augurio fingendo mira elucet Vir-
gilij induſtria: eſt enim tum Iouis voluntati, quantum quidem exiſtimare potuiſſet ſu-
perſtitioſa illa gens, declarandæ, tum pueri fœlicitati indicandæ, tum obfirmato ſenis ani
mo flectendo, tum Crëuſæ optatis, maximè verò Aeneæ cupiditati explendæ, aptiſsimũ:
ita ut hinc multiplex ille inuolutúſque nodus explicetur, ex quo & illorum omnium ſa-
lus, & noui Regni fundamentum pendebat totum: Quòd ſi ad machinam confugit Vir-
gilius vt implicatam hanc rerum ſeriem explicet, iam docuimus alibi Tragicum & Co-
micum dedecere ad machinam confugere nodo explicando non Epicum. quanquam nõ
eſt negandum arctiſsimi huiuſce nodi explicandi occaſionem ex ijs arripuiſſe, quæ de Ser-
uio Tullo ferebantur, huius enim pueri caput flamma repente correptum legimus, vnde
539 Tanaquil regium portentum eſſe affirmauit, id quod declarauit euentus, cũ Tullus Tar-
quinio in Regnum ſuffectus ſit. Neque verò non eiuſdem Poëtæ enitet induſtria, dũ An-
chiſem inducit qui exclamans

Iam iam nulla mora eſt ——

& quæ ſequuntur, difficultates illas omnes præciſas oſtendit: ac propterea pergit,

Tar. 56. Dixerat ille, & iam per mœnia clarior ignis
Auditur, propiúſque æſtus incendia voluunt.

Vbi multò magis diſcedendi indicat, atque adeò fugiendi, neceſsitatem. Sed Aeneam audiamus, qui tanto lætus augurio, ac Patris audita voluntate, iam, quippe piĕtiſsimus filius, in hæc verba prorumpit,

Tar. 57. Ergo age care pater ceruici imponere noſtræ:
Ipſe ſubibo humeris: nec me labor iſte grauabit.
Quò res cumque cadent, vnum & commune periclum,
Vna ſalus ambobus erit: mihi paruus Iulus
Sit comes & longè ſeruet veſtigia coniux
Vos famuli, quæ dicam, animis aduertite veſtris.
Eſt Vrbe egreſſis tumulus templúmque vetuſtum
Deſertæ Cereris, iuxtáque antiqua cupreſſus,

Digitized by Google

ceret, cum præſertim eius cura magno Aeneæ impedimento eſſe poſſet. & hoc eſt quod paulò poſt indicabit Poëta ipſe opportunè, dum eiuſmodi prætextum Crëuſa ipſa adhibet Aeneæ conſolando. Quanquam altiùs adhuc ſpectauit Poëta dum cara Aeneam orbaret vxore. Nam cum decreuiſſet Aeneam tandem in Latium perducere & nuptias inter ipſum & Lauiniam conciliare, vnde noui regni ſtatuendi opportunum ducebatur initium, omnino ſibi faciendum putauit, vt Crëuſam a uiro remoueret, & ante nauigationem remoueret, & ideo ea Crëuſæ uerba,

—— Nec te comitem hinc aſportare Crëuſam
Fas haud ille ſinit ſuperi regnator Olympi.
Longa tibi exilia & vaſtum maris æquor arandum.

non cauſam præcipuam attingunt, ſed prætextum uerius, etſi accommodatum: præcipua cauſa attingitur ſtatim dum pergit Crëuſa,

Ad terram Heſperiam venies, vbi Lydius arua
Inter opima virûm, leni fluit agmine Tybris.
Illic res lætæ, regnúmque & Regia coniux
Parta tibi lachrymas dilectæ pelle Crëuſæ.

ſed de hac re paulò pleniùs eo in loco. Nunc cum Poëta pergamus, qui Aneæ prouidentiam & cautionem declarat mirificè cùm iter remeare ſtatuiſſet. Quare ſic canitur.

Par.70. Aſcanium Anchiſemque patrem Teucróſque penates
Commendo ſocijs & curua valle recondo.
Ipſe Vrbem repeto, & cingor fulgentibus armis
Stat caſus renouare omnes, omnémque reuerti
542 Per Troiam, & rurſus caput obiectare periclis,
Principio muros, obſcúraque limina portæ,
Quà greſſum extuleram, repeto: & veſtigia retrò
Obſeruata ſequor per noctem, & lumine luſtro.
Horror vbique animos, ſimul ipſa ſilentia terrent.
Inde domum, ſi fortè pedem, ſi fortè tuliſſet,
Me refero; irruerant Danai, & tectum omne tenebant.
Ilicet ignis edax ſumma ad faſtigia vento
Voluitur: exuperant flammæ, furit æſtus ad auras.
Procedo ad Priami ſedes, arcémque reuiſo.
Et iam porticibus vacuis Iunonis aſylo,
Cuſtodes lecti, Phœnix & dirus Vlyſſes
Prædam aſſeruabant: huc vndique Troia gaza
Incenſis erepta adytis, menſaéque Deorum,
Crateréſque auro ſolidi, captiuaque veſtis
Congeritur. pueri & pauidæ longo ordine matres
Stant circum.
Auſus quin etiam voces iactare per vmbram,
Impleui clamore vias, mæſtúſque Crëuſam
Nec quicquam ingeminans iterúmque iterúmque vocaui.

Ita quidem & de excidij exitu, præda, captiuíſque nos docet, quæ fortaſſe requiri poterāt vt de excidio conſtaret toto. Tametſi crediderim eò etiam ſpectaſſe vt Græcos tacitè auaritiæ inſimularet, dum vndique ſpolia colligerent, ac ne templis quidem parcerent. Atq; hac etiam de cauſa Vlyſſem, quem ſcilicet maximè omnium oderant Troiani, cum Phœnice

Digitized by Google

nice homine auariſsimo,coniungit. Is'enim Phœnix eſt qui Achillem hortatur apud Homerum,vt dona recipiat a Priamo & Troianis : & idcirco Achilles dum corpus Hectoris reſtitueret,illum vendidiſſe dicitur. Vt mirum ſit Homerum talem finxiſſe Acchillis Magiſtrum ac monitorem,vnde eius cui canebat, deturparetur honos atque ſordeſceret. Iã 543
verò ſuam erga vxorem beneuolentiam non ſine periculo maximo declarat Aeneas donec eius occurrit ſimulachrum.nam ſic pergit,

Partic.71. Quærenti & tectis vrbis ſine fine furenti,
Infœlix ſimulachrum atque ipſius vmbra Crëuſæ
Viſa mihi ante oculos & nota maior imago.
Obſtupui,ſteterúntque comæ & vox faucibus hæſit.
Tum ſic affari & curas his demere dictis:
Quid tantùm inſano iuuat indulgere labori,
O dulcis coniux?non hæc ſine numine Diuûm
Eueniunt.nec te comitem hinc aſportare Crëuſam
Fas: haud ille ſinit ſuperi regnator Olympi.
Longa tibi exilia,& vaſtum maris æquor arandum.
Ad terram Heſperiam venies vbi Lydius,arua
Inter opima virûm leni fluit agmine Tybris.
Illic res lætæ,regnúmque,& Regia coniux
Parta tibi.lachrymas dilectæ pelle Crëuſæ.
Non ego Myrmidonum ſedes Dolopúmque ſuperbas
Aſpiciam,aut Graijs ſeruitum matribus ibo,
Dardanis,& diuæ Veneris nurus:
Sed me magna Deûm genitria his detinet oris.
Iamque vale,& nati ſerua communis amorem.

Hic verò non ſecum ipſe pugnat Aeneas qui paulò antè dixit
——Nec poſt oculis eſt reddita noſtris,
Nam ibi de Crëuſa ipſa,hîc de illius imagine atque vmbra(has enim affinxit mortuis antiquitas)verba facit.magno autem ſolatio eſſe debuit Aeneæ cum audiret non ſine numine diuûm ſubſtitiſſe Crëuſam : quin exiſtimandum eſt id totum matris ac Iouis amori ac prouidentiæ tribuiſſe:nam huc planè illum ex impellunt voces,
Quid tantum inſano iuuat indulgere labori
huc inprimis illud,
—— —— haud ille ſinit ſuperi regnator Olympi. 544
Sed Regni in primis mentio eum ſoletur oportet,præſertim ob Aſcanium:& quoniam,ſi non ſuam,Creuſæ ſaltem vicem dolere potuiſſet quam abdito illo relinquebat in loco,appoſitè pergit Crëuſa
Non ego Myrmidonum ſedes Dolopûmue ſuperbas
Aſpiciam aut Graijs ſeruitum matribus ibo,
Dardanis & diuæ Veneris nurus.
vbi matris quoque mentio eum ſoletur neceſſe eſt cum intelligat eius curæ commiſſam Crëuſam,ac propterea ſub Veneris ac Iouis tutela a Berecyntia magna matre exceptam. Hîc tamen miretur facilè quiſpiam cur deinde Aeneas tantopere errarit, ignorans quam planè terrã ei portenderent fata: nã ideo & in Thraciã & Delũ & in Cretam, hac ductus ignoratione,nauigauit. An non antequã diſcederet ac nauigaret illud prædixerat Crëuſa,
Ad terram Heſperiam venies vbi Lydius arua
Inter opima virûm leni fluit agmine Tybris?
Quid clarius vt prouinciam ac locum agnoſceret,vbi nouum excitandum erat regnum? itaut mirum videri poſſit in Thraciam primò nauigaſſe, quæ regio nõ lõgiſſimè diſtabat,

ſed

Digitized by Google

ſed propè; nec longas nauigationes requirebat ſed breues.mirum etiam expreſſam Tyberis mentionem obliuioni tradidiſſe,vnde curſum potiſſimùm ab initio intendere potuiſſet. Sed tamen è contrario illud quoque prædixerat Crëuſam fore vt longa exilia illis ſupereſſent,& vaſta æquora peragranda.exiſtimandum eſt igitur vel Tyberis nomen, quippe illi ignotum eo tempore vnà cum Heſperiæ nomine excidiſſe,vel certè, quoniam amplioribus verbis de hoc loco illum admonet,quàm vt obliuio & ignorantia in re tali ac tā
345 ta poſſet obrepere, Exiſtimandum & hunc quoque locum moderari voluiſſe Poëtam, quòd morte impeditus haud perfecit. vt omittam carmen quoque illud interim occurrere,

Eueniunt.nec te comitem hinc aſportare Crëuſam,

quod integro pede abundat ac correctione indiget. Ac fortaſſe ad ſeptimi initium vbi ait Aeneas,

——— ſalue fatis mihi debita tellus:
Hîc domus,hæc patria eſt:genitor mihi talia namque
(Nunc repeto) Anchiſes fatorum arcana reliquit.

non modò genitoris,ſed coniugis mentionem feciſſet quaſi Crëuſæ uerba illa

Sed me magna Deûm genetrix his detinet oris.

in mentem recurrerent.quòd ſi canere placuiſſet,

Hîc domus,hæc patria eſt: dulcis mihi talia namque,
(Nunc repeto) coniux factorum arcana reliquit.

egregiè omnem dubitandi locum ſuſtuliſſet:præſertim quia Anchiſes hærentem illū habuiſſe,Crëuſa perſpicuis ab initio,ac bicubitalibus uerbis,ut ita dixerim, eo de loco admonuiſset.Sed ad Aeneam redeo: qui ſuauiſſimis permotus Crëuſæ uerbis ad patrem redit, ad quem ingentem Troianorum multitudinem confugiſse uidet.etſi interim quî Crëuſam ſeu Crëuſæ ſimulacrum reliquerit priùs,audiendum.

Part.72. Hæc vbi dicta dedit lacrymantem,& multa volentem
Dicere deſeruit,tenuéſque receſsit in auras.
Ter conatus ibi collo dare brachia circum,
Ter fruſtra comprehenſa manus effûgit imago,
Par leuibus ventis volucríque ſimillima ſomno.
Sic demùm ſocios conſumpta nocte reuiſo.

Quibus uerbis mirum eſt quàm eleganter umbrarum,ſeu quæ ſe ſe offerrent ſimulacro-
546 rum,uim uel potiùs uarietatem deſcribat:etſi animo potiùs cōcipienda eſt talis inanitas, quàm ut pictura,carmine, oratione exprimi poſſit. Reuiſit igitur Aeneas, nocte iam elapſa,parentem ac ſocios,& multitudinem illam conuenit & ideo pergit,

Par.73. Atque hîc ingentem comitum affluxiſſe nouorum
Inuenio admirans numerum:matréſque viróſque
Collectam exilio pubem, miſerabile vulgus.
Vndique conuenere animis,opibúſ parati,
In quaſcumque velim pelago deducere terras.
Iámque iugis ſummæ ſurgebat Lucifer Idæ,
Ducebátque diem: Danaique obſeſſa tenebant
Limina portarum: nec ſpes opis vlla dabatur.

Quibus huc adductis,quid obſecro ſupererat,niſi ut ſine cunctatione diſcederet? nihil ſanè:quandoquidem omnia pietatis officia mirificè perſolnit, iámque etiam atque etiam perſoluere inſtat fugâ ipſâ,& ideo concludit,

Par. 74. Ceſsi,& ſublato montem genitore petiui.

Quaſi diceret,cum nondum humanis diuiníſque monitis iuſſis,portentis,adduci fatis potuiſſem ut diſcederem,tandem neceſſitate ipſa propè coactus, ceſſi, ac decrepito patre humeris ſublato,quod.n.clarius deferre pondus contingat? arduum Idæ montē cōſcēdi.

Digitized by Google

Abſolui ſecundi explicatum: breuiter illum quidem: Sed in quo tamen rerum ſeriem, ac partium ordinem & cohærentiam dilucidè oſtenderim, vt ſpero. Itaque Poëtæ conſilium & artificium ab initio ad finem vſque licuit obſeruare: vt propterea ab initio itē ad finem vſque librum hunc vniuerſum inoffenſo pede percurrere liceat. quanquam enim verba plurima, ſententias quoque aliquas, minus expendimus; quæ tamen paulò difficiliora videri poterant, non prætermiſimus, ita ut & Auditorum & loci habita ſit ratio. Nūc ſupereſſe videtur vt ad ea digitum intenderem quæ aliunde tranſtulit noſter Vates vel imitatus eſt, præſertim vt de more cum Homero quoque comparetur. Verùm enimuerò, 547
quoniam Homerus Ilij prætermittit expugnationem in Iliade, in Odyſſea vix attingit, locus ſanè ſe ſe offert nullus vnde vniuerſim illos comparemus. quòd ſi priuata quædam loca, ſparſim tamen, occurrunt ex Homero ad quæ ſpectaſſe viſus eſt Virgilius, ea ſanè a Macrobio primùm libro v. Saturnalium indicantur, tum verò ab Vrſino ex ordine & copiosè deſcribuntur. Ita fiet vt ſi Virgilio cum Homero in poſterum conferendo curam atque induſtriam noſtræ non diſſimilem adhibueris, atque adeò noſtra veſtigia triueris, facilè illorum vel conſenſionem vel diſſenſionem agnoſcas, & quis paſſim ſuperior habendus ſit. Et quanquam nos in ſequentibus quoque libris eos ſæpè conferemus, ſtrictim tamen faciemus, ne aut anteacto labori noſtro, aut Lectoris, quem ſatis hactenus de ratione docuimus qua Poëtæ iſti conferendi ſint, induſtriæ diffidere videamur, ac non neceſſariò longiùs quàm par eſt, hoſce commentarios producamus. Denique ne actum quoque agere quibuſdam videar, peruelim Vrſinum conſulas, præſertim verò quia non Homeri ſolùm indicat locos, verùm etiam Lucretij, Smyrnæi aliorúmque multorum, quos Virgilius interdum ſequutus eſt. Et quidem Virgilij eruditionisq. ſtudioſos nunquam pœniteat ea conſulere quæ diligenter in hunc ſecundum librum digeſſit hic Author, vt Virgilianas imitationes indicaret. Quanquam quod attinet ad Piſandrum ex quo Virgiliū ſecundum hunc librum penè ad verbum trāſtuliſſe, ſcribit Macrobius, Optaſſem equidem vt Macrobius Piſandri loca ſummatim ſaltē retuliſſet, quādoquidem plurima ſunt in ſecundo, quæ ex Piſandro vel Authore ullo manaſſe, ægrè, quin ne Macrobio quidem iuranti, crediderim. Video enim ea omnia quæ de ſe narrat Aeneas, eò ſpectare, vt clam oſtendatur Ae- 548
neam omnia pietatis officia patriæ perſoluiſſe: nec tam Græcorum quàm Deorum armis Ilium cecidiſſe: qui Troiæ imperium in Romanum conuertere, atque hoc Græcis totique Terrarum orbi veluti impōnere decreuiſſent: quibus Auguſto ac Romanis canit Virgilius, & ita canit vt quicquid gerit Aeneas, id planè Romanorum Authori a proditionis calumnia purgando & omnis virtutis genere cumulando inſeruiat. Quæ tamen ſpectaſſe, ſed ne ſomniaſſe quidem Piſander potuit, qui trigeſima octaua fermè Olimpiade floruit. quare crediderim quidem Piſandrum quippe qui poëtica laude mirificè claruit, ac longum Poëma condidit, in quo Troiæ quoq. excidium incluſit, ea ceciniſſe quæ vel ad Sinonem Græcorúmque dolum ac Durium inprimis, pertinēt, ſimúlque hunc introduxiſſe in Vrbem atque huius expugnationem ceciniſſe quod alij multi non Poëtæ ſolùm, uerùm etiam Hiſtorici memorant. Sed quæ ad Aeneam pertinent (pertinent autem ferè ea omnia quæ ab Hectoris, qui ſe ſe Aeneæ in conſpectum dedit, monitis occurrunt 549
ad extremum uſque librum) nullo modo deriuari ex Piſandro potuere: quandoquidem ijs clam ſuo ingenio, qua expoſuimus ratione, Auguſto canit ac Romanis: & ideo præmunitione illa uſus eſt Aeneas, *Et quorum pars magna fui*: ne ſcilicet quis tot ac tanta de Aenea referri audiens, miraretur, cum apud Hiſtoricos & Poëtas ea non extent; ita ut occupet interim Virgilius, quòd quæ excogitaret ipſe, canere decreuiſſet: tantùm abeſt vt iam ea decantaſſet Piſander. Hæc de ſecundo.

Finis Libri Secundi.

P. VIR.

Digitized by Google

P. VIRGILII MARONIS ÆNEIDOS

Liber Tertius.

550 QVid canat quidue moliatur noſter Vates in hoc libro Tertio, perſpicuum videri poſſet: præſertim ſi ea ſpectentur quæ tum ad libri primi initium, tum verò in progreſſu, a nobis dicta ſunt. Eò enim ſe ſe refert, vt Aeneæ nauigationes atque adeò errores & iactationes decantet, idque a primis ducto initio. Cum enim Ilio euerſo Antandrum ſeceſſiſſet, indeque conſcendiſſet, ac primùm in Thraciam. deinde in Delum Inſulam, mox in Cretam, hinc ad Strophades, ad Actium Promontorium, ac ſubinde Butrothum in Epirum, atque ex Epiro in Siciliam, ac tandem in Africam delatus eſſet, itaut ſeptennio ferè toto nauigaſſet, atque huc illuc ventis & tempeſtate iactatus eſſet; hos errores omnes perſequi ac decantare inſtituit noſter Vates in hoc libro, decantátque diligenter. itaut huiuſce libri argumentum non obſcurum, quin perſpicuum (vt dicere cœperam) videri poſſit. Tametſi clam eò etiam ſpectat Virgilius vt nauum lectorem duo edoceat. Vnum eſt Aeneam non tam Græcorum armis quàm fatorum ac Deorum voluntate & monitis ad fugam arripiendam nauigandúmque deſcendiſſe. Alterum ſic de Vrbe condenda ac Troiano Regno alicubi excitando cogitaſſe, ac ſuam huc induſtriam contuliſſe, vt non quidem per iniuriam in alieno ſolo ſed Deorum iuſſu & voluntate id excitare ſtuduerit. Quæ duo magnopere ſpectaſſe noſtrum vatem obſeruabimus ac demonſtrabimus in progreſſu.

AVTHORIS conſilium & libri huius argumentum.

At enim ſint iſthæc. Verùm quo conſilio eiuſmodi nauigationes & iactationes proſequitur, aut quas ob cauſas copioſè in iis percenſendis commoratur? multis ſanè magníſ-
551 que de cauſis. Ac primùm vt ei propoſitionis parti ſatisfaciat, in qua ſibi eum virum de-
cantandum ornandúmque propoſuit, qui ab Troiæ oris profugiſſet ac diù multùmque erraſſet. Deinde vt Reginæ morem gerat poſtulanti ac requirenti ut errores ille ſuos commemoret. Et ſanè cum Dido ſub primi libri finem enixè ab eo flagitaſſet vt tum inſidias Danaûm caſúſque ſuorum, tum verò ſuos errores enarraret (ideo enim

Oſtenditur cur & quã appoſite propoſitum argumentũ tractet hoc in loco.

I.

II.

Imò age, & a prima dic hoſpes origine nobis
Inſidias (inquit) Danaûm, caſúſque tuorum,
Erroréſque tuos: nam te iam ſeptima portat,
Omnibus errantem terris & fluctibus æſtas.

cecinerat Virgilius) poſtulat ſanè ratio, vt quoniam Aeneas in ſecundo libro commemorauit Danaûm inſidias caſúſque ſuorum, iam ſuas quoque nauigationes & peruagationes proſequatur. Denique in hoc Poëmate illud ſibi propoſuerat Author vt Homerum imitaretur, atque Odyſſeam Iliadémque veluti exprimeret. Cum igitur Homerus in Odyſſea Vlyſſis errores ceciniſſet in primis, par erat ut Virgilius etiam Aeneæ errores commemoraret. Et hinc eſt vt quemadmodum Vlyſſes in conuiuio apud Pheacos Alcinoo rege flagitante, ſic Aeneas in conuiuio apud Carthaginienſes Didone regina poſtulante, varias illas (etſi poſtremam ſummatim ac propè vno verbo attingit, quòd expreſſa ac veluti ante oculos poſita fuiſſet in primo) narret peruagationes. Quanquam non eſt quod inficiemur Virgilium ſic imitari Homeri Iliadem, & (quod rei noſtræ intereſt in præſentia) Odyſſeam, vt longo interuallo illius induſtriam ſuperet, quemadmo-
552 dum docebimus in progreſſu. Nunc illud tantùm moneo, Virgilium vt ſatietatem de-
clinaret, ac veriſimile decorúmque tueretur, vnico hoc libro ea omnia imitari atque complecti quæ Homerus de Vlyſſe quatuor integris libris vix expleuit ſatis. Cum tamen par eſſet ſatietatem declinare, non longiore illa ſimilium rerum narratione nauſeam gignere: præſertim verò vt conuiuio ac temporis breuitati narratio reſponderet, nec ſine decoro perageretur. Itaut conſultior (atque id etiam conſtabit in progreſſu) videri poſſit noſter Vates. Quapropter iurè quidem illud canere potuit

III.

Vbi oſtenditur Virgilium hic Odyſſeam imitari.

Commodius tamẽ & maiore cum decoro id præſtari a Virgilio.

Digitized by Google

Illius immenſos miratur Græcia campos:
At minor eſt nobis, ſed benè cultus ager.

Vbi tacitè, rem attentiùs æſtimanti, indicat Iliadem & Odyſſeam manare latiùs quàm par eſſet, & minùs cultam videri & poſſe & debere. Cum tamen Aeneis moderatis finibus cõtineatur, & verò debitam culturam atque adeò induſtriam referat,

Colligitur hunc librũ non ad Epiſodia pertinere ſed ad Actionem

Atq. ex his omnibus ſatis animaduertere licet hunc librum non ad Epiſodium (quod perperam affirmant pugnántque multi) ſed ad Actionem pertinere. De qua re, quoniam plurimùm refert id noſſe, agerem pluribus, niſi totam hanc rem tum ad primi initium attigiſſem, tum in Comparatione copioſiùs declaraſſem, ac multis, & (ni fallor) magnis, argumentis demonſtraſſem. Nunc ſat ſit monuiſſe. eos qui ſtatuunt tertium hunc librum ad Epiſodium pertinere, docere non poſſe quî Virgilius eum ſibi virum canendum propoſuerit qui diù multúmque erraſſet, ſeu diù multùmque terra maríque iactatus eſſet. Certum eſt enim in propoſitione non Epiſodiorum ſed Actionis rationem haberi. itaut cum Virgilius eum ſibi virum propoſuerit decantandum, qui diu terra maríque erraſſet, in omnes Aeneæ errores ſpectarit. Alioquin breui ſuam ille nauigationem peregiſſet, nec 553
multùm iactatus eſſet. Quid plura? eius errores ab diſceſſu primo canendos proponit, ab illo inquam tempore quo Troiam deſeruit profugus: id quod aggreditur tertio hoc libro. quem igitur non pudeat affirmare tertium hunc librum in quo Propoſitioni planè reſpõdet, digredi? Sanè Ariſtoteles in ſua Poëtica omnes planè Vlyſſis errores ſeu viri qui diù multùmque pererraſſet, ſtatuit eſſe Odyſſeæ argumentum. vt propterea Virgilius quoq; dũ eaſdem ferè peruagationes attribuit Aeneæ ſuo, atque eodem commemorat ordine, oẽs quotquot huius commemorat errores & iactationes, in materiæ ſtatuat loco: itaut cũ virum Troia diſcedentem & in Latium nauigantem decantet, in Actione verſetur, non ad Epiſodia diuertat in hoc libro. Quapropter liceat quidem requirere cur Virgilius non omni planè ex parte naturalem ordinem ſecutus ſit in huiuſmodi errorum narratione ſeu imitatione (de qua ne alibi opportuniùs) ſed has nauigationes ad Epiſodium pertinere, id verò niſi temerè atque adeò turpiter ſtatui nullo modo poteſt. Sed iam, quoniam amplũ huic libro intelligenter pertractando, aditum aperuimus, ampliſſimum quoque aperire licebit poſt paulò, vbi narrationi initium dederit noſter Vates, agedum Aeneã audiamus.

Partic. 1.

Poſtquam res Aſiæ, Priamíque euertere gentem
Immeritam viſum ſuperis, ceciditque ſuperbum
Ilium, & omnis humo fumat Neptunia Troia;
Diuerſa exilia, & deſertas quærere terras,
Augurijs agimur Diuûm ——

Quò ſpectat hoc initium.

Egregiè ſanè præſentem errorum narrationem cum ſuperiore nectit, vel potiùs è ſuperiore deriuat. quia ſcilicet cum placuiſſet cœleſtibus Troianum regnum euertere (id quod 544
copioſè proſequutus eſt in II.) coactus fuerit Aeneas

Diuerſa exilia, & deſertas quærere terras.

de qua tamen re paulò poſt copioſiùs. Interim quoniam in ſuperiore libro affirmare non dubitauimus Ilij excidium commodè, ad Actionem reuocari poſſe, tametſi interpretes mira conſenſione eiuſmodi excidium ac II. librum in Epiſodij habeant loco; lubet totam hanc rem declarare: præſertim uerò quia cum id reiecerim ad tertij initium, nunc poſtulet ratio vt fidem liberem meam. Ergo ſic ſtatuo, excidij narrationem ac proinde ſecundum librum quoniam nauigationis errorúmque cauſas continet, ad Actionem non temerè quin iure optimo reuocari. Etenim Poëſis (ſi quis attentiùs æſtimet) eſt ficta quædam hiſtoria. Id quod inprimis de Heroico poëmate ſtatuere licet, quod ex hiſtoria deriuatur. Tametſi enim a Poëta variari ſolet hiſtoria vnde ducitur argumentum & poëma, quin nouatur vndique ac ſus déque commutatur (vt ſcilicet ad pulcherrimam ideam reuocetur) hiſtoriam tamen tanquam pro ſolo & fundamento retinet Heroicum poëma. Ex quo fit vt cum hiſtoria tum demum perfecta ſit atque omnibus abſoluta numeris, cum non modò res geſtas narrat verùm etiam conſilia & cauſas percenſet rerum geſtarum, id etiam factitandum ſit Epico. & ſanè M. Tullius

in II.

Digitized by Google

in II. de Oratore perſpicuè præcipit vt Hiſtoricus cum rebus geſtis & euentis, quoad eius fieri poſſit, cauſas coniungat & conſilia: quandoquidem hæc tum ad perſpicuita-
555 tem & rerum intelligentiam tum maximè ad prudentiam conferunt plurimum. Quanquam enim vbi ignorentur cauſæ ac lateant conſilia, non eſt ſuperſedendum, ſed res geſtæ ſaltem narrandæ quibus maximè continetur Hiſtoria (eſt enim rerum geſtarum narratio) vbi tamen conſilia & cauſas reſciueris & expoſueris, hiſtoriæ lux accedat maxima. Igitur eodem modo Heroicum Poëma eſt pertexendum: cauſæ enim rerum geſtarum, quoad eius fieri poſſit (id quod egregiè ſanè & accuratè præſtat Lucanus in Pharſalia) commemorandæ: præſertim quia poëtæ eas fingere licet & comminiſci. Quapropter cum Ilij excidium ac Troiani regni euerſio Aeneam adegerit ad fugam capeſſendam, ac nauigandum errandúmque; nil prohibet affirmare eo conſilio Virgilium Ilij excidium commemoraſſe antequam ad Aeneæ errores deſcenderet, vt huiuſmodi errorum narrationem cauſarum narratione anteuerteret. & hoc eſt quod in præſens indicat Aeneas dum Aſiæ rebus euerſis, atque Ilio Trojanáque gente veluti extincta, ſe

Diuerſa exilia, & deſertas quærere terras

coactum affirmat. Quamobrem licet non eorum ſententiam ſperno qui Ilij excidium ac librum II. vniuerſum in Epiſodij habent loco, crediderim tamen ad Actionem reuocari poſſe percommodè. Nam quòd in propoſitione cauſæ perinde atque errores non exprimantur & proponantur, nihil refert: vt enim hiſtorici ſic ea proponũt quæ dicenda ſunt, vt cauſas rerum dicendarum (quas tamen ſæpè in narratione proſequuntur) minimè exprimant, ſic fictus hiſtoricus, poëta inquam, dum in propoſitione res proponit decantan-
556 das, harum reticere cauſas (id quod in Lucano item commodè obſeruare licet atque alijs multis) & poteſt & ſolet. Sed iam ad hunc librum redeo totus. in cuius initio illud miretur aliquis ac fortaſsè poëtæ vertat vitio, quòd tranſitione longiore ac non neceſſaria vtatur. vt enim a II. Libro ad III. faceret gradum tranſitione adhibita, ſatis erat canere, Poſtquam Ilium cecidit, vel quid tale vnde rès vnico ferè verbo exprimeretur; quorſum igitur canere

Poſtquam res Aſiæ, Priamíque euertere gentem
Immeritam viſum ſuperis cecid itque ſuperbum
Ilium, & omnis humo fumat Neptunia Troia,

ac rem tam exaggeratè commemorare? Certè μετάβασις. ſeu tranſitio perinde atque epilogus gaudet breuitate, nec expolitionem, multò minùs exaggerationem & amplificationem ſuſtinet. Ergo obſeruandum eſt Aeneam in his carminibus ac particula tota ſic trãſitione vti, vt ſimul tria illa nitatur confirmare altiùs quæ clam molitus eſt in II. libro dũ Ilij narraret excidium. Ac primùm ſic Aeneas Ilij excidium commemorauit, vt commiſerationem erga ſe excitare vehementer ſtuduerit. & huc pertinet initium illud

Redditur ad tertium hunc librũ & explicatur prima particula a dubitatione ducto initio. Reſpondetur propoſitæ dubitationi: ſimulq. perſpicua redditur vndique præſens particula.

Infandum Regina iubes renouare dolorem,
Troianas vt opes & lamentabile regnum
Eruerint Danai: quæque ipſe miſerrima vidi,
Et quorum pars magna fui. quis talia fando
Myrmidonum, Dolopúmue, & duri miles Vlyſſi
Temperet a lachrymis?

Vbi mirum eſt quãtoperè Pœnorum animos pertentet vt eos prouocet ad miſericordiam: quam excitare etiam molitur narratione tota. Hic igitur cum Aeneas aliò narrationem conuertere inſtituiſſet, Ilij excidium ſic claudit vt Reginæ ac Pœnorum commi-
557 ſerationem excitare altiùs & confirmare moliatur. hoc enim maximè ſua Troianorúmque ſalus continebatur. & huc pertinet quòd ait euerſam gentem immeritam, cecidiſſe ſuperbum Ilium, humo fumare Neptuniam Troiam: huc quòd exilia varia, terras deſertas requirendas ſubiungit. Atque hoc primum. Alterum quod confirmat, illud eſt. Ilij excidium Deorum voluntate atque opera cõtigiſſe: quod commemorat ne Græcorum virtuti tribuatur. & huc ſpectat quod ait ſuperis viſum res Aſiæ Priamíque gentem euertere, quòd in huius quoque libri finem rurſus, etſi aliud agere videatur, inculcat. poſtremum eſt Aeneam Patriam Vrbem non tam ſponte quàm neceſſitate, nec quo tempo ſtetit, ſed quo fumaret humo, quod eſt iam a fundamentis cremaretur & in cineres ſolueretur. ac proinde omnia perſoluiſſet pietatis officia, reliquiſſe. Quæ tria (vt dicere cœperam) in II. libro ſpectauerat, atque alijs verbis egerat, ferè perpetuò.

Digitized by Google

Dum verò addit augurijs factum & oraculis Deorum vt errauerit & varias terras quæ-
ſierit, vnum moliri clam incipit poëta, quod ijs quæ clam molitus item eſt, in 2. videri po-
teſt perſimile. vt enim ibi quaſi aliud ageret, vulgatum illud crimen proditionis eluit in
ſuo Aenea, ita hoc in loco alterum crimen diluit, quòd Aeneas dum alienas terras ac re-
giones occuparet, & ibidem vrbes conderet (id quod aliquando illi obijciet Turnus)
contraxerat. quid enim alienas terras inuadere, & in alieno ſolo vrbem condere, ac noui
regni fundamẽta ponere? igitur ſic narrat Virgilius Aeneæ nauigationes, vt doceat Deo- 558
rum reſponſis, quin iuſſis vt obtemperaret id feciſſe. cuius rei veluti initium & fundamẽ
tum hîc iacit dum ait Aeneas ſe augurijs Deorum actum. Et quamuis id poëmatis initio
indicare cœperit cùm fato profugus diceretur, eique cõdenda vrbs proponeretur, & rur-
ſus cũ diceret Iuno *ſic voluere parcas* (in excitandã nãq; vrbẽ, ac regnũ ſpectabat Romano-
rũ) hîc tñ rurſus etſi aliud agere videatur, hoc attingit. quare ait ſe Deorũ actũ augurijs, &
paulò poſt fatis vela dediſſe: & in progreſſu magnã oraculorũ ſeriẽ cõmemorabit, vnde in-
telligatur ſe Deorũ imperatis obtẽperare, qui penatibus vrbẽ ſtatui iuberent, nõ alieno re-
gno per vim inhiare. Denique, vt me ſemel explicem, & totũ poëtæ conſiliũ, quoniã clam
etiam Aeneæ & Auguſto fauet, aperiamus, ſic ſtatuo. quemadmodum in ſuperioris libri
enarratione, tria fuerunt obſeruãda, in quibus Author verſatur perpetuò, ita hoc in libro
tria occurrent quibus hanc narrationem dicauit Virgilius, atque his ſanè diligenter ob-
ſeruatis, commodiùs adhuc ad finem vſque licebit progredi. primum eſt ſeries nauigatio-
num, quã ſplendida narrationis quaſi facies refert, ſimúlque ad Ilij iactationes Odyſſeæ-
que ipſius artificium nos prouocat agnoſcẽdum. Alterum varietas oraculorum quæ ad

Tria in hoc libro ſpectanda quæ maxime in eo molitur Poeta.

propoſitas vrbium ædificationes inuidia liberandas honeſtandáſque proferuntur. Tertiũ
ac poſtremum Aeneæ commendatio. etſi enim eum poëmate commendat toto, pietatis
tamen ac religionis nomine quæ præcipua iuſtitiæ pars ac ſumma virtus eſt, ſigillatim cũ
celebrat, vt dicebam, in hoc libro. Vt propterea quamuis palam errores ponat narrandos,
iuſtam tamen vrbis ac regni fundationem atque Aeneæ commendationem, quaſi aliud 559
agens, complecti inſtituerit. quanquam ea etiam de cauſa ait *augurijs agimur Diuûm*, vt in-
telligatur ex Diis multos eo conſilio Ilii euerſionẽ probaſſe, quòd Aeneam ad nouas ter-
ras quærendas, nouúmque regnum excitandum, traducere decreuiſſent. Certè Iuppiter
in 1. libro ſe hoc planè conſilio Troiæ euerſionem decreuiſſe ait, idque in fatis iam fuiſſe
teſtatus eſt, Denique flamma, quæ Aſcanii lambere viſa eſt comas, fragor cœlitus emiſ-
ſus, ſtella quæ illis in Idæ montem viam oſtenderet, & ſi quid huiuſmodi, Deorum qui
Troianis fauerent, voluntatem demonſtrabant. Pergit autem

Partic. 2.

——— claſſémque ſub ipſa
Antandro, & Phrygiæ molimur montibus Idæ,
Incerti quò fata ferant, vbi ſiſtere detur:
Contrahimúſque viros. vix prima incœperat æſtas,
Et pater Anchiſes dare fatis vela iubebat.
Littora tum Patriæ lachrymans, portúſque relinquo,
Et campos vbi Troia fuit. feror exul in altum
Cum ſocijs, natóque, penatibus, & magnis Dijs.

Sanè Aeneas cum Troiam relinqueret, in montem Idam (eſt hic Paridis iudicio cele-
berrimus) aſcendit atque hinc ſanè claſſis molienda materiam accepiſſe illum & elabo-
raſſe, ſed tamen claſſem ipſam in vicina vrbe Antãdro (adiacet hæc Troiæ a meridie) quo-
niam maritima eſt. perfeciſſe, credendum eſt. Et hac de cauſa ſine repugnãtia canere po-
tuit in libro 9.

Tempore quo primùm Phrygia formabat in Ida
Aeneas claſſem, & pelago petere alta parabat;

etſi hoc in loco ſcribat & ſub Antandro & in Idæ montibus (quanquam ſub montibus
perinde ac ſub Antandro intelligere licet) fuiſſe ædificatam. denique vt Antandro adia-
cet Ida, eidémque Thucidide Authore, naualem materiam ſubminiſtrat, parum refert ſi- 560
ue vno ſiue altero aut etiam vtroque in loco nauale inſtituas. hinc igitur, etſi incertus eſ-

ſet

Digitized by Google

ſet Aeneas, quò planè nauigandum foret, vbi deſcendendum ac ſiſtendũm, vt vrbem ædificaret, contractis viris, hoc eſt remigibus, militibus, adminiſtriſque omnibus quotquot nauigationi & claſſi eſſent neceſſarij, prima æſtate ineunte vela faciunt, ſic Anchiſe parente optimo iubente. Ita quidem non ſine lachrymis patrium relinquunt ſolum, cum penatibus & magnis Dijs quos vehebant, in alium delati.

Multa sũt quæ dubitentur. I.

Sed iã curioſus, auditor, vel ſi mauis, acutus, aut certè acutus & curioſus, illud primùm requirat, cur Aeneas fatis vt obtemperaret ac Dijs, nauigandum potiùs quàm terreſtri itinere errandum, aut cenſuerit aut ſtatuerit. ſanè Ilio euerſo.

Diuerſa exilia, & deſertas quærere terras

Reſpondetur.

Deorum augurijs monebatur, claſſem ædificare & adornare, quod longioris temporis erat opus, non monebatur. Imò verò (ſi quis æſtimet diligenter) vt nauigaret erat in fatis, idque Aeneæ fuerat præmonſtratum. Etenim qua nocte Hector in ſomnis ſe ſe illi in conſpectum dedit, iuſſitque vt fugam arriperet, illud etiam addidit,

Hos cape fatorum comites: his mœnia quære
Magna pererrato ſtatues quæ denique ponto:

Quibus verbis dum Penates pro ſocijs illi attribueret, fore aiebat vt vbi diù multúmque pererraſſet mare, vrbem illis ſtatueret. Virgilius tamen quippe qui induſtrios requirit auditores ac nauos, id non repetit: ſat enim habet ad 2. initium ea carmina ceciniſſe, ex quibus intelligeretur Aeneam iam percepiſſe Deorũ fuiſſe voluntatem vt nauigaret.

Dubitatur. II.

561 At enim rectè iſtud: ſed cur antequam ſignificaret ſub Antandro atque Idæ montibus claſſem comparaſſe, non illud ſignificauit, Antandrum ſe contuliſſe primùm cum Troiã relinqueret, atque Idam mõtem petiſſe? ſanè vt perſpicuitati ſeruiret ac rerum ordinem conſeruaret, canendum erat Ilio euerſo Antandrum ſeceſſiſſe, indeque Idæum montem conſcendiſſe, claſsémque interim ſub Antandro conſtruxiſſe. Acutè rurſus, ſed curioſè quoque. Quapropter, vt curioſis etiam rurſus tempus tranſmittam (ſi enim peccãdum, nauiter peccandum) ſic ſtatuo. Ingenioſis, vt dicere cœperam, canit Virgilius: ac propterea ſe Antandrum profugiſſe primùm, & Idam montem aſcendiſſe interim non declarat. quod memor & induſtrius auditor ex 2. libro id intelligere poteſt. nam 2. librum eo carmine perorauerat.

Reſpondetur.

Ceſſi, & ſublato montem genitore petiui.

En priùs ſignificaſſe Virgilium Aeneam conſcendiſſe montem, quàm cecinerit ſub eo claſſem conſtruxiſſe. At enim montis mentionem fecerat ille, fateor: ſed Idæ montis aut montium ſub quibus cõditur claſſis, ne verbum quidem. Imò verò in 2. vtrumque commemorauerat Virgilius, nam antequam illud caneret

Dubitatur. III.

Reſpondetur.

Ceſſi, & ſublato montem genitore petiui,

illud etiam cecinerat

Cernimus Idæâ claram ſe condere ſyluâ,
Signantemque vias ——

Vbi ſignificauerat ſtellam quæ illis monſtraret iter, in Ida monte conſtitiſſe, ſéque ibi cõdidiſſe. Ita ut iam antea indicarit Aeneæ in Idam ac proinde Antandrum, quoniam Idæ adiacet, confugiendum. ſed quoniam ſemel atque iterum cœpimus, curioſitatis habenas laxemus adhuc. Quid eſt igitur quod ait

Dubitatur. IV.

562 —— *claſsémque ſub ipſa*
Antandro & Phrygiæ molimur montibus Idæ:

nec tamẽ nauium commemorat numerum? Certè plus intererat nauium numerum referre, quàm locum notare vbi extructæ eſſent, vel certè bonum poetam decebat vtrumque miram curioſitatem, ſed cui tamen ſatisfacit Virgilius; ſi memor accedat auditor, nam in primo cecinerat Aeneas,

Reſpondetur.

Bis denis Phrygiam conſcendimus nauibus æquor,

vbi ſignificauit etiam quæ & qualis eſſet ſtella illa, nam addidit *Matre Dea monſtrante viam* quin addidit —— *Data fata ſecutus*; quæ duo Virgilij ſtudioſis ſatis indicant ſtellam illam a Venere veluti fabricatam Anchiſi & Aeneæ, præmonſtratam vt in Idam montem cõfugerẽt; idque fatis ipſis iubentibus. ſed perget curioſus aliquis & requiret cur addat

Dubitatur. V.

Incerti quò fata ferant, vbi ſiſtere detur.

fieri ne poteſt vt Venus ac Dij fátaque ipſa tam egregiam voluntatem erga Aeneam oſtenderent, & tamen quò nauigandum eſſet ne indicarent quidem? Certè vt quàm præfinie-

rant

rant penatibus Vrbem,conderet,atque Ilium excitaret(id enim præfiniuiſſe indicat Iup-
piter in primo)de loco Aeneam certiorem reddere debuiſſent. inconſultus itaque Virgi-
Reſpondetur. lius qui in hoc fata fingit improuida. Minimè verò. nam tantùm abeſt vt hinc ſit Virgilij
induſtria requirenda,vt ſummam laudem mereatur. Ergò conſtabat ex Hiſtoricis Aeneā
vbi Troia ſoluiſſet ac nauigaſſet,varijs in locis deſcendiſſe, & vrbem ædificare ſæpè moli-
tum eſſe:quin ſemel,iterum,ac tertiò illam condidiſſe:id quod per vim & iniuriam factū
videri poterat,ac propterea in Aeneæ dedecus redundabat. Quid tu enim Aeneas in alie-
no ſolo vrbem moliris,ídque inconſulto Domino, tantùm abeſt vt tibi ab aliquo poteſtas
facta eſſet?quid Troianum regnum in Thracia primùm tum in Creta extruere aggrede- 563
ris, cum Thraciæ aut Cretæ Regem ne conſalutaueris quidem? an non ſentis te interim
perduellionis ac maieſtatis,vel ſaltem hoſtilitatis,reum effici? Virgilius igitur, hoc eſt vir
cautiſſimus, vt crimen hoc totum depelleret ab Aenea,ac propterea Romanis & Augu-
ſto magis magíſque faueret,illud ſibi canendum cenſuit,Aeneam ex augurijs ac fatis per-
cepiſſe quidem, ſibi nauigandum vt Ilium rurſus conderet; ſed de loco, niſi poſt longas
nauigationes ac iactationes,Deorum voluntatem percipere haud potuiſſe. Appoſitè igi-
tur canit

Incerti quò fata ferant, vbi ſiſtere detur,

ſcitè etiam efficit vt oracula tum prima tum media ſic reddantur, vt locus condendæ vr-
bis aut non deſignetur,aut ſaltem perobſcurè:contra verò vltima conſtitutum locum tā-
dem declararent perſpicuè. ita ſanè dum ex hiſtoricis videri potuiſſet Aeneas ſedes ſibi
huc illuc ſponte quæſiſſe,ac ſummatim ſibi armis & vi conſuluiſſe, egregiè Virgilius ſuū
Aeneam ipſius loci detinet ignoratione. cum enim erraſſe dicat Deorum iuſſu, a quibus
tamen nondum ſatis accepiſſet vbi condenda eſſet fatalis illa vrbs,minuit aut etiam delet
ſuſpicionem illam. Et hac de cauſa Virgilius tot oracula & reſponſa, éaque incerta, pri-
mùm diſſeminauit,vt ab Aenea ſedes ſibi in alieno regno occupare moliente, inuidiā de-
pelleret omnem;quod enim numine iubente facimus,id inuidia & crimine carere debet
Dubitatur VI omni,imò verò pietati ac religioni acceptum referri. Sed iam maior fortaſſe ſe ſe obij- 564
ciat dubitatio. etenim eſto induſtrijs canat Virgilius, ac propterea Homeri ταυτολογίαν,
declinet,quæ ſine dubio permoleſta eſſe ſolet,incredibilémque ſatietatem gignere; verū-
tamen vt ex Carybdi quam declinat, in Scyllam incidat,vt inquam miram iſtam breuilo-
quentiam ſectetur,vnde obſcuritas oritur,ferēdum non eſt. Nam vt omittam in propoſi-
tis verbis de quibus dubitauimus,dubitationes omnes ex breuiloquentia ortas eſſe, quid
preſſiùs ſubiungi poterat,quàm illud, *Contrahimúſque viros?* hoc enim vnico verbo & re-
miges intelligi voluit,& milites, & magiſtros nauium proretáſque,nauarcos inſuper, ad-
Reſpondetur. miniſtros denique omnes quotquot claſſi opportuni eſſe ſolent. ita vt talis tántaque bre
uitas qua ingentem claſſem vnico inſtituit verbo,ferri haud poſſit. Acutè quidem. Sed
tamen illud quoque eſt animaduertendum, eam eſſe ſolidam eloquentiam quæ rebus
magis capit aures quàm verbis. quæque exaggeratam orationem non temerè ſed oppor-
tunè ſectatur,cum ſcilicet vel amplificandum vel exaggerandum ſit aliquid,vel expolien
dum aut affectus ciendi. An non Virgilius in illis carminibus

Poſtquam res Aſiæ, Priamique euertere gentem
Immeritam viſum ſuperis, ceciditque ſuperbum
Ilium, & omnis humo fumat Neptunia Troia,

idem ſemel,iterum,ac tertiò,ſed variatis verbis indicat,nimirum Troiæ ruinam? ſic ſanè:
id enim poſtulabat locus,cum Aeneas Reginæ Pœnorúmq; cōmiſerationem, qua Troia-
norum ſalus continebatur,erga ſe excitare,excitatámue confirmare altiùs, moliretur. Id
quod alibi ſæpè atque opportunè quidem & magna cum laude feciſſe obſeruamus. Hîc
igitur,quoniam non hîc erat exaggerādi locus, cur contractos viros pro ordinum varie-
tate numeraret,atque orationem inconſultò dilataret,non habuit. Interim igitur dum ait 565
Contrahimúſque viros —— ſat ſit intellexiſſe noſtrum Aeneam remiges ac milites cæte-
róſque adminiſtros hinc inde collegiſſe,vt validam claſſem conſcenderet, non in ea, quæ
paulò ante illum Troia diſcedentem conſecutus fuerat turba,robur claſſis conſtituiſſe.

Iam ad inſtitutā explanationem reditur. Sed iam, quoniam ſat prata biberunt, ſatis inquam factum eſt curioſitati, veteri modo
ac more inſtitutum interpretationis curſum teneamus. Ergo Aeneas quoniam claſſem
inſtruxit,& viros contraxit,iam nauigandi quoque opportunitate oblata, comparat ſe ſe
vt vela faciat,& ideo pergit

Vix

Digitized by Google

Vix prima inceperat æſtas,

Et pater Anchiſes dare fatis vela iubebat,

ac ſcitè:ſiquidem prima æſtate nauigandi tempus & opportunitas eſt maxima:cum præſertim is qui æſtate ineunte ſoluit,huic & mediâ & extremâ,commoda poſſit contingere nauigatio. aliòquin, vbi longa futura ſit, præcipiti æſtate ſoluere ſeu extrema, periculoſum. Iurè igitur prouidus ſenex dare vela iubebat; præſertim vt Troiani nauigarent ac fatis obtemperarent. Quamquam fortaſſe ait fatis iuſſiſſe vela dari, quia non ſatis conſtitutum haberent quò intendendus eſſet curſus, itaque fatis ait,vt fata ipſa inuenirent viam. Soluit igitur Aeneas,ſed non ſine lachrymis. Sed cur Heros ac vir fortiſſimus lachrymas fundit? cum enim interim tum ſe tum parentem optimum, ſuauiſſimúmque filium vnà cum ingenti amicorum multitudine letho ſubtraheret, erat quidem cur lætaretur: cur ploret,nullo modo. Quanquam effudit lachrymas noſter Heros,quia moderatæ lachrymæ & opportunæ Heroëm quoque decent ac fortem virum. Itaque pudeat Vlyſſem temerè & muliercularum more paſſim flere,quemadmodum & ſomno tantopere indulget,(ſomno enim & lachymis ſic indulget vt ad ſomnum & lachymas natus videatur) Aeneæ certè, quoniam iuſtis luget de cauſis (has iam iam audietis) dignitatem adiungunt lachrymæ eius pietatem teſtantes. Quamquam non vna ſed multæ illum ad lachrymas prouocare potuerunt cauſæ. ac primùm quia præter quàm quod grauiſſimam fortunarum omnium ac Dardanij cui præfuerat,dominatus iacturam fecerat(id quod fortè quoque virum qui regio more educatus eſſet,commouere potuit,ac propter longæuum parentem ac paruulum natum ad fletum adigere) Crëuſam vxorem amiſerat quam mirificè diligebat. certè noſter Lyricus,Petrarcha inquam,Crëuſæ amiſſionem defleuiſſe cenſuit,nam ideò cecinit

Cur prima æſtate nauiget. *Cur fatis dicantur vela dare.* *Cur non ſine lachrymis ſoluit.*

566 *Quã multis ac iuſtis de cauſis lachrymatus ſit.* I

Poi venia quel che pianſe ſotto Antandro

La morte di Creuſa ——

Fleuit etiam quia exul & extorris diſcedebat ac diù & multùm (id quod facilè ſuſpicabatur quin ex Hectore omnino perceperat) cum parente optimo, paruulo filio, amicis omnibus,exulandum errãdúmque eſſet. vel quia haud fore ſperaret vt in eas regiones,in quibus tamen ortus erat & educatus,& magna cum gloria educatus,ſibi ampl*i*s remigrandum eſſet:aut etiam,quia patria & Troia cecidiſſet & in cineres redacta eſſet, & ideo non patriam ſed patriæ littora, nec Troiam ſed campos,vbi Troia fuit,ſe reliquiſſe ait. ſic ſuperiore libro Sinon conqueritur,quòd patria orbaretur,nec ſpes redeundi ſupereſſet vlla. II III IV

Nec mihi iam patriam antiquam ſpes vlla uidendi

Nec dulces natos exoptatúmque parentem,

inquit callidiſſimus veterator. qui verò nouit quantùm Patriæ debeamus, & quàm cara
567 ſit Patria, is iure optimo patriam lugeat quam deſerat. Certè Vlyſes de patria loquens etſi ſaxulis aſperrimis eſſet affixa,aiebat

—— *Οὐτ' ἔγωγε*

Ἧς γαίης δύναμαι γλυκερώτερον ἄλλο ἰδέσθαι

nam mihi certè, *Nil laribus patrióque ſolo ſit dulcius, vnquam* . Vt minimè mirum Aeneam patriam lugere quam præſertim dirutam,extinctam,in cineres deniqueiam iam redactam videt. Quanquam fortaſse etiam diſcedens lachrymas fudit, ut patriæ tanquam nuper demortuæ, lachrymis ſaltem, iuſta perſolueret, ac poſtremum hoc officium tribueret. Diſcedit igitur atque exul fertur in altum VI

Cum ſocijs,natóque,penatibus & magnis Dijs.

Patris enim, etſi adeſſet,haud fortaſse erat cur mentionem faceret, vel quia modò eius mentionem fecerat,dum diceret eum iuſiſse vt vela darent,vel quia cum pater in eum haberet imperium, haud cum ſocijs & nato memorandus, quibúscum ſoluit Aeneas tanquam Dux & moderator, tametſi ea, opinor, de cauſa Penates & magnos Deos placuit commemorare,quòd eorum curam ſuſceperit ab Hectore admonitus. Qui verò eſsent penates,diximus in I. libro,qui magni Dij non ſatis conſtat. Itaque Seruius Varronem ſecutus hos cum penatibus eoſdem facit: cui ſententiæ lapides multi fauent, in quibus penatum imagini hæc affingitur inſcriptio, θεοὶ μεγάλοι Dij magni. aliqui tamen Iouem, Apollinem,Iunonem,Mineruam fuiſse volunt. Sed cum Dionyſius Halicarnaſeus ſcribat a Dardano maiorum Deorum ſacra Troianos accepiſse, & horum ſimulachra fuiſse ab Aenea, capta vrbe,aſportata, crediderim equidem cum Seruio, vel certè cum Varrone ſen-

Cur inter ſoluendum Patris nulla mentio, cum fiat aliorum omnium. *Qui eſſent Penates ij, qui magni Dij.*

ſentiendũ eſſe,quandoquidẽ Hector Aeneæ Penates cõmendauit,atque hos fatorũ comi
tes illi eſſe iuſſit. ac propterea quæ de Penatibus iamdiu monuimus,eadẽ de magnis hiſce 568
Diis dicta exiſtimato.tametſi quin Varronis opinio Seruio perperã attribuitur,& verò Pari
ſinus Seruius (vulgatus mutilus eſt vndique & conciſus)præclarè quædã hac de re ſcribit,
lubet locum integrum deſcribere ac peruulgare. *Alij* (inquit) *Deos magnos Cœlum ac terrã*
putant, ac per Iouem & Iunonem Dij Penates a Samothracia ſublati, ab Aenea in Italiam adducti
ſunt, vnde Samothraces cognati Romanorum eſſe dicuntur, quos inter cætera ideo magnos appellant;
quòd de Lauinio tranſlati Romam, bis in locum ſuum redierint quòd Imperatores in prouincias ituri
apud eos primùm immolabant, quòd eorum nomina nemo ſciat, quòd præſentes ſentiantur. Nam cum
ambæ virgines in Templo Deorum Lauini ſimul dormirent: ea quæ minùs caſta erat, fulmine exani-
mata, alteram nihil ſenſiſſe quos immani penitus in cultu habent, quos niſi ſacerdoti videre fas nulli
ſit, qui ideo Penates appellantur, quòd in penetralibus ædium cœli ſedeant, nam & ipſum penetral pe-
nus dicitur, vt hodie quoque penus Veſtæ claudi vel aperiri dicitur. Exul quaſi trans ſolum miſſus, aut
extra ſolum vagus. CVM SOCIIS, natóque Penatibus, & magnis Dijs. Duo humana poſuit & duo di-
uina: patris non fit mentio, quia ſecundum Virgilium ad Italiam non venit, PENATIBVS & ma-
gnis Dijs. Varro vnũ eſſe dicit, Penates & magnos Deos, nam & in baſi ſcribebatur MAGNIS DIIS.
Poteſt tamen, hoc eſt pro honore dici. Nam & Dij magni ſunt, Iuppiter, Iuno, Minerua, Mercurius, qui
Romæ colebantur. Penates verò apud Laurum Lauinium. Vnde apparet non eſſe vnum; idem verò &
alij complures magnos Deos adfirmant ſimulacra duo virilia, Caſtoris & Pollucis, in Samothracia
ante portum ſita, quibus naufragio liberati vota ſoluebant. ſed iam ad primam nauigationem de-
ueniamus, quam ſic decantat poëta.

Partic. 3.

Terra procul vaſtis colitur Mauortia campis: 569
(Thraces arant) acri quondam regnata Lycurgo.
Hoſpitium antiquum Troiæ, ſociíque Penates,
Dum fortuna fuit: feror huc,& littore curuo
Mœnia prima loco. fatis ingreſſus iniquis:
Aeneadáſque meo nomen de nomine fingo.

De Prima Aeneæ quæ in Traciam fit nauigatione?

De Thracia, & cur eò ſoluerit primùm.

Iam noſter Vates totus eſt in nauigationibus & erroribus Aneæ: quos ſanè, quoniã eo-
dem conſilio narrantur omnes, lubet breuiter vel certè minùs prolixè, ſed perſpicuè tamẽ
perſequi & explicare: præſertim verò quia cum iam antea docuerim tria maximè ſpecta-
re Virgilium in hoc libro, & quæ ſint, hinc tutior ac facilior nobis reddetur curſus. Dica-
mus igitur primùm de prima nauigatione: quæ ſanè cum in Latium, & ad Occidentem
intendendus eſſet curſus, ad Septentrionem vtcumque & in Thraciam ſuſcepta eſt: quã
propterea regionem deſcribit a vaſtis campis, ab incolis, a ſtudijs bellicis, a priſco Rege
Lycurgo. Quo in loco docerem quàm commodè cadat in Heroicũ Poëma atque adeò
quàm ſit Epico neceſſarium Geographiæ ſtudium, niſi de hac re tota tum in meis de Hi-
ſtoria libris, tum in 1. Aeneidos, dixiſſem multa. itaque ad nauigationem redeo quam pri-
mùm in Thraciam intendit Aeneas. Huc verò crediderim Aeneam primò intendiſſe cur-
ſum, quia cum ignoraret quò vocaretur a fatis, ventis veluti obtemperandum putaret, &
quem propitium curſum venti offerrent, arripiendum: etſi enim fatorum nauigabat iuſ-
ſu, quò tamen eſſet nauigandum aut nondum aperuerant fata, aut vſque adeò obſcurè vt
eum lateret, & ideo dixerat.

Incerti quò fata ferant, vbi ſiſtere detur.

ita quidem ventis obſecundare ſtatuit, fortaſſe ſperans fore vt fata ipſa viam inuenirent, ac
fatalem locum. atque hoc conſilio Anchiſes forſitan *fatis dare vela iubebat* quemadmo-
dum indicaui paulò antè. Denique conceſſerim quidem fieri potuiſſe vt ad amicorũ (ta-
les enim fuerunt Thraces dum ſtetit Troia, & vt ait Poëta *dum fortuna fuit*) & hoſpitum
terram non ægrè diuerterint, præſertim verò cum ſe Penates habere ſocios profiterẽtur;
ſed tamen ea maximè cogitatione vt fatis obtemperarent, & nouam vrbem, prout fata 570
interim iuſſerant, conderent. & ideo huc (inquit) feror

—— Et littore curuo
Mœnia prima loco ——

vt omittam ea etiam de cauſa Virgilium in Thraciam primò nauigantẽ Aneam feciſſe,

quòd

Digitized by Google

quòd eo quoque primùm nauigaſſet Vlyſſes (nouum enim Vlyſſem proferebat) cũ Troia diſceſſiſſet. Hîc igitur Vrbem condit, quam aliqui Aeneum, alii Aeneam appellatam volunt; inter quos eſt Dionyſius, Salluſtius, Plinius: quod ſanè longè veriſimile eſt ex Virgilio, cum enim dicat Aeneas,

Æneadáſque meo nomen de nomine fingo,

veriſimile eſt vrbis quoque nomen cum Aeneadis conſenſiſſe. Denique Dionyſius, quẽadmodum oppidum ædificatum & Aeneam dictum memorat, ita illius populos qui ex variis gentibus eſſent, Aeneadas appellatos affirmat. De qua ſanè re vniuerſa, qui hiſtoriã cognoſcere cupiat, Dionyſium habet quem conſulat. Hîc enim libro 1. Romanarũ antiquitatum Aeneæ peruagationes perſequitur diligẽter. Ipſe interim quoniam ad alia propero, in memoriam reuocari illud velim, quod ſupra commemorabam, vt intelligenter liceret hunc librum euoluere: nimirum ſic Aeneæ nauigationes narrandas ſuſcepiſſe Virgilium, vt eum a vulgato illo crimine vindicare, ac pietate inprimis & religionis laude ornare, moliatur. id quod & iam iam apparebit, & in progreſſu confirmabitur luculentè. dum enim pergit,

Part. 4. Sacra Dionææ matri diuíſque ferebam
Auſpicibus cœptorum operum, ſuperóque intentem
Cœlicolûm Regi mactabam in littore taurum.

Tum pietate & Religione clarum efficit Aeneam, tum auſpiciis eius cœpta dirigit, vt in vrbium ædificatione alienas terras potiùs occupaſſe quàm fatis obtẽperaſſe videatur. Quanquam quid tu Aeneas taurum Ioui litare non dubitas, cum id vetitum ſit? Certè Macrobius libro 3. Saturnalium id Virgilio vitio datum teſtatus eſt. Denique Labeo ſcriptum reliquerat Neptuno & Apollini litare quidem conſueuiſſe taurum, quin Marti etiam: ſed aliis Diis nullo modo. verum tamẽ cum taurus litaretur Apollini & Neptuno Virgilio ipſo teſte, qui canet paulò pòſt

Taurum Neptuno, taurum tibi pulcher Apollo,

571 ac iuuencus litaretur Ioui, ídque teſte eodem Virgilio libro 9. nil fortaſſe prohibebat hîc taurum pro iuuenco vſurpari. ſiquidem

Iam cornu petat, & pedibus iam ſpargat arenam,

canit Virgilius libro 9. de iuuenco qui Ioui litandus eſſet. ac qui cornu petat iuuencus, is tauri nomine fácilè appelletur. ſed mitto iſthæc, & ſic ſtatuo. Virgilius in priſcum illud Aeneæ ſpectauit & verò ſpectare debuit ſæculum in quo nil planè hac de re certi extabat adhuc: nam quæ profert Macrobius, ea ſunt propria Latinorum. Quocirca nil prohibet Virgilium & Neptuno & Apollini taurum deſtinare tandẽ, vel quia in poſteriorem morem ſpectaret ac rationem ſacrorum variaret, vel certè quia in priſcum adhuc Aeneæ tẽpus intueretur: haud tamen interim prohiberet quominùs Ioui etiam taurus voueri ac mactari poſſet, dum Neptuno & Apollini voueretur: Adde quod fortaſſe Macrobianus errat Labeo, ſiquidem Ouidius, qui Faſtos ſcripſit, ac rei ſacræ fuit peritiſſimus, taurum etiam Ioui litari conſueuiſſe teſtatur cum in 4. Metamorphoſeos ſic canat

Ara Iouis media eſt, mactatur vacca Mineruæ,
Alipedi vitulus, taurus tibi ſumme Deorum.

Iam verò quoniam Aeneæ, qui reuera in Thraciam primò conceſſerat, res parum fœliciter ceſſit (id quod poëta etiam indicauit dum diceret fatis iniquis eò fuiſſe ingreſſum) ideò commentum quoddam, poëmati tamen accommodatum, profert, inde iterum nauigare coactus ſit. Commentum eſt huiuſmodi, quod ſanè portentum cenſeri poteſt. *Sacrificiũ inſtituit.*

Part. 5. Fortè fuit iuxtà tumulus, quo cornea ſummo
Virgulta, & denſis haſtilibus horrida Myrtus;
Acceſſi, viridémque ab humo conuellere ſyluam
Conatus, ramis tegerem ut frondentibus aras:
Horrendum & dictu video mirabile monſtrum.
Nam quæ prima ſolo ruptis radicibus arbos
Vellitur, huic atro liquuntur ſanguine guttæ,

Et terram

Digitized by Google

Et terram tabo maculant. mihi *frigidus* horror
Membra quatit, gelidúsque coit formidine ſanguis.
Rurſus & alterius lentum conuellere vimen
Inſequor, & cauſas penitus tentare latentes:
Ater & alterius ſequitur de cortice ſanguis
Multa mouens animo, Nymphas venerabar agreſtes,
Gradiuúmque patrem, Geticis qui præſidet aruis, 572
Ritè ſecundarent viſus oménque leuarent.
Tertia ſed poſtquam maiore haſtilia nixu
Aggredior, genibúſque aduerſæ obluctor arenæ
(Eloquar an ſileam) gemitus lachrymabilis imo
Auditur tumulo: & vox reddita fertur ad aures

In magnũ portentum incidit. Reprehenditur Virgilius quòd abſurdiſſima & incredibilia comminiſcatur. Defenditur.

Magnum ſanè inauditúmque portentum narrat, dum ſe tum Dionææ matri, Veneri in-
quã (ſic enim a Dione matre appellebatur Venus) tum Ioui, & auſpicibus diuis, ſacrificaſ-
ſe memorat. Itaq. non potuit interim Virgilius reprehenſionẽ effugere cũ hæc fabula nõ
modò a veriſimili abſit, verùm ẽt ſemel, iterũ, ac tertiò abſurda videri poſſit & incredibi-
lis. nã Polydorũ humi fuiſſe telis confoſsũ, abſurdũ: tela rurſus, præſertim ferro inſtructa,
in virgulta & haſtilia creuiſſe, itaut inde pullulauerint plãtæ, abſurdiùs: ac cruorẽ inde ma-
naſſe, abſurdiſſimũ videri & põt & debet: & tñ hæc oĩa hîc narrantur: qui vt portenta por-
tentis cumulentur, Polydorus inducitur qui, etſi iãdiu extinctus eſſet, loquitur, ſentit, do-
let, gemit, nõ modò emittit cruorẽ, ſed tamẽ Poëtã fortaſſe vel tueri, vel excuſare licet hoc
modo. Epico poëtæ admirabile excitandũ eſt vel maximè. vt. n. Comico riſus, Tragico me-
tus & miſericordia inprimis cienda, ita Epico admiratio inprimis éaq. maxima excitãda.
admirabile verò vix excitetur dum veriſimile aliquid narretur. quæ. n. ſunt veriſimilia, ea
vel arte, vel Natura, fieri ſolẽt nõ rarò. Igitur ad ea confugiendũ eſt Epico, q̃ cõiter abſunt
a veriſimili, & Artẽ ac Naturã ſuperãt. Hæc verò ſunt quæ noua, inaudita, monſtra videri
ſolẽt, ſed q̃ inprimis diuinitus efficiũtur, cuiuſmodi ſunt portẽta quædã planè admirabilia,
quaéq. miracula nũcupantur. hæc. n. etſi reuera a falſo numine nequeãt proficiſci, interim
tñ apud Ethnicos excepta ſunt: itaut quibus Dij, mendaces quãuis & cõmentitij, ijſdẽ mi
racula, præſertim in poëtarũ puluere, etſi temerè, cõcedantur. quæ cũ ita ſint, nihil prohi-
beat quominùs Epicus admirabile portentũ proferat. dũ tñ appoſitè illud proferat & op-
portunè, id quod accidit in præſentia: vt. n. ſumma illa Polymneſtoris ſæuitia non lateret,
ſed diuinitus ſaltẽ panderetur, ſcitè ſagittæ illæ tãti ſceleris adminiſtræ dicũtur Numinis
volũtate in virgulta cõcreuiſſe, & cruorẽ, cũ cõuellerentur, dediſſe. itaut portentũ ſæuitiæ
detegẽdæ accõmodatũ videri poſſit: præſertim verò quia licet ab Artis, vel Naturæ, veri-
ſimili lõgè abſit, haud procul abeſt a veriſimili diuino. Numini. n. inaudita portẽta (vt di-
cere cœperã) edere ac miracula cõceduntur. atq. hoc ſanè miraculũ eò aptiùs hîc fingitur,
quòd & reuera myrtus alíaq. virgulta tumulis imponerentur, & corneis virgultis & myr
to ſagittæ conficerentur. Ita quidem poëtæ induſtria in hoc prodigio probata atque re- 573
tenta (præſertim verò quia vt Homerum ac poëtas multos prætercam, Romuli quoque
haſtam floruiſſe & in arborem euaſiſſe, vel hiſtoriæ memorant) licebit ẽt, ac potiori iure
licebit, Polydorũ interim audire & loquentẽ & indolentẽ, & ingemiſcẽtẽ, nã iõ ſequitur.

Partic. 6.

Quid miſerum Aenea laceras? iam parce ſepulto,
Parce pias ſcelerare manus. non me tibi Troia
Externum tulit, haud cruor hic de ſtipite manat.
Heu fuge crudeles terras, fuge littus auarum:
Nam Polydorus ego: hîc confixum ferrea texit
Telorum ſeges, & iaculis increuit acutis.

Vel

Vel enim ex poëtæ ſententia diuinitus conceſſum eſt Polydoro vt voces reddat, & Aeneã admoneat, vel pro Ethnicorum libertate eiuſdem vmbram vel animam (id quod Virgilius indicat paulò poſt) hîc adfuiſſe dicendum eſt, vnde & Aeneas oretur ne ſepulchro aut ſepulto per inſcientiam vel imprudentiam ſit infectus, ſéque tali crimine obſtringat. quod ſanè ab innocenti de pio viro aptiſſimè poſtulatur. Ita quidem cum Polymneſtoris crudelitate res tota, quoniam monſtroſa videri poterat, repentè patefacta eſt: ex qua licet commodè animaduertere quàm facilè proſperis rebus in aduerſas commutatis, pereat eorum fides amicorum, qui omnia proprio commodo metiuntur: vt enim hirundines æſtiuo tempore præſto ſunt, hyberno ſuccedente, ſtatim demigrant; ſic amici, proſpera in aduerſam fortuna commutata, deficiunt. Itaque non ſine magno doloris ſenſu & verborum acrimonia, Aeneam hortatur ad fugam capiendam: vt tum crudeli ſeſe ſubtrahat littori, in quo periculum imminebat, tum ſcelus, idque ab auaritia profectum, indicat. Egregiè verò hunc locum expoliuit Auſonius. etſi enim aliter Homerus, aliter Euri-
574 pides, Polydori necem commemorat, Auſonius tamen in Virgilij hærens ſententia. ſic Polydorum canentem facit,

Qui factũ vt Polydorus voces reddiderit.

Dilabente fortuna dilabuntur Amici.

Ad fugam hortatur Aeneam Polydorus.

Cede procul tumulo myrtum fuge neſcius hoſpes,
Telorum ſeges eſt ſanguine adulta meo.
Confixus iaculis & ab ipſa cæde ſepultus,
Condor in hoc tumulo bis Polydorus ego.
Scit pius Aeneas & tu Rex impie quòd me
Thracia pœna premit, Troica cura tegit.

vbi ſanè bis ſepultus dicitur, propter ſagittas primùm quarũ veluti ſylua cõtectus eſt Regis crudelitate, deinde propter tumulũ qui illi erectus eſt Aeneæ pietate cũ ei funus inſtauraret, quemadmodum conſtabit non multò poſt, & hinc conſtare poteſt (id quod alioquin in obſcuro verſaretur) cur dicat

Scit pius Aeneas & tu Rex impie quòd me
—— *Thracica pœna permit*

(ad ſagittas enim alludit Polymneſtoris Regis) *Troica cura tegit.* nam ad ſepulchrum ſpectat quod ei compoſuit Aeneas dum iuſta perſolueret. Sed quid Aeneæ acciderit, dum Polydori voces audiret, & quis tandem huius rei fuerit exitus, audiamus.

Part.7. Tum verò ancipiti mentem formidine preſſus
Obſtupui, ſteterúntque comæ, & vox faucibus hæſit
Hunc Polydorum auri quondam cum pondere magno
Infœlix Priamus furtim mandarat alendum.
Threijcio Regi: cum iam diffideret armis.
Dardaniæ, cingíque Vrbem obſidione videret.
Ille vt opes fractę Teucrûm & fortuna receſſit,
Res Agamemnonias, victríciaque arma ſequutus,
Fas omnes abrumpit. Polydorum obtruncat, & auro
Vi potitur. Quid non mortalia pectora cogis
575 Auri ſacra fames? Poſtquam pauor oſſa reliquit
Delectos populi ad proceres, primúmque parentem,
Monſtra Deûm refero: & quæ ſit ſententia poſco,
Omnibus idem animus, ſcelerata excedere terra,
Linquere pollutum hoſpitium, & dare claſſibus Auſtros
Ergo inſtauramus Polydoro funus, & ingens
Aggeritur tumulo tellus: ſtant manibus aræ.
Cæruleis mœſtæ vittis, atráque cupreſſo:

Digitized by Google

Et circum Iliades crinem de more ſolutæ.
Inferimus tepido ſpumantia Cymbia lacte,
Sanguinis & ſacri pateras: animámque ſepulchro
Condimus & magna ſupremum voce ciemus.

Quid Aeneas. *Dubitatur* *Reſpondetur utcumque.*

Igitur formidine occupatur priùs, vnde hæret atque ancipiti cogitatione diſtrahitur mens: tum obſtupuit, itaut & obriguerint comæ & impediretur oratio. Ego tamen interim hærere tantiſper cogor ac propterea aduerſus Virgilium ſic dubitarim. Aeneas antequam in Thraciam nauigaret ac deſcenderet. vel nouerat Polymniſtorem ab Troianorum amicitia defeciſſe & Agamemnonis arma (id quod interim narrat) ſecutum eſſe, vel ignorabat. ſi ignorabat, qui id narrat? Certè Polydorus hac de re ne verbum quidem. ſi nouerat, cur tam fidenter ad hoſtem & in Thraciam nauigaret perſugij cauſa? Itaque minùs conſultus videri poteſt Virgilius hac in re. Ac fortaſſe ſi per tempus licuiſſet Aeneidem recognoſcere locum dubitatione liberaſſet. Interim tamen ad eam moliendam ſuſpicari liceat Aeneam, quippe qui hæc quinquennio poſt narrauit Didoni, reſciuiſſe factum multò poſt: licet nunc Polymneſtoris defectionẽ quam reuera ignorauerat, cum Polydori nece quam in Thracia didicit ex Polydoro ipſo, coniungat atque commemoret. Id quod tutius etiam opinari liceret ſi conſtaret eum Regem Agamemnonis arma non apertè ſecutum eſſe (id enim reſciuiſſet Aeneas nec fuiſſet cur ad 576
eum nauigaret) ſed clam, ídque percepiſſet Aeneas poſtea vt dicebam. ſed redeo ad Aeneam horrore perculſum. Sic autem Seneca in Hercule Oetæo, Virgilium, opinor, imitatus,

Vagus per artus errat excuſſus tremor.
Erectus hæret crinis, impulſis adhuc
Stat tenor animis, & cor attonitum ſalit,
Pauidúmque trepidis palpitat venis iecur.

Interim tamen Polydori necem, quam magna ex parte ex Euripidis deriuat Hecuba, Polymneſtoríſque ſcelus narrat: narrationem egregiè epiphonemate illo concludens *in prin.*

—— quid non mortalia pectora cogis
Auri ſacra fames? ——

id quod ea etiam de cauſa commemorat, opinor, ac tam exaggeratè cõmemorat, quod Pygmaleon etiam ob huiuſmodi famem obtruncaſſet Sichæum Didonis virum: itaut Didoni interim canat. quo enim opere crudelitatem Polymneſtoris deteſtatur, qui cæca auri cupiditate adductus, clam Polydorum enecaſſet, eodem increpat ac deteſtatur Pygmaleonis ſæuitiam, qui auri item cupiditate clam Sichæum, hoc eſt cariſſimum Didonis coniugem, obtruncaſſet. Dum verò auri cupiditatem ſic deteſtatur noſter Vates ei planè concinit Lucanus

Vſque adeò ſolus ferrum mortémque timore
Auri neſcit amor —— nec diſſentit Horatius dum canit,
Aurum per medios ire ſatellites,
Et prorumpere amat ſaxa potentiùs
Ictu fulmineo ——

Itaque iure Plinius ſacram auri famem abdicari optabat è vita quaſi ad perniciem mortalium eſſet repertum. ſed & iurè Anacreon 577

Α᾽πόλοιτο πρῶτος αὐτὸς,
Ο᾽ τὸ ἀργύριον φιλήσας,
Δία τῦτον ὐκ ἀδελφὸς
Διά τῦτον ὐ τοκῆες
Πόλεμοι φόνοι δἰ αὐτόν.
Τὸ δὲ χεῖρον. ὀλλύμεσα
Δία τῦτον οἱ φιλῦντες.
Pereat malè, expetendi
Qui primus Author auri:
Spernuntur hinc parentes:
Hinc cura nulla fratris:

Hinc

Digitized by Google

Hinc & cruenta bella.
Quod maximum malorum eſt,
Quicumque amamus, omnes
Per hoc perimus vnum.

Tum ad extremùm, cum eum reliquiſſet pauor ac ſtupor, ad conſultationem deſcenditur; ſcilicet ne quid temerè in re tam graui gereretur, & ſceleratum litus, pollutum hoſpitium, relinquendum atque adeò nauigandum concluditur. Ita quidem Polydoro de more gentis inſtauratur ſepulchrum, ſiue iuſta ſoluuntur, ac ſuprema vox, Vale inquã, cõclamatur. Atque hæc breuiter de prima nauigatione, in qua tamen non inutiliter obſerues Homerum ſic primò in Thraciam impuliſſe Vlyſſem, vt ſtatim deſcendens, Ciconũ Vrbem occuparit, diripuerítque, iiſdẽ trucidatis; quaſi verò nõ turpe eſſet ac flagitiũ alienas Vrbes præſertim amicorũ occupaſſe diripuiſſeque, amicos ipſos trucidaſſe. nam Thraces
678 tãdem Agamemnonia ſecutos arma ſatis cõſtat. ſecus Virgilius, qui Aeneã ſtatim atque deſcendit, ad Vrbem penatibus ſtatuendam, ac Diis rem ſacram faciendam, induxit. ita vt in eo mira ſæuitia ac barbara crudelitas, in hoc humanitas ac pietas, eluceat. quanquã in eo etiã Homeri iudiciũ requirẽdũ, quòd quamuis videri poſſit Vliſſes nõ per imprudẽtiã amiſiſſe ſocios (vt enim erat callidiſſimus, eos poſt prædã ſollicitabat ad fugã) ſatiùs tamẽ erat efficere vt fato ſocios virtute ſubtraheret ſua: ídque vt tandẽ peripetia eſſet conueniens atq; perfecta. Nã quæ obſecro Vlyſſis potuit eſſe fœlicitas, aut quî ex ſumma calamitate ad ſummã fœlicitatẽ deueniſſe dicẽdus eſt (id.n. requirit Epica peripetia) qui caros ſocios amiſit omnes? Certè Aeneas ſeruat ſocios, ac ſua illos virtute, quantũ licet, tuetur omnes, vix vt Orõtea perierit nauis. Torquatus etiã nõ modò ſeruat ſocios, verùm ẽt Homerũ hac planè de cauſa tacitè reprehẽdit. cum.n. Homerus in propoſitione dixiſſet Vlyſſis ſocios periiſſe, ſed nõ Vlyſſis culpa, Torquatus cõtrà, vt nõ mõ eiuſmodi culpã ſiue inſęlicitatẽ a ſuo duce auerteret, verũ ẽt Homeri iudiciũ atq; induſtriã hac in re (vt dicere cęperã) reprehẽderet & coargueret, de ſuo Heroë ac Duce illud cecinit ĩ ppoſitione.

Che fauorillo il Cielo, e ſotto i ſanti
Segni riduſſe i ſuoi compagni erranti.

Illud tamẽ vnum probat Virgilius imitatúrque in hac Vlyſſis in Thraciam nauigatione: quia nimirum Vlyſſes amiſsis ſociis ter Vale dixit antequã diſcederet. Et ideo Aeneas etiã Polydoro tumulum piè componit, inſtaurátque funus, atque vltimum dicit vale antequam nauiget. Quamquam Vlyſſes ter vale dicit, prætereanihil: Aeneas mirum eſt
579 quanta religionis ſpecie inſtauret funus, & quàm eleganter.

Part.8.

Inde vbi prima fides pelago, placatáque venti
Dant maria, & lenis crepitans vocat Auſter in altum
Deducunt ſocij naues, & littora complent:
Prouehimur portu, terraéque Vrbéſque recedunt
Sacra mari colitur medio, gratiſsima tellus.
Nereidum matris & Neptuno Aegæo:
Quam pius Arcitenens oras & littora circum
Errantem, Mycone celſa, Gyaróque reuinxit,
Immotámque coli dedit, & contemnere ventos.
Huc feror: hæc feſſos tuto placidiſsima portu
Accipit. egeſsi veneramur Apollinis Vrbem.

Ad ſecundã nauigationẽ deſcendit Aeneas: in qua non ad Septentrionẽ pergit declinátue ampliùs, ſed itinere veluti remenſo in Aegæũ ingreditur, & inter Meridiẽ Occidẽtémque nauigans (atque hac de cauſa Auſtrũ pro vento vſurpaſſe crediderim) ad Delon Inſulam peruenit. Igitur ſtatim ac prima fides fuit pelago (ſi tamen fides habenda eſt pelago) ac venti mitiſcentes placatum offerunt mare, nauigandíque opportunitatem portendentes, inuitant ad ſoluendum, ſubductas naues, (olim per hyemem non in portu ac ponto relinquebant, ſed in littus ſubducebant, naues) in mare deducunt nautæ, & contractis

Comparatur breuiter prima hac Aeneæ nauigatio cũ prima Vlyſſi nauigatione.

De NAVIGATIONE ſecũda quæ fit in Delon.

Digitized by Google

ſocijs, vela faciũt. ita quidem terras atque Vrbes multas prætervecti, quæ (vt fit) recedere videbantur, Delum verſus curſum intendunt. Hæc Virgilius, qui ſanè antequam inſulã illi attingant, eam eleganter deſcribit a ſitu & loco, a Numinibus, quibus erat & ſacra & verò gratiſſima, ab Apollinis in eam officijs & ſtudijs. ad hanc igitur feror inquit Aeneas: hæc tuto in portu nos feſſos excipit placidiſſima: ipſi contra egreſſi, Apollinis veneramur Vrbem. Igitur Troiani in ſecunda hac nauigatione peruenerunt in Delum Inſulam. de qua ſanè pauca quædam, etſi cæteroquin properamus, lubet proferre; præſertim verò quod florentiſſimæ, in qua verſamur, Patauinæ Vrbis Academiæ explicetur emblemate, 580 indeque Delij nomẽ inuenerint. Ergo hæc inſula multis nominibus celebris videri poteſt ac nobilis, ſiue enim quia poſt eluuionẽ prima inter eas Inſulas apparuerit, (inde enim Delum appellatã exiſtimant) ſiue quia in medio Aegeo, tanquã in Græciæ meditullio ſit poſita & collocata, itaut quemadmodũ Creta in medijs Aſiæ, Europæ, atque Africæ finibus eſt poſita, & ad Aſiam, Europam, Africam aditũ habet vndique, ſic Delo ad varias Græciæ inſulas ac terras percommodus pateat aditus: ſiue quia a Cycladis in gyrum, vnde etiam nomen inuenerunt, quaſi Regina muniatur, ſiue quia alijs emineat omnibus ac præſtet magnitudine, ſiue rurſus quia Latonæ partu (hîc enim Latona ex Ioue Dianam peperit & Apollinem) gaudeat, ſiue rurſus quia Doridi ac Neptuno, quibus etiã gratiſſima fuit, dicata eſſet, ac propterea Neptunus cum Apolline, Doris cum Diana, in Delo certaret diligenda, ſiue quia Apollinis opera illi cõceſſum ſit, vt, dum vnà cum cæteris nutaret ac veluti natare videretur, ipſa vna immota facta ſit, ac ventos contemnat, ſiue demum quia templo nobili & oraculo Græcia atque adeò Europa tota celeberrimo eſſet inſignis, mirũ eſt quantoperè non modò a Græcis, verùm etiam a Latinis & Italicis celebretur. Quanquam apud nos inde etiam clara videri poteſt, quòd Patauinæ Academiæ (vt dicere cœperam) inſigne facta ſit. cum enim hæc Academia & nobilitate & præclaris exercitationibus, præſertim equeſtribus & militaribus floreat, quidni hinc etiam Delos nobilitetur & clareat? At enim cur obſecro Academici iſti Delum vmbone referre, ac Delii appellari voluerunt? exponam ſanè, quòd ex hoc Virgilij, quem explanamus, loco, eorum inſigne & emblema fluxerit vniuerſum. Igitur cum ante actis temporibus nobilis a Patauinis inſtituta eſſet Academia, ac non ſemel inſtaurata, elanguit quoque ſæpè, itaut priſcæ inſtar Deli delituiſſe, atque adeò corruiſſe, videretur. cum ecce tibi tertio ab hinc anno excitata rurſus breui tam multis & magnis adiumentis præſidiiſque munita eſt, vt in æuum perſeueratura ſperetur ac ſtabilis immótaque duratura. Et idcirco illud ei tanquam optimæ index ſpei ac certæ, præfixerunt ex hoc fermè Virgilii loco, elogium. 581

Deſcribitur Delos.

Cur nobilis & celeberrima.

Hinc ad Patauina Academia cui Delia nomen eſt inſigne & nomen declarãdũ deſcẽditur.

NVNC DEMVM IMMOTA.

VT enim olim Delos poſt commotiones varias, vnde nutare, quibuſdam etiam natare, viſa eſt, ab Apolline immota eſt reddita; ita quæ iamdiu nutare viſa eſt Patauinorum Academia, & diſſolui, nunc rurſus fœliciſſimis veluti auſpiciis excitata diu perſeueratura, & Deli inſtar immota permanſura, ſperatur: & ſanè cum multis magniſque & nobilitatis & doctrinarum, & opum ac cenſus præſidiis & ornamentis inſtructa ſit, inprimis verò equeſtri exercitatione ac militaribus ſtudiis floreat, ita optandum eſt vt verò ſperandum vt diuturna ſit & in æuum perſeueret. & quamuis qui ei vt immobilis eſſet, quaſi alter Apollo dederat, fatis conceſſerit, eius tamen opera vſque adeò firma iacta ſunt fundamenta, tantus etiam in Academicis ardor, tanta conſtantia, tanta virtus enitet, vt optima ſpes ſit fore vt iam Delum conſtantiã & firmitate imitetur. Habetis igitur cur Delos Inſula inſigne ſit Academiæ huius præclariſſimæ: cur Delii appellentur Academici, cur elogium illud explicent.

NVNC DEMVM IMMOTA.

QVæ omnia ex hoc Virgilij loco eſſe deriuata, iam nemo non videt. Nunc ad Virgiliũ 582 redeo totus & quatuor vos admoneo. primum, veriſſimè quidem dici hanc Inſulã nutaſſe & circum erraſſe antea: id quod Cycladum omnium fuit. Cyclades enim, inter quas Delon etiam a multis numerabatur, nutare omnes & agitari videbantur. id quod vento tribuiſſe viſus eſt Poëta, cùm dicat Apollinem dediſſe contemnere ventos. & huc etiam fortaſſe ſpectauit cum caneret —— *ſparſáſque per æquor* p.168

Cycladas, & crebris legimus freta concita terris.

quin etiam hac eadem de cauſa non dubitauit affirmare eas veluti nutare. itaque

—— *pelago credas innare reuulſas Cycladas* ——

Reditur ad Virgilium, & quatuor obſeruantur.

inquit

Digitized by Google

inquit libro VIII. quem locum Torquatus noſter imitatus eſt, dum caneret,

Quindi notar le Cicladi direſti.

Vbi non ideo ait (direſti) quia ſpecie potiùs quàm re ipſa nutent, atque adeò oculos fallo-
re exiſtimet, ſed quia id canit de Cycladis quæ ære eſſent expreſſæ ab artifice, ac veras quo-
ad eius fieri poſſet imitarentur, quapropter vt Opificis induſtriam commendet ſic loqui-
tur, quaſi verò illud vnum deeſſet vt nutarent (id enim ars imitari haud poterat) vel certè
ne id quidem deeſſet, tale ac tantum in eo collocaſſet opere ingenium artifex: itaut potiùs
ſumat cycladas nutare ac fluctuare, quàm id vllo modo inficietur egregius Virgilij imi-
tator. Alterum eſt non ſatis conſtare de cauſa cur nutent & moueantur, ſiue enim venti
& terræmotus id efficiant, ſiue ſpecies fallat oculos, quemadmodum nauigantibus accide II.
re ſæpè ſolet, præſertim quod æſtus maris, vnde plus minus apparent vel deliteſcunt, eas
veluti nutantes offert, ſiue fluctus ac tempeſtas eas interdum concutiat, vulgatum eſt nu
383 tare ac veluti natare. Tertium eſt non omnino verum eſſe quod ait Virgilius Delon im- III.
motam fuiſſe redditam. nam Seneca in libro 6. naturalium quæſtionum capite 26. ait &
Pag. 400 Aegyptum & Delon, quam Virgilius ſtare iuſſit cum caneret,

Immotámque coli dedit & contemnere ventos,

agitari ſæpè viſas & commoueri, tametſi nō modò Poëta verùm etiā Philoſophi, credula
natio dixerint nō moueri, Authore Pindaro. Denique & Herodotus tremuiſſe ait quo tē
pore Darius in Græciā traiecit, & Thucydides agitatas ſcribit circa Peloponneſiacum bel
lum. idem alijs temporibus accidiſſe refert Calliſthenes. Poſtremum eſt non ideo repre- IV.
hendendum eſſe Virgilium, vel quia Callimachum ſequitur, & Pindarum, quorum alter
hymno 2. qui eſt in Apollinem, (vt latinè audiatur) ſic canit,

—— quartum vix Phœbus agebat
Annum, cum Phrygiâ in pulchrâ fundamina prima
Iecit, firmauitque lacus circumflui ad oram.

& hymno 4. qui eſt in Delum cum dixiſſet,

Cycladibus non vlla iacet celebris mage ponto
Inſula —— poſt paulò de illa pergebat canens
Illa quidem ventoſa atque aſpera, & icta procellis,
Nec tam peruia aquis, quàm mergis firma mari ſtat,
Icariique ſali circum vis magna volutans,
Intrepidum latè ſpumanti aſpergine tundit.

alter teſte Strabone libro 10. (nam locus non extat) immobilē illam appellat. itaque Pli-
nius etiam libro 4. Delos ſolùm motum terræ non ſenſit ad illam Varronis ætatem: & li-
384 bro 2. capite 80. cauſam requirit cur ſit immobilis, tantū abeſt vt id falſum exiſtimet. quin
Herodotus monſtri inſtar habitam fuiſſe ſignificat, cum traijciente Dario commota eſt.
& ideo Oraculi carmen affert,

Quinetiam Delon, quanquam eſt immota, mouebo.

vt propterea nil mirum Poëtam hanc ſententiam ſecutum eſſe. denique Inſulæ facilè ter-
ræmotū ſentiunt, id quod de Cypro proditur & alijs inſulis multis. itaut cum Delos, quip
pe ſparſis illis maior inſulis, & multò minùs quàm illæ obnoxia fluctibus & terræmotui,
anſam dederit Poëtis & locum propoſitæ fabulæ.

Part. 9. Rex Anius, res idem hominum, Phœbique ſacerdos,
Vittis, & ſacra redimitus tempora lauro,
Occurrit: veterem Anchiſem cognoſcit amicum:
Iungimus hoſpitio dextras, & tecta ſubimus:
Templa Dei ſaxo venerabar ſtructa vetuſto:
Da propriam Thymbræe domum, da mœnia feſſis,
Et genus & manſuram Vrbem: ſerua altera Troiæ
Pergama, relliquias Danaûm atque immitis Achilli
Quem ſequimur? quóue ire iubes? vbi ponere ſedes?
Da pater augurium, atque animis illabere noſtris.

Totus in eo eſt Poëta vt religioſum de more ac pium exprimat Aeneam,ſimúlque doceat niſi Deorum oraculis ac monitis ad fundandam Vrbem alteram non deſcendiſſe. & ideo Annio Rege Phœbíque ſacerdote, qui ſolemni ritu occurrerat,conſultato, & veteri quæ Anchiſi cum illo amicitia interceſſerat,renouata,dextráque amoris & hoſpitalis officij cauſa viciſſim adiuncta;ſtatim ad preces,ad Oraculum,ad reſponſum deuenitur, cum enim ibi Apollinis peruetuſtum ac celeberrimum eſſet Templum,nihil antiquius habuit Aeneas,quàm vt Deum illum piè veneraretur,eiuſdémque opem imploraret, vt Vrbem 585 eámque manſuram concederet. quo in loco Apollinem,non Delium, quod tamen congruentius videri poterat,ſed Thymbræum vocat,eò facilè ſpectans,quòd dũ apud Thymbræum Troiæ montẽ a Troianis coleretur,conſultiùs eo nomine tanquam Patrius Deus inuocaretur.(& ideo mox Patrem illum quoque appellat) iurè etiam,da(inquit)

—— Mœnia feſſis,

Et genus & manſuram Vrbem——

quòd Ilium ædificaſſet quidem Apollo,ſed non eo conſilio(id quod declarauit euentus) vt perpetuò maneret,itaque iurè etiam ſubdit,

—— Serua altera Troiæ

Pergama,reliquias Danaûm atque immitis Achilli.

quaſi diceret ruinam prioris Ilij,poſterioris quod fatorum iuſſu excitandum erat,diuturnitate & conſtantia compenſandam eſſe,ſimúlque concedendum vt Troianum genus, quod Græcorum & Achillis maximè crudelitate extinctum eſſet,per has, quas ſecum gereret,reliquias ſarciretur,& in æuum fœliciter propagaretur. Tametſi dum propriam expoſuit domum,certáſque ſedes ac manſuram Vrbem, eò ſpectare potuit vt quoniam interim Apollinis Vrbe ac domo excipiebatur,ſed non propria domo,aut Vrbe, ſed aliena, propriam concederet.hac enim nihil carius:ſine hac vix quicquam iucundum.Sanè Vlyſſes Alcinoi Regis & Filiam & Regnum recuſauit,Calypſo etiam,immortalitatémque ipſam ſpreuit,dum Ithacam domúmque contenderet: quin huius fumum prætulit regiæ ſponſæ regiíſque diuitijs. nil mirum igitur ſi nouus Vlyſſes, dum regio etiam apparatu excipitur ab Annio Rege, Apollinisque ipſius ædibus dignatur,propriam a numine depoſcit domum,& quæ manſura eſſet,non breui relinquendam Vrbem.Denique cũ Aeneas exularet,ac propterea exul & extorris ac ſine tribu & lare & ſine Vrbe, quid ni propriam domum depoſcat a Numine certáſque ſedes & manſuram Vrbem? Interim verò cum nõ 586 facile ſit oracula & Numinis voluntatem intelligere atque dignoſcere(non enim eſt hoc hominis niſi diuinitus concedatur) ideo pergit,

Quem ſequimur? quóue ire iubes? vbi ponere ſedes?

Da pater augurium,atque animis illabere noſtris.

quibus petit vt Apollo & ducẽ ſe errantibus præbeat, & iter monſtret, déque loco vbi ſedes ponendæ eſſent,eos admoneat,atque ita etiam admoneat,vt augurium reddatur,& eorum animis illabatur,ne obſcuritate & ignoratione laberentur. Et ſanè cum Cadmus Apollinis conſuleret Oraculum de Vrbe condenda,Bouem immittit Apollo,quem ſecutus Cadmus,tandem loco cognito Boëtiam ædificauit. Aeneas igitur huc ſpectans, *quem ſequimur*(inquit)*quóue ire iubes? vbi ponere ſedes?* Hac igitur de cauſa augurium petit. Sed quid preces effecerint,audiamus,

Partic.10.

Vix ea fatus eram,tremere omnia viſa repentè
Limínaque laurúſque Dei,totúſque moueri
Mons circum,& mugire adytis cortina recluſis.
Submiſſi petimus terram,& vox fertur ad aures:
Dardanidæ duci,quæ vos a ſtirpe parentum
Prima tulit tellus,eádem vos vbere læto
Accipiet reduces: antiquam exquirite matrem.
Hîc domus Aeneæ cunctis dominabitur oris,
Et nati natorum,& qui naſcentur ab illis:
Hæc Phœbus.——

En

Digitized by Google

En augurium reportat, mox etiam reſponſum: in quo tamen anſam adhuc aberrandi (id
587 quod paulò poſt conſtabit) Troianis relinquit Virgilius: cum enim reuera in alias terras deſcendiſſent, antequam in Latium peruenirent; ac propterea alias terras occupare, alias vrbes moliri cœpiſſent, id Poëta per errorem potiùs factum credi vult, quàm quòd per vim & Tyrannicum in morem contigiſſet. Certè cum in Cretam repuliſſent, vbi ſtatim condiderunt Vrbem, a nemine ſibi poteſtate facta. Sed & eodem tempore Auguſti & Romanorum canit Gloriæ, quòd ſcilicet eorum imperium toto terrarum orbe propagandum & in omne æuum perſeueraturum eſſet. & huc pertinet præclarum illud Elogium.

Hic domus Aeneæ cunctis dominabitur oris,
Et nati natorum & qui naſcentur ab illis.

quam rem mirum eſt quàm libenter & quanta ſtyli varietate concinat & elegantia, ſiquidem eodem nomine cecinerat ſupra,

Certè hinc Romanos olim voluentibus annis
Hinc fore ductores reuocato a ſanguine Teucri,
Qui mare, qui terras omni ditione tenerent,
Pollicitus ——

& rurſus,

His ego nec metas rerum nec tempora pono
Imperium ſine fine dedi. ——

eâdem de cauſa Romanos appellauerat rerum dominos: eâdem (vt rem hanc libenter cõmemorat Virgilius:) paulò poſt Penates canet,

—— tollemus in aſtra nepotes,
Imperiúmque Vrbi dabimus ——

ſic Virgilius canendi quaſi anſam arripuit, cum Auguſti tempore Romanum Imperium
588 nuſquam ferè non dilatatum animaduerteret. Et tamen hic locus ab Homero fluxit, qui ſi non cecinit fore vt Aeneas eiúsque poſteri dominarentur toto terrarum orbe, quemadmodum deinde cècinit Virgilius; certè inter Troianos dominaturum non ſiluit. Vt enim Iliadem ſcripſit cum ſaltem Albanorum regnum floreret, illud cecinit,

Sed pius Aeneas Troës dominabitur inter:
Et nati natorum & qui naſcentur ab illo.

3. de leg. & hinc prouerbium quoque illud manauit, quo inter cæteros vtitur Plato. *Καὶ παῖδας λέγομεν, & nati natorum quod vſurpamus.* cum verò tam egregium reſponſum dediſſet Phœbus, continuò lætabundi de hac terra ſciſcitantur Troiani. quare pergit Virgilius,

Part. II.

—— miſtóque ingens exorta tumultu
Lætitia. & cuncti quæ ſint ea mœnia quærunt.
Quò Phębus vocet errantes, iubeátque reuerti.
Tum genitor, veterum voluens monimenta virorum.
Audite ó proceres, ait, & ſpes diſcite veſtras.
Creta Iouis magni medio iacet inſula ponto,
Mons Ideus vbi, & gentis cunabula noſtræ.
Centum Vrbes habitant magnas. vberrima regna.
Maximus vnde pater, (ſi ritè audita recordor)
Teucrus Rœtheas primùm eſt aduectus ad oras,
Optauítque locum regno. nondum Ilium & arces
Pergameæ ſteterant, habitabant vallibus imis.
Hinc mater cultrix Cybele, Corybántaque æra,
Idæúmque nemus: hinc fida ſilentia ſacris,
Et iuncti currum dominæ ſubiere leones.
Ergo agite, &, diuûm ducunt quà iuſſa, ſequamur:

Place-

Digitized by Google

Placemus ventos,& Gnoſſia regna petamus.
Nec longo diſtant curſu (modò Iuppiter adſit)
Tertia lux claſſem Cretæis ſiſtet in oris. 589

Requirunt enixè quidem Troiani quam intelligat Phœbus terram: nemo tamen eius ſententiam aſſequitur. quin Anchiſes ipſe, etſi alioquin longæuus ſenex, & Troianæ vetuſtatis gnarus, aberrat, qui Cretam deſignari putat, cum ab Oraculo Heſperia & Latium deſignaretur. Quanquam errandi cauſa fuit in promptu: ſiquidem quemadmodum Troianæ gentis Dardanus ex Latio ſiue Hetruria profectus, author fuit, ita Teucer qui in Phrygiam profectus erat, ex Creta Troianorum propagator dici poterat, cum Dardani ſocios in vallibus habitantes inueniſſet, & ſacris ritibus edoctos arcibus atque Vrbibus ædificatis ad politiorem cultum traduxiſſet. Et ideo tandem Anchiſes ſe gemina iſta parentum ambiguitate deceptum agnoſcet, præſertim cum Heſperiæ littora abeſſent longiùs, quàm vt eò Troianos vocari exiſtimaret. Interim igitur dum Teucrum parentem facit, Cretam verò antiquam matrem, argumenta quædam profert ex Troianorum antiquitatibus vnde ſententiam confirmet ſuam. quæ ſanè argumenta ducit tum ex ſacrorum, tum ex nominum & locorum, ſimilitudine, quia ſcilicet è Creta in Phrygiam a Teucro inuecta eſſent. Itaque illos ad extremùm cohortatur vt in Cretam intendant curſum. id quod inde etiam perſuadere illis nititur, quia præterquam quod Creta centum floreret Vrbibus, tridui tantùm diſtaret interuallo. Et tamē nil prohibebat quominùs Aeneas Oraculum planè perciperet, quo Phœbus reuera deſignauit locum (hunc enim requirebant maximè: cætera ſæpè audita) & vbi Ilium excitandum rurſus ac Troianū Imperium. Quorſum enim Dardanidas primùm appellet Troianos, niſi vt hinc gentis authorem deſignari ac declarari perſentiant? præſertim verò quia 590
Teucrum ob maternum genus attingebant, Dardanum ob paternum: genus verò multò iuſtiùs a Patre ducatur quàm a matre. Adde quod Italia vnde in Phrygiam nauigauerat Dardanus, vbertate præſtat, cum Cretæ ægrè hæc concedi poſſit laus. nam frumēti potiùs quàm vini copia videtur ad vbertatem pertinere, vel certè vtrumque: quod Italiæ magis conuenit quàm Cretæ. Sed, vt dicere cœperam, Virgilius vbi a mendacio vindicauit numen, effecitque vt acutiùs cernenti verum cecinerit (id quod difficilè ſtatuas de Homero, qui Iouem mendacem fecit dum ſomnium immitteret Agamennoni) illud molitur vt Aeneam ignoratione adhuc occupet, vt quoniam Cretæ regno aſpiraſſe conſtabat, atque hoc conſilio eò nauigauerat, id non per iniuriam ſed numinis iuſſu, quantum quidem ille exiſtimauerat, factum eſſe perſuaderet.

Part.12. Sic fatus, meritos aris mactauit honores,
Taurum Neptuno, taurum tibi pulcher Apollo,
Nigram Hyemi pecudem, Zephiris felicibus albam.
Fama volat, pulſum regnis ceſſiſſe paternis
Idomenea ducem, deſértaque littora Cretæ,
Hoſte vacare domos, ſedéſque aſtare relictas.

Iam antea monuerat Anchiſes placandos eſſe ventos. id igitur peragit in præſens; ita tamen vt Neptuno etiam, hoc eſt maris Deo, Apollini item a quo oraculum acceperat, hyemi inſuper quam propitiam optabant, Zephiro denique quo maximè indigerent, vt fœliciter nauigarent, ſacrificet: taurum duobus primis, pecudem nigram alteri, albam poſtremo. quod dum faceret Anchiſes, illud etiam auxit Troianorum alacritatem, quòd ad eorum aures perueniſſet Idomeneum Cretenſem Regem regno fuiſſe pulſum: ita vt Troianorum rationibus id accideret opportuniſſimum, cùm non modò hoſtis, íſque acerrimus, inde abeſſet, verùm etiam ſedes regni quippe vacua, occupari facilè poſſit. 591

Partic.13. Linquimus Ortygiæ portus, pelagóque volamus:
Bacchatámque iugis Naxon, viridémque Donyſam,
Olearon, niueámque Paron, ſparſáſque per æquor

Cycla-

Cycladas,& crebris legimus freta concita terris.
Nauticus exoritur vario certamine clamor:
Hortantur ſocij,Cretam prauóſque petamus.
Proſequitur ſurgens a puppi ventus euntes:
Et tandem antiquis Cretam allabimur oris.

III. Nauigatio quæ defertur in Cretam.

Ad tertiam nauigationem peruénimus quæ ex Ortygia ſeu Delo fit in Cretam. Boni verò inſtar & Topographi & Hiſtorici;naturalis tamen;& Poëtæ illam perſequitur. Topographi,quia ex ordine Inſulas commemorat(non tamen ſigillatim omnes ne longum faciat,& affectatam diligentiam præ ſe ferat) quas prætergreditur claſſis. Hiſtorici,quia ſignificat quid quæque fermè præclarum referat Naturæ aut artis dono. Poëtæ quia poëtica lumina interponit: hinc enim pelago volare dicuntur naues propter celeritatem, bacchata dicitur Naxo a Baccho,Paron niuea vocatur propter albos lapides. Dum verò nauigant,exoritur, vt ſæpè fit,nauticus clamor qualis ſcilicet auditur cum aut naues certatim remigant, vel ſe mutuò cohortantur ſocij , id quod accidit in præſentia cum Cretam & proauos ſibi adeundos animaduertant. quorum optatis ſic adſpirat ventus. vt in Curetũ (occurrit verò primum è Delo in Cretam nauigantibus) tandem perueniant: cum enim exoptantibus nulli interdum neque remi neque venti ſatisfaciant; minimè mirum ſi & pe
592 lago volaſſe,& tamen tandem Curetum perueniſſe,affirmarit.

Tar.14 Ergo auidus muros optatæ molior vrbis,
Pergameámque voco. & lætam cognomine gentem
Hortor amare focos,arcémque attollere tectis.
Iámque ferè ſicco ſubductæ littore puppes,
Connubijs aruiſque nouis operata iuuentus,
Iura domóſque dabam: ſubitò cum tabida membris
Corrupto Cœli tractu,miſerándaque venit
Arboribúſque ſatíſque lues,& lethifer annus.
Linquebant dulces animas,aut ægra trahebant
Corpora: tum ſteriles exurere Syrius agros:
Arebant herbæ,& victum ſeges ægra negabat.
Rurſus ad Oraclum Ortygiæ Phœbúmque remenſo
Hortatur pater ire mari,veniámque precari:
Quem feſſis finem rebus ferat,vnde laborum
Tentare auxilium iubeat,quò vertere curſus.

Cum deſcendiſſet in Thraciam,ſic vrbem ædificauit,vix vt mœnia prima excitarit,atque incolis,adde etiam ſi placet, Vrbi,nomen impoſuerit.canebat enim,

———— littore curuo
Mœnia prima loco fatis ingreſſus iniquis
Aeneadáſque meo nomen de nomine fingo.

hîc tamen Virgilius,vt ne ſimilitudine faſtidium gignet,quin ciuilis ſcientiæ prudentiſq. conditoris ſpecimen præbeat,vnde poëma quoque varietur & illuſtretur,non modò muros extollit Vrbis,eidémque nomen tribuit.quod inprimis erat neceſſarium, índeque appellationem deriuat gentis,verùm etiam Aeneam inducit, qui ſuos hortatur vt reliqua domicilia & lares ſtatuant,arcem attollant,itaut & priuata & publica ædificia cõdantur: quin vxores ducant,liberis operam dent(& ideo naues interim ſubducebantur in littus,vt
593 ne ampliùs de nauigatione,ſed de Vrbe explenda & amplificanda cogitarent) agriculturæ quoque inuigilent muneribus.quid plura?iam iura reddebat Aeneas,& quas ædificaſſent domos diſtribuebat.Sed ecce tibi dum hæc ſtrenuè agerentur vrgerentúrque, peſtilentia graſſari cœpit: quam ſanè breuiter ille quidem ſed accuratè deſcribit: ſignificat enim aëris

contagio exortam eſſe atque inde factum vt tabida reddiderit mortalium membra: quin ſatis arboribúſque luem adduxerit:itaut annus ille lethalis eſſet ac miſer. quapropter, vt multa in pauca contrahantur,

Linquebant dulces animas, aut ægra trahebant
Corpora. ——

quid multa? Syrius ardor, canicula inquam, agros interim exurit, & ad extremam ſterilitatem adducit. itaque areſcunt herbæ, & ſegetes ferè demortuæ victum negant. quid igitur conſilij capiant? hinc enim Oraculi iuſſu tanquam religione continebantur ne diſcederent, ſed nouam vrbem excitarent ac regnum: illinc egeſtate, fame, peſtilentia, morte vrgebantur. ergo ſtatuunt ad Oraculum nuntios mittere, veniam a Deo precari, ab eo conſilium, ab eo auxilium petere & implorare, illi obtemperare. ſiue in Creta ærumnarum finem præſtolari iuberet, ſiue inde nauigare cum Phœbus ac Penates eorum calamitatem miſerati, ope nuntiorum diſceſſum anteuertunt. itaque pergit Aeneas,

Partic. 15. Nox erat, & terris animalia ſomnus habebat:
Effigies ſacræ Diuûm, Phrygiíque penates,
Quos mecum a Troia mediíſque ex ignibus vrbis
Extuleram: viſi ante oculos aſtare iacentis
In ſomnis, multo manifeſti lumine, quo ſe, 594
Plena per inſertas fundebat Luna feneſtras.
Tum ſic affari & curas ſic demere dictis:

Vbi ſanè, vt rem expediat, de more confugit ad machinam, priùs tamen noctem vnde illam educere cogitabat, eleganter, ſed breuiter tamen, deſcribit: tum ipſam profert machinam. Igitur Phrygios, quos ſecum, Hectore ſuadente, Penates è flammis ereptos adduxerat Aeneas, eidem obijcit per viſum noſter Vates: & quoniam verebatur ne illorum aſpectu nocturnas ob tenebras adhuc priuaretur, eoſdem plenilunij ope, vnde lux ſe ſe in eius domicilium affatim conferebat, facit conſpicuos: præſertim verò quia ante oculos aſtare viſi ſunt. cum verò ſe illi viſendos tanta in luce præbuiſſent (quanquam in ſomnis adhuc, itaut quæ proferuntur de Luna & lumine, deque imagine quæ oculis obiici & iacenti aſtare dicuntur, ad ſomnium ſeu viſum ſint referenda) déque ſua illum præſentia certiorem feciſſent, talibus eum affantur dictis,

Partic. 16. Quod ſibi delato Ortygiam dicturus Apollo eſt,
Hîc canit, & tua nos en vltrò ad limina mittit.
Nos te, Dardaniâ incenſâ, tuáque arma ſecuti,
Nos tumidum ſub te permenſi claſſibus æquor,
Idem venturos tollemus in aſtra nepotes,
Imperiúmque vrbi dabimus: tu mœnia magnis
Magna para, longúmque fugæ ne linque laborem.
Mutandæ ſedes: non hæc tibi littora ſuaſit,
Pelius, aut Cretæ iuſſit conſidere Apollo.

Prolixè & liberaliter Phœbus Aeneam (ne ſcilicet in remigrando & eius Oraculo item conſulendo laboraret, tempúſque tereret) per ipſos Penates admonet, quos tanquam internuntios adhibet ac mutui officii interpretes. Ergo nil opus eſt (inquiunt) vt Delum repetas, & de integro Deum conſulas. nos enim qui Troia incenſa te veluti Ducem tuáque 595
arma ſequuti ſumus, & in tua claſſe æquora emenſi tumida, tecum nauigauimus, tuos nepotes ad aſtra tollemus, & Vrbi, quam extrues, imperium terrarum orbis tribuemus. Tu igitur contrà magnis nepotibus magna parato mœnia, ampliſſimámque Vrbem ſtatuito. quod vt facias ne graueris longum adhuc laborem ſubire, ac tuam fugam proferre lõgiùs. Denique mutandæ ſedes ac domicilia. neque enim hæc tibi littora appetere ſuaſit Apollo, aut te in Creta conſidere iuſſit. At enim quò tandem nauigare, aut vbi conſidere

& Vrbem

Digitized by Google

& Vrbem hanc magnam magnis nepotibus ædificare iuſſit? Declarant hoc è veſtigio Penates his carminibus,

Part.17. Eſt locus Heſperiam Graij cognomine dicunt,
Terra antiqua, potens armis, atque vbere glebæ,
Oenotrij coluere viri, nunc fama, minores
Italiam dixiſſe, Ducis de nomine, gentem.

Quæ de Heſperia protulit Ilioneus libro I. in quo iis planè carminibus de ſuæ Aeneadúmque nauigationis conſilio inſtruxit Didonem, ea ſanè ex hoc Phœbi Penatúmque Oraculo & reſponſo deriuata ſunt. vt enim in Cretam priùs peruenerant, hoc quod retulerant reſponſum, religiosè cuſtodierant, & ideo magnopere ſuſpicor a Virgilio hęc carmina nō per incuriam ſed data opera eádem vtrobique proferri, quia ſcilicet vt religiosè & ſanctè, ita quidem verbis, ac ne voce quidem immutata, conſeruandum, colendum, pronunciandum, putaret Oraculum. Sic non multò poſt Helenus Vates ſignum daturus Aeneæ vnde intelligeret ſe ad fatalem terram perueniſſe, ſic canit,

Littoreis ingens inuenta ſub ilicibus ſus,
Triginta capitum fœtus enixa, iacebit
596 *Alba ſolo recubans, albi circum vbera nati.*
Is locus Vrbis erit, requies ea certa laborum.

quæ carmina totidem verbis repetit Tyberinus Deus ad VIII. initium, dum Aeneam admonet eam eſſe fatalem terram. Igitur data opera, vt opinor, repetitur præſens de Italia Oraculum: de quo tamen nihil dicam hoc in loco, vel quia in libro I. fuerit explicatum, vel quia ſatis conſtet in eo Heſperiam accuratè deſcribi a nomine quo illam nuncupaſſent Græci, ab antiquitate, a bellica laude, ab ſoli vbertate, a priſcis colonis, a nomine rurſus quod poſterioribus ſæculis inueniſſent, cum tandem ab Italo Rege commutato nomine appellata eſſet,

Part.18. Hæ nobis propriæ ſedes: hinc Dardanus ortus,
Iaſiuſque pater, genus a quo principe noſtrum.
Surge age, & hæc lætus longæuo dicta parenti
Haud dubitanda refer. Coritum terráſque require
Auſonias: Dictæa negat tibi Iuppiter arua.
Talibus attonitus viſus, ac voce deorum,
(Nec ſopor illud erat, ſe coram agnoſcere vultus,
Velatáſque comas, præſéntiaque ora videbar?
Tum gelidus toto manabat corpore ſudor)
Corripio è ſtratis corpus, tendóque ſupinas
Ad cœlum cum voce manus: & munera libo
Intemerata focis. perfecto lætus honore
Anchiſem facio certum, rémque ordine pando.
Agnouit prolem ambiguam geminóſque parentes,
Séque nouo veterum deceptum errore locorum.
Tum memorat: Nate Iliacis exercite fatis,
Sola mihi tales caſus Caſſandra canebat:
597 Nunc repeto hæc generi portendere debita noſtro,
Et ſæpe Heſperiam, ſæpè Itala regna vocare)
Sed qui ad Heſperiæ venturos littora Teucros

Cre-

Digitized by Google

Crederet? aut quem tum vates Caſſandra moueret?
Cedamus Phœbo, & moniti meliora ſequamur.

Quid ſibi contigerit, narrat Aeneas, quídue conſilij ceperit, vbi Penates eum admonẽdi feciſſent finem: ſe enim fatetur attonitum iis Deorum & viſis & monitis, è ſtratis celeriter ſurrexiſſe, & ſupinas manus ad cœlum cum voce ac precibus intendiſſe, ſimúlque pura & legitima munera ignibus, qui focis aſſeruarentur, prout Penatum ſacra poſtulabãt, libaſſe. nam ſi quis hæc gerere non dormientis ac per viſum & ſoporem ſpectantis, ſed inſomnis & vigilis eſſe affirmet, illud vnum contra affirmare audet Aeneas, ſe non ſopore correptum fuiſſe, ſed potiùs ſibi viſum coràm Penatum vultus agnoſcere ac velatas corũ comas & præſentia ora intueri, itaut gelidus ſudor toto manaret corpore. quibus ſi quis ſignificari autumet medium quẽdam ſtatum; quaſi verò inter eum qui altiùs dormiat ſopóreque detineatur, ac vigilem planè & inſomnem, lenis quies & ſolutior cõtingat interdum, in qua ſenſus non omnino vincti ſint, hoc aliorum ſit diſputare, & ſtatuere. ipſe certè crediderim per viſum præſertim in leni ſomno, imaginem vſque adeò expreſſam apparere poſſe, vt commotio ingens ſequatur, ſomnúſque ſoluatur, itaut ob vehementem ac recentem imaginis præſentiam dubitare quis poſſit num per ſomnum ac viſum, an verè ea ſpectarit. atque id Aeneæ contigiſſe dixerim. nam huc ſpectat quòd hinc ſopore, quod eſt profundo ſomno ſe negat fuiſſe correptum: illinc ſe non quidem vidiſſe illa pugnat, ſed ſibi videri ea vidiſſe affirmat. Sed quicquid ſit, rem, ſacris peractis, ad Anchiſem deſcendam, & ex ordine narrandam, cenſuit. Ex quo factum eſt vt prudens ſenex continuò ambiguam Dardani & Teucri prolem reputauerit, ac geminos parentes in mentem redegerit, ſuúmque errorem, qui à locorum & rerum vetuſtate profectus eſſet, agnouerit. & ideirco ſe ſe ad natum quem hinc Iliacis fatis interim exerceri ſignificat, conuertens, ſuũ adhuc errorem & confirmat & extenuat, quòd reuera tales caſus ſibi Caſſandra caneret, cui tamen fides haberetur nulla. ideo enim canebatur in II. 598

Tunc etiam fatis aperit Caſſandra futuris
Ora Dei iuſſu non vnquam credita Teucris.

& ſanè quantumuis Caſſandra hæc canendo portenderet, ac propterea Heſperiæ & Italici regni luculentam mentionem faceret, quis futurum crediſſet vt Teucri ad Heſperiæ littora, quæ tot tantíſque pelagi terrarúmue diſtarent interſtitijs, venturi eſſent? aut quem ſuis illis vaticiniis Caſſandra, hoc eſt contempta puella, permouere potuiſſet? quanquam quoniam errare ac labi hominis eſt, contra verò inſipientis in errore, vbi cognitus fuerit, perſiſtere; ſapientis denique ſententiam mutare, ac meliorem amplecti.

Cedamus Phœbo, & moniti meliora ſequamur,

ait prudentiſſimus ſenex. cui propterea vniuerſi eius dictis, nec ſine lætitia, parent, & vela faciunt & ideo pergit Aeneas,

Partic. 19.

Sic ait, & cuncti dictis paremus ouantes.
Hanc quoque deſerimus ſedem, paucíſque relictis
Vela damus, vaſtúmque caua trabe currimus æquor.

IV. Nauigatio qua deferũtur ad ſtrophades.

Atque hîc ſanè quarta ſuccedit Nauigatio: ſiquidem Cretæ ſedes iam deſerunt, ac paucis tantùm relictis qui vel propter peſtilentiam fatis ibi conceſſiſſent, vel nouam vrbem colerent (nam Pergameam deinde inter Cretæ vrbes numeratam legimus) vel diſſipata vaſa ſupellectiléinque colligerent, claſſem quoniam repentè ſoluebat, ſecuturi; vela faciunt, & in vaſtum æquor decurrunt. Sic enim ſequitur, 599

Partic. 20.

Poſtquam altum tenuere rates, nec iam ampliùs vllæ
Apparent terræ: cœlum vndique & vndique pontus:
Tum mihi cæruleus ſupra caput aſtitit imber,
Noctem hyemémque ferens, & inhorruit vmbra tenebris:
Continuò venti voluunt mare, mágnaque ſurgunt
Aequora: diſperſi iactamur gurgite vaſto.

Inuo-

Digitized by Google

Inuoluêre diem nimbi, & nox humida cœlum
Abſtulit: ingeminant abruptis nubibus ignes.
Excutimur curſu & cæcis erramus in vndis.
Ipſe diem noctémque negat diſcernere cœlo,
Nec meminiſſe viæ mediâ Palinurus in vnda.
Tres adeò incertos cæca caligine Soles
Erramus pelago totidem ſine ſydere noctes.

Cum in altum perueniſſet claſſis, itaut terra appareret nuſquam, Cœlum vndique & vndique mare ſe ſe obijceret, tempeſtas excitata eſt grauis & diuturna, & in qua ſimul in Poëta nauticæ artis cognitio apparet non mediocris. Sed Poëticæ in primis enitet induſtria & laus, dum ſæuam tempeſtatem nobis veluti ante oculos ponit. Sed quorſum? dicat aliquis. neque enim ſatis eſt ſe nauticæ gnarum oſtendere, ac tempeſtatem aptè deſcribere, niſi captata opportunitate, ac tempore id exigente: alioquin illud in Virgilium intorqueri poſſet,

Delphinum Syluis appingit & fluctibus Aprum.

Rectè, præſertim in Poëmate optimo in quo nihil redundans, nihil inconſultum ac temerarium, ferendum eſt. igitur cauſam accipito, quæ momenti eſt maximi, & Poëta ingenium & artificium declarat mirificè. è Creta in Italiam ſoluenti breuius & expeditius oc-
600 currit iter quàm vt plurium annorum ſuperſit nauigatio. cum igitur Odyſſeam ſibi imitandam propoſuiſſet Virgilius, & Vlyſſem, quod attinet ad longos errores & varias nauigationes, exprimendum (vt ſcilicet tolerantiſſimus & conſtantiſſimus deſcribatur Heros) occaſionem requirit vnde diu ac multùm adhuc erret Aeneas, ac terra marique iactetur rurſus, ſuáeque ſpecimen virtutis edat egregium. Itaque ingentem excitat tempeſtatem, & cum alioquin in Siculum fretum deſcendendum, & Mediterraneum prænauigandum eſſet, in Ionium & in Adriaticum, velit nolit, diferatur, diutiúſque iactetur. ita quidem non inter Meridiem & Occidentem priùs, tum ad dexteram omnino & Tyrrenum nauigat prout debuit, ſed inter Occidentem & Septentrionem, contrario fermè curſu, præſertim claſſe Italiam petenti, defertur: nec in Siciliam & ad hoſpites, ſed in Græciam & inter hoſtes, iactatur, vt fortitudinis ſpecimen præbeat ac virtutis. Sed ad tempeſtatem, quam ſanè ab imbre ducit primò, quæ noctem ac tanquam hyemem adduxerit Troianis: itaut tenebris inhorreſceret mare. mox ventorum exprimit impetum, qui ſus déque illud inuolueret, itaut æquora mirificè intumeſcerent. At quid hinc Troianis?

——Diſperſi iactamur gurgite vaſto,

inquit Aeneas. quod dum fit nimbi etiam ſuccedunt qui diem inuoluunt, ſi quæ tamen pars ſupereſſet lucis, obruúntque; donec ſuccedente nocte, non modò cœli aſpectus auferatur omnis, (tametſi interim tonitrua ſæpè & ignes conſequantur) ſed tenebræ conduplicentur. ex quo fit vt huc illuc excurrerent naues, & cæcas errarent per vndas. quid plura? Palinurus ipſe, hoc eſt Proreta optimus, atque adeo magiſter experientiſſimus, diem a
601 nocte internoſcere, aut iter in aperto mari dignoſcere nequit. ſic tres dies totos ſine ſole, totidémque noctes ſine ſtellis, erratum eſt pelago: hæc ſummatim tempeſtatis deſcriptio: in qua videtur repentina quædam & grauis tempeſtas non tam narrari quàm ante oculos collocari. in qua eò magis elucet Poëtæ ingenium, quòd quæ illi adhibet deſcribendæ augendæque, ea fermè ſunt quæ in ſæua tempeſtate a peritis nautis obſeruantur & commemorantur. Itaque non facilè ſtatuas vtra tempeſtas, éane quæ in 1. an hæc quæ in tertio, ingenio præſtet & artificio. mihi ſanè, etſi non poſſunt non in quibuſdam vtcunque conuenire, inter ſe diſſidere videntur plurimùm, itaut ſuam quæque ac peculiarem induſtriam præ ſe ferat. Illud certè affirmauerim illam mira amplitudine, hanc breuitate, gaudere; ac iurè: ſiquidem hæc hiſtoricum in morem ferè narratur (ſic enim decuit, cum res anteactæ & verò inter eas noctis anguſtias cõmemorarentur) illa tempeſtatem repræſentat, quæ gereretur in præſens. Denique illa quoniam Poëta ipſo repræſentatur, poëticis luminibus illuſtratur latiùs: hæc quoniam veluti in tranſcurſu recenſetur ab Aenea, iis tantùm pigmentis deſcribitur ex quibus horror appareat. vt mihi quidem videri ſoleat Vir-

Digitized by Google

gilius ibi amplitudine, hîc breuitate rerum, vtrobique varietate, delectare, & ſatietati occurrere voluiſſe.

Partic. 21.

Quarto terra die primùm ſe attollere tandem
Viſa, aperire procul montes, ac voluere fumum.
Vela cadunt, remis inſurgimus: haud mora, nautæ
Adnixi torquent ſpumas, & cærula verrunt.
Seruatum ex vndis Strophadum me littora primum
Accipiunt. ——

In prima tempeſtate vno eodémque die iactantur ac tempeſtate liberantur: quin, ſi quis rectè æſtimet, intra ſex circiter horas omni periculo eximuntur: hîc vix quarto die 602
ſe ſe proripiunt fluctibus, qui cæpiſſent illi quidem miteſcere: ſed non quemadmodum in I. conſediſſent. Subeunt igitur Strophadum littus: nam in periculo ſatius erat occurrens littus arripere, quàm abſentem portum requirere. Hîc verò Strophades inſulas deſcribit Poëta, ſic pergens,

Partic. 22.

—— Strophades Graio ſtant nomine dictæ
Inſulæ Ionio in magno: quas dira Celæno
Harpyæque colunt aliæ, Phineïa poſtquam
Clauſa domus menſáſque metu liquere priores.
Triſtius haud illis monſtrum, nec ſæuior vlla
Peſtis, & ira deûm, ſtigijs ſe ſe extulit vndis.
Virginei volucrum vultus, fœdiſſima ventris
Proluuies, vncæque manus, & pallida ſemper
Ora fame ——

Ducitur autem iſtarum inſularum deſcriptio ab earum nomine: a mari in quo eſſent poſitæ, ab Harpijs quæ illas incolerent: hæ rurſus deſcribuntur a Phineo quem infeſtaſſent, a figura & fœdiſſimo corporis habitu vnde polluerent omnia, ita ut Deorum ira ſe ſe è Stygijs extuliſſe viderentur, ſed in primis a fame qua perpetuò laborarint, rapinis inhiantes. Strophades verò num eædem eſſent quæ Echinades, an ſecus, non ſatis conſtat inter Geographos: quemadmodum nec quæ ſint Echinades: ipſe tamen ſuſpicor Echinadas eſſe tres illos ſcopulos qui ſecus Ithacam viſuntur, & Actium ab Occidente habẽt LXXX. circiter ſtadijs diſſitum, à Septentrione Epiri fines fermè attingunt, quíque Curzolari ab Italis appellantur in præſens, ita crediderim Strophades eſſe ſcopulos qui nunc Stiuari nuncupantur, quíque Zacyntum breui tractu diſſitum, ſpectant ad Septentrionem: propiùs etiam ad Veneris templum, vnde Paris Helenam abduxiſſe fertur, acce- 603
dunt. Niſi tamen ex ijs ſcopulis vnum nunc Veneris templum, ambos olim Strophades, fuiſſe dixeris: quod cum Virgilij Geographia & Oeconomia conſentit. Ita quidem vt Strophades ſint Echinades, quæ omnino collocandæ videntur vltra Zacynthum in Septentrionem nauigantibus, fieri nullo modo poteſt, ſi Virgilium audias, qui Strophades inter Cretam & Zacynthum, etſi a Creta remotiores, Zacyntho proximas, collocat. Denique, ne de nomine diſputemus, nemo ex Virgilio inficietur infra Zacynthum ac propè Veneris templum vel certè duas illas inſulas, in quarum vna templum Veneris viſebatur, fuiſſe Strophades. Huc igitur peruenit Aeneas tempeſtate, cum ex Creta ſoluiſſet iactatus, & ideo pergit,

Partic. 23.

Huc vbi delati portum intrauimus, ecce
Læta boum paſſim campis armenta videmus,
Caprigenúmque pecus, nullo cuſtode per herbam.

Irrui-

Digitized by Google

Irruimus ferro,& diuos ipſúmque vocamus
In prædam partémque Iouem: tunc littore curuo
Extruimúſque toros dapibúſque epulamur opimis.

Quos Thraciæ portentis, Cretæ peſtilentia, æſtu, fame, ventorum denique ac maris impetu ac tempeſtate iactauerat & exercuerat, hos Harpyarum quoque rapacitate & lue exercere & afficere, conſtituit Virgilius. Vt tamen Harpyas non temerè introducat, Troianos inducit qui cum deſcendiſſent, conuiuium inſtruunt cœnaturi. vt autem inſtrua-
604 tur conuiuium eoſdem priùs facit ſternentes boues ac pecora quæ fortè ſe ſe illis deſcendentibus ſtatim obieciſſent.& quoniam turpe videri potuiſſet factum huiuſmodi cum in res alienas per vim inuaderent, idcirco ſic rem deſcribit, vt tacitè illorum honori conſulat & modeſtiæ. igitur præterquam quod eos famelicos indicat, cum ſubito armēti & gregis aſpectu quaſi a Natura vrgente fame permoueantur ſanè armenta læta & pinguia & cum ijs pecus occurrebat, hoc eſt præda ſatis ampla; ita ut Troiani, quippe extorres & egeni ac milites, vix culpandi videantur dum aliquam tantùm partem capiunt qua neceſſitati ſatiſfaciant. præſertim cum interim nullus adſit cuſtos. quāquam inde planè culpa omnis videtur elui, quòd Iouem in partem vocauerint, participem illum de more facientes qui prædam immolaſſent Dijs, aut certè aliquam illis partem conſecraſſent, (id quod de tholo ſuſpendentes faciebant, quemadmodum Ioui etiam feretrio prædæ item ſuſpendebant partem priſci Romani) rem ij ritè peregiſſe videri voluerunt, vt omittam quæ in littore ſine cuſtode vllo præda occurriſſet, hanc venationi perſimilem videri potuiſſe: præſertim ſi pars Dijs ſuſpendatur. Quapropter

——*Si qua ipſe meis penatibus auxi*
Suſpendiue tholo, aut ſacra ad faſtigia fixi,

Lib.9 dixerat Hirtaci filius Dianam appellans. toros igitur quales quales illi fuerint, extruunt. & opimas epulantur dapes. Quanquam, quantum ex inſequentibus intelligere licebit, vix epulari cœperant, cum Harpyæ rapaces præſto fuerunt. nam idcirco ſequitur,

Part.24. At ſubitæ horrifico lapſu de montibus adſunt
Harpyæ,& magnis quatiunt clangoribus alas:
Diripiúntque dapes, contactúque omnia fœdant
Immundo: tum vox tetrum dira inter odorem.
605 Rurſum in receſſu longo ſub rupe cauata,
Arboribus clauſi circum atque horrentibus vmbris,
Inſtruimus menſas, aríſque reponimus ignem.
Rurſum ex diuerſo Cœli, cæcíſque latebris
Turba ſonans prædam pedibus circumuolat vncis:
Polluit ore dapes. ſocijs tunc arma capeſſant
Edico, & dirâ bellum cum gente gerendum.
Haud ſecus ac iuſſi faciunt, tectóſque per herbam
Diſponunt enſes, & ſcuta latentia condunt.
Ergo, vbi delapſæ ſonitum per curta dedere
Littora, dat ſignum ſpeculâ Miſenus ab alta
AEre cauo: inuadunt ſocij,& noua prælia tentant,
Obſcœnas pelagi ferro fœdare volucres.
Sed neque vim plumis vllam, nec vulnera tergo
Accipiunt: celeríque fugâ ſub ſydera lapſæ,
Semeſam prædam & veſtigia fœda relinquunt.

Digitized by Google

Harpyas iam commodè introducit cum inſtruxerit conuiuium. diripiunt itaque dapes, ídque ſemel, iterum, ac tertiò, cum nulla hactenus Troianorum induſtria eas prohibere potuiſſet. quanquam illas tertiò ſtrictis gladiis inuadentes Troiani, in fugam ſaltem conie cerant, vna igitur ex illis, cum ſibi arma intentari cerneret, è rupe vaticinium in eos emiſit, de quo ſit Aeneas,

Partic. 25. Vna in præcelsâ conſedit rupe Cæleno,
Infœlix vates, rupítque hanc pectore vocem:
Bellum etiam pro cæde boum ſtratíſque iuuencis,
Laomedontiadæ, bellúmne inferre paratis?
Et patrio inſontes Harpyas pellere regno?
Accipite ergo animis, atque hæc mea figite dicta:
Quæ Phœbo pater omnipotens, mihi Phębus Apollo.
Prædixit, vobis furiarum ego maxima pando.
Italiam curſu petitis, ventíſque vocatis. 606
Ibitis Italiam, portúſque intrare licebit.
Sed non antè datam cingetis mœnibus vrbem,
Quàm vos dira fames, noſtraéque iniuria cædis,
Ambeſas ſubigat malis abſumere menſas.

In rupe conſedit Celæno, vt cum expoſtulatura eſſet ac vaticinium non ſanè iucundum Troianis promulgatura, impunè id facere poſſet, ac ſummatim iræ ſuæ virus commodiùs euomere. Vocem igitur è pectore rupit, indignationem nimirum exprimens: & initio indignationis pleniſſimo exorſa, ſic Troianos eſt allocuta

Bellum etiam pro cæde boum, ſtratíſque iuuencis
Laomedontiadæ bellúmne inferre paratis?
Et patrio inſontes Harpyas pellere regno?

quibus verbis non obſcurè illos inſimulat quòd ſtrauerint iuuencos, quòd iniuriam & crimen nouo crimine & iniuria cumulent, bellum inferentes: quòd innocentes Harpyas è regno patrio, quaſi alienis regnis inhiarent ipſi ac per vim occuparent, pellere niterentur. Igitur, vt illos ad fugam capiendam prouocet, Apollinis nomine rem aperit vbi & auditam facilè credant, aperit ſimul quo conſilio nauigarent, & quem in locum a fatis vocarentur, quin etiam, vt eam quaſi iucundam & eorum votis accommodatã ampléctantur, ac propterea ſine cunctatione ad nauigationem deſcendant, ait,

Quæ Phœbo Pater omnipotens, mihi Phœbus Apollo
Prædixit, vobis furiarum maxima pando.
Italiam curſu petitis, ventíſque vocatis
Ibitis Italiam portúſque intrare licebit

Quanquam ne non iniuriam, quoad eius fieri poſſit, ulciſcatur, ſubdit,

Sed non ante datam cingetis mœnibus Vrbem,
Quàm vos dira fames, noſtraéque iniuria cædis
Ambeſas ſubigat malis abſumere menſas. 607

quibus eos deterret: vt enim fames grauiſſimum eſt malum & pernicioſum, itaut cum peſtilentia & bello conferri poſſit, quæ iam experti erant, eos in timorem adducit mortis. Tametſi reuera leuis eos vel certè breuis inuadet fames, & inde (id quod ad VII. initium conſtabit) lætitiæ occaſionem arripient, cum ea ingruente, intellexerint etiam ſe in Latium, quod vix ac ne vix quidem fortaſſe ſuſpicabantur, perueniſſe. Igitur Troianos, quippe qui & belli & peſtis iam periculis perfuncti, vererentur ne in famem inciderent, formido inuaſit grauis, & ideo ſequitur Aeneas,

Dixit

Digitized by Google

Par.26. Dixit & in ſyluam pennis ablata refugit.
At ſocijs ſubitâ gelidus formidine ſanguis
Diriguit, cecidere animi: nec iam ampliùs armis,
Sed votis precibúſque iubent expoſcere pacem,
Siue deæ, ſeu ſint diræ obſcenaéque volucres.
At pater Anchiſes paſſis de littore palmis
Numina magna vocat, meritóſque indicit honores.
Dij prohibete minas, dij talem auertite caſum,
Et placidi ſeruate pios.

Quam verbis indignatione plenis ordita eſt reprehenſionem, & dira comminatione continuauit Celæno, eandem abſceſſu claudit indignatione item pleno: quandoquidem ſubitò ſe ſe Troianis præripit, excuſationi aut reſponſioni locum relinquens nullum. Itaque Aeneæ ſocios grauiſſimus inuaſit timor. qui propterea non armis ampliùs pugnare audent, ſed potiùs votis eas placandas cenſent ac precibus; ac pacem, quales quales illæ ſint, ſiue deæ, ſiue diræ fœdaéque volucres, petendam. Contra verò prudentiſſimus ſenex Anchiſes non Arpyas rogandas, ſed ad magna numina confugiendum, ſtatuit. Itaque ſequitur Aeneas

At pater Anchiſes paſſis de littore palmis
608 *Numina magna vocat, meritóſque indicit honores:*
Dij prohibete minas, dij talem auertite caſum,
Et placidi ſeruate pios.

E littore expanſis manibus Anchiſes magna appellat numina: vt enim ſublatis in cœlum manibus, ita expanſis & dilatatis precari ſolebant veteres. ſic Cæſar, milites, inquit, paſſis manibus flentes implorabant. quem morem apud Hebræos quoque viguiſſe atque inde facilè ad alias gentes, vt alia multa, trãſmiſſum, ſuaderi poteſt, quòd Moſes, cum pugnaret aduerſus Amalech, manus in altum dilatatas gerebat, quas vtrinque Aaron & Hur, ſuſtentabant. Denique Natura ferè manus in cœlum extollimus, ac vel iungimus vel diducimus precaturi. Sed & meritos honores indicit, ſolemni inquam ritu impendi iubet Anchiſes: vt ſcilicet ijſdem magnis dijs propitiandis debiti honores ritè ac ſanctè perſoluerentur. Quare quemadmodum Dido templis indixit honores, hoc eſt publicè honores decreuit Dijs in templis haberi, ad eos propitiandos, ſic Anchiſes, & ideo pergit,

Dij prohibete minas, dij talem auertite caſum:

vt ſcilicet propitiaret magnos Deos, qui Harpiarum minas & denunciatam famem auerterent: proíndeque, quoniam placidi ſunt ac benefici, pios viros, Troianos inquam, ſeruarent. Ita ſanè precibus ritè peractis ad nauigandum ſine cunctatione deſcendit, Nã ideo pergit Aeneas de Anchiſe loquens-

Par.27. ——— tum littore funem
Diripere, excuſſóſque iubet laſſare rudentes.

Sic, inquam, Anchiſes numinibus propitiatis. vt enim execrauda monſtra & loca illa periculis plena primo quoque tempore declinentur, iubet è littore diripere ac ſumma celeritate diuellere funem, ſiue anchorarius eſſet (hunc enim per antonomaſiam intelligẽdum
609 crediderim: nam littore etiam iacitur anchora) ſiue aliud eſſet nauis retinaculum: ſimúlque rudentes, qui etiam excutiuntur vt adamuſſim explicentur, laxari imperat, quò pandantur vela & antennis regantur. Sic ſanè vela facit: itaut ad v. nauigationem deueniatur, quam ſic deſcribit Aeneas

Par.28. Tendunt vela Noti: fugimus ſpumantibus vndis,
Quà curſum ventúſque gubernatórque vocabant.

Adhuc poſtulare videbatur ratio, vt Aeneas non Græcum littus aut Adriaticum raderet, ſed in Siculum fretum ac Mediterraneum proram conuerteret: cum illi conſtitutum eſſet in Heſperiam nauigare. Verùm, quoniam ſtatuerat Poëta vt longiùs adhuc & diutius erraret Aeneas, atque hinc illius exerceretur virtus & declararetur, in inſtituto illum deti- *V. Nauigatio: qua peruenitur ad Actiũ.*

net curſu. quanquam vt paulò ante excitauit tempeſtatem, qua illum a recto curſu auerteret, ita hîc ventum eos ad hunc curſum vocaſſe ait. cum enim ob Harpyas repentè ſoluere coacti eſſent & fugam capere, Noti verò ſpirarent ac dominarentur, opus fuit eò curſum intendere quò venti veluti vocarent atque iuberent. vt minimè mirum ſit huc gubernatoris quoque voluntatem acceſſiſſe. ſatiùs enim erat ventos ſequi, quàm illis cum periculo obluctari. Sed audiamus quas interim regiones percurrat.

Part. 29. Iam medio apparet fluctu nemoroſa Zacynthos,
Dulichiúmque, Saméque & Neritos ardua ſaxis:
Effugimis Ithacæ ſcopulos, Laërtia regna:
Et terram altricem ſæui execramur Vlyſsis.
Mox & leucatæ nimboſa cacumina montis, 610
Et formidatus nautis aperitur Apollo.
Hunc petimus feſsi & paruæ ſuccedimus Vrbi.
Anchora de prora iacitur ſtant littore puppes.

Quoniam a Strophadis ſoluens, Zacynthum radit primùm, mox Actium vſque (intermedijs tamen oppidis atque inſulis decurſis & conſpectis multis, de quibus paulò poſt) eâdem nauigatione contendit, itaut a Meridie in Septentrionem deuehatur, cõſtare ſatis poteſt Strophades, a quibus Zacynthum intendit curſum, non eſſe Echinadas, ſeu, ne de nomine diſputemus, non eſſe tres illos ſcopulos quos Italicè Curzulares diximus appellari: quandoquidem ſitu & vario & inter ſe longè diſſito apparent. Contra verò ſatis intelligitur Strophades fuiſſe duos illos ſcopulos quos ipſi indicauimus. Niſi fortè inſulam quam modò ſapientiam vocant, cum altera quæ illi adiacet; Strophades ſeu Plotias fuiſſe dixeris: nam vicinitas eſt maxima, & in itinere & tractu, quem Virgilius deſcribit, occurrit. Poſt Zacynthum verò Dulichium, Same & Neritos apparet: quæ oppida inſulæ ſunt in Septentrionem item nauigantibus occurrentes. tametſi, quoniam hîc erat Ithaca, quam declinauit Aeneas, (ideo enim ſequitur,

Effugimus ſcopulos Ithacæ Laërtia regna
Et terram altricem ſæui execramur Vlyſſis)

omnino crediderim Aeneam tantiſper ad Occidentem intendiſſe prorã, & ad dexteram non breui interuallo Ithacam & oppida illa reliquiſſe, tum vlteriùs paulò prouectum, proram iterum ad Septentrionem & Actium recta intendiſſe: ita tamen vt Leucatem mediam legerit, atque inde ad Actium peruenerit: ſiquidem pergit,

Mox & Leucatæ nimboſa cacumina montis
Et formidatus nautis aperitur Apollo.

Ita quidem Troiani, cum Apollinis templum & Vrbem obſeruaſſent, eò properant, littus ac ſubinde etiam portum (portus enim deſerere dicentur paulò poſt dum ſoluent) tenẽt 611
Vrbis, anchoram iaciunt a prora, puppes ad littus vertentes. hæc fuit quinta nauigatio: quã deſcribens ſine dubio pro Ithaca dixit ſcopulos Ithacæ in Vlyſſis contemptum. cum Ithaca ſaxulis aſperrimis (ut ait Cicero) ſit veluti affixa; itaut non tam Vrbi quàm ſcopulis imperare videretur: & ideo iſtos ſcopulos appellat Laërtia regna: ſic Neptunus cauernas & ſcopulos Aeoliæ appellauit Aeoli regnum cum caneret in 1.

——— *tenet ille immania ſaxa,*
Veſtras Eure domos, illa ſe iactet in aula
Aeolus & clauſo ventorum carcere regnet.

verùm dum addit

Et terram altricem ſæui execramur Vlyſſis,

Non tam contẽptum quàm inuidiã illi cõflandi gratia hoc addit. Leucate verò (id quod ſatis indicat Virgilius) eſt nimboſus mons in Epiri promõtorio vel certè prope Epirum ad Acarnaniam vergẽs ac circiter ſexaginta millia paſſuum in gyrũ protẽditur, qui mõs ab albedine inuenit nomen. etſi vt eſt altiſſimus & in mare vergit, nimboſus apparet facilè. Atque illi ad radices adiacebat quidem Vrbs exigua in qua Apollinis fuit templum,

Digitized by Google

cuius adhuc viſuntur ruinæ, quod vnà cum Vrbe ab Auguſto vel conditum vel inſtauratum eſt. Vrbs etiam Nicopolis, hoc eſt victoriæ Vrbs appellata propter victoriam, quã in eo ſinu ex Antonio & Cleopatra reportauit. Formidatus autem nautis dicitur Apollo, quòd importuoſus ſit locus, ſeu difficilis pateat acceſſus ad interiorem ſinum. niſi ta-
612 men quoſdam audias qui Apollinem formidatum aiunt quia moris eſſet aliquem ex nautis accedentibus ſtato quodam tempore immolare: nam qui formidatum, ideſt hoſtilem interpretantur, videant cur nautis generaliter dicatur formidatus. Hæc de v. Nauigatione, in qua tamen illud requiratur non immeritò. num ſcilicet Ithaca a tribus inſulis illis differat, ac propterea Aeneas dum effugit ſcopulos Ithacæ & terram Vlyſsis, oppidũ ſeu Inſulam a Dulichio Same & Neritos diuerſam intelligat, an verò illis aliquo modo conueniat Ithaca ac ſolo differat nomine, quemadmodum Ithacæ ſcopuli, Laërtia regna, Vlyſsis terra, in idem recidunt. qua in re non deſunt qui Dulichium idem planè eſſe dicant quod Ithaca, quos tamen aberrare crediderim. ſiquidem Dulichiũ adiacet quidem Ithacæ, &, vt maritimum eſt, rates Vlyſsis ſubminiſtrauit in Troiana expeditione: itaut hinc Dulichius etiam dictus fuerit Vlyſſes, præſertim quia non Ithacæ ſolùm, verùm etiã Dulichio imperaret. itaque rectè præter Seruium monet Vadianus Melæ interpres, Vlyſſem a a patria Ithacenſem, a Dulichio, cui etiam imperabat, Dulichium, interdum appellari. ex quo fit vt illud idem Virgilij. *Et terram altricem ſæui execramur Vlyſsis,* *de Ithaca.*

ad Ithacam pertineat: ita tamen vt in ſuperiori carmine Ithacam deſcripſerit a ſcopulis, & ſcopulorum ſtatuerit Regnum, hîc altricem Vlyſsis terram execretur. ita quidem Dulichium (vt ſummatim dicam) ad Ithacæ Regnum, Same ad Inſulam & Vrbem adiacentẽ quæ Cephaleniæ vrbs erat; Neritos ad Ithacam rurſus pertineat cuius eſt mons: eodémque modo Ouidius in libro 14. cecinit,

Dulichiúmque Saméque & Neritos ardua ſaxis.

ſed quoniã iam deſcenderũt Troiani & ad Actiũ peruenere, quid ibi geſſerint, audiamus.

Par. 30. Ergo inſperatâ tandem tellure potiti,
613 Luſtramúrque Ioui, votíſque incendimus aras,
Actiaque Iliacis celebramus littora ludis.
Exercent patrias oleo labente palæſtras
Nudati ſocij. iuuat euaſiſſe tot vrbes
Argolicas, medióſque fugam tenuiſſe per hoſtes.

Potiuntur tandem inſperata tellure. ſed cur inſperata? ea opinor, de cauſa, quia cum eo conſilio è Creta ſoluiſſent, vt recta in ſiculum fretum ac Mediterraneũ ſuum illi curſum (vt par erat) intenderent, prætèr opinionem (tempeſtate ſcilicet tranſuerſi acti, mox vento vlteriùs delati) hoc bono, Apollinis nimirum vrbe ac templo, fruebantur; vel etiam quia in græcam illam vrbem tuti deſcendiſſent, qua etiam tutò ac pro arbitratu fruebantur. Quis enim vnquam, vel cum Troia, vel cum è Creta diſcederent. futurum ſperaſſet, vt inimica vrbe pacificè fruerentur? certè quod ſequitur paulò poſt

—— iuuat euaſiſſe tot vrbes Argolicas, medióſque fugam tenuiſſe per hoſtes,

& rurſus elogium quod affigit clypeo quem pro templi ſiſtit foribus,

Æneas hæc de Danais victoribus arma,

id omnino ſuadere videntur, dum verò potiuntur vrbe, luſtrantur etiam Ioui & expiantur, vt ſcilicet ſacra & vota ſanctè peragere poſſent; ac ludos, quos in Dei honorem inſtituebant, ritè celebrare: & ideò expiati, ſtatim vota offerunt, & ad ludos deſcendunt. Quapropter qui cenſent luſtrari, quòd expiare vellent offenſam Ioui ob occiſos boues, aut ob fugatas & eiectas armis Harpyas, aut etiam ob taurum illi contra ſacrorum ritus litatũ, mihi quidem non ſatisfaciunt: idque tum quia nil profert Virgilius hoc in libro vnde tale quicquã agnoſcere, ſed ne coniectare quidẽ liceat: tũ quia iã antea Troianos piaculi de-
614 ſignauit expertes, cum Iouem in partem prędæ vocaſſent: tũ quia offenſio Harpyarũ iam diu votis precibúſque cum Troiani expiare cœperãt, tum Anchiſes magnis numinibus inuocatis ac panſis manibus Deos fuerat deprecatus; hac enim de cauſa indixerat meritos Dijs honores & preces illas ſuderat? tum quia cum taurum illum Ioui ſacrificaſſet in Thracia, profectò antequam in Delo vel in Creta rurſus ſacrificaret, expiaſſet ſe

ſet ſe ſe.ſi enim in præſens facturus ſacra ſe expiat priùs, vt ritè obire poſſit ſacra, cur non id fecit antea, cum in Creta & Delo ſacra item obiret? certè Aeneas Troia diſceſſurus, ſacra att ingere recuſauit, quòd recens a pugna diſceſſiſſet nec dum ſe expiaſſet. Vt omittã vel falsò a Seruio & Macrobio obijci Virgilio, taurum non fuiſſe Ioui ſacrificandum ſed vitulum: vel taurum pro vitulo fortaſſe promiſcuè vſurpari a Virgilio. Quanquam ne ſi quidem Virgilius propriè taurum vſurpaſſet, & per inconſiderãtiam taurum præter morem Ioui ſacrificaſſet, Auguſti ſalus aut populi Romani maieſtas ageretur. itaque ſatius eſſet fateri Virgilium per incogitãtiam & obliuionem Ioui ſacraſſe taurum, aut certè in priſca illa tempora ſpectaſſe, quibus non facilè ſacrificiorum ratio planè conſtituta erat & cognita, quàm ſubinde commentari Polydori portentum ea de cauſa ſecutum, & id genus alia quæ nunc tandem indigere dicuntur expiatione: hæc enim vt faciliùs dicuntur quàm probentur, eâdem aut etiam maiore poſſunt facilitate refelli qua proferuntur. Ergo luſtrantur Ioui & expiantur quod ſacra operaturi, expiari priùs ſolerent. Quæ cum ita ſint, equidem dum votis peractis ad ludos quoque deſcendunt, non ægrè crediderim hos etiam in Dei honorem de more item celebraſſe. virùm ad tauri piaculum, quod Seruius comminiſcitur, expiandum, ne iuranti quidem crediderim Seruio. Denique eo etiam conſilio crediderim a Virgilio Aeneam induci ludos inſtituentem, vt Auguſto canat, qui itẽ ludos eodem in loco Apollini inſtituerat Antonio ad Actium deuicto. videtur enim tum his ludis, tum quem paulò poſt præfigit, clypeo, veluti omen ac præſagium dare nobilis illius, quam eius poſteri & Auguſtus inprimis, victoriam eſſet relaturus. quod omen huc 615
eò fœliciùs cadit, quod Græci Actiaci Antonij partes ſecuti eſſent & ab Auguſto ſuperati. itaque Auguſtum legimus Actij Vrbem diruiſſe priùs in eorum Græcorum vltionem, tum templum atque Vrbem, eius etiam in Nicopolim mutato nomine, inſtauraſſe (ob Appollinis fortaſſe venerationem) & auxiſſe, Iam verò quoniam quærere potuiſſet aliquis quos exercuiſſent ludos, ideò pergit,

Exercent patrias oleo labente palæſtras
Nudati ſocij. ——

Vbi ſatis indicat ſe ab ijs ludis abſtinuiſſe: nimirum quia princeps non facilè cum dignitate obuios quoſque ludos & cum ijs quibus præeſſet, exercere poſſet. vt mirum ſit Vlyſſem, quem tantopere extollit Homerus, cum gregarijs militibus ad certamen in ludis deſcendiſſe: quin cum Hiro pannoſo nebulone & mendico ſingulare certamine contendere non dubitaſſe. An verò præter palæſtram alios celebrauerit ludos, nõ facilè ſtatuerim. etſi cum diceret

Actiáque Iliacis celebramus littora ludis.

viſus ſit indicare, non vnum ludi genus celebraſſe: fortè etiam nobilem ludum aliquem exercuiſſe, cui ipſe etiam operam dederit, nam dum pergit,

Exercent patrias oleo labente palæſtras
Nudati ſocij, ——

ſatis ſupérque indicat ſe ab hoc ludo abſtinuiſſe: præſertim verò quòd ipſum non deceret nudatum ludere. Illud tamen certiſſimum eſt, Aeneam hoſce ludos lætitiæ quoque cauſa inſtituiſſe, & vt poſteris eſſent monumentum Aeneadum fortitudinis ac virtutis, qui rurſus per hoſtes euaſiſſent, & fugam tenuiſſent. nam ideò ſequitur,

—— *iuuat euaſiſſe tot vrbes.*
Argolicas, mediósque fugam tenuiſſe per hoſtes. 616

Haud enim exiguæ gloriæ, aut leui ſolatio, deuictis Troianis eſſe poterat tot p vrbes Græcorum, atque adeò per medios hoſtes, palàm iter feciſſe, quin in eorum oppidis ſacra, & ludos celebraſſe. Quanquam miretur quiſpiam cur dicat Aeneas.

—— *mediósque fugam tenuiſſe per hoſtes,*

cum potiùs videretur fuiſſe illi fuga reticenda, & omnino dicendum medios tranſiſſe per hoſtes, aut medios inter hoſtes ludos celſo animo agitaſſe. Sed tamen egregiè Poëta noſter, cum enim fatis volentibus, ac Dijs iubentibus, fugam cœpiſſet, ac profugus Numinis voluntate factus eſſet, in eius redundabat honorem dixiſſe Aeneam vel profugum, & in fuga ipſa, mirum ſuæ fortitudinis ſpecimen Argiuis vrbibus atque hoſtibus præbuiſſe.

Partic. 31. Interea magnum ſol circumuoluitur annum,
Et glacialis hyems Aquilonibus aſperat vndas:

Aere

Aere cauo clypeum magni geſtamen Abantis
Poſtibus aduerſis figo,& rem carmine ſigno:
Aeneas hæc de Danais victoribus arma.

Deſcribit ſolarem annum,quem propterea magnum appellat, & ſolem ait circa magnũ annum volui,vt ab lunari illum diſtinguat eiuſdem magni anni,etſi paulò aliter, mentionem fecerat in I.cum diceret,

Triginta magnos voluendis menſibus orbes
Imperio explebit.——

Neque verò dum ſolarem annum,ac tritum tam facilè appellat magnum,fortaſſe magnũ illum ignorauit,quem Platoni & Mathematicis attribuunt, & longiſſimis illis temporũ interſtitijs conflant: in quibus ad eum locum redeunt ſydera vnde primùm incœperunt curſum;ſiquidem Ecloga IV.viſus eſt luculentam eius mentionem feciſſe dum caneret,

Magnus ab integro ſæclorum naſcitur ordo.

& clarius,ſi quoſdam audiamus,dum illud in Bucolicis item caneret,

Alter erit tum Typhis,& altera quæ vehat Argo
Delectos Heroas,& erunt etiam altera bella
Atque iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles.

de qua tamen re vide,ſi placet,quæ ſcripſimus de hoc Anno, in Platonis Timæo, & pleniùs in Scipionis ſomnio.Itaque nõ de Platonico illo,quem vocant,ſed de ſolari quà hanc Lunari opponit,videretur intelligendus dum magno huic anno magnos aptauit menſes, cum poſt paulò ſubderet

617 *—— & incipient magni procedere menſes.*

ſed redeo ad propoſitum Aeneidos locum,quo ſanè, quoniam annorum mentionem fecimus,non ægrè Seruium audiam dum ſic ſcribit.*Magnum,ne putemus lunarem eſſe, propterea dixit:Antiqui enim tempora ſideribus computabant,& dixerunt primò lunarem annum triginta dierum:Vnde inuenitur in aliquibus vita nongentorum annorum,ſcilicet lunarium. Poſtea ſolſtitialis repertus eſt:qui XII.continet menſes.Mox maiore cura magnum annum eſſe voluerunt omnibus planetis in eundem recurrentibus locum.& hoc fit,vt diximus,ſecundum Ciceronis Hortenſium,poſt annos XII millia nongentos quinquaginta quatuor,ſolſtitiales ſcilicet.Benè ergo nunc magnum addidit: ne lunarem intelligeremus. Benè ſolis nomen, ne quia dixerat magnum,illum in Planetarum acciperemus: de quo varia & a Mentore,& ab Eudoxo,& a Ptolomeo,& ab ipſo Tullio.Nã in libris de Deorum Natura,tria millia annorũ dicit magnum annũ tenere. Poſſumus tamen accipere Troianos ibi annum duodecim menſium feciſſe.*ſic eruditus Grãmaticus.tametſi ꝙ ait in aliquibus inueniri vitam nongẽtorum annorum,ſcilicet lunarium,pueriliter labitur.nam in ſacris literis & in Ioſepho,dũ nongentorum annorum hominès proferuntur. anni ſolares intelliguntur: itaut menſes etiam interim nominentur quibus anni explebantur illi.etſi enim fortaſſe nõ adamuſſim ſolaribus hiſce noſtris reſponderent quòd menſes lunari planè orbe conflarent, ac ſummatim nondum perfecta anni ratio apud eos eſſet conſtituta, aut certè paulò aliter ſe haberet quàm noſtra, ad ſolarem tamen annum fermè noſtrum accedebant. Vt omittam futurũ fuiſſe.vt iſti qui ad nongentos annos perueniſſe dicerentur, parum exceſſiſſent ſexageſimum annum, ſi anni menſtrui erant,& ad lunæ curſum numerabantur, quæ ſuũ
618 illa orbem octo,& viginti fermè diebus abſoluit. Rectè etiam ſcribit hoc in loco Macrobius qui Seruium non nihil ſecutus eſt,menſis,lunæ annus eſt, intra quem Cœli ambitũ luſtrat.*Nam & a Luna menſis dicitur,quia Græco nomine luna μήνη vocatur:Virgilius ad diſcretionẽ lunaris anni,qui breuis eſt, annum,qui Solis curſu efficitur,ſignificare voluit,dum magnum appellauit, comparatione ſcilicet lunaris. Nam curſus quidem Veneris, atque Mercurij penè par ſoli eſt. Martis verò annus ferè biennium tenet:tanto enim tempore Cælum circumit.Iouis autem ſtella duodecim, & Saturni triginta annos in eâdem circumitione conſumit.*ſic Macrobius.Sed his omiſſis, illud egregiè ad anni veluti naturam & cauſas vnde gignitur,pertinet declarandum & deſcribendũ, quòd ait ſolem circumuolui magnum annum.nam ab Ethymologia ferè ducitur deſcriptio,cum annus quaſi annulus,hoc eſt rotundus,ſit;& in ſe redeat:& ideo libro v.canit

Annuus exactis completur menſibus orbis,

& clariùs in II.Georgicorum

Atque in ſe ſua per veſtigia voluitur annus.

Itaque

Itaque acutè Aegyptii, quippe qui animaduerterent annum ac tempus vniuerſum, quoniam cum cœlo reuoluitur, in circulum obire, & in ſe reuerti, tempus ſerpente deſignabant, qui in gyrum conuerſus caudam extremam ore apprehenderet, quapropter iure etiam, & dies & menſis, & annus (idem tu de luſtris, ſæculis ac de toto æuo dixeris) verti, vnde etiam annus vertens quod ad idem caput redeat, dicitur paſſim. Nam verè ne dicatur magnum quoque annum habere id quod ſignificat Seruius, ac Plato multò antea & Marcus Tullius, Mathematicos quoſdam ſecuti, ſcripſiſſe viſi sũt, vt ſigna omnia in idẽ reuocet punctũ, non eſt huius loci diſſerere. Nos de hac quoque re (vt dicere cœperam) egimus in Platonis Timæo. & in Scipionis ſomnio. An verò Aeneas interim hyemarit, 619
an rurſus integro anno ibi fuerit quemadmodum ſuſpicari videtur Seruius, nõ facilè exprimitur: tametſi crediderim hyemaſſe tantùm; idque vel quia alioquin temerè ibi feciſſet longius, ac tempus conſumpſiſſet cum in Italiam erat properandum, tum quia facilè à Mercurio & Dijs reprehenſus eſſet talis tantaéque cunctationis. certè dum apud Didonẽ cunctatur, acriter huiuſce reprehenditur tarditatis. denique cum illud interponitur.

Et Glacialis hyems Aquilonibus aſperat vndas;

videtur interpoſitum vt intelligatur hyemem ſuperueniſſe ac propterea vt tranſigeretur expectaſſe, quare tantiſper dum tranſiret hyems Aeneas ſe ſe paraſſet ad nauigandum, & extrema hyeme Clypeo (de quo mox dicemus) pro templi foribus affixo, conſcendiſſet. Commode verò hyeme Sol circum volueret, atque adeo clauderet annũ, quia ab ineunte vere, a pleríſque, præſertim Aſtrologis, ducitur anni initium mirificè verò hyemis naturam exprimit atque adeò ante oculos ponit Virgilius dum ait

Et glacialis hyems Aquilonibus aſperat vndas:

Plures enim hyemis deſignat vel effectus vel affectiones quàm proferat verba. At quid interim Aeneas? ſubdit id è veſtigio

Ære cauo clypeum, magni geſtamen Abantis
Poſtibus aduerſis figo, & rem carmine ſigno
(Æneas hæc de Danais victoribus arma)

quo in loco dum clypeum atque illum ex hoſte, eóque corporis mole, fortaſſe etiam robore & fortitudine, apud Græcos inclyto, ſuſpendit poſtibus, argutè addit aduerſis, vt non modò obiectas ſed tacitè hoſtiles ſignificet poſtes. & ideo rem carmine ſignans ſubdit

Æneas hæc de Danais victoribus arma:

quod ſanè elogium nobile videri poteſt vel quia miræ eſt elegantiæ & ſignificãtiſſimum vel quia vetuſtatem redolet quæ plurimùm affert. dignitatis. (tales enim erant antiquæ Græcorum inſcriptiones, illa Athenienſes a Corinthijs, & altera Braſides & Acanthij de Athenienſibus) vel quia Danaos etiam victores ſugillat, quemadmodum illud *Victoréſque cadunt Danai* & ironiæ irridet: vel quia ſuam fortitudinem egregiè (etſi tacitè ac modeſtè (commendat: vel quia ipſorum Græcorum clypeum, atque hunc illis in bello ereptum, præfigebat: vel quia futuræ vindictæ, & victoriæ quam ex Græcis ſumpturi aut relaturi erant, omen videri poterat; quod omen impletum eſt, cũ ſiue Mummius, ſiue Flaminius, ſiue Paulus Aemilius, ſiue denique Auguſtus victoriæ ſigna, & monumenta extulit inter Græcos. Interim, ſi coniectura vti licet; crediderim Aeneam dum ait *magni geſtamen Abantis* ſe aduerſis poſtibus fixiſſe Clypeum, atque Elogio rem ſignaſſe illo 620

Æneas hæc de Danais victoribus arma.

in ea ſpectaſſe quæ Didoni item narrauerat in ſecundo libro dũ per noctem ipſe Aeneas cum ſocijs quibuſdam, ſtrage de hoſtibus nonnullis edita, horum inſignia & clypeos ij ſibi aptarunt, vbi *arma* (inquit) *dabunt ipſi.* itaque clypeus qui interim figitur poſtibus, dicitur *magni geſtamen Abantis* quia non modò Græco more eſſet elaboratus, verùm etiam nomen Abantis, alicuius Græci tamen & hoſtis, referret. certè in 10. Abantem quemdam rurſus profert ex Arcadia atque hoſtem; itaut non inuſitatum eſſet Græcis nomen Abantis. ſic ſanè egregiè illud adderetur. *Hæc de Danais victoribus arma*: vt ſcilicet Græci deinde per otium id agnoſcerent: vel Abantem Troianum intelligit, qui quoniam erat Aeneæ ſocius, ac facilè ex iis vnus qui Græcorum arma & clypeum ea nocte induit, fortè Græcum clypeum geſtabat, quem Aeneas poſtibus illis interim figendum curauit. atque Abas hic dux vnius fuit nauis: itaut ſi non ob corporis molem ſaltem ob fortitudinem ac virtutem appelletur magnus.

Lin-

Digitized by Google

Linquere tum portus iubeo & conſidere tranſtris:
Certatim ſocij feriunt mare,& æquora verrunt,
Protinus aërias Phæacum abſcondimus arces,
Líttoraque Epiri legimus;portúque ſubimus
Chaonio, & celſam Buthroti aſcendimus vrbem

Tametſi paulò ante dixerit

Anchora de prora iacitur,ſtant littore puppes:

conſtat tamen portum ſubijſſe,cum portus nunc linquant;& ſanè cum Actium interiùs ſit portuoſum, Aeneas verò hyemauerit,quis non portum ſubijſſe iudicet?imò verò cum hyemantes ſubducerent naues,longè veriſimile eſt naues hyematuros Troianos ſubduxiſſe,& diſceſſuros in portum deduxiſſe,quemadmodum ſupra feciſſe compertum eſt, cum peruenïſſent in Cretam. Tametſi id reticetur in præſens,quòd de hoc more ſemel nos ad-
621 monuiſſe ſit ſatis. Cum verò remiges certatim ſecarẽt fluctus & alacriter nauigarẽt, protinus Phæacum Vrbem, Corcyram inquam, prætervecti ſunt: quam tamen aërias arces appellat quòd ob altitudinem non tam humi fixa quam aëre impendere videatur,ſed cur has,inquit,abſcõdimus arces?vt hinc tum celeritatem deſignet, qua ſeu validis Noti flatibus,ſeu remigum induſtria,vel vtrorumque opera, Corcyram prætervecti eſſent, tũ orationem variet ac nouo dicendi genere illuſtret:cũ enim dixiſſet ſoluimus,vela damus,linquimus,effugimus,& id genus alia quæ vſitata ſatis ac trita ſunt, placuit nouo dicendi genere vel certè minùs vſitato,idem exprimere. Quod tamen huc aptiſſimè cadit: vbi tanta celeritate legitur Corcyræ littus,vt vix aperiatur,itaut tanquam abſcondi videatur vrbs illa. Sic adoleſcentia apud Senecam dicitur pueritiam abſcondere,virilis ætas adoleſcentiã, ætas reliqua anteactam vitam,vt celeritas vitæ deſcribatur, & quam ſit fluxa humana ætas. ſic Lucianus *ἀπεκρύψαμεν αὐτοὺς abſcondimus illos, quod eſt eorum euaſimus proſpectum*; ac fortè ex Platone qui *ἀποκρύψαντας γῆν* abſcõdere terram,dixit in Protagora, pro terram defugere. Rectè verò ait legimus Epiri littora non Epirum, quòd alioquin montoſa eſt Epirus & in continentem funditur. Dum verò Epiri radunt littus, extremam eius oram apprehendunt, Portum Chaonium ſubeuntes:atque hinc, deſcenſione facta, Buthrotum petunt,quod Oppidum portui imminebat. Eleganter verò Buthroti, inquit, Vrbem, pro Buthrotum: ſic Vrbem Patauí pro Patauio, Fontem Timaui pro Timauo, Riuum Xanthi pro Xantho ipſo.

Part. 33. Hîc incredibilis rerum fama occupat aures,
Priamidem Helenum Graias regnare per vrbes,
Coniugio Aeacidæ Pyrrhi ſceptríſque potitum,
Et patrio Andromachen iterum ceſſiſſe marito:
Obſtupui:miróque incenſum pectus amore
Compellare virum,& caſus cognoſcere tantos,
Progredior portu,claſſes,& littora linquens.

Buthrotum cum perueniſſet, vel certè iam iam accederet Aeneas, ecce tibi, rem admirabilem, audit, quæque incredibilis planè videri poſſit:nimirum, Helenum Priami filiũ vnà cum Andromache, quæ Hectoris fuerat coniux, Vrbi illi, quin alijs etiam multis, imperare;ita vt Helenus tum in Pyrrhi cõiugium ſucceſſiſſet,eius vxorem Andromachẽ
622 ducens in matrimonium,tum eiuſdem Pyrrhi ſceptris & Regno potitus eſſet. Et ſanè Helenum,hoc eſt Paridis,qui Helenam rapuiſſet, fratrem, quíque a Pyrrho ſuperbiſſimo adoleſcente per vim è Troia abductus erat mancipium, Pyrrhi connubio gaudere, admirabile;at inter Græcos regnare ac multis vrbibus imperare,imò Pyrrhi ipſius regno potitum eſſe,incredibile videri poterat:itaut iurè ſe obſtupuiſſe dicat Aeneas. Hîc tamen illud etiam mirum videri poſſit rem talem ac tantam,quæque non potuiſſet non longè ac latè percrebuiſſe,& ad Aeneæ aures perueniſſe,hîc primùm ab Aenea audiri, cũ Buthrotum iam iam ſubiret:præſertim verò quia longè imprudens fuiſſet Aeneas, niſi de incolis,& locorum dominis diligenter quæſiſſet antequam illac deſcenderet aut appelleret. Dubitatur

quid

Digitized by Google

quid plura?a Græcis,hoc eſt ab hoſtibus, colebatur ea regio vniuerſa: imprudentiſſimus igitur fuiſſet,niſi, antequam in Epirum nauigaret aut ſaltem deſcenderet, exploraſſet regionis ſtatum & incolas; tantùm abeſt vt Buthrotum, hoc eſt ad Pyrrhi infenſiſſimi hoſtis regiam,fuiſſet properandum. & tamen ſignificat Aeneas tum demum ſe audiſſe Pyrrho in regnum ſucceſſiſſe Helenum;cum iàm iàm illuc aſcenderet:certè cum dixiſſet

—— celſam Buthroti aſcendimus vrbem;

è veſtigio pergebat

Hic incredibilis rerum fama occupat aures,
Priamiden Helenum Graias regnare per Vrbes,
Coniugio Aeacidæ Pyrrhi,ſceptriſque potitum,
Et patrio Andromachen iterum ceſſiſſe marito.

Denique huc non tempeſtate vehebatur,ita ut tempeſtati atque adeò neceſſitati hoc acceptum referri poſſit,ſed voluntate, aſcendit. Ex quo fit vt vel quia regionis illius dominos non antea exploraret, vel quia Buthrotum ac Pyrrhi vrbem temerè aſcenderit,imprudētiæ notari poſſit. Ergo Donatus hunc locum cùm explicaret, quaſi hanc dubitationem perſenſiſſet,ſic ſcriptum reliquit.*Ad hunc* (inquit) *Aeneas veniens locum loquente fama percepi, quæ tamdiu nō putaui eſſe credenda quamdiu hæc rebus ipſis,& meis oculis comprobaſſem.* hæc Donatus;quibus(etſi mendoſus fortaſſe eſt locus) vel confirmat Aeneam Buthroti hæc audiſſe,vel certè indicat non omnino temerè huc aſcendiſſe, quòd iam antea Helenum regnare audiſſet; Sed hæc explicatio vel non tollit dubitationem, vel cum verbis pugnat, cum dicat Aeneas ſe Buthroti aſcendiſſe vrbem,& mox addat,

Reſpondetur ex Donato. 613

Hic incredibilis rerum fama occupat aures,

& quæ ſequuntur. Neque verò eſt quod interim Buthrotum pro eius regione vſurpemus,quaſi verò Buthrotini agri fines ingrediens ea fama ad eius aures peruenerit, nam ait Buthroti aſcendimus vrbem:& hic ſe eam famam excepiſſe ſubijcit. Sed citra omnem dubitationem ea verba

—— celſam Buthroti aſcendimus vrbem,

Authoris reſponſio.

per anticipationem quæ Hiſtoricis ac Poëtis non inuſitata eſt,proferuntur cum enim audita fama illa pergat Aeneas.

Obſtupui:miróque incenſum pectus amore
Compellare virum,& caſus cognoſcere tantos,
Progredior portu,claſſes & littora linquens;

neceſſe eſt vt priùs id cognouerit quàm Buthrotum aſcēderit:cum hac fama, & auditione commotus Buthrotum contenderit:vt propterea nemini dubium eſſe poſſit,quin per anticipationem ea verba proferantur. id quod Virgilio facilè contigit, quod cum hanc nauigationem & iter deſcriberet canens,

Protinus aërias Phæacum abſcondimus arces,
Littoraque Epiri legimus:portúque ſubimus
Chaonio ——

Buthroti aſcēſum(quoniam a Chorographia & locorum illorum commemoratione ad Heleni Hiſtoriam deſcendere decreuerat) cum Chaonii portus ingreſſu coniungere placeret,ne ad Topographiam aut itineris deſcriptionem ob vnum Buthrotum redeundum eſſet.Nec mirum haud timuiſſe portum illum ſubire,cum inſtructa claſſe ſubiret ac multo milite, & portus ipſe abeſſet ab Vrbe, faciléque animaduerteret (neque enim diſtincta omnia ſuggerunt Poëtæ, quæ intellectu facilia ſunt aliorum iudicio committentes) ſibi integrum eſſe inde diſcedere vbi fortè hoſtium aduentaſſet multitudo. Potiùs requirēda eſſet Poëtæ induſtria dum portum,qui vrbi adiacet,non cuſtoditum offert nauigantibus; hoc enim Regi ac Principi imprudentiæ vertendum eſſet. ſed fortaſſe haud erat cur Helenus ſuſpicaretur aut pertimeſceret maritimas iniurias celſo illo vrbis in loco, quemadmodum Carthaginienſes verebantur nouo Regno nec dum ſatis conſtituto: neque inauditū eſt ut portus aliqui nauigantibus liberi ac tuti permittantur. ita quidem geminam illam imprudentiæ notam,quæ in Aeneæ aut Poëtæ obrepſerat nomē,ſatis,ut opinor,diluimus. 614

Dubitatur.

Illud tamen interim me hærentem habet magis, quòd uideri poſſet Virgilius in anacroniſmum incidiſſe,uel certè annorum rationem diſſimulaſſe,ac temporis quod inter Aeneæ nauigationem & Heleni regnum interceſſit.nam(vt omittam ab Euſebio Pyrrhi cædem ad annum circiter vigeſimum poſt Ilij excidium referri) reuera ex Iuſtino conſtat Helenum

Digitized by Google

Helenum multò poſt ſucceſſiſſe Pyrrho quàm Aeneas in Italiam nauigaturus, fretum traiecerit. denique Pyrrhum poſteaquam è Troia rediſſet, quod non breuis temporis interuallo factum ſignificat Andromache, dum ait

Nos Patria incenſa, diuerſa per æquora vectæ,

Buthroti conſediſſe primùm, deinde verò Lanuſtam ſiue Anaſam Herculis Neptẽ rapuiſſe, & octo liberos ex hac ſuſcepiſſe, quin filias cũ finitimis Regibus in matrimoniũ collocaſſe, & tandẽ ab Oreſte occiſũ eſſe, ſcribit Iuſtinus: itaut cũ quarto fermè anno poſt Troiam captã eò (ſi Virgiliũ audias) prӕternauigauerit Aeneas, nullo modo Helenũ regnantẽ offendere potuerit. Neq. verò ſuſpicari licet Pyrrhũ multò ante mortẽ Heleno Chaoniũ regnum aut Buthrotũ ceſſiſſe: nã Iuſtinus paulò ante necẽ, Virgilius poſt necẽ ſignificat
Helenum Pyrrho in Regnũ ſucceſſiſſe. ſed clauſula hæc ſit, vel meliore hiſtorico vſũ eſſe *Reſponde-*
Virgiliũ: vel certè vſq; adeò exiguã temporis inconſtantiã ægrè ad anacroniſmũ reuoca- *tur.*
ri: vel ſi reuocetur, ita vt quæ multò pòſt Heleno fœliciter in Epiro contigere, in quartum vel quintũ annũ retulerit in quo Aeneas ad eũ acceſſit, facilè condonandũ eſſe Poëtæ. cer
625 tè alter de quo in I. libro anacroniſmus quiſq. excitauit multos interpretes, grauis videri poterat: hic leuiſſimus, quémq. propterea hactenus agnouerit nemo, vt omittã videri Virgilio aſtipulari Halicarnaſſeũ: qui libro I. Aeneã cum Heleno congreſſum in Epiro ſcribit: tametſi quarto poſt diſceſſum anno id Aeneæ contigiſſe (hoc.n. caput eſt) nõ planè iudicat. Atq. ex hoc ipſo Heleni dominatu argumentũ duxit Dio Chryſoſtomus, qui in oratione II. pugnat Græcos nõ victores, ſed oĩno profligatos, & victos Ilio profugiſſe, nõ Antenorẽ, Aeneã Helenũ obtẽdit, quorũ primus Henetã orã, alter Latiũ, poſtremus Pyrrhi regnũ, tenuiſſet. Tametſi id Oratori, pſertim auitæ gẽtis ſtudioſo, largiendũ eſt, aut ſaltẽ ignoſcendũ. nã alioquin ante huius ætatẽ (floruit.n. Neruæ Cæſaris ſæculo) nemo id aſſeuerauit vnquã: vt cũ quindecim ætates lapſæ eſſent, incredibile ſit Dionis cõmẽtum. ſed ad penſum. Ergo cũ audiſſet Aeneas Helenũ regnare Graias per vrbes (non oẽs tñ intelligendæ ſunt, ſed quæ ad Chaoniũ regnũ pertinerent) & Pyrrhi cõnubio eſſe potitũ, ac propterea Patrio marito nuptã eſſe Andromachen (patrio inquã, quia cũ Hectori nupſiſſet, Iliíq. diù verſata eſſet, Troiana cenſeri poterat, & à mariti patria nũcupari: alioquin Thebana erat) obſtupuit ac mira cupiditate incẽſus, nihil potiùs habuit quàm vt Helenũ adiret alloquerethúrq. & talẽ ac tantã rerũ viciſſitudinẽ agnoſceret. itaq. diſcedit a portu, claſſem relinquit & littora, vrbémque, quoniam edito loco ſita erat, aſcendit. Quanquam antequam vrbem ingrederetur, in Andromachen incidit & ideo pergit.

Par. 34. Solemnes tum fortè dapes, & triſtia dona,
Ante vrbem in luco, falſi Simoentis ad vndam
Libabat cineri Andromache, manéſque vocabat,
Hectoreum ad tumulum; viridi quem ceſpite inanem,
Et geminas, cauſam lacrymis, ſacrauerat aras.

Piã & beneuolentiæ plenam deſcribit vxorẽ, quæ mariti, etſi iamdiu mortui, gratã memoriã conſeruaret, eidémq; interim quæ poſſet amoris ac pietatis officia perſolueret. quod ſanè tantò magis Andromache tribuendũ eſt laudi, quòd iã ſemel atq. iterũ nuptias repe-
626 tiuerat, atque harum ope ad regiam dignitatẽ perſeuerat. Ergo ſolemnes dapes & mæſta dona Hectoris cineri libabat & ſacrificabat ante vrbẽ in luco ſecus Simoëntis falſi (Iliaci enim referebat quidẽ imaginem quãdã, verus non erat) ripas & vndas. ſolemnes verò ait, vt doceat non profanas fuiſſe, & communes, ſed ſacras: dapes.n. (Seruij, & Vallæ pace) omne genus epularũ ſignificant, itaut auium quoque rapinas quin infandos cibos continere poſſint: atque hinc Horatius ——*Non Siculæ dapes Dulcem elaborarunt ſaporem,* de ſuperbis epulis ac nimis exquiſitis, ſed profanis tamen, dixit: &, egit amor dapis de Aquila: ac Virgilius de Harpyjs *Diripiũtque dapes.*—— quæ tamen communes erant. Denique Tragici Atrei & Thyeſtis dapes commemorant, quas ſceleratas appellant, Virgilius etiam rurſus infame & ſceleratum Philomelæ conuiuium, quod ex liberis conſtaret, dapes appellare non dubitauit. cum caneret

Quas illi Philomela dapes, quæ dona pararit.

Cineri verò ait, non quidem præſenti ſed abſenti: nã idcirco tumulũ appellabit inanẽ. itaq. cœnotaphiũ erit potiùs quàm ſepulchrum. cur verò antè vrbem & in luco? ea ſcilicet de

Digitized by Google

cauſa quòd crederent manes ſeu ſuperſtites mortuorum animas in lucis quos manibus conſecraſſent, demorari: & ideò —— *Lucis habitamus opacis*
inquit in VI. & ſupra —— *ſtant manibus aræ.*
quas tamen in ſylua, vbi portentū occurrerat, excitauit. & hac de cauſa lucos, quippe ſacros, ferro temerare nefas erat. hinc nemus cæduus, lucus incæduus, ille profanus, hic ſacer habebatur. Dum igitur hoc pietatis officium perſolueret Andromache ad tumulū, manes vocabat, inferos. ſ. Deos, vt eſſent Hectori propitij, vel certè ipſius quoque Hectoris manes, ac fortaſſe hos vnos intelligit, quos & diuinos auguratur, & adeſſe cupit ſacrificio, & vxoris pietatem non aſpernari. vt verò conſtet qualis eſſet tumulus, pergit,

—— viridi quem ceſpite inanem, 617

Et geminas, cauſam lachrymis, ſacrauerat aras. quibus ſatis declarat tumulum caruiſſe Hectoris cinere, nam propterea inanis vocatur. itaut cœnotaphiū eſſet & adūbratū ſepulchrū, vel (vt honeſtiore vocabulo, quod aliqui faciunt. appelletur) honorariū. certè Suetonius cū Germanico tumulū extructū cōmemoret, hunc honorarium idcirco appellauit, quia cū corpus Romā tranſmiſſū eſſet tumulus vacuus eſſet. hinc tumulus, ſi reliquiæ adſint, ſepulchrū; ſi abſint, cœnotaphiū. meritò appellare liceat. Cur verò geminas aras excitauit Andromache? vnā, inqt Seruius, marito; filio, Aſthyanacti. ſ. alterā. Sed cū tumulū appellauerit Hectoreū, & de Aſthyanacte ne verbū quidem, vereor vt Seruio aſſentiam. idémque dixerim dum ſubijcit vel certè aras dici, quòd inferi pari numero gaudeant, ſuperi contrà impari. nam quemadmodum legimus

—— en quattuor aras,

Ecce duas tibi Daphni, duóque altaria Phœbo;

& rurſus —— *ſtant manibus aræ.* —— & libro V.

—— mæſtáſque ſacrauimus aras, cum de Anchiſe loqueretur cui iuſta perſoluerent, ita aras paſſim cæleſtibus etiā legimus attributas. denique aræ anſæ priùs dicebantur, teſte Varrone; quæ & multitudinis numero magis gaudent ſi propriè vſurpētur, & verè in ſacrificijs hinc inde manibus tenebantur. hinc Virgilius, 628

Talibus orantem dictis, aráſque tenentem. Vt propterea verear magnopere ne argutè potiùs quàm verè locū explicet Seruius: alioquin dū illud vulgò vſurpatur ac celebratur, Amicus vſq. ad aras (nā μέχρι βωμῶν *vſq. ad aras*, qui primus vſurpauit Pericles, multitudinis numero pronūciauit) aræ & multæ & Manib. cōſecratæ, intelligēdæ eſſent, cū tn̄ more maiorū aræ pro ara vſurpētur, ꝙ (vt dicebā) ab anſis profectæ eſſent. Nā ſi dicas ab ἀρεῖν, ꝙ eſt precibus, aras deriuari, quia. ſ. precibus dicatæ ſint, eodē ferè modo multitudinis noīe gauderet, cū ἀρὰς frequētiùs inueniamus. Crediderim igitur aras, pro ara vſurpaſſe ferè more maiorū, vel etiā verè ſplendidioris pōpæ cauſa (id ꝙ non inuſitatum erat) duas Andromachen excitaſſe Hectori aras: heros enim ille non communi funere ſed ſplendidiſſimo dignus erat. eodémque nomine, aut ego magnopere fallor; cecinit Virgilius

Eclo ga. 5. *—— en quattuor aras.* *Ecce duas tibi Daphni: duóque altaria Phœbo.*

intelligebat enim Iulium Cæſarem aut alium, cui plurimum tribueret, virum: fortaſſe etiam per Phœbum, cui duo item altaria conſecrat, Auguſtum.

Sed cur interpoſuit *cauſam lachrymis*, dum caneret,

Et geminas, cauſam lachrymis, ſacrauerat aras?

ſanè locus ſpinoſus eſt & pdifficilis. An igitur hinc tacitè indicat otioſas fuiſſe, nec niſi cauſā lachrymis attuliſſe? minimè verò: ſiquidē alibi aras excitat & iuſta pſoluit Aeneas, ſignificās Manibus ea piè (quantū quidē opinabatur) ac ſāctè ſacrari: nec decuiſſet Aeneā ipſū, quē pietate inſignē facit, talia de Manibus, mortuis, & ſacrificijs effari, quib. impiū veriùs quàm piū ſe ſe oſtenderet. An ergo lachrymis cū Aſcēſio legendū, quaſi tacitè violentam vtriuſq. (Hectoris inquā & Aſthyanactis) mortē deploraret? ne id quidē: niſi enim cōſtet duas aras de induſtria propter Hectorem & Aſthyanactē excitatas (deiectus hic fuerat de muro ab Vlyſſe) ægrè oſtēdas geminas aras dici cauſā lachrymis pp vtraq. necē vt omittā potiùs geminā cauſā dicendū fuiſſe, vt Aſthyanactes quoq. deſignaretur, quàm, *cauſā lachrymis*. Denique quod ſcribit Donatus, *Illic enim conſtituerat inanem, hoc eſt ſine funere hominis, tumulum propter lachrymarum cauſam, ut quaſi aduerſa in mariti memoriam pergens occaſionem flendi haberet*, mihi quidem, quoniam ob aras, non ob tumulum ea interponit verba, nullo modo ſatisfacit. Suſpicor igitur inter geminas aras interpoſuiſſe *cauſam lachrymis*, vt quemadmodum tanto viro, hoc eſt fortiſſimo & nobiliſſimo, quémque mirificè 629

adhuc

Digitized by Google

adhuc diligeret, geminas aras erexerat; ita iiſdem de cauſis factũ eſſe indicaret, ut vel poſt tertias nuptias, funebrem pompam & luctuoſam inſtauraret, & a lacrymis nondum temperaret, obſcuri igitur loci ſententia, ſi me audias, hæc eſt; Andromachen, etſi poſt Hectoris nuptias, ſecundas & tertias obijſſet, adhuc tamen ſolemnes dapes & cœleſtia dona libaſſe Hectori; quin ob Herois præſtantiam & quo illum proſequebatur, amorem, duas aras in funere ac tumulo, etſi alioquin inani, excitaſſe: & has ab illius lacrymis eſſe profectas. Hanc germanam loci ſententiam exiſtimo. Et tamen ſi tam Aſtyanactis quàm Hectoris cauſa aras excitaſſet, nec vnius Hectoris gratia excitatas dixiſset, ſed cuiq. propriã attribuiſſet, Poëtæ induſtriã magis adhuc & magis cõmendarẽ: neque.n. minor erga filiũ; vnicũ p̄ſertim, Regiũ, & eximiæ indolis, declarare debuit pietatẽ, quàm erga maritũ. Denique pia mater erat perinde ac pia vxor: Sed ad Andromachẽ redeo totus, de qua ſtatim Aeneas.

Part.35 Vt me conſpexit venientem, & Troia circum
Arma amens vidit, magnis exterrita monſtris,
Diriguit viſu in medio: calor oſſa reliquit:
630 Labitur, & longo vix tandem tempore fatur.

Defecit pia mulier, & in deliquium incidit cum repentè Aeneã ac Troianos aduentantes atq. adeò præſentes, conſpexerit: id quod illi accidit uel quia repẽtini caſus & inſperati uehementer afficiunt atq. percellunt; uel quia in ſũma lætitia, qualẽ Aeneæ & Troianorum aſpectus afferre poterat, ſanguis a corde ad extremas partes funditur & dilatatur, itaut uitæ quaſi arcẽ deſerat unde facilè deliquiũ ſequitur: uel quia, ut fœminæ meticuloſæ ſunt & ſuſpicioſæ, uereretur ne Troiani umbræ eſsent quæ interim in funere illi occurrerent. quis enim Troianos ibi, hoc eſt inter Græcos & in Græco ſolo, repentè affuturos ſuſpicatus eſset? ſed clauſula hæc ſit: Andromachẽ, quippe fœminã & timidã, repentino Troianorũ aduentu quaſi monſtro (id quod mox ferè conſtabit planiùs) perterritã corruiſse: tamet ſi cũ timore ingentẽ admirationẽ, unde ſtupor ſecutus ſit, permiſtã fuiſse crediderim. & hinc eſt ut ſtatim ac ſe tantiſper collegit & loqui potuit, ſtupore adhuc plena uerba protulerit. Quo in loco ita eleganter rẽ deſcribit Poëta, ut diriguiſse & defeciſse oſtendat: Mihi certè uideor eam deficientẽ nõ tam audire quàm oculis ipſis cernere. Quapropter nõ ineleganter fortaſse Homerus Penelopen inducit q̃ ad triſtẽ Telemachi nũtiũ cõſternatur.

Huius illic ſoluta ſunt genua, & amicum pectus
Diu ipſam ſilentium verborum capit. ipſius verò oculi
Lachrymis impleti ſunt, tenella autem ei detenta eſt vox:
Tandem verò ipſum verbis excipiens allocuta eſt.

inquit Poëta: ſed tamen & paucioribus (ne uerbis abundare uideretur) & pleniùs rem poſuit ante oculos Poëta noſter. Sed quia Andromache tantiſper collegit uires & animum, ita ut loqui poſſit, agedum eam audiamus.

Par.36. Vérane te facies, verus mihi nuntius affers?
Nate Dea? viuis ne, aut, ſi lux alma receſſit,
Hector vbi eſt?

Cur defeciſset hîc quoque indicat: nam ſe timuiſse ſignificat ne Aneææ umbra (hãc enim demortuo attribuere ſolebant) ueriùs adeſset quàm Aeneas: & ideò quærit, num uiueret, an uerò mortuus eſset. quanquam cum quæſiſset num uiueret, non continuò mortis intulit mentionem, ſed eleganter & quaſi præteriens, eam deſcripſit, pergens,

631 —— *aut ſi lux almà receſſit Hector vbi eſt?* —— quod fecit, opinor, ad malũ omẽ uitandũ, & mortem minùs tetris ſiue ominoſis uerbis deſignãdã: tametſi reuera ijs uerbis & percunctationib. nõ leuiter indicat ſe ſuſpicari Aeneã eſse mortuum, ac tantùm umbram adeſſe & propterea de Hectore vbi ſit ſciſcitatur. cum verò Hectorem nominaſſet, ecce tibi in lacrymas incidit, & gemitus fudit, omnémque impleuit clamore locum in quo congreſſi fuerant: itaque pergit Aeneas,

Par.37. —— Dixit, lachrymáſque effudit, & omnem
Impleuit clamore locum. Vix pauca furenti
Subijcio, & raris turbatus vocibus hiſco.

Bb 2 Ita

Ita quidem illa: Aeneas contrà de ſe pauca: præſertim quod ipſe etiam dolore, ſeu perturbatione & affectu impediretur: hoc enim indicat *vix pauca & raris vocibus* idem *turbatus*, & *hiſco*: quod ſummatim eſt vix os aperire mihi licet, tantum abeſt vt multis eam alloqui poſſim. atque ea ſanè profert vt tum ſe viuum confirmet, tum maximè vt è contrario de mulieris fortuna doceatur. pergitur igitur.

Partic. 38.

Viuo equidem, vitámque extrema per omnia duco:
Ne dubita: nam vera vides.
Heu quis te caſus deiectam coniuge tanto
Excipit? aut quæ digna ſatis fortuna reuiſit?
Hectoris, Andromache, Pyrrhíne connubia ſeruas?
Deiecit vultum, & demiſſa voce locuta eſt.

Quibus turbatus quidem, vix vt verba formare poſſit, ſed aſſeueranter tamen; præſertim vt ad meliorem mentem reuocet Andromachen, ac terrorem illius ſedet ac lacrymas; ſe viuum declarat: tum continenter egregia de Hectore illius viro menti one facta & nobili coniugio, prouocat illam ad commemorandos ſuos caſus, & proinde quî factum vt Heleni vxor & Chaonia regina eſſet: itaque illa (inquit Aeneas)

Deiecit vultum & demiſſa voce locuta eſt.

vultum verò deiecit vt honeſtæ fœminæ modeſtiam exprimeret. *ſic etiam Dido vultum demiſſa profatur* dum Ilioneo & Troianis reſpondet. Quanquam fortaſſe vultum deijcit pudoris & mœſtitiæ cauſa, quòd ſe tanti coniugis fœlicitate deiectam & audiſſet, & fateretur. ſic Lucretia deſcribitur ab Halicarnaſſeo, cum a Sex. Tarquinio vim paſſa eſſet. *Demiſit vultum, cogitabunda, & præ mærore*, inquit ille. & iiſdem de cauſis, loquitur demiſſa voce, 631
ut modeſtiam item muliebrem ſimúlque pudorem ac mœrorem referat. Quanquam id à Poëta ea etiam de cauſa, opinor, interponitur, ut conſtet metum quoque abieciſſe & animum compoſuiſſe: quæ enim paulò antè conciderat metu, ita ut fari nequiret, nunc ad luculentam ſe ſe confert narrationem: & quæ omnem clamore implebat locum, nũc moderata voce orationem orditur. Priùs tamen haud ab re obſerues videri Poëtam nonnihil Euripidi hærere apud quem Oreſtes, viſa Hermione,

—— Fallor ne (inquit) *an manifeſtè video.*
Domuum Reginam hanc Menelai filiam?

cui Hermione ſtatim

Quam ſolam Tyndaris peperit mulier
Helena domi patri, nil dubita:

Vtrumque uerò imitari uiſus eſt Seneca in Hercule furente, ut enim Amphytrio, cum ſe ſe Hercules illi in conſpectum dediſſet, quaſi viuùm ne, an umbram cerneret, dubitauit,

Vtrum ne viſus vota decipiunt meos:
An ille domitor orbis, & Graium decus
Triſti ſilentem nubilo liquit domum?
Eſt ne iſte natus? membra lætitia ſtupent.
O natæ certa & vera Tebarum ſalus
Verúmne cerno corpus, an fallor tua
Deceptus vmbra? tú ne es?

quibus tandem ipſemet ſatisfacit Anphytrio, ſubijciens è veſtigiò

—— Agnoſco thoros,
Humeróſque, & alto nobilem trunco manum;

ſed Andromachen audiamus.

Partic. 39.

O fœlix vna ante alias Priameïa virgo
Hoſtilem ad tumulum Troïæ ſub mœnibus altis
Iuſſa mori; quæ ſortitus non pertulit vllos,
Nec victoris heri tetigit captiua cubile: 633

Appo-

Appoſitè ab Polyxenæ morte ducit initium, quæ ſub Troiæ mœnibus cecidiſſet, nec ſortitionem paſſa, ac proinde captiua ducta, eſſet, & indignum in modum heri cubile attigiſſet. Quæ omnia ſibi infœliciter accidiſſe indicat, cum & ſorte obtigiſſet victori Pyrrho, & captiua ab eo abducta eſſet, & pellex in cubile inducta. Quanquam num omnino hoc carmine

Nec victoris heri tetigit captiua cubile,

ſe è contrariò ſignificet pellicem inductam, explicatiùs non multò poſt. Tantùm dicam videri Andromachen non omni ex parte Polyxenæ fœlicitatem cum ſua calamitate & infœlicitate diſtinctiùs conferre, verecundiæ nimirum & modeſtiæ cauſa. Nam propterea ſubijciet ſe iuuenem ſuperbum ſeruitio tuliſſe, vt multa complectatur paucis. Atque hîc ſine dubio Euripidem rurſus imitatus eſt noſter vates: vterque enim Andromachen inducit quæ Polyxenæ mortem ſuæ anteponit calamitati, quin eam fœlicem reputat, quæ ſeruitutis iugum paſſa ſit nullum: Euripidea verba in Troadibus ex interprete hæc ſunt,

—— Naui vehar ego
In Græciam captiua ad ſeruitutis iugum?
An non minora meis habet malis
Polyxenæ mors?

Hæc apud Euripidem Andromache: altiùs tamen ſe ſe attollit Poëta noſter qui mortem ipſam fœlicitati aſcribit. ſic Aeneas dum clamaret

—— O térque quatérque beati
Quis ante ora Patrûm, Troiæ ſub mœnibus altis
Contigit oppetere ——

ſed pergamus

Nos patria incenſa, diuerſa per æquora vectæ,
Part.40. Stirpis Achillææ faſtus, iuuenémque ſuperbum,
Seruitio enixæ tulimus; qui deinde ſecutus
Ledæam Hermionem, Lacedæmonióſque hymenæos,
634 Me famulam famulóque Heleno tranſmiſit habendam.
Aſt illum, ereptæ magno inflammatus amore
Coniugis, & ſcelerum furijs agitatus Oreſtes
Excipit incautum, patriáſque obtruncat ad aras.

Exponit, ſed ſummatim & quambreuiſſimè, ſuos caſus, ac priùs qui ab incenſa Troia vſq. ad Pyrrhi necem; tum qui à Pyrrhi nece & Heleni regno, ſibi obtigiſſent. Quo in loco ſignificat primùm ſe, Troia incenſa, per varia æquora vectam eſſe antequam in Epirũ perueniret. Ex quo intelligitur non facilè potuiſſe Aeneam quarto poſt Ilium incenſum anno Andromachen iam regnantem offendere: immò verò, ſi ea recolantur quæ de ſuſcepta prole indicantur, & interea quæ breui temporis interuallo ſunt conſecuta ad hoc vſq; tempus, nullo modo fieri poteſt vt cum Andromache quarto exilij anno congredi, multò minùs tot ac tanta ab illa audire, potuerit: vt propterea hoc in loco temporis ratio non ad vnguem ſit à Virgilio requirenda. Dum verò ait ſe pertuliſſe ſaſtus ſtirpis Achilleæ, plura ſignificat, quàm exprimat: Significat enim filium non minùs faſtoſum atque adeò immitem ac ſæuũ fuiſſe quàm parentem, (ideò.n. ſtirps Achillea dicitur) vel potiùs, quoniã ſ uã illa tolerantiam tacitè exaggerat, altiùs longo illum interuallo ſuperaſſe: ſed & dum ait ſe tuliſſe faſtum, & faſtum ſtirpis Achilleæ, cum indignatione item Achillis vſurpat nomen. vt ſcilicet non minùs Achillis quàm filij acerbos ac ſæuos deſcribat mores, & verò inuidiam conflat utrique denique ea ſibi incommoda perferenda fuiſse indicat, eas deuorandas moleſtias, quæ a tali tantóque faſtu promanare ſolent, atque a toleratiſſima ſerua perferri poſsunt. Quanquam ut rem planiùs complectatur, ac pauciſſimis multa perſtringat,

—— iuuenémque ſuperbum
Seruitio enixæ tulimus —— ſubiungit

635 vbi ſi cum Donato atque alijs quibuſdam legas

Seruitio enixè tulimus

Digitized by Google

ſignificaret ſe omni conatu & contentione pertuliſſe ſuperbum iuuenem, & cum in ſeruitute degeret, nihil vel laboris vel moleſtiæ non conſtanter ſubiiſſe Pyrrho vt obſecundaret, ac tempori & neceſſitati ſeruiret. Ita quidem vel prætermiſiſſet ſuſceptam prolem, ne ſe pellicem ipſa promulgaret (& ideo videtur in reliqua narratione nullam liberorum ſeu prolis mentionem facere, cum tamen tres filios, Pauſania teſte, peperiſſet Pyrrho) vel certè hac etiã in re ſuam illa calamitatem generalibus verbis adumbraſſet. quæ enim fatetur ſe exire & omni conatu omnẽ casũ, prout ſeruitus tulit, ſubiiſſe ac pertuliſſe, hęc pellicatũ non excludit. Quòd ſi cum Seruio & alijs legas *enixæ*, ea eſſet ſententia ſe ad partum vſque pertuliſſe ſuperbam iuuenem: quibus indicaſſet etiam non genialem fuiſſe torũ, cum in ſeruitute degeret, & tamen prolem peperiſſe, cum & ſeruitutis cõditio & iuuenis ſuperbia id ſuo ferè iure exegiſſet, & hæc reuera commodior ſententia videretur. Nã præterquam quod tres filios Pyrrho genuerat (quæ tamen res maior erat quàm vt non eſſet aliquo modo attingenda,) continuò ſequitur

—— qui deinde ſecutus
Ledæam Hermionem Lacedemonióſque hymeneos,
Me famulam famulóque Heleno tranſmiſit habendam:

vbi ſignificat ſe cubili tum demum excluſam a Pyrrho, cum Hermionem duxiſſet in matrimonium. ita quidem ſeruitutem ſub iuuene ſuperbiſſimo exegit, donec is Hermionis ac Lacedæmonios Hymeneos ſecutus eſſet. Tametſi ne tum quidem ſeruitute (quãtum illa quidem ſignificare videtur) liberata eſt, cum famula famulo Heleno habenda tranſmiſſa eſt: etſi enim famula a ſerua ſic videtur diſtingui vt hæc in domini poteſtate maneat, illa non item, tamen veteres hæc nomina facilè confundebant, itaut famula nõ rarò pro ſerua vſurparetur. ſic Martialis

Argolico famulum non te ſeruire tyranno
Vidiſſent gentes ſæuaque regna pati,

de ſeruo ſine dubio cecinit. ita quidem vterque adhuc in Pyrrhi ſeruitute fuiſſet, & Helenus & Andromache: niſi tacitè manumiſſionem intelligas & famulos propriè ac ſtricto 636
iure (vt ita dixerim) vſurpes. Hîc verò non poſſum non a Seruio diſſentire qui ait Pyrrhũ morientem iuſſiſſe vt Andromache Heleno daretur. nam Virgilius ſignificat cum Hermionem adamaſſet, eam Heleno tranſmiſiſſe: necem verò poſtea ſecutam eſſe quam rem luculentè confirmat Iuſtinus his verbis. *Heleno Priami Regis filio ob induſtriam vaticinandi regnum Chaonium & Andromachen Hectoris vxorem reddidit, breuique poſt tempore Delphis inſidijs Oreſtis inter altaria Dei interijt.* hæc Iuſtinus. Quæ tamen non prohibent quominùs adhuc vterque in Pyrrhi potuerit eſſe poteſtate. præſertim ſi reuera, quod Virgilius ſignificat, Helenus Andromaches coniugio potitus eſt quidem viuente Pyrrho, regno (quicquid ſcripſerit Iuſtinus) poſt mortem tantùm. id quod multò magis contigiſſet, ſi, quod alij quidem ſcribunt; morte etiam Moloſſi Andromaches ex Pyrrho filij id ſecutum eſt, ſed ad Andromachen redeo, quæ vt conſtet qui factum ſit vt deinde ſeruitute ac famulatu liberata ſit ſimúlque Pyrrhi narret interitum, pergit è veſtigiò.

Partic.41.

Aſt illum, ereptæ magno inflammatus amore
Coniugis, & ſcelerum furijs agitatus Oreſtes,
Excipit incautum, patriáſque obtruncat ad aras.

Hiſtoria nota eſt. cum enim audiſſet Pyrrhus Hermionem, quæ ſibi deſponſata fuerat, ab Oreſte ductam in matrimonium, Lacedæmonem venit, eámque ab Oreſte abductam recepit. Oreſtes contrà Pyrrhum per inſidias Delphis ſacrificantẽ interfecit, Hermionémque recuperauit. de qua re Dictis Cretenſis, Hyginus, Paterculus, & alii. Atque hinc manauit prouerbium, Neoptolemea vltio: quia nimirũ quod ille Polity fecerat ac Priamo, id ab Oreſte paſſus eſt: ita quidem filius perinde ac pater ad Apollinis aram, (etſi non vno in loco) cecidit; quemadmodum in templis ſtragem ediderat aut aras temerarat. itaque non deſunt qui hoc in loco Apollinis aram appellent *patriam* non tam quia Apollo pater appellaretur, quàm quòd pater etiã Pyrrhi ante Apollinis arã occubuiſſet. Ad quam rem Euripides alluſerat in Oreſte cum diceret

Fatale Pyrrho eſt Delphico gladio mori; 637
Pœnas Achillis patris vt pendat mihi.

Quamuis ſi quis ob Apollinem aram dici patriã velit, non abnuerim. Denique hac in

re

re præſtat Seruiũ audire, qui (vt in Pariſino codice habetur, in vulgatis enim deſunt quã plurima) ſic ſcribit. *Patrias aras alij Achilleas intelligunt, vbi ille adorabat Apollinem, aut quòd ibi Achilles occiſus ſit, aut quòd hiſtoria loquitur Pyrrhus, occiſo patre in templo Apollinis Tymbræi reuerſus ad patriam, in numini inſultationem, in templo eius Delphico aras patri conſtituit, & illic ei cœpit ſacrificare: neque enim aut Pyrrhus, aut Apollo Delphis oriundi ſunt. Alij patrias Apollineas volunt, a Patris Achaiæ Ciuitate, in qua patrius Apollo colitur. Nec debemus quærere cur non Delphicus dixerit, quia epitheta in alieno negotio plerumque alia ponuntur, vt in quarto Italiam magnam Grineus Apollo, Italiam Lyciæ iuſſere capeſſere ſortes; cum a Delio eum tantum conſtet accepiſſe reſponſum; ſunt qui dicunt ab Aeſculapio aras Apollini ſtatutas patrias nominatas. Alij in templo Apollinis aram fuiſſe inſcriptam πατρίου Απόλλωνος; ab hoc quod Icadios Apollinis, & Nimphæ Liciæ filius, cum in adultam ætatem veniſſet, primò regionem, in qua natus erat à matre Lyciam nominauit. deinde in eam vrbem quoque Apollini condidit, ſortes & cortinam conſecrauit, &, vt illum patrẽ eſſe teſtaretur, Patora cognominauit. Inde cum Italiam peteret naufragio vexatus Delphini tergo exceptus dicitur; ac prope Parnaſum montem delatus, patri Apollini templum conſtituiſſe, & a Delphino locum Delphos appellaſſe: aras deinde Apollini tãquam patri conſecraſſe, quas ferunt vulgò patrias dictas.* Hęc Seruius, ex quibus de patriis aris quàm multa & varia proferrentur licet agnoſcere. Nunc Pyrrhi cæde expoſita, ad Helenum redit, & regni narrat adeptionem ſic pergens.

Par.41. Morte Neoptolemi, regnorum reddita ceſſit.
638 Pars Heleno; qui Chaonios cognomine campos,
Chaoniámque omnem Troiano a Chaone dixit,
Pergamaque, Iliacámque iugis hanc addidit arcem.

Ex his fortunæ commutatio intelligitur vnde ad regnum peruenit: quæ ſanè commutatio planiſſima videri poſſet vbi conſtaret quo titulo aut iure Helenus, qui alioquin eſſet mancipium, Pyrrho, hoc eſt hero, in hereditatis eaéque regiæ, partem ſucceſſiſſet: cum famulatu, quod eſt, vt magnopere ſuſpicor, ſeruitute, non antea liberatus eſſet. nam ait quidem Andromache ſe famulam famulo tranſmiſſam, ſubinde etiam Pyrrhum interfectũ, at Helenum manumiſſum non indicat. ſed de hac re paulò poſt, vbi requiremus nũ Andromache vxor eſſet an pellex ſeu etiam concubina Pyrrhi. nunc, quoniam certum eſt Neoptolemo, Pyrrho inquam, mortuo, regnorum partem Heleno redditam ceſsiſſe, videamus quid rei tandem ſit *redditam ceſſiſſe*. Ergo Seruius nutare videtur. primò enim ait redditam more veteri, datam valere: ſic enim Ennius dum caneret, *Ella reddita nuptu*, datã ſignificauit. & tamen redditum regnum Heleno ſubiungit quia deberetur: itaque ceſsiſſe quoque addit per Moloſſum priuignum. & ſanè cum nullo titulo deberetur Heleno, cur ei redditum ſit difficile eſt intellectu; itaut commodè datum exponi poſsit, niſi tamẽ obſtet quòd ceſsiſſe ſubiungatur, quaſi hæreditario iure aut iuſto altero titulo in eius poteſtatem ſit deuolutum, & quaſi ea regni pars poſt Pyrrhi mortem illi deberetur. itaque non poſſum non Donatum demirari, qui hunc difficillimum exponẽs locum *Retulit* (inquit) *quo ordine ad Helenum etiam regni poteſtas peruenerit*; cum tamen cur redditum dicatur, cur ceſſerit, & quomodo, ne verbum quidem. ſed quoniam rurſus in eam dubitationem recidimus quam paulò antè in alium diſtulimus locum; agedum rem aggrediamur, ab Andromache incipientes, de qua dubitatum eſt num verè Pyrrhi eſſet coniux an pellex ſeu concubina. Et quidem pellicem fuiſſe inde conſtare videtur, quod Pyrrhus Hermionem duxiſſet in matrimonium. deinde quid erat cur tãtoperè exclamaret Andromache, & Polyxenam reputaret perbeatam, quæ moriens non ea paſſa eſſet quæ ſibi cõtigiſſent?

Num Andromache Pyrrhi eſſet pellex an vxor.

639 certè ſi Pyrrhi vxor euaſerat & Regina Polyxena quæ mactata eſſet, infęlix habenda fuit. Ad hæc cur addit

—— *Quæ ſortitus non pertulit vllos,*
Nec victoris heri tetigit captiua cubile?

profectò verbis tacitè deſignari videtur concubinæ ſtatus, cum Pyrrhum non maritũ, ſed herum, ſe verò non liberam ſed captiuam, faciat: cubile quoque hoc in loco, non genialem torum aut cõnubium ſed pellicatum olere videtur. & huc etiam pertinet quòd Donatus, *Andromache* (inquit) *Polyxenam ſolam fælicem, ſe verò non ſolam in cauſa turpi aſſerit conſtitutam, ſed & alias.* & rurſus, *Priameia virgo perit ſalua dignitate honoris, quæ non ad hoſtilis*

cubilis

cabilis iniurias ſed ad ſepulchrum ducta eſſet. & paulò poſt, *Non ad honeſtam* (inquit) *ſed ludibrio-
ſam conuentionem perducta eſt.* quid plura? *communem* (inquit rurſus) *facit cauſam, ne ſola videa-
tur in eo inueniri* (concubinatum aut pellicatum intelligit) *quod poterat diſplicere*, Denique ni
hil erat cur diceret ſe ſeruitio ſuperbum iuuenem pertuliſſe, & in primis omitteret qua
planè ratione regnum ad Helenum perueniſſet: id enim declinat quòd per Moloſſum fi-
lium ſpurium & Heleni priuignum deuolutum eſſet. Altera ex parte videtur fuiſſe vera
coniux, quia id disertè ſcribit Iuſtinus, Seruius etiam vtcunque cõfirmat, Virgilius innuit;
cum ait Helenum coniugio Pyrrhi potitum. & huc ſpectant Aeneæ voces,

Heu quis te caſus deiectam coniuge tanto
Excipit? aut quæ digna ſatis fortuna reuiſit?
Hectoris Andromache, Pyrrhine connubia ſeruas?

hinc enim ſignificat connubia Pyrrhi cum Hectoris connubio conferri nõ potuiſſe. Vbi
Seruius *ſeruas* (inquit) *pro ſeruaſti Conſuetudinis regiæ fuit: vt legitimam vxorem non habentes, ali
quam, licet captiuam, tamen pro legitima haberent, adeo vt liberi ex ipſa nati ſuccederent. Pyrrhus
hanc quaſi legitimam habuit, & ex ea filium Moloſſum ſuſcepit. Poſtea cum vellet Hermionem Me* 640
*nelai, & Helenæ filiam, Oreſti iam antea deſponſatam, ducere vxorem, Oreſtis inſidijs in templo Del-
phici Apollinis occiſus eſt. Verùm moriens præcepit vt Andromache, quæ apud eum coniugis locum te-
nuerat, Heleno daretur: propter ſupradictum beneficium, quo eum a nauigatione prohibuerat.* Hæc Ser
uius in Pariſino Codice: nam in vulgato deſunt ferè omnia. ex quibus intelligitur Andro-
machen vxoris locum tenuiſſe. quid plura? vbi coniux non fuerit, vix ac ne vix quidem
intelligi poteſt quo pacto propter Moloſſi mortem in regnum ſuffecta ſit: multò minùs
quî ad Helenum peruenerit. ſed clauſula hæc ſit. ab initio in concubinæ loco habitam, ſed
decurſu temporis affectu maritali cognitam, præſertim cum tres filios ex ea ſuſcepiſſet,
nec vxorem aliam haberet. itaque cum deinde Hermionem ſibi deſponſaſſet, Androma-
chen Heleno, quem item diligebat, vxorem dedit: iiſdémque moriens Moloſſum cui re-
gnum debebatur, commendauit. Etſi Moloſſo mox vita functo ad matrem & Helenum
deuolutum eſt regnum. niſi tamen (quod Iuſtinus ſcribit) Heleno eam regni partem an-
tea, dum ſcilicet ei Andromachen traderet, conceſſiſſe velis. Nunc ab Andromache redeo
tantiſper ad Helenum, de quo illud poſtremò effert Virgilius

—— *Qui chaonios cognomine campos,*

itaque placuit Heleno aliquam Troiæ memoriam renouare: quapropter, quemadmodũ
fluuium, qui Buthrotinum agrum rigaret (etſi exiguis aquis) & interlueret, in Simoënta
conuertit, quem propterea Virgilius falſum Simoënta appellauit, ita regnum a Chaone
ſiue fratre ſiue amico, Troiano certè, Chaonium dixit, ſic Buthroti mænia, pergama, ar-
cem, Iliam ſeù Ilium dici voluit: etſi enim hæc cum Troianis vix conferri vllo modo poſ-
ſent, tamen ſolatij cauſa nouum Ilium, noua pergama excitarunt aut appellarunt. Idem
dixerim dum pergens Aeneas (id quod paulò poſt audiemus) ait

Procedo, & paruam Troiam, ſimulataque magnis
Pergama, & arentem Xanthi cognomine riuum
Agnoſco, ſcææque amplector limina portæ.

ſiquidem hæc omnia ſolatij cauſa ex Troiano regno huc deriuantur. tam etſi crediderim
etiam quandam veluti neceſſitatem acceſſiſſe: cum enim nondum Græcè noſſent. quid 641
ſi talia locis illis imponebant nomina Troianorum exemplo locorum? ſed vt vt ſit, ſatis cõ
ſtat id moris vetuſtum fuiſſe, quemadmodum ex Hiſtoricis colligitur, qui Capitolium, a
Græcis Cronium, ab Alexandro, oppidum quoddam Pelleum, ab Euandro non diſſimili
ratione Pallanteum, appellatum memorant. id quod alibi etiam expreſſit Virgilius cum
toties Troiæ nomen (qui cum Liuius etiam conſentit) renouatum canat. Quanquam hîc
prætermittendum non eſt, qui colonias ducerent conueniſſe Vrbis, fluminum, agri, no-
mina nonnihil nouare ac patrio more appellare, vt patriæ cuius abſentiam ægrè ferebant,
memoriam recolerent: Quòd neceſſitati etiam (vt dicere cœperam) tribuiſſe credendum
eſt dum regiones adirent in quibus peregrinam audirent linguam. Certè Romanos con-
ſtat copioſas colonias in varias Hiſpaniæ prouincias deduxiſſe, vt aſſueſcerent commercio
quo ob linguæ diſcrimen excludebantur: ita factum eſt vt Hiſpani Romanæ quam illæ vo
luti diſſeminaſſent, ſic aſſueuerint linguæ, vt deinde Romanam egregiè imitarentur: quin
Bethici de latini ſermonis elegantia ſiue Romani eloquij laude cum Romanis ipſis certa-
bant, atque hinc factum eſt vt ibi poſterioribus ſæculis Romanæ linguæ veſtigia barbaries

nulla

Digitized by Google

nulla vnquam deleuerit. Itaque gens nulla eſt apud quam latini ſermonis clariora extent veſtigia, quid plura? colitur quidem egregiè hoc tempore latina lingua in mediterranea Europa, ita vt mirificè floreat, & (ſi aliquorum ſcripta ſpectes) ad Ciceronis ſæculum accedere videatur: ſed tamen peregrina eſt, ac magno ſtudio quæſita, non cum lacte hauſta: ſed Hiſpanica lingua (de vernacula loquor) ab incanabulis, qualis qualis ſit, refert Romanę vmbram quandam aut ſenſum: ita vt Hiſpanica (de vernacula loquor) multò magis quàm Italica redoleat latinitatem. Quod ſanè nunquam accidiſſet, niſi Romanæ coloniæ eam rebus ipſis imponentes, & loca Romanis appellationibus excitantes, hinc & commerciũ conciliare, & mærorem, quem ob ſuorum deſiderium contraxerant, lenire ſtaduiſſent. Nunc ad Andromachen rurſus, quæ ad Aeneam conuertens orationem, eum percunctatur de aduentu his verbis,

Part. 42. Sed tibi qui curſum venti, quæ fata dedere?
Aut quis te ignarum noſtris Deus appulit oris?
Quid puer Aſcanius? ſuperátne & veſcitur aura,
Quem tibi iam Troia.
Ecquæ iam puero eſt amiſſæ cura parentis?
642 Ecquid in antiquam virtutem animóſque viriles
Et pater Aeneas, & auunculus excitat Hector?

Ergo de Aeneæ curſu & aduentu quærit priùs, nec ſine admirationis & lætitiæ ſignificatione, tum de Aſcanio paulò fuſiùs. Ab Aenea igitur ſciſcitatur qui venti hunc illi dederint curſum (quanquam non ventorum a quibus illuc delatus eſſet vel nomen vel naturã requirit, ſed ex communi quodam loquendi vſu, conſilium vel fortunam, vno verbo, cauſam ſciſcitatur vnde illuc appulerit) tum quæ fata eum illi dederint curſum, & tandem quis Deus illum Chaonias ad oras appulerit. quibus omnibus Andromache ſignificat vẽtos, fata, Deum, ſibi fœliciter aſpiraſſe, per quæ factum eſſet vt Aeneæ præſentia frui liceret. Et hinc conſtare poteſt cur ignarum dicat Aeneam a Deo oris illis appulſum: nã præſentire videtur eum non antea cognouiſſe eas regiones ab Heleno teneri, (quod fortaſſe inde coniecit, quia Aeneas dixerat antea

——*Vitámque extremá per omnia duco*)

ac proinde coniectat tempeſtate aut ſorte aliqua illuc perueniſſe, non data opera, ac propterea antequam deſcenderet facilè inſcium fuiſſe quis eam incoleret regionem. Sed & de Aſcanio puero percunctatur num viuat: quomodo ferat Crëuſæ matris amiſſionem, & num indolem patre & auunculo Hectore dignam præſeferat. ſed de Aſcanio paulò poſt vberiùs: nunc illud expendere cogor quod ſcribit hoc in loco Seruius his verbis

Quem tibi iam Troia ——

Hemiſtichium: nec in ſenu plenum ſunt autem duo talia, vt hoc

—— *Conceſſere Deum*

quem quidam ita compleuit.

Conceſſere Deum profugis noua mœnia Teucris.

ſic Seruius: cuius obſeruationem ſecuti alij quidam præſens etiam Andromaches hemiſtichium expleuerunt hoc modo

Quem tibi iam Troia peperit fumante Crëuſa:

alij ſic,

Quem tibi iam Troia obſeſſa eſt enixa Crëuſa:

643 quod quàm infœliciter, nemo non videt: nam ante Ilij incendium aliquot annos, Aſcanium procreauerat Crëuſa, ita ut Troiani incendij tempore patris veſtigia ſequeretur: quo fit vt ineptè omnino addatur illud,

——*peperit fumante Crëuſa.*

ſed & cacophoniam aſperitatémque ſimul refert alterum carmen

Quem tibi iam Troia obſeſſa eſt enixa Crëuſa

itaut dum Virgilianum hemiſtichium perficere nititur bonus iſte Poëta, mihi quidem ineptire videatur. etſi enim non inficior difficilè explere poſſe quæ reliquit Virgilius inchoata

Digitized by Google

choata carmina (quin fortaſſe qui id moliretur, dimidiatam Apellis Venerem abſoluere moliretur) verumtamen duo iſta carmina quæ præſenti huic hemiſtichio abſoluendo proferebantur, ineptiſſima ſunt, & hoc loco indigniſſima. Neque verò ſatis intelligo cur Seruius dicat duo tantùm eſſe in Virgilio imperfecta hemiſtichia: quandoquidem paſſim alia occurrunt multa, vt,

Numina conclamant ——
Numina magna Deûm ——
Vos agitate fugam ——

quæ (ne longiùs petantur exempla) inuenimus in II. Quod ſi fortè non tam negat hemiſtichia reperire alia, quàm affirmat ea duo tantùm imperfectam ſententiam referre, cætera, etſi non abſoluant carmen, abſoluere ſaltem ſententiam, equidem diſſentire cogor. nã ſi quis attentiùs conſulat inchoata Virgilij carmina & imperfecta, ſentiet Virgilium ea de cauſa interdum reliquiſſe inchoatum carmen & imperfectum, quòd ſententia ibi commodè clauderetur: nec quæ ſubijceretur ſententia, commodè interim continuari poſſet cum inchoato carmine illo, ſed a nouo carminis initio duceretur commodiùs: itaut dum properaret, ſatis habuerit abſoluiſſe ſententiam. id quod in ijs ipſis duobus hemiſtichijs animaduertere licet quæ ſenſu plena abnuit Seruius. etenim illud *Conceſſere Deûm* —— quod legitur libro VIII. perfectam ſine dubio ſententiam habet ſubiectam: nam dum ſic vel canit Virgilius, vel Tyberinus Deus Aeneam alloquitur,

Hic tibi certa domus, certè (ne abſiſte) penates,
Neu belli terrere minis: timor omnis & ira
Conceſſere Deûm: 614

Significat Aeneæ haud timendum belli minas quòd Deorum timor & ira conſederit (& ideo alij libri pro conceſſere habent conſedere.) ſeu conceſſerit & ſedata ſit: & ideo ſtatim rem portento ſignificat pergens,

Iámque tibi (ne vana putes hæc fingere ſomnum)
Littoreis ingens inuenta ſub ilicibus ſus,
Triginta capitum fœtus enixa, iacebit
Alba ſolo recubans, albi circa vbera nati.

qua ſententia nulla perfectior & clarior excogitari poteſt. quapropter crediderim etiam præſentem locum

Quid puer Aſcanius? ſuperátne & veſcitur aura.
Quem tibi iam Troia?

perfectam habere ſententiam ſi enim interrogatio (vt par eſt) ad extremùm conijciatur, ſenſus eſt, viuitne puer Aſcanius, quem tibi iam Troia, quod eſt communis & dilecta patria, conceſſit ac peperit? nam in interrogatione ſolemus eleganter aliquid reticere, vt *quorſum*? ideſt *oratio*, aut quid ſimile. *Ita ne*? ſcilicet *reſpondes*, vel quid tale. *Quid plura*? ideſt *commemoro*. & id genus alia ſexcenta. quare hoc etiam in loco percommode (vt dicere cœperam) reticeretur vox aliqua, præſertim a muliere quæ interim ſe ſe colligeret, nec dum a lachrimis ac gemitibus (id quod ſubijciet iam iàm Poëta) temperaſſet ſatis. Et ſanè cum poſt huiuſmodi hemiſtichium,

Quem tibi iam Troia?

vox aliqua ſubijcienda eſſet quæ cæſuram breuem abſorberet, & abſoluendo carmini opportunitatem præberet, Virgilius, quippe qui interim (vt dicere cœperam) properabat, nouam ſententiam & interrogationem a nouo, hoc eſt faciliore, carminis initio duxit, ne ſubſiſteret. Et quamuis non difficilè crediderim futuram fuiſſe, vt Virgilius inchoata car 645
mina per otium aut omnia (in Bucolicis enim & Georgicis quæ recognouit, imperfectũ carmen offendas nullum) aut pleraque ſaltem (nam reuera quædam videri poſſent de induſtria ſic relicta, vt; *Hæc curſus fuit* & *Diſce omnes* itaut venuſtè & maiore cum energia, ſiue artis ſiue caſus fuerit opus; ibi conſiſtere videatur carmen) perficeret vel etiam perpoliret, illuſtraret, vno verbo, mutaret: & hanc etiam ob cauſam factũ ſuſpicor vt de Aeneide, quam perpolire haud poſſet, cremanda cogitarit, ſententiam tamen imperfectam (imperfectam dico non ſubobſcuram) relictam vix ac ne vix quidem, Seruij pace, vſquã crediderim. & hac de cauſa ægrè, quin nullo modo, conceſſerim carmina vlla a Tucca & Varo fuiſſe decurtata: nã potuiſſe tot carmina decurtare ſine ſententiæ iactura, nullo modò crediderim. quid plura? cum duo illa & viginti carmina ſuſtulerint ex 2. libro, & de-

tractio

Digitized by Google

tractio agnoſcitur & ſententia imperfecta omnino relinquitur: quod ſine dubio in maiore ſaltem horum hemiſtichiorum (hemiſtichia appello in præſens imperfecta carmina omnia) parte contigiſſet ſi a Tucca & Varo pars aliqua detracta eſſet. nam detrahere licuit illis per Auguſtum: ſarcire & explere nullo modo. Denique cum legamus Virgilium aliquando aliquem (vt fit) Aeneidos librum Auguſto legentem, inchoatum carmen ex tempore expleuiſſe, quis non fateatur a Virgilio ſic relicta, non a Tucca & Varo exciſa? Clauſula igitur hæc ſit; Virgilium properantem, hemiſtichia quædam inchoata interim reliquiſſe quòd & ſententia ibi clauderetur commodè, & inſequens, quã concepiſſet animo, ſententia ab carminis initio commodiùs duceretur: etſi Aeneidem recognoſcere decreuiſſet, ac, quemadmodum in Bucolicis & Georgicis factitauerat, emendare, perficere, perpolire. Sed redeo ad Andromachen, quæ multa & magna ſuauitate exaggeratiſq; verbis (vel more matrum quæ de pueris loquuntur facilè, vel vt Aeneæ blandiatur) de Aſcanio requirit. Ac primùm num uiuat, quod quali & quanto, bone Deus, affectu ſciſcitatur? neque enim ſat habuit dixiſſe. Quid puer Aſcanius? quibus verbis quicquid de eo requiri
646 poterat, poteſtate ſaltem, continebantur, ſed addere placuit ſuperátne? & quia facilè contingere poterat vt Aſcanius matris ſuauiſſimæ amiſſionem ægrè adhuc ferret (tunc enim illam amiſit cum carior illi eſſe potuit & debuit) addit,

Ecquæ iam puero eſt amiſſæ cura parentis?

vbi ſine dubio (Seruij pace) de cura & mœrore loquitur Aſcanij, quærítque quàm conſtanter amiſſionem Crëuſæ ac deſiderium ferret. nam cum Aeneas diu ſe ſe in Ida continuiſſet, quis neget amiſſæ vxoris famam ad Andromaches aures perueniſſe? quin ideo ait amiſſæ parentis, quòd intellexiſſet etiam non perijſſe ſed animum eſſe. vt propterea dum parentis nomine patriam intelligit Seruius, ſcribítque, *ſi parentis Crëuſæ, accipis, occurrit illud. Unde ſciebat eam perijſſe? & alij dicunt potuiſſe hoc vel Heleno diuinante cognoſci, vel Aenea requirente per Troiam: vt impleui clamore vias. ſed vtrumque viribus caret. Parentem ergo, patriam accipiamus; vt Tullius, ſi tibi patria, quæ communis parens eſt. Et eſt ſenſus, Dolétne perditam patriam?* mihi aberrare longiùs videatur. an non ſub omnium oculis Crëuſa vxore orbatus eſt Aeneas? an non ab Aſcanio filio, ab Aenea ipſo, ab Anchiſe & Troianis id inſuper potuit peruulgari? certè qui ad Aeneam confluxerant non poterant nõ hoc reſcire, itaut fama ipſa id peruulgauerit & ad aures Andromaches retulerit. Quĩ igitur ferat Aſcanius matris deſiderium, qualis præterea & quanta eſſet pueri indoles, & nam patris & auunculi Hectoris in eo eluceret virtus, vel certè virtutis ſigna apparerent, ſciſcitatur. Quibus tamen, quoniam hæc legenti non opportuniſſima cecidiſſent (nam de Aſcanio & antea nõ pauca, & plura poſtea opportuniùs: cũ è contrario hîc incœpta hiſtoria ad exitum ſit perducenda) non ſatisfacit Aeneas. a quo tamen, ne eius officium requiratur erga optimam fœminam, eum impedit Heleni aduentus. Quamquã paulò poſt vel aderit Aſcanius quẽ ſpectare & interrogare poſſit Andromache pro arbitratu, & de illo cõiecturam facere biduo toto, vel certè antequam rurſus enauigent, aſpicere, complecti, & per otium alloqui, & illius virtutis aut indolis ſpecimen capere. Nunc illud potiùs miror, cur nil ſciſcitata ſit ab Aenea de Anchiſe parente optimo. Nam cum pergat.

Talia fundebat lacrymans longóſque ciebat
Incaſſum fletus ——

647 ſat conſtat abſoluiſſe percunctationem. quo in loco, niſi ad repentinã commotionẽ confugias, quaſi verò vehemens illa cõmotio vix paſſa ſit vt quæ maximè propria ſunt muliebris curioſitatis, requireret, quò me vertam non habeo. Nam dum loquẽtem facit illam Aeneas, non commodè intelligi poteſt de Anchiſe quoque non aliquid percunctatam eſſe, quod tamen ab Aenea fortaſſe reticeatur ne conſectetur omnia. Hęc de Andromaches poſtulatis. Pergit verò Aeneas

Par. 43.
Talia fundebat lacrymans, longóſque ciebat
Incaſſum fletus, cum ſe ſe a mœnibus heros
Priamides multis Helenus comitantibus affert
Agnoſcítque ſuos, lætúſque ad mœnia ducit.
Et multùm lacrymas verba inter ſingula fundit.

Lacrymas cum verbis miſcebat Andromache: &, vt fœminæ ad fletum procliues ſunt, &

rebus

Digitized by Google

rebus quoque lætis,ſi repentinæ ſint & inopinatæ, ad lacrymas prouocant, fletus ciebat longos: quod tamen incaſſum factum ait Aeneas: vbi non fœminam intemperantiæ inſimulat (id enim ſexu & repentina permotione inopinatâque fęlicitate eſt excuſandum) ſed potiùs beneuolentiæ commendat tacitè. nam longus fletus nō ex Troianæ cladis memoria & patriæ amiſſione oriebatur, vt perperam indicat Donatus,qui incaſſùm fleuiſſe ait.quòd ſemel amiſſa reparare (quod etiam falſum eſt) nequeāt, ſed ex inſperato Aeneæ aduentu,ex quo talem ac tantam capiebat voluptatem, vt lacrymas cohibere non poſſet nam hanc eſſe cauſam tum anteactæ percunctationes, & voces illæ, qui venti, quæ fata, quis Deus? declarant ſatis,tum exaggeratæ de Aſcanio poſtulationes amoris & ſuauitatis pleniſſimæ,confirmant cumulatiſſimè. a repentina verò lætitia oriri lacrymas nemo non experitur,itaque Liuius *Certatim (inquit) patribus pleriſque manare lacrymæ:* & Terentius, *lacrymo præ gaudio.* & rectè:nam vt ait Quintilianus,lacrymas dedit natura mentis indices quæ erumpunt dolore,aut lætitia manāt. Ac de lacrymarum cauſa & origine naturâque vniuerſa,nos integram ſcripſimus diſputationem. Dum verò Andromache ſuauiter fleret,& Aeneas præſto eſſet qui eius ſatisfaceret poſtulatis,ecce tibi Helenus non ſine comitatu honorifico extra Vrbem occurrit Aeneæ, ac ſocijs ſimúlque illū & agnoſcit, ac pro- 648
inde, vt par eſt, peramanter complectitur & conſalutat quid plura? dum ſuam illis beneuolentiam declarat,ac lætus illos introducit in Vrbem, ne ipſe quidem temperare poteſt a lacrymis,itaque

Et multùm lacrymas verba inter ſingula fundit,

inquit Poëta. tametſi enim communes calamitates illi in memoria redire potuerint profugi Aeneæ aſpectu,tamen has lacrymas lætitiæ, quam repentè ex Troianorum capiebat aduentu,accepta eſſe referenda,indicat Virgilius,qui ait,

—— *lætúſque ad mœnia ducit.*

ita quidem Aeneas ſolicitudine liberatur reſpondendi reliquis illis Andromaches poſtulationibus. atque hinc intelligitur etiam Poëtas quædam ſæpè reticere quæ auditor ſupplere poſſit. ſi enim requirat fortè aliquis,quìnam factum ſit vt Helenus reſcierit aduentaſſe Troianos (id enim haud attingit Poëta) ac propterea illis occurrerit,iam ſine dubio ſtatuendum eſt continuò aliquem ex famulis Andromaches ad Helenum properaſſe eidémque Aeneæ aduentum renunciaſſe, qua ratione alia in Virgilio componuntur multa: ſiquidem,ne minuta conſectetur interdum,ac ſummatim ne lōgum faciat,multa nobis reputanda & ſupplenda relinquit,quæ illo tacente intelligere liceat, vel coniectura attingere & informare.ſed quoniam Virgilius Helenum cum Aenea congredientem fecit, quem vnà cum Troianis in vrbem traducit,quid conſequatur audiamus.

Par.43. Procedo,& paruam Troiam,ſimulátaque magnis
Pergama, & arentem Xanthi cognomine riuum
Agnoſco,ſcæaéque amplector limina portæ.

Cœperat ab initio Troiæ imitationem indicare dum falſum Simoënta commemoraret: paulò poſt etiam eâdem de cauſa ſubiecerat mœnia & arcem,Pergama, & Ilium appellata: Nunc Troiam ipſam,etſi paruam,ſimulatam, Pergama item,Xanthum & Scæam portam adumbratam ac fictam cōmemorat, nec cōmemorat ſolùm ſed amplectitur etiam. quod enim ipſi facimus peregrinaturi,vt amico amplectamur antequam ab illis diuella- 649
mur,aut etiam factitamus è lōnga redeuntes peregrinatione,vt eos ſuauiſsimè rurſus cōplectamur, id preſſi,poſtes etiam domorum & limina amplexantes & oſculantes,factitabant.Horum igitur exemplo Aeneas, quaſi Ilij portam,(talis enim Scæa fuit) ac fictam Scæam complectitur, perinde ac in Patriam redijſſet. Quanquam cur Pergama repetit? an non dixerat paulò ante

Pergámaque, Iliacúmque iugis hanc addidit arcem,

vt hæc ibi expreſſa indicaret? aut cur dicit Pergama ſimulata magnis? certè Troiam dixit paruam. Sed ſupra non Aeneas ſed Andromache,& dum ab vrbe abeſſet, dixerat pergama fuiſſe renouata, hîc Aeneas ipſe Vrbem ingrediens renouata hæc agnoſcit Pergama: quæ ſanè magnis ſimulata dicuntur quòd è magnis veræ Troiæ Pergamis ſimulata ſint & expreſſa.vel magnis ſint aſſimilata,& ſimilia,quoad eius fieri potuit(nam paruam Troiam expreſſerant) reddita.Dum verò amplectitur ſcææ limina noſter Aeneas,humanitatem

Digitized by Google

nitatem declarat ſuam, qui Heleni probat factum & imitationem, hîc verò non poſſum non libenter Seruii locum deſcribere, qui in vulgatis codicibus ſeu breuiariis non reperitur, & verò aſſimilatæ huic Troiæ & adumbratæ mirificè ſeruit. *Multi putant* (inquit Seruius) *hæc loca per licentiam poëticam eſſe conficta: Varro Epiri ſe fuiſſe dicit, & omnia loca iiſdem dici nominibus quæ Poëta commemorat ſe vidiſſe, vnde apparet hæc non eſſe fabularia. Idem etiam Varro Troiam Epiri ab Aenea ſine a comitibus eius Byopator nuncupatam docet, vbi Troiana claſſis Aeneam expectaſſe ſociósque eius caſtra in tumulis habuiſſe memoratur, quæ ex illo tempore Troiana appellantur, vnde apparet diuinum Poëtam aliud agentem, verum ſemper attingere.* Hæc Seruius. etſi barbara & mendoſa occurrant multa. Atque hinc etiam licet animaduertere Buthrotum reuera Troiam fuiſſe ab Heleno appellatam; itaut Troia non modò imagine etſi exigua, verùm etiam nomine, fuerit renouata & ſanè quemadmodum regionem appellari voluit Chaoniam a Troiano Chaone, ita vrbem a Troia dictam credendum eſt: etſi ſupra cecinerit,

650 —— *& celſam Buthroti aſcendimus vrbem.*

Hîc verò caue putes quadam veluti anticipatione proferri ea quæ hactenus de nouatis Epiri nominibus & locis paſſim dicta ſunt, quaſi verò totam illam nominum quæ profertur, ſeriem vſurpauerit Aeneas priuſquam ibi diuerſaretur: nam hæc refert interim Didoni, & poſtquam eò diuertiſſet, indéque diſceſſiſſet, refert. Iuſtiùs dubitetur qua ratione tam breui ea perluſtrauerit loca, & didicerit nomina, ac tanquam vſu retulerit omnia, cum biduo tantùm (id quod paulò poſt conſtabit) ibi ſubſtiterit: neque enim veriſimile tueri videtur Poëta. Quanquam ea erant imitamenta illa, vt biduo Troianorum imagines ac ſimulacra locorum facilè agnouerit ac didicerit, cum ex Troianis oppidò in mentem recurrerent. Quare quemadmodum in Carthaginis templo non ab aliis ſed per ſe ipſum ex figuris & rerum geſtarum imaginibus agnouit Troiani belli hiſtoriam ſiue ſeriem, ac breui agnouit, ita hîc ex ſimilitudine potuit Pergama, Ilium, Simoënta, Xanthũ & id genus alia vno atque altero die (ſi tamen biduò tantùm conſtitit) agnoſcere. Quapropter quemadmodũ cautè Virgilius cum de Heleno verba faceret, caneretque.

—— *ſeſe a mœnibus heros*
Priamides multis Helenus comitantibus offert,
Agnoſcitque ſuos latúſque ad mœnia ducit,

nihil ſimulatum exprimit interim quoniam abſunt; ita eleganter, poſtquam acceſſit ad vrbem, canitur,

Procedo, & paruam Troiam, ſimulátaque magnis
Pergama & arentem Xanthi cognomine riuum
Agnoſco Scæáque amplector limina portæ.

ubi imitamenta illa, quoniam obuerſantur illi ante oculos, agnoſcit Aeneas: & idcirco non dubitabit illud etiam pronunciare aliquantò poſt,

—— *effigiem Xanthi Troiámque videtis,*
Quam veſtra fecere manus ——

Quod ſi iam antea, cum nondum ad vrbem acceſſiſſet Aeneas, canitur de Heleno

—— *Chaonios cognomine campos*
Chaoniámque omnem Troiano a Chaone dixit.
651 *Pergámaque, Iliacámque iugis hanc addidit arcem;*

hæc verò ab Andromache pronunciantur, itaut Aeneas vel abſens adhuc ab Vrbe de nouatis nominibus ac locis illis cœperit admoneri. Quòd ſi Aeneas ipſe cum a Buthroti Vrbe procul abeſſet, quin Carthaginem diuertiſſet, ac Reginam alloqueretur, illud protulit

Ante vrbem in luco falſi Simoëntis ad vndam.
—— *Libabat*

non tamen anticipatione vtitur, cum hæc poſt diſceſſum memoret (vt dicere cœperam) & verò interim a Simoënta non abſens, ſed quæ ibi dum degeret, accidiſſent, exprimeret. At enim ſint iſta: ſed cur tot ac tãta inculcat Aeneas cũ Didonem alloquatur, & in Aphrica verſetur? An Troiana erat Dido, vt Scæam, Xanthum, Simoënta & id genus alia quaſi ipſa quoque interfuiſſet obtruderet? ſed in hoc etiam enitet Poëtæ induſtria: quia iamdiu didicerat Aeneas ex templi imaginibus Didoni ea omnia fuiſſe cognita, & idcirco etiam Didonem ipſam induxit, quæ antequam de Troiano excidio verba feciſſet Aeneas,

Multa ſuper Priamo rogitat ſuper Hectore multa.

Nunc quibus Auroræ veniſſet filius armis:
Nunc quales Diomedis equi, nunc quantus Achilles.

Iam verò vrbis ſimilitudine commemorata, Teucrorum aduentum, compotationem, conuiuium, exprimit, ſic pergens.

Partic.45. Nec non & Teucri ſociâ ſimul vrbe fruuntur.
Illos porticibus rex accipiebat in amplis
Aulai in medio libabant pocula Bacchi,
Impoſitis auro dapibus: paterâſque tenebant

ſanè ab initio dixerat Aeneas

—— miróque incenſum pectus amore
Compellare virum, & caſus cognoſcere tantos,
Progredior portu, claſſes & littora linquens.

ſed quo comitatu & quanto, quoniam id totum reticuerat, nunc commemorat: ait igitur Teucros quoque Vrbem ingreſſos, eóſque frequentiſſimos, nam id ſatis intelligitur dum ait a Rege exceptos Teucros porticibus amplis, & media in aula libaſſe pocula: nam aula ſignificat ſubdialia, & apertum locum ac peramplum. tametſi libentiùs crediderim magnam Troianorum partem non cum Aenea ſed paulò poſt adiiſſe Vrbem, 652 quòd Aeneas præ cupiditate videndi Heleni ſtatim viam arripuerit non maximo comitatu. quia omnino exiſtimo Aſcanium quoque non cum patre (Andromaches enim de illo percunctationes id ſatis indicant) ſed poſtea ſucceſſiſſe. vel fortaſſe apud naues conſediſſe, præſertim propter viæ aſperitatem ſuſpicor etiam Anchiſen, quippe longæuum ſenem, apud claſſem ſubſtitiſſe: quod ſanè in progreſſu, coniectare licebit faciliùs. idémque dixerim de Troianis: par. n. eſt non minorē horū partem claſſis cuſtodiæ relictam. certè Dionyſius Buthrotum ex Troianis aliquos tantum perueniſſe ſcripſit. Denique Poëta, quoniam res anteactas narrabat & ad extremas noctis illius anguſtias, Aeneæ narrationem adduxerat, multa intelligi vult quæ non attingit. quicquid enim toto illo die contigit in mutuis officijs rependendis, & mutuæ hilaritatis ac beneuolentiæ ſignis edendis, intelligi vult hoc vno quòd ait Troianos exceptos in aula, ibíque libaſſe, & dapes fuiſſe impoſitas, & ideò pergit.

Partic.46. Iámque dies altérque dies proceſſit, & auræ
Vela vocant, tum idóque inflatur carbaſus Auſtro.
His vatem aggredior dictis, ac talia quæſo
Troiugena interpres diuûm, qui numina Phæbi,
Qui tripodas Clarij lauros, qui ſydera ſentis,
Et volucrum linguas, & præpetis omnia pennæ;
Fare age (namque omnem curſum mihi proſpera dixit
Relligio, & cuncti ſuaſerunt numine diui
Italiam petere, & terras tentare repoſtas.
Sola nouum dictúque nefas Harpyia Celæno
Prodigium canit, & triſtes denuntiat iras;
Obſcœnámque famem) quæ prima pericula vito,
Quidue ſequens tantos poſſim ſuperare labores.

Eleganter, cum ad diſceſſionem opportunitas inuitaret Aeneam, deſcribit tempus; ac primùm dies, inquit, altérque dies proceſſit: vbi fortaſſe non tam bidui ſpatium intelligit quàm plurium dierum ſucceſſionem; nam incredibile propemodum videtur vt tam breui ſe diuelli paſſi ſint a mutuo complexu qui illis pro ſummo beneficio & gaudio conceſſus fuerat. vt omittam ea verba

Et glacialis hyems Aquilonibus aſperat vndas,

non

Digitized by Google

non modò nõ repugnare,ſed ſuadere Aeneam cum amico fido & hoſpite hyemem extremam peregiſſe, ita ſanè id totum poëticè ſaltem indicaſſet : vt, cum dicimus abire in
653 diem, pro in longum ire,aut dieculam contrà breue tempus appellamus; tametſi de hac re non nihil in particula 65. interim qui planè bidui ſpatium intelligi velit, huic ego non repugnabo. Cum igitur tertius iam ſuccederet dies, ac propterea ſatis temporis & quieti, & hilaritati, & beneuolentiæ officijs, datum eſſet, inprimis verò placidi ſpirarent venti ac propitij, itaut ad nauigandum inuitare ac vocare viderentur, ac ſummatim Auſtri (pro ventis vſurpatos Auſtros crediderim : nam ei, quam inſtituebant, nauigationi, Auſter minùs fuiſſet opportunus) inflarent vela, prudens ac religioſus Aeneas ad Helenum regem, quippe fatidicum & vatem, confugit vt rationem ac viam perdiſcat vnde pericula, ſi quæ immineant, vitare poſſit, ſigillatímque diras, quas Celæno prænunciaſſet minas, effugere. Occupat verò priùs vt ſcilicet antequam rem proferat quam ex eo eſt petiturus, conſtet in illius poteſtate ſitum eſſe quod poſtularet: tantùm abeſt vt fieri nequeat vel ſit perdifficile, quo etiam tempore non obſcurè indicat eſſe honeſtum.Cum enim a Diis Heleno facta eſſet illa poteſtas,& vt eſſet Deorum interpres,cur non honeſtè ac ſanctè illud munus exerceatur, & pericula pijs item viris præmõſtrentur? Denique cum Aeneas genere,beneuolentia, affinitate,attingere Helenum, & de Troianæ gentis vtilitate ac dignitate ageretur, par erat vt Helenus in proprii commodi locum duceret Aeneæ poſtulatis ſatisfacere : præſertim cum Aeneadum fœlicitas in ſui quoque regni ac prolis fœlicitatem poſſet redundare. Ob id igitur Helenum priùs & generis affinitatíſque nomine appellat, & illis eum nominibus celebrat, quæ eius voluntati conciliandæ & occupandæ ſeruire poſſent : nam Deorum interpretem illum facit, quíque Phœbi numina perſentiat : qui ſyderum curſum ac vim teneat: qui volucrum linguas, & omnia intelligat. Hîc verò expectet facilè quiſpiam, vt de tota vaticinij ratione diſſeram, cum tot illius partes viſus ſit Poëta complecti & eleganter diſtribuere hoc in loco. ſed quoniam res pleniſſima eſt ſuperſtitionis, non valdè moror. Tantùm dicam illud,

Qui tripodas Clarij lauros,

654 pertinere ad Phœbi numen : qui Phœbus & in tripodis (ſiue menſa eſſet Delphici templi, ſiue vas aut tripus quæ trpius pedibus fulcirentur, ſiue aliunde conſimile, de qua re Seruius, Plinius, Lucianus, Plutarchus, Crinitus, Rodiginus, & alii non pauca per Phœbades reſponſa dabat, & apud lauros Clarij (eſt Clarium Colophoniorum oppidum vbi Apollo colebatur itaut etiam inde cognomen inuenerit) oracula fundebat, itaut hinc prima vaticinii ratio & forma (Phœbi ſcilicet inſtinctus & afflatus) deſignetur vnde interpres Deorum diceretur. atque hæc ſanè vaticinii forma, quæ dæmoni accepta erat referenda, obſoleuit defecítque Liberatoris noſtri aduentu : ita ut hinc Ethinici magnopere admirati ſint cur Pythia reſponſa negaret.

Illud verò

— *qui ſydera ſentis.*

pertinet ad alteram ſpeciem quæ ex obſeruatione ſyderum duceretur. Atquæ hæc ſanè quæ ex ſyderibus ducitur denunciatio, ſi germana ſit, & non ad ea quæ ex libera hominis pendeant voluntate, ſed ad tempeſtates, morbos, vno verbo, ad rerum corporatarum affectiones & mutationes referatur, nequaquam ſuperſtitioſa eſt, ſed cum natura conſentit : cum inferiora corpora a ſuperioribus afficiantur ac veluti gubernentur: itaut hinc non contemnenda Aſtrologiæ pars conſtituatur. Tametſi, quoniam Aſtrologi aliqui ſeu Genethliaci callidè ad rerum humanarum qui a voluntate omnino manant, euentus, referunt Aſtrologiam, & credulos mortales & cupidos (mirum eſt enim quantopere præſcire futura ardeat homo) iudiciaria quam profitentur ſcientia, in fraudem impellunt, (præſertim verò quia Dæmonum magia vtentes aliqui, præſenſiones malis confirmant artibus, & iudiciariæ confirmant fidem) ſuperſtitioſa eſt hæc quoque diuinationis ſeu vaticinii ratio & forma. De tertia verò quæ a volucribus petitur, nihil attinet dicere, cum oſcinum ſiue ab auium cantu & garruiitate tracta diuinatio (& hanc intelligit per volucrum linguas : quaſi verò cantu tanquam linguis prænuncient futura) & eorumdem volatus (deſcribit hunc

Digitized by Google

per præpetis omina pennæ) ridicula ſint & indigna quibus cordatus homo fidem adiun-
gat. & quamuis Hetruſci aliæque ſuperſtitioſæ gentes multæ hanc vanitatem ſectaren-
tur, Romana vel maximè aruſpicina niteretur, itaut nihil publicè nec domi, nec militiæ,
ſine auſpicijs gereret, Cicero tamen ipſe, qui augur fuerat, ſuperſtitioſum hanc diui- 655
nationis formam labefactauit mirificè: itaut quamuis a Romulo primùm fuerit in-
troducta, a Numa deinde mirificè aucta, a poſteris mordicus retenta; ſuperſtitioſè
potiùs ac temerè culta fuerit quàm probabili ratione aliqua. itaut in præſens ne ani-
culæ quidem fidem illi habeant vllam. Has igitur diuinationis ſeu vaticinij formas lau-
di (pro gentis ſcilicet more) aſcribit Helena, tametſi tres videri poteſt adhuc alias præ-
teriſſe formas. prima eſt quæ ſomnijs contineretur: altera quæ portenta obſeruaret,
& monſtra poſtrema, quæ cæſorum animalium inſpectione niteretur, & per terga &
exta in quibus viſcera, & membra ſpectarentur, exerceretur: de quibus Cicero in li-
bris de diuinatione. quin fortè ſexta etiam videbatur addenda quæ fulgura obſeruaret
interpretaretúrque. certè alias quaſdam diuinationis, & auſpicij formas & agnouit Vir-
gilius dum caneret de Aſila,

Cui pecudum fibræ, cæli cui ſydera parent
Et linguæ volucrum, & præſagi fulminis ignes.

& Marcus Tullius recenſuit cum in priore de diuinatione libro ſic ſcriberet. *Duo
ſunt diuinandi genera: quorum alterum artis eſt, alterum naturæ. Quæ eſt autem gens, aut
quæ ciuitas, quæ non aut extis pecudum, aut monſtra aut fulgura interpretantium, aut Augu-
rum aut Aſtrologorum, aut ſortium, (ea enim ferè artis ſunt) aut ſomniorum, aut vaticina-
tionum (hæc enim duo naturalia putantur) prædictione moueatur?* ſed fortè Virgilius has præ-
termiſit vel ne hanc oſtentaret artem dum ſubtilis diſputatoris inſtar omnem diuina-
tionis formam perſequeretur: vel quia aliqua forma cenſeretur vana ac propterea non
eſſet Heleno tribuenda: vel quia ſomnia forſitan ad primam referret ſpeciem, quòd in-
ſtinctu numinis immitterentur. exta verò, terga, monſtra, fulgura, ex cœterorum obſer-
uatione animantium analogia quadam intelligi voluit fortaſſe etiam ea tãtùm attribuit
Heleno in quibus eius ars ac ſtudium eluceret, quamuis enim Marcus Tullius ſcribat
Caſſandram inſtincta numinis & mentis incitatione, Helenum augurijs diuinaſſe, ita- 656
ut Virgilius qui numina Phœbi perſenſiſſe ait Helenum, non omnino conuenire vi-
deantur cum Marco Tullio, neuter tamen illi totam diuinandi varietatem aſcribit.
etſi facilè Marcus Tullius, qui ſcribit Helenum augurijs diuinaſſe, eò ſpectauit quod au-
gurijs ipſis ac ſignis confirmare ſoleret perdictiones: certè hîc ſtatim ſuem producit a
qua Aenea augurium diſcendum & prædictionis ſignum agnoſcendum eſſet, vel potiùs
ſic loquitur quia Caſſandra auguria captabat nulla. quin ne ſe diuinare quidem ſciebat,
ſed extrinſecùs abripiebatur & furens & extra ſe poſita ad vaticinium a numine corre-
pta impellebatur: Helenus contra de induſtria vaticinijs dabat operam captabátque, ſa-
crificijs priùs adhibitis ac precibus, rerum futurarum auguria & ſigna, ídque vndecun-
que & ſiue ex auibus, ſiue ex r oaculo, ſiue aliunde admoneretur ac præſagium caperet.
& hac de cauſa a ſophocle ἀριστομάντις appellatur, hoc eſt optimus vatum, quòd nimirum
ex arte ac ritè diuinare videretur, cum omnes diuinandi noſſet vias. etſi reuera Home-
rus dum Helenum appellat οἰωνοπόλον, in auium auguriis viſus eſt vatis iſtius diuina-
tionem præcipuè collocare. Atque hæc de ſuperſtitioſis hiſce diuinationis partibus quas
profert Virgilius. Etſi enim non deſunt qui alias quaſdam illius formas vſurpant, ni-
mirum ſortes, necromantiam, geomantiam, hydromantiam, pyromantiam, quas Ser-
uius tribuere non dubitauit Heleno & in ijs carminibus,

Qui tripodas Clarij lauros, qui ſydera ſentis,
Et volucrum linguas, & præpetis omina pennæ,

obſeruare (quanquam necromantiam omittit & aëromantiam ſubſtituit) de his ta-
men præſtat ſilere, quia cum apud ethnicos etiam infames eſſent artes (ſi tamen artes
diſcendæ ſunt) Heleno nullo modo tribui potuerunt a Virgilio: vt mihi quidem ludere
aut ſomniare videatur Seruius, dum per lauros geomantiam, per ſydera pyromantiam,
per præpetes aëromantiam, intelligit. Iam verò cum talem ac tantam Heleno dignitatem
ac ſcientiam tribuiſſet, enixè illum rogauit vt fari ne grauaretur, tum quemadmodum
declinaret pericula ſi quæ imminerent, tum quibus artibus tot ac tantos labores ſupera-

re va-

Digitized by Google

657 re valeat. iam enim monui quaſi nouum Herculem exerceri Aeneam a Iunone, itaut duros mille labores adire ac ſuperare neceſſe ſit. Denique, etſi religio, fata inquam, Dij, oracula, numina mihi quidem fauſta pollicentur, inquit Aeneas, & Italiam, quamuis repoſtam ac diſſitam tentare bono animo iubent, Celœno tamen, neſcio quo pacto, dirum mihi canit prodigium, triſtéſque denunciat iras, ac famem obſcœnam, (quæ ſcilicet ad obſcœna quoque & indigna; & ideò in 6. malè ſuada dicitur fames; inducit mortales) comminatur. Hæc exponit & petit Aeneas. nunc quid Helenus fecerit audiamus.

Par. 47.

Hîc Helenus, cæſis primùm de more iuuencis,
Exorat pacem diuûm, vittáſque reſoluit
Sacrati capitis: méque ad tua limina, Phœbe
Ipſe manu multo ſuſpenſum numine ducit.
Atque hæc deinde canit diuino ex ore ſacerdos.

Sacrificat, vt ritè (ideò enim ait de more) & ſanctè diuinationi aditum aperiat ac futura percipere valeat: adhibet etiam preces vt exoret & impetret pacem a Dijs, vel quòd pacem de more peterent vel vt eam impetret Aeneæ cui Celæno iras, & dira denunciauerat, ſimúlque Phœbum ipſum ſibi propitiet & optata referat reſponſa: ſed cur vittas reſoluit ſacrati capitis? an non veteres operto capite venerabantur Deos? ſic ſanè docet Plutarchus: qui item oſtendit caput nudaſſe cum potentioribus occurrerent. itaque.

Nec pietas vlla eſt velatum ſæpè videre,
Vertier ad lapidem atque omnes accedere ad aras.

inquit Lucretius. hinc illud Plautinum, ſacris manibus, operto capite; & hinc etiam factum, vt legati dum ablata repeterent, operto capite id facerent, quia ſcilicet ritè & more ſacrorum id peragerent: denique eâdem de cauſa non modò ſacerdotes verùm etiam vates ac poëtæ vittati rem ſacram peragebant aut futura canebant. quin ſtatuas
658 etiam Deorum vittis ornabant veteres illi, caput religantes: ſupplicum etiam interdum aut vittimarum capita coronabant: imò paulatim factum eſt vt naues, poſtes, ædes, faces, ludorum præmia & id genus alia vittis exornarentur quò res apparatior & maiore cum veneratione obiretur. cur igitur hîc vittæ reſoluuntur vbi res veneratione digniſſima peragitur? ſed vel non ita reſoluit Helenus vt non adhuc operirent caput ac velarent, vel ſi non ſolùm nodos reſoluit ſed vittas ſoluens depoſuit, id fortaſſe fuit eius ſacrificij proprium in quo futura exquirerentur. & huc viſus eſt ſpectare Seruius dum *in ratione ſacrorum* (inquit) *par eſt & animæ & corporis cauſa. Nã plerumque quæ non poſſunt circa animam fieri, fiunt circa corpus, vt ſoluere vel ligare quò poſſit anima, quod per ſe non poteſt ex cognatione ſentire. inde eſt vnum exuta pedem vinclis in veſte recincta. Benè ergo Helenus ad numen accedat.* En Seruium futura ſibi reuelari poſtulantibus, ſoluto capite, fortaſſe etiam aperto, id feciſſe, ideóque vittas reſolutas fuiſſe, ſignificantem. igitur Helenus uittis reſolutis, Aeneam manu prehenſum Phœbi limina nec niſi multo numine ſuſpenſum, quòd ſcilicet ſuſpenſo animo eſſet dum magna numinis ac loci veneratione, reſponſi etiam expectatione teneretur, perducit. Tum ſacerdos hæc cecinit.

Par. 48.

Nate Dea (nam te maioribus ire per altum
Auſpicijs manifeſta fides: ſic fata Deûm rex
Sortitur, voluítque vices: is vertitur ordo)
Pauca tibi è multis, quò tutior hoſpita luſtres
Aequora, & Auſonio poſsis conſidere portu,
Expediam dictis: prohibent nam cætera Parcæ
Scire Helenum, farique vetat Saturnia Iuno.

Digitized by Google

Præfatur Helenus, atque honorifico Aeneam compellat nomine, vnde beneuolentiam
& rependat & exigat: tum proponit dicenda, éaque fauſta, tametſi non multa ſe ei reuela-
turam dicit quòd neſcire Parcæ, fari Iuno, prohiberent. quanquam quæ reſerabo (inquit)
ea erunt vnde nauiges tutior, & Auſonium ſubeas portum & huc pertinet quod ait, ma-
nifeſta fides te maioribus auſpicijs ire per altum: quod eſt, manifeſta mihi fiducia indita
eſt a Phœbo te non temerè, ſed maioribus (fortè enim varij erant auſpiciorū gradus, itaut
alij maiores & præſtantiores alij minores dicerentur) atque adeò cœleſtibus ac diuinis au
ſpiciis (id quod ab initio etiam Crëuſa prædixerat, & Phœbus deinde penatéſque declara- 659
runt Mercurius etiam explicuit) vno verbo, fatorum Iouíſque ſortibus atque decretis, ad-
duci & impelli ad nauigandum: ſcitè verò ſeries rerum quæ ab eo conſtituta eſſet & in di-
uina mente fixa, appellaretur ordo: nec indoctè rerum vices volui dicerentur, cum ſeries
illa decurſu temporis veluti explicetur & euoluatur. tametſi dum ſortes etiam introducit,
ac ſummatim verbis illis ſortitur, voluit, vertitur, ad Parcas alludit, hæc (niſi commodè il-
lum explices) poëticè magis & eleganter, quàm verè interponerentur. Ideo autem facit
Virgilius vt Helenus affirmet multa tam Aeneam reſcire prohibitum a Parcis, tum ſibi re
ticenda, Iunone ſic iubente, (ſic enim Seruius, qui mutata & contracta interpretatione
legit

—— prohibent nam cætera Parcæ
Scire, Helenum farique vetat Saturnia Iuno.

quorſum enim Iuno vetarit effari Helenum quæ neſciret?) ne vel longior eſſet narratio,
vel iis præcideretur locus quæ deinde ab alijs, præſertim in VI. a Sybilla & Anchiſe, & in
VII. & VIII. a Tyberino Deo, eſſent præmonſtranda. ex quo fiet vt ſparſis prædictionibus
varietur poëma, nec ſimul tot ac tanta effundantur. & congerantur, & ideò ſentias Virgi-
lium ab initio ad finem vſque diuinis monitis Aeneæ tum nauigationes, tum bella, facta de
nique omnia pro opportunitate digerere & commonſtrare. Quanquam poſſumus e-
tiam hæc, quæ narrare prohiberetur Helenus, referre ad ea quæ minùs fœliciter ſemel at-
que iterum euentura eſſent Aeneæ in Sicilia quin ad Africam vſque talis eſt patris mors,
tempeſtas ab Aeolo immiſſa, Oronteæ nauis ac Lyciorum naufragium, indignus Didò-
nis amor, claſſis incendium aut periculum & ſiquid huiuſmodi; quibus inopinatò oppri
mi Aeneam cuperet Iuno. Certè Aeneas obeunte Anchiſe miratur ſibi id non fuiſſe ab
Heleno prænunciatum, dum ſic canit

Nec vates Helenus, cum multa horrenda moneret, 660
Hos mihi prædixit luctus——

Quòd ſi interim illud,

—— prohibent nam cætera Parcæ
Scire Helenum, farique vetat Saturnia Iuno,

minùs aptè, quin frigidè omnino, interpunctione variata, cum Seruio exponi ſentias (nam
fortaſſe vt Helenum ait *fari vetat Iuno*, ita dicere debuiſſet te ſcire vetant Parcæ, ſi ſcire ad
Troianos, fari ad Helenum pertineret) Donatum authorem grauem habemus qui vulga
ta lectione retenta, vetari ait Helenum & ſcire & fari. Quamquam dum repugnātiæ ac du
bitationis tollendæ cauſa ait Donatus, prohibent ſcire Dii, & Iuno aliqua referre vetat,
commodiùs interpreteris, cœtera Helenum ſcire prohibent Parcæ, Iuno fari vetat, *hoc*
eſt ex cæteris Helenum alia ſcire prohibent Parcæ, alia effari vetat Iuno: & hæc expoſitio
optimè conſentit cum ſuperiore illo carmine

Pauca tibi è multis —— expediam dictis

Nam ſignificat multa illi eſſe euentura, ſe tamen pauca dicturum: id quod eueniret quia
ex illis quædam qualia eſſent, Parcæ illum vetarent ſcire, quædam, quæ optimè ſciret, Iuno
effari prohiberet.

Principio Italiam, quam tu iam rere propinquam,
Partic.49 Vicinóſque ignare paras inuadere portus,
Longa procul longis via diuidit inuia terris:
Ante & Trinacriâ lentandus remus in vnda,
Et ſalis Auſonij luſtrandum nauibus æquor,

Inſer-

Digitized by Google

661 Infernique lacus, Aeææque inſula Circes,
Quàm tuta poſſis vrbem componere terra
Signa tibi dicam, tu condita mente teneto.

Commodè atque adeò honorificè (vt dicere cœperam) Aeneam compellauit Helenus; cum enim illum Deæ natum principiò appellauit, tum ſummum illius attigit decus, tum laudes compenſauit quibus viciſſim fuerat celebratus: ita ſanè vnico verbo copioſæ laudationi reſpondit. Breuiſſimo igitur Proœmio adhibito, ad narrationem deſcendit, in qua videri poteſt Latinus Poëta nonnihil Græcum imitari dum in Odyſſea Circes admonet Vlyſſem de periculoſa, & longa, quæ illi obeunda erat, nauigatione. Nec fortaſſe non Aeſchylum conſuluit apud quem a Prometheo de erroribus nauigationis ac periculis præmonetur Io. Quanquam nō eſt cunctandum fateri Apollonio hærere in primis, apud quē in II. Phineus nauigationis curſum ac pericula præmonſtrat Argonautis: itaut locorum et perſonarum varietate diſſimiles ſint, artificio & periculorū magnitudine ſimillimi. Itaq; dum Iaſoni vitandæ Symplegades, Aeneæ Scylla Carybdiſque declinanda; Iaſoni cauēdæ efferatæ gentis littora ac potiùs legenda quàm attingenda; Aeneæ vicina Italiæ littora in quibus Græci degerent, præcauenda; placanda Iaſoni Venus, propitianda Aeneæ Iuno. Denique multa ſibi reticenda prædixit vterque, ſed ille a Diis, hic a Iunone, ſe prohiberi affirmat. Sed iam Helenum attentè audiamus: non enim dubitationibus eius carebit oratio. Admonet principiò Aeneam Helenus de Italię diſtantia: quia ſcilicet putaret ille quidem non procul abeſſe, & ideo vicinos illius portus inuadere ac breui remigratione ſubire pararet, ſed tamen reuera longo viarum interuallo diſſita eſſet. At enim qui Italiam propinquam putat Aeneas, qui paulò ante dixit ſe terras tentare repoſtas, quod eſt longè poſitas & remotas? ſic etiam Anchiſes inde ſuum excuſabat erratum, dum primam terram & antiquam matrem fecerat Cretam, non Italiam & Heſperiam quia nunquam futurum putaſſet vt ad Heſperiam vſque nauigandum fuiſſet Troianis. Verùm *repoſtas* dixit Aeneas, intuens in Crëuſæ Penatúmque ac Deorum reſponſa, quæ, dum darentur, in locis ab Italia longè diſſitis darentur, ac repoſtas propterea vocaſſent Italiæ terras, & longè diſſitam Heſperiam, & ideò aiebat Aeneas,

Dubitatur / *Reſpondetur.*

—— Cuncti ſuaſerunt numine Diui
Italiam petere, & terras tentare repoſtas,

alludens ad reſponſa quæ multò antea in remotis ab Italia regionibus tulerat: quod non
662 prohibet quo minùs Aeneas poſteaquam in Epirum peruenerat, vicinam cenſeret Italiam. At enim cur Helenus procul abeſſe monet? An non Troiani iam iam conſcendent atque continuò illam ſpectabunt & conſalutabunt? nónne Helenus ipſe paulò poſt canet

Dubitatur. II.

Has autem terras, Italique hanc littoris oram
Proxima quæ noſtris perfunditur æquoris æſtu,

perſpicuéque ſignificabit Epyri littus eſſe proximum Italico? Denique Italia vnius diei vel noctis itinere abeſt ab Epiri littore, itaut mirum videri poſſit id è contrario ceciniſſe

—— Italiam, quam tu iam rere propinquam,
Longa procul longis via diuidit inuia terris.

Seruius non ſitu (inquit) ſed neceſſitate fatali procul abeſt. Ego verò ſimpliciùs rem exponerem, hoc eſt viarum tractu: nam ea verba,

Reſpondetur.

Longa procul longis via diuidit inuia terris,

ſatis indicant diſtantiam ad viás & interualla locorum eſſe referendam. Et ideo idem Helenus continuò monet & in Siciliam nauigandum priùs, & Auſonium mare ſecandum, & Auerni lacus ſubeundos, & Circis inſulam radendam, quàm in Italiam perueniret. At ſi ita eſt, cur & proxima & longè poſita dicitur? quid enim pugnantius proferri poteſt? minimè verò: nā reuera ea Italiæ pars quæ debebatur Aeneę, in inferiore Italiæ littore poſita erat, quæque non Epirum, ſed Africam ſpectat, nimirum in Latio: Latium verò & terra multùm, & mari plurimùm, diſtabat. Itaut cum Troianis claſſe illuc perueniendum eſſet (alioquin Latii portum ſubire nunquam potuiſſent) longos maris tractus præternauigare cogeretur adhuc Aeneas. Ob id igitur, cum audiſſet Aeneas Italiam eſſe proprinquam, ac propterea non ſatis reputaret oram & portum quem ſubire opus eſſet, in extremo latio, & longè diſſitum, eſſe eum admonet Helenus ac docet eſſe remotam: præſertim

Dubitatur rurſus. / *Reſpondetur.*

Digitized by Google

tim verò quòd dextrum Siciliæ latus vnde minùs longo itinere peruenire potuiſſet in La-
Redditur ad explicatum tium, declinandum erat & ſiniſtrum legendum, vndè iter producebatur multò longiùs.
& hoc eſt quod ſibi vult Helenus dum ait 663

Antè & Trinacria lentandus remus in vnda.

vbi illud lentandus remus emphaſim habet, nam diù nauigandum ac laborandum ſigni-
ficat: id quod planiùs declarabit paulò poſt canens,

Læua tibi tellus & longo læua petuntur
Aequora circuitu dextrum fuge littus & vndas:

huc etiam ſpectat illud,

Et ſalis Auſonij luſtrandum nauibus æquor.

quæ verba emphaſim item habent magnam, & ſignificant ei Mediterraneum longè ac la
tè decurrendum, ne dicam tempeſtate in Africam excurrendum: id enim reticet, ne illa
panderet quæ vetaret Iuno. Hæc inquam oſtendunt longo viarum interuallo diſſitam eſ-
ſe illam Italiæ oram & portum quem ſubire oporteret. Vt omittam Auernum quoque
adeundum, & Cyrcis inſulam enauigandam: ex quibus omnibus illud etiam ſequitur, ſu-
pra, dum Helenus æquora quæ eſſent Aeneæ nauiganda, vocaret hoſpita, non ſignificaſſe
vicina, quemadmodum Seruius & alij quidam exponunt: quorſum enim mox diceret in-
uia via & longis terris diſtare Italiam? (hæc .n. cũ non propter proximam ſed longè diſſi-
tam Italiæ oram proferat, iurè profert) ſed hoſpitalia ſeu nauigabilia. ſenſus enim eſt. etſi
enim hæc maria non ſunt inhoſpita ſed nauigantur, tamen, vt tutior adhuc ea perluſtres
ac nauiges, pauca te admonebo. Id quod non impedit quominùs via inuia dici poſſit ac di
uidere portus ſubeundos & Latium; cum ſiniſtrum illud Siciliæ littus reuera propter ma
gnum circuitum illum & multò magis Auerni lacus qui non pertinent ad hoſpita æquo-
ra, eſſent inuia, & difficilem curſum haberent & aditum. Quòd ſi dubites cur dicat,

Dubitatur. *Quàm tutâ poſſis vrbem componere terra,*

cum deindè hanc vrbem non condiderit Aeneas, iam totam hanc dubitationem copioſè
proſequuti ſumus ferè ab initio, vbi quæſiuimus an addendum fuerit aliquid poſtremò
Aeneidis libro vnde mœnia excitarentur fatalis vrbis: itaquidem ſumma huius loci ea
Reſpondetur. eſt; diu ac multùm adhuc Aeneæ nauigandum antequam tuta in terra (nam in non tuto
ſolo iam ſemel atque iterum, in Thracia ſcilicet & Creta, excitauerat Vrbem) hoc eſt in- 664
promiſſo Latio vrbem ædificare poſſit. Hîc verò non te pigeat obſeruare quod nuſquam
ampliùs fortaſſe offendas, Aeææ ſcilicet vocẽ: quæ ſanè tota ſimillima eſt, ac ſibi quàm Ho
merica illa a qua fluxit, Αἰαίη ſimilior: nam Homeri poſtrema equidem ſonat, (nam Græ
corum ω e longo reſpondet) non tamen diphtongum ſonat & continet.

Iam verò quoniam plurimùm intererat ſaltem noſſe quando optatam terram attinge-
ret, & qualis eſſet, ne aberraret, ſigna, inquit Helenus, accipias & altiùs in mente reponas,
ac pergit

Partic. 50.

Cum tibi ſollicito ſecreti ad Numinis vndam
Littoreis ingens inuenta ſub ilicibus ſus,
Triginta capitum fœtus enixa iacebit,
Alba ſolo recubans, albi circum vbera nati:
Is locus vrbis erit requies ea certa laborum.

Deſcribit priùs locum in quo portentum ac ſignum, quod illi præmonſtrare ſtatuerat,
obuenturum eſſet: cum ſignum ſubijcit ac prodigium ipſum. Vbi obſeruandum eſt car-
men illud,

Littoreis ingens inuenta ſub ilicibus ſus,

& duo ſequentia integra repeti in VIII. libro: ita tamen vt neutrum locum (quod aliquo-
rum pace dixerim) a Poëta, ſi per tempus licuiſſet, variandum fuiſſe exiſtimem: ſunt enim
concepta deſignati augurij verba, quæ a vatibus pronunciantur, mordicus retinenda, &
cuſtodienda: vt propterea iurè & (vt opinor) data opera tum Heleno tum Tyberino totidẽ
verbis augurium tribuatur & acceptum referatur. ſed de hac re tota in ſexto, cum Tybe-
rim ſubierit Aeneas, ac portum, quem fata iubẽt, tenuerit. Ibi enim vbi iterantur, explica-
buntur

Digitized by Google

buntur commodiùs. Illud tamen interim non reticebo Littoreum dici Tyberim noninelegãter, etſi littus ſit maris proprium, ripa fluminis; ſed quod proprietate ſeruata commodè ac ſcitè pronunciatur ab Hiſtorico, peruenuſtè interdum commutatur a Poëta. ſic
665 Horatius *Aequoris nigri fremitu, & trementes vertere ripas:* contrà Ouidius cum de Numine loqueretur, littora pulſant, canit. & ſanè littora ſunt tanquam maximi fluminis ripæ: ripæ contrà tanquam exigui maris littora. Iam igitur, cum Helenus & de Italiæ ſeu Latij diſtantia, & de longa, quæ ſupererat, nauigatione, & de Latij nota ac ſigno Aeneam admonuerit ſatis, eò ſe conuertit vt, quoniam dira quæ Celæno prædixerat, hærentem habebant Aeneam & ſolicitum, graui hoc timore illum eximat. ait igitur

Par.51 Nec tu menſarum morſus horreſce futuros.

Vbi, quamquam haud negat fore vt fames illum inuadat, ſignificat tamen non eſſe pertimeſcendam. ídque ea de cauſa quia

Par.52. Fata viam inuenient, aderítque vocatus Apollo,

fata inquam, viam inuenient, vnde fames non prohibeat quominùs promiſſam tibi a fatis fœlicitatem aſsequaris: & vocatus aderit Apollo, vel quia ab ipſo Aenea in progreſsu inuocabitur, ac propterea ſe illi propitium oſtendet, dirum illud famis omen, quod ipſius Phœbi nomine prædixerat Celæno, auertens: vel quia ab ipſo Heleno paulò antè inuocatus fuerat dum ſacrificium inſtitueret: iámque intellexerit fore vt Apollo diram illam quæ immineret, famem in bonum conuertat. Id quod reuera accidit, cum Aſcanio in conuiuio exclamante,

Heu etiam menſas conſumimus ———
ſtatim ——— *ea vox audita laborum*
Prima tulit famem ——— inquit Poëta;

inde enim agnouit Aeneas eam eſſe fatalem terram. ſed quoniam adhuc inter hoſtes nauigandum erat Aeneæ, idcirco illud etiam admonet quod ad periculum vitãdum hac quoque in re pertineat: & ideo pergit,

Par.53. Has autem terras, Italíque hanc littoris oram,
Proxima quæ noſtri perfunditur æquoris æſtu,
Effuge: cuncta malis habitantur mœnia Graijs.

Vbi priùs generatim admonet Aeneam obiectam Epiro Italiæ oram a Graijs teneri, vt eã effugiat. quod dum facit, *Has autem terras*, inquit, *hanc oram*, quòd ferè ſub aſpectum cade-
666 ret hæc pars: & ideò continenter eam appellat proximam. Hanc igitur effuge, inquit, proximam, quæ a Graijs habitatur, vt alteram tutus ſubire poſſis quæ incolitur a Latinis. Elegãter verò ait eas terras perfundi æquoris æſtu, quia reuera Adriaticũ fretũ videtur ſe ſe ab Aegeo & Ionio in eas terras fundere, & veluti in ſinũ irrũpere: atque hinc eſt fortaſſe vt æſtus ille excitetur: ſinus enim anguſtias illum gignere, vel certè augere ſuſpiceris. quãquam de maris æſtu & eius cauſa, & cur non omnia maria videantur tali æſtu concitari, alibi opportuniùs. Malis verò Graijs ait, vel vt Aeneæ blandiatur & illius ſenſum ſequatur, vel quòd ipſe, Troianus cum eſſet. Græcos illos, quippe hoſtes, tales reputaret: præſertim cum olim ſæua ab illis perpeſſus eſſet; vel quod non benè audirent ij qui oram illam tenerent, cum eam per vim occupaſſent; vel quia generatim doloſum ac malum reputaret Græcorum ingenium ac morem: hinc enim Græca fides abijt in prouerbium. Cum verò generatim de illis dixiſſet. ſigillatim quoque de ijſdem edocuit Aeneam ſic canens,

Hîc & Narycij poſuerunt mœnia Locri:
Et Salentinos obſedit milite campos
Lyctius Idomeneus: hîc illa ducis Melibæi
Parua Philoctetæ ſubnixa Petilia muro.

Quæ Epiro eſt obiecta Italiæ ora, priùs offert eam Apuliæ oram qua Iaſygium continetur & Salentinum promontorium, vel ſi mauis, Otronthinum littus: quod ſanè inter Septentrionem & Occidentem occurrit ſoluentibus ab Epiro: Tum Tarentinum fretum ſe ſe offert tantiſper ad Occidentem deflectenti. Tametſi Tarentina quoque regio Apulia continetur: mox ſuccedet Calabria quæ ab Occidente in meridiem vergit & ad Siculũ

vſque

Digitized by Google

vſque fretũ decurrit. Dum igitur tres regiones attingit Poëta Italicæ oræ Epiro obiectæ,
non ſequitur ordinem quo ſe offerunt primùm Epiro ſoluentibus: ſed è contrario Locrũ
nominat prius quod in Calabria ſitum eſt & extrema ferè Italiæ ora: deinde Salentinos
qui occurrunt primi: denique Petiliam quæ Scyllacæum attingit, & intericcta eſt media:
itaut extremam, primam, mediam, eius littoris oram deſignet: quod effecit, opinor, vt
quoniam oppidorum omnium aut locorum enumeratio permoleſtè poſſet accidere, tri-
bus his celeberrimis regionibus, extrema, prima, media, oram concluderet vniuerſam: a
Locro enim incæpit: quod celebritate præſtaret cæteris. Duas verò de Locrenſis oppidi 667
ædificatione refert ſententias Seruius: cuius verba deſcribere licet, quòd in vulgatis codi-
cibus deſint permulta. Ergo dum exponit propoſitum carmen,

Hic & Narycij poſuerunt mœnia Locri

*Socij Aiacis Oilei fuerunt, Epizephyri & Ozolei. Sed poſt tempeſtatem montis Caphærei, Epizephyri
tenuerunt Brutios: & hos nunc dicit. Ozolei verò tenuerunt Pentapolim inde eſt. Lybicóue habitantes
littore Locros. Quin etiam de Ozoleis legitur, quòd delati Tinciam ulteriùs acceſſerint, & ciuitatem cõ
diderint, quæ nunc Vzalis dicitur: Narycij autem a loco dicti ſunt prouinciæ ſuæ: Ozolei a putore paludis
vicinæ. Alij Narycios Opuntios eoſdem & Epicnemydas dicunt, namque priùs Narix, Opuns poſtea di
cta, eadem autem & Epicriminina vocatur. Eſt enim Cnemis promontorium, in quo Opuntij Locri poſiti
ſunt, a quibus originem trahunt, qui in Italia ſunt, & appellantur Epizephyrei. quod Zephyrum pro-
montorium vocatur a Græcis, in quo ſunt conditi Locri, qui in Græcia ſunt. Hi verò qui iuxta Delphos co
lunt Ozolei nuncupantur, ſiue a fœtore draconis quem Apollo interemit, ſeu quòd vxores eorum Veneris
ira, viris ſuis fuerint fœditate tetri odoris inuiſæ, qui autem ad Lybiam delati ſunt, Naſamones appellã
tur, vt Cornelius Tacitus refert, oriundi a Narycijs quod ibi inuenies.* vbi ait,

Lybicóue habitantes littore Locros.

& ſanè de huius vrbis origine & nomine non vna extat ſententia, quemadmodum ex Dio-
doro licêt animaduertere, Strabone, & alijs multis; inter quos Solinus, & Ephorus, Strabo-
ne teſte, conſentire vidêtur cum Virgilio: qui ſanè ſubdit Salẽtinos campos Lyctium Ido
meneum obſediſſe. Ac de huius quoque regionis nomine non vna extat opinio: quando-
quidem alij Salentinos a Salentinis Cretenſibus, qui hanc regionem tenuiſſent, dictam vo
lunt: alij contra a Salo, quæ ſententia fortaſſe ad aures eſt Virgilij: dum enim Idomeneũ
ait obſediſſe Salentinos campos, videtur ſumere eos campos hoc nomine appellatos Ido-
menei aduentu. Sed quicquid ſit de nomine, hanc regionem ab Idomeneo fuiſſe occupa- 668
tam, Virgilio aſſentiunt Hiſtorici multi. Petiliam quoque Philoctetes non ædificauit, ſed
occupauit, muróque inſtaurauit, de qua re multa tum Seruius hoc in loco, tum Strabo,
Plinius & alij. fuit autem Lucaniæ Metropolis Strabone teſte, & Scyllacæo ſinui proxi-
ma: nunc ex eius ruinis oppidum extructum eſt quod Bellicaſtrum appellatur. de Philo-
ctete etiam multa hîc Seruius, qui tam a Melibæa Theſſaliæ vrbe fuiſſe ait, vnde Melibęi
appellatur a Virgilio quod eſt Melibœnſis: tum alij narrant, quæ, quoniam nil ad inſtitu-
tum, prætereo libens. Ita quidem hanc oram, quòd ab hoſtibus teneretur, iubet Helenus
vt effugiat.

Partic. 55.

Quin, vbi tranſmiſſæ ſteterint trans æquora claſſes:
Et poſitis aris iam vota in littore ſolues:
Purpureo velare comas adopertus amictu,
Ne quà inter ſanctos ignes in honore deorum
Hoſtilis facies occurrat, & omnia turbet.
Hunc ſocij morem ſacrorum, hunc ipſe teneto:
Hac caſti maneant in relligione nepotes.

Sic ab Epiro ad obiectum Italiæ littus transfretare iubet, vt ſtatim ac deſcenderit ſacrifica-
turus, caput purpureo velet amictu. At enim cum modò iuberet vt effugeret ea littora; id-
que quia tota, quanta eſſent, ab hoſtibus tenerentur: cur è veſtigio, quaſi ſui immemor, iu-
bet, vel pro conſtanti ſumit, aras ibi ponendas & ſacrificandum? Crediderim id dixiſſe,
quòd ſic cenſeret eam oram effugiendam, vt niſi ſacrificij cauſa in eam deſcendere non li-
ceret: idque in primo ac nudo littore, vnde ſtatim conſcendere poſſet & vela facere. qua-
propter

Digitized by Google

propter.quemadmodum paulò poſt de Iunone adoranda Aeneam exaggeratiſſimis verbis illis monet,

——Si qua eſt Heleno prudentia uati,
Si qua fides, animum ſi veris implet Apollo:
Vnum illud tibi, nate Dea præque omnibus vnum
Prædicam, & repetens iterúmque iterúmque monebo
669 *Iunonis magnæ primùm prece numen adora*
Iunoni cane vota libens, dominámque potentem
Supplicibus ſupera donis: ——

ita tacitè iuſſiſſe viſus eſt vt Iunoni ſacrificandi cauſa nudum Italiæ littus, in quo ſine periculo eſſe liceret, attingeret, & hinc eſt vt Aeneas ſtatim ac trãsfretauit, deſcenderit, & qua potuit maxima celeritate Mineruæ & Iunoni ſacrificauerit in primo littore, & vela fecerit, quare ſic canit

——tum numina ſancta precamur
Palladis armiſonæ quæ prima accepit ouantes,
Et capite ante aras Phrygio velamur amictu:
Præceptiſque Heleni, dederat quæ maxima, ritè
Iunoni Argiuæ iuſſos adolemus honores.
Haud mora, continuò perfectis ordine votis,
Cornua velatarum obuertimus antennarum,
Graiugenúmque domos, ſuſpectaque linquimus arua:

Itaque vbi trans æquora perueneris & poſitis aris vota ſoluens in littore, inquit Helenus, velabis caput purpureo amictu, ſed cur velare iubet? præſertim verò cum id vſque adeò receptum eſſet ac tritum, vt otioſum videri poſſit id præcipere? aut cur purpureo tantùm amictu? velare iuſſit,

Ne qua inter ſanctos ignes in honore deorum
Hoſtilis facies occurrat, & omnia turbet:

Vbi Seruius *Quidam Vlyſſem, alij Diomedem intelligunt per hoſtilem faciem,* ac rurſus dum ait, *& omnia turbet, ſignificat Diomedem qui cum multis caſibus adfligeretur, Palladium, quod apud ipſũ erat, Troianis oraculo iuſſus eſt reddere. quod cum vellet implere, Aeneam inuenit ſacrificantem, qui vt ſupra diximus, ſacrificij ordinem non rupit, & Palladium Nautes accepit.* Vnde Nautarum familia Mineruæ ſacra ſeruabat. Hæc Seruius: cuius rei fides ſit apud authorem. ipſe certè crediderim Virgilium, quoniam Romani operto capite ſacrificarent ac purpureo amictu velo, hunc morem ad Aeneam retuliſſe vt Auguſto blandiretur ac Romanis: ac propterea quaſi aliud ageret, ſignificare voluiſſe a Phœbi Vate atque adeò diuinitus hunc morem acceptum eſſe. certè dum pergit,

670 *Hunc ſocij morem ſacrorum, hunc ipſe teneto,*
Hac caſti maneant in relligione nepotes.

nemo non intelligit huc facilè ſpectare potuiſſe. Nec mirum monuiſſe vt velaret caput ſacra facturus: nam ſpectauit in priſca tempora, cum non omnes operto capite ſacrificarent, ſed magna varietas cerneretur, & hinc eſt vt cauſam proferat propter quam par ſit operto non aperto capite ſacrificare. nimirum

Ne qua inter ſanctos ignes in honore Deorum
Hoſtilis facies occurrat, & omnia turbet.

verè enim, vt ſacerdos totus in precatione & votis ſit, atque vnum numen ſpectet animo, prohibere debet externam ſpectationem omnem, præſertim verò hoſtilem, (id quod Aeneæ contigere potuiſſet cum Græci hoſtes illud tenerent littus) quæ facillimè conturbare poteſt & perturbare ſacra. Quin Victor in Romanæ hiſtoriæ breuiario, *Cum interim (* inquit de Aenea loquens *) immolata ſue in littore ſacrificium perageret, traditur fortè aduertiſſe Argiuam claſſem in qua Vlyſſes erat: cúmque vereretur ne ab hoſte cognitus periculum ſubiret, ac rem diuinam interrumpere ſummum nefas duceret, caput obuelamento obduxiſſe, atque ita pleno ritu ſacra perfeciſſe: inde poſteris traditum morem ita ſacrificandi.* Hæc iſte: quę quàm verè, alij viderint. ipſe certè dum ait, *traditur,* indicare videtur ne ſibi quidem id ſatis probari. Vt mihi quidem videatur Virgilius in Romano ſacrificandi more exprimendo, atque illum Aeneæ acceptum referendo, tantùm ſpectaſſe, vt Auguſto interim (vt ſolet) ac Romanis, qui propterea Aeneidem populi Romani hiſtoriam appellarunt, blandiretur.

Aſt vbi

Digitized by Google

Partic. 56. Aſt vbi digreſſum Siculæ te admouerit oræ,
Ventus,& Anguſti rareſcent clauſtra Pelori,
Læua tibi tellus,& longo læua petuntur
Aequora circuitu: dextrum fuge littus & vndas.

Admonet eum de curſu quem tenere oporteat, dum ad Siciliæ conſpectum peruenerit:
vt ſcilicet ſiniſtrorsũ nauiget, dextrum latus declinans, idque ne in Scyllam aut Charyb-
dim incurrat, & per hãc occaſionẽ de dextro Siciliæ freto quod maris & fluctuum impe
tu apertum ait, deque Charybdi & Scylla, refert non pauca. Ait igitur illi faciendum vt ſta
tim ac ventus eum ab Italia digreſſum in Siculæ conſpectum oræ deuexerit, & anguſti Pe 671
lori, (eſt hoc vnum ex Siciliæ promontorijs, quod cum duobus reliquis Pachyno & Lily-
bæo Triquetrã fingit inſulam) clauſtra rareſcent, tũ proximum littus tum dextri litoris
vndas fugiat, ac ſiniſtrũ littus & æquor legat ac ſecet, idque circuitu ſanè longo, quo in lo-
co *clauſtra rareſcent*, inquit, quia eò ab remotiore Ionij aut Adriatici parte cõtendenti clau
ſtra illa, hoc eſt, duo promontoria, rareſcere ac diſiungi videãtur paulatim. iure autem ait
lõgo circuitu, quia quemadmodũ dextro freto in Mediterraneum nauigantes, breui (etſi
non ſine Scyllæ & Charybdis periculo) illuc perueniunt, ita qui ſiniſtrum ſecant æquor,
ijs maxima Siciliæ pars, quoniam in gyrum ſeptingenta ferè millia paſſuum protenditur,
obeunda eſt, quemadmodum Virgilius ipſe indicabit paulò poſt,

Partic. 57. Hæc loca, vi quondam & vaſtá conuulſa ruina,
(Tantùm æui longinqua valet mutare vetuſtas)
Diſſiluiſſe ferunt. cum protinus útraque tellus
Vna foret: venit medio vi pontus, & vndis
Heſperium Siculo latus abſcidit, áruaque & Vrbes
Littore diductas anguſto interluit æſtu,

Non deſunt qui exiſtiment aut ſuſpicentur falſum eſſe Siciliam cum Italia cohæſiſſe vn-
quam, itaut non Inſula ſemper fuerit, ſed continens olim ſeu Peninſula. quæ ſuſpicio for-
taſſe Virgilij quoque tempore percrebuerat: nam ideo (ni fallor) ait. *Diſſiluiſſe ferunt.* hoc
enim dicendi genere ſæpè vtitur cum rem vel admirabilem vel ferè incredibilẽ non certã
& conſtantem, profert: conſtanter tamen affirmatur ab Ariſtotele, Thucydide, Diodoro
item, qui Siculus fuit, Polybio, Strabone, Salluſtio, Plinio, atque alijs Hiſtoricis plurimis,
quos deinde Poëtæ quoque ſecuti ſunt Lucanus, Silius, Claudianus. Et ſanè haud a veriſi-
mili abeſt, Oceanum ſuo impetu ab Occidente Herculeum fretum, faucibus nimirum il-
lis apertis & protritis, effeciſſe, atque inde in terras excurrentem, Mediterraneum tandem
veluti progenuiſſe, vnde ſenſim Sicilia quoque ab Italia diuulſa ſit. Itaque Seneca etiam, 672
dum ad Martium ſcribit, conſtanter affirmat Siciliam olim cum Italia hæſiſſe, & maris im
petu ſolutam eſſe. quinetiam in naturalibus quæſtionibus, vbi ſeriò philoſophatur, Virgi-
lianum hũc locum protulit quò ſententiam ille ſuam confirmaret, tum addidit è veſtigio
*Vides totas regiones a ſuis ſedibus reuelli, & trans mare iacére, quod in confinio fuerat: vides & Vrbiũ
fieri gentiúmque diſſidium, cum pars Naturæ concitata eſt ex ſe, vel aliquod mare ingens Spiritus impe-
git, quorum mira, vt ex toto, uis eſt. Quamuis enim parte ſæuiat, Mundi tamen viribus ſæuit. Sic &
Hiſpanias à contextu Africæ, mare eripuit. Sic hac inundatione, quam Poëtarum maximi celebrant, ab
Italia Sicilia reiecta eſt*. Quanquam reuera dum ait Virgilius ea loca diſſiluiſſe, & quondã
vaſta ruina fuiſſe conuulſá, videtur omnino in eorum ſententiam deſcendere qui ſcripſe-
runt terræmotu diſciſſam corruiſſe. nam licet permulti vi fluctus apertum ſcribant ſinũ
illum, non deſunt tamen (inter quos eſt Strabo, a quo veteres hiſtorici & authores eiuſdẽ
ſententiæ proferuntur multi) qui terræmotui id acceptum referant, aut ignibus qui loci
illius cauernis concluduntur. Itaque crediderim ipſe ignibus & terræmotu ſciſſum priùs
montem, tum paulatim (id quod Trogus ſignificat) mare irrupiſſe atque aditum illum ſi-
bi feciſſe, vnde Euripus ac fretum extiterit præſens. a qua ſententia nequaquam abeſt, opi-
nor, Virgilius, qui cum dixiſſet,

Hæc loca ui quondam & vaſtâ conuulſa ruina
Diſſiluiſſe ferunt: cum protinus útraque tellus

Vna

Vna foret —— ſubiecit è veſtigio
—— venit medio vi pontus & vndis
Heſperium Siculo latus abſcidit, áruaque & vrbes
Littore diductas anguſto interluit æſtu.

quibus priùs ſignificat vi ea loca diſſiluiſſe & corruiſſe, indicās ignis aut terræmotus vim
673 tū vndis viā patefactā freto, itaut cōſultiſſimus videri poſſit noſter Vates qui in re grauiſſi ma & Hiſtoricorū ſentā explorauit, & probatiſſimam ſine dubio ſententiam ſecutus ſit. Hîc verò dum illud interponit, *(Tantùm æui longinqua valet mutare vetuſtas)* ſignificat longam diem ſeu diuturnum tempus id habere vt magnam inducat terrarum ac mariū commutationē: quam rem cum ex Ariſtotele haurire potuiſſet qui in Meteoro logicis idem ſcriptū reliquit, tum maximè ex Platone in Timæo & Critia vbi rē hanc proſequitur copioſè: quam rem vniuerſam nos in Timæi commentarijs & in ſomnio Scipio nis examinauimus non indiligenter, & eádem fuit etiam Stoicorum ſententia quam Seneca complexus eſt. & huc referre licet illud Ouidij,

Tempus edax rerum, túque inuidioſa vetuſtas *Omnia deſtruitis ——*

idémque ſi non pari elegantia, pari certè verborū pondere, expreſſit Lucretius cū caneret

Et quaſi longinquo fluere omnia cernimus æuo,
Ex oculiſque uetuſtatem ſubducere noſtris.

Denique dū ſcribit Virgilius Heſperiū latus a Siculo ita abſciſſum vt arua & vrbes anguſto æſtu ſeu freto a littore deducantur & ſeparētur, id affirmat, quia fretū illud haſce interſecans terras, vt in longitudine vix duodecim paſſuum millia extenditur, ita in latitudine ad ſummum duodecim ſtadia dilatatur: etſi interdum multò breuiorem tractu (atque id maximè accidit vbi duo illa promontoria mutuò videntur incurrere) obiecta littora inter ſe diſtant: ſed ad Scyllam & Charybdim.

Part. 58. Dextrum Scylla latus, læuum implacata Charybdis
Obſidet: atque imo barathri ter gurgite vaſtos
Sorbet in abruptum fluctus, rurſúſque ſub auras
Erigit alternos, & ſydera verberat vnda.
At Scyllam cæcis cohibet ſpelunca latebris
Ora exertantem, & naues in ſaxa trahentem.
Prima hominis facies, & pulchro pectore virgo
Pube tenus, poſtrema, immani corpore priſtis,
Delphinum caudas vtero commiſſa luporum.

674 Deſcribit Scyllā & Charybdim: atque illam ait tenere dextrum freti latus, hanc ſiniſtrum, verè.n. ex Ionio Italiaúe fretū illud petenti, Scylla dextrorſum occurrit, itaut ad Italiæ orā pertineat: Charybdis cōtrà ſiniſtrorſū, itaut pertineat ad orā Siculā. cū verò Charybdis poſteriore loco iniecisſet mētionē, cōtinuauit eius deſcriptionē obſeruās ter fluctus imo barathri gurgite abſorbere, ter eoſdem euomere, & ſic attollere, vt dixeris ſydera vndis appetere ac verberare. ter verò ait, Homerum imitatus, qui cecinit de Carybdi τρὶς μὲν γὰρ ἀνίησιν ἐπ' ἤματι, τρὶς δ' ἀναῤῥοιβδεῖ, *Ter ſi quidem remittit in die, ter verò abſorbet*, alioquin bis tantùm id cōtingere Strabo aliíque teſtātur multi: vt proinde hyperbolicè id pronunciarint, quēadmodū illud ſydera verberat vnda, hyberbolicū eſt totū. mox verò pergit ad Scyllæ deſcriptionē, quā ait cæcis latebris cohiberi intra ſpeluncā, indeque ora frequēter exerere, & naues per illa, opinor, ora (ſic enim Ouidius) in ſaxa contrahere. denique Scyllā deſcribit, quaſi verò quod primò occurrit eius pars, facies inquā, hominis aſpectū, pulchrū verò eius pectus, virginem referat (atque hinc hominis, quam dixit, facies, crediderim muliebrē faciē & virginem tacitè indicari, præſertim quia puella fuiſſe creditur) infra pubē verò immani corpore exprimat priſtin belluam marinam, vtero lupum, caudis, quæ vtero cōmiſſæ ſint & inſertæ, delphinum. Egregiè verò Ouidius, hunc ſcilicet locum imitatus, Scyllæ & Charybdis tum ſitum tum formas deſcripſit, dum caneret.

Scylla latus dextrum, læuum irrequieta Charybdis,
Infeſtat, Vorat hæc raptas reuomitque carinas,
Illa, feris atram canibus ſuccingitur aluum,

Digitized by Google

Virginis ora gerens,& (ſi non omnia vates
Ficta reliquerunt) aliquo quoque tempore virgo.

Nec fortaſſe ab huius imitatione loci abfuit Horatius in Poëtica dum ſuũ illud monſtrũ humano capite inſtrueret,piſcis terminaret figura:ſiquidẽ formoſæ virginis caput intellexit,cũ pergeret, *mulier formoſa supernè* nam piſcem expreſſiſſe extremã ſatis cõſtat cũ canat

——*turpiter atrum Deſinat in piſcem*:mediæ tamen partes variant:ita vt monſtrum ex aëreis,aqueis,terræis animantibus ſiue animantium membris conflauerit. Sed breuiſſimè omnium,ac neſcio etiam an elegantiſſimè,Auſonius nam effingit eo carmine, 675

Scylla triplex,commiſſa tribus,cane,virgine,piſce.

vbi faciem item virgineam fuiſſe indicat: tametſi de cane, quàm rectè, paulò poſt.

Partic. 59.

Præſtat Trinacrij metam luſtrare Pachyni,
Ceſſantem,longos & circumflectere curſus,
Quàm ſemel informem vaſto vidiſſe ſub antro
Scyllam,& cæruleis canibus reſonantia ſaxa.

Cum Scylla,in quam primò incurrere potuiſſet Aeneas,talis ſit, monet præſtare ceſſantẽ & in itinere diutiùs commorantem, ſiniſtrorſũ nauigare: & Pachini Trinacriæ promõtorij metas,oras inquam & fines,luſtrando,ſiniſtrum Sicyliæ littus legere,ac ſummatim longo curſu circũflectere,quàm ſemel informẽ Scyllã in eo antro,& reſonantia,in quibus latet,ſaxa,inſpexiſſe,Satius eſt enim cum ſalute longum iter arripere, quàm cum viæ & nauigationis compendio grauiſſimum diſcrimen ſubire.At enim cur de Scylla dum loquitur,& eius formam iterum deſcribit,ait

Cæruleis canibus reſonantia ſaxa?

Certè ſupra virginis,lupi,delphini figura variauit Scyllam,ac totam,quanta eſt,deſcripſit: qui igitur hîc cæruleis canibus illam deſcribit?Seruius dubitationẽ vno verbo attigit, ſed inexplicatam reliquit, ſic ſcribens, *Variauit nunc canes dicendo,cum ſupra dixerit lupos.* Itaque Iacobus Pontanus hac dubitatione commotus grauiter, ſic diſſerit. *Quomodo ſupra vterum Lupi,& Delphinũm caudas ei attribuit,hîc autem canis? quæ eſt iſta inconſtantia? etiam lib. 1. cũ ait,*

Vos & Scyllæam rabiem penitúſque ſonantes
Acceſtis ſcopulos,——

inſinuat profectò canibus cinctam,quorum eſt rabire, & quorum furor dicitur rabies. Apertiſſimè autem Ecloga Sexta.

Quid loquar,aut Scyllam Niſi,aut quam fama ſecuta eſt,
Candida ſuccinctam latrantibus inguina monſtris, 976
Dulichias vexaſſe rates: & gurgite in alto
Ah timidos nautas canibus laceraſſe marinis?

& de canina Metamorphoſi omnes alij Poëtæ. Sic Pontanus,qui mox, cum reſponſio eſſet in promptu, ad peregrinam quamdam ac frigidam planè & alienam reſponſionem cõfugit,ſic pergens. An quod aliàs conſueuit,vt arborem,pro arbore,perſonã pro perſona,locum pro loco,rẽ denique vicinam,pro vicina nominet?idem hîc facit,vt animal pro animali,& quidem verum pro vero nominet? quid aliud dicam, in præſens non video. Ouidij verſiculos ſubijciam ex Metamorphoſeon de mutatione Scyllæ,

quæ quidem,vt ille narrat,Circes veneficio contigit.

Scylla venit: mediaque tenus deſcenderat aluo,
Cum ſua fœdari latrantibus inguina monſtris
Aſpicit: ac primò non credens corporis illas
Eſſe ſui partes, refugitque abigitque,timétque.
Ora proterua canum:ſed quos fugit,attrahit vnà,
Et corpus quærens,femorum,crurúmque,pedúmque
Cerbereos rictus pro partibus inuenit illis.
Státque canum rabies,ſubiectaque terga ferarum
Inguinibus truncis vteróque extante coërcet.

Sed profectò,ſi rem attentiùs reputaſſet, animaduertiſſet rẽ habere explicatũ facilẽ atque adeò carere dubitatione:vt enim ſaxa illa ingentia ob figuram & formam Scyllæo mõſtro locum dedere,itaut monſtroſa Virgo & vaſta cenſeatur,ſic eadẽ ſaxa propter ſonitũ quo multorũ canũ latratus quoquomodo exprimitur,locũ dedit vt canibus deſcriberetur:qui tamẽ canes nõ ad eius figurã corporis pertinent,ſed ad latratus quos imo emittit pectore.

pe-

Digitized by Google

pectore igitur canes gerit vnde latratus emittit, non canū figuram exprimit. & huc pertinet quòd quemadmodum ab initio eam deſcripſit ora exertantem, quod eſt immanes fauces ámplaque ora monſtri inſtar vaſtiſſimi intendentem, ita hîc canibus reſonantem illā facit, quod eſt canum inſtar latratus ingentes exprimentem. Huc quòd Homerus, quem
677 imitatur hîc Virgilius, horrendos, inquit, ad ſydera tollit clamores: huc quod ſupra Scyllæam rabiē appellauit ſonitus Scyllæ, quia, ſ. rabidos canes eorúmq; latratus imitetur: huc quod Ouidius——*atram canibus ſuccingitur aluum:* canebat de Scylla. quid plura? cum Virgilius in Bucolicis canat

Candida ſuccinctam latrantibus inguina monſtris
Aſpicit ——

quis non ſentit canes iſtos Scyllæo pectore condi? Denique dum idem Ouidius Cerbereos rictus & canum rabiē attribuit Scyllæ, quis dubitet canes Scyllæos pectore & immani vētre continere? Et hinc eſt vt apud Catullū Scylla latratus emittat ab inguinibus ēt, quòd ni mirùm pectore imo condantur, vt mirū ſit Pontanum tantopere commouere, quaſi verò repugnantia canat Virgilius. Illud potiùs dubitare licuiſſet órene an inguinibus emittat latratus: tametſi dum tā multos latratus emittit, & monſtrū fingitur, nil prohibet vtrinque illos edere, dum tamen a canibus qui toto pectore conduntur, emitti fateamur. & idcirco Auſonio qui canes ad figuram retulit, non aſſentior: niſi tamen dixeris Scyllæ, quippe quæ fortaſſe pubetenus emineret (ſubindicat enim hoc fortaſſe Ouidius) ſéque ad inguines vſque extra fluctus oſtentaret apertiùs, canes, fluctus inquam horrendos & reſonantes, circum inguina latraſſe: nam ideo cærulei commodè dicerentur. Ex quo fieret vt adhuc ſic canes circumſtarent illius ventri, non hærerent, & ad figuram propriè pertinerent. Certè dum ait Ouidius

—— *Feris canibus ſuccingitur aluum.*

viſus eſt ſignificare incurrentes in Scyllæ aluum fluctus reſonantes, canes latrantes referre. quod ſanè dum pectore quoque latuiſſe & inde latratus emiſiſſe indicat (ſic enim præſtat vt animal effingatur ſeu animantis inſtar latrare dicatur) nō magnoperè reprehendo. Sed ad Helenum redeo, qui ſic pergit.

Par. 38. Præterea ſi qua eſt Heleno prudentia vati,
Si qua fides, animum ſi veris implet Apollo,
Vnum illud tibi, Nate, Deâ, praéque omnibus vnum
Prædicam, & repetens iterúmque iterúmque monebo,
Iunonis magnæ primùm prece numen adora,
Iunoni cane vota libens, dominámque potentem
Supplicibus ſupera donis: ſic denique victor
Trinacriâ fines Italos mittêre relictâ.

678 Grauiſſimis Aeneam verbis admonet Helenus vt Iunonis numen colat diligēter (cur. n. dicat primùm, docebimus infrà non inopportunè) ac propterea precibus, votis, donis adorādū, & potenti Dominæ ſupplicandū. quod dum facit, videtur mihi principio Virgilius tria, quæ in optimo conſiliario requirantur deſcribere: nimirū vt fidelis ſit, vt prudens, vt diuinitus præſidium & mentis illuſtrationem imploret: qui. n. fidelē conſiliarium delegerit, rectè ille fecerit: alioquin hoſtem conſulat ac perniciem ſibi ſtruat: qui prudentem adhuc, rectiùs, vt minùs aberret: qui ob pietatē Deo carum, rectiſſimè: is. n. quantumuis prudentiſſimus, ac rerum gerendarum experientiſſimus, non ſuæ innitetur prudentiæ, ſed ad Deum confugiet, atque aſſidua precatione cū Deo conſultabit: & hac de cauſa conſilium Plato rem diuinam eſſe dixit, quòd veritas & conſilium inde hauriendum. quanquā non me latet Virgiliū quippe qui Romana paſſim inſtituta in ſuo Aenea Troianíſque effingeret, non nihil ad ſuperſtitioſum Romanorum ritū ſpectaſſe, qui nihil ferè inauguratò gerebat: nā hoc exemplo Helenum Phœbi conſilium ſacrificijs & ſuperſtitionis ritibus explorantem inducit. Atque hîc ſanè, dum Helenus tam exaggeratis verbis non de ſe modò ſed de re in primis loquitur quam commendaturus eſt; tam magnificè de honore Iunoni habendo, tam honorificis verbis de Iunone ipſa colenda admonet Aeneam, equidem eos qui Virgilium breuiloquentiæ tantopere inſimulant, ac preſſum nimis & contractū clamant, rogatos velim vt locum hunc reputent diligenter: admirabilem. n. verborum & ſen-

Digitized by Google

tentiarum amplitudinem & copiam in eo agnoſcent. nec diſſimilia videri debent alia quæ hactenus ſeſe obtulerunt multa:

In freta dum fluuij current, dum montibus vmbræ
Luſtrabunt conuexa; polus dum ſydera paſcet;
Semper honos noménque tuum laudéſque manebunt,
Quò me cunque vocant terræ —— inquit Aeneas, & Ilioneus
Rex erat Aeneas nobis, quo iuſtior alter
Nec pietate fuit, nec bello maior & armis: 679
Quem ſi fata virum ſeruant, ſi veſcitur aura
Aetherea, nec adhuc crudelibus occupat vmbris,
Non metus: officio nec te certaſſe priorem
Pœniteat ——
Quis genus Aeneadûm, quis Troiæ neſciat vrbem?
Virtutéſque viróſque, & tanti incendia belli?
Non obtuſa adeò geſtamus pectora Pœni.
Nec tam auerſus equos Tyria ſol iungit ab vrbe.
Seu vos Heſperiam magnam, Satúrniaque arua,
Siue Erycis fines, regémque optatis Aceſten:
Auxilio tutos dimittam, opibúſque iuuabo.

Neque verò non Sinonis lamẽtatio & oratio nõ amplificationes habet multas & illuſtres

Heu quæ nunc tellus, inquit, quæ me æquora poſſunt
Accipere? aut quid iam miſero mihi denique reſtat?
Cui neque apud Danaos uſquam locus, inſuper ipſi
Dardanidæ infenſi pœnas cum ſanguine poſcunt.

& rurſus

Vos æterni ignes, & non uiolabile ueſtrum
Teſtor numen, ait, uos aræ, enſéſque nefandi
Quos fugi, uittǽque Deûm, quas hoſtia geſſi,
Fas mihi Graiorum ſacrata reſoluere iura,
Fas odiſſe uiros, atque omnia ferre ſub auras,
Si qua tegunt: teneor patriæ nec legibus ullis,
Tu modò promiſſis maneas, ſeruátaque ſerues
Troia fidem, ſi uera feram, ſi magna rependam.

ſed vix vnquam finem inuenerim, ſi percenſere loca velim omnia in quibus noſtri vatis lõgè ac latè exultat ac ſpatiatur oratio. Quamquam illud etiam illis eſt repetendũ qui ſummas in Virgilio culpant anguſtias, nimirũ orõnis dignitatẽ & maieſtatẽ non modò in am- 680 plificationib. & expolitionib. ac ſummatim in verborũ copia & dicẽdi varietate verũ ẽt in rerum nouitate, ſplendore, copia, ſed in primis in nobili inuentione & artificioſa diſpoſitione eſſe ſpectãdã, hinc.n. oratio ac poëma cũ neruos & vires, tũ ſuccum, referre ſolet: quib. mirificè excellit Virgilius. Vt omittã bonũ aurigã imitandum Poëtæ: vt.n. ille opportunè habenas & laxat & cohibet, ita Poëtæ pro opportunitate laxandæ ſunt habenæ orationis & contrahendæ. Sed redeo ad locũ vnde digreſſus ſum: in quo ſanè (id quod miror a nemine obſeruatum) de ſingulis quę iã antea numerabam, tripliciter verba facit. *nam de ſe, ſi qua eſt,* inquit, *Heleno prudentia vati: Si qua fides: animum ſi ueris implêt Apollo*. de re quam commẽdaturus eſt, vnũ illud tibi prædicam, inquit: vnum præ omnibus prædicam: & repetens iterum iterúmque monebo: de honoribus Iunoni habendis; prece primũ adora: cane vota libens: ſupplicibus ſupra donis. de Iunone tandem ipſa, Iunonẽ, Iunonis numen, dominámque potentem. His igitur Helenus Aeneam ad Iunonem colendã ſemel, iterum, ac tertiò cohortatur. At enim quam hinc vtilitatem Aeneas capiet? ſubijcit hanc Helenus, vt magis ac magis inflammet Aeneam, ne, cum ſibi adhuc Iunonem infenſam viderit, abſtineat vel remittat alacritatẽ. itaque hinc fiet (inquit Helenus) vt poſt lõga certamina & duros mille labores voti cõpos fias & quaſi victor è Trinacria ad Italos fines mittaris. Eleganter verò hunc imitatus eſt locum Ouidius, dum & de Heleni conſilio, & de Trinacria ſic caneret,

Inde futurorum certi, quæ cuncta fideli
Priamides Helenus monitis prædixerat, intrant
Sicaniam, tribus hæc excurrit in æquora linguis,

E qui-

E quibus imbriferos verſa eſt Pachynos ad Auſtros:
Mollibus expoſitum Zephyris Lilybaon ad Artos,
Aequoris expertes ſpectat, Boreámque Peloros.

ſic politiſſimus Poëta: quibus videtur mihi nos & de Antiquitate, & de nominum varie-
681 tate, & de figura ac ſitu, & de illius partibus, & de Troianorum acceſſu ac nauigatione, nō minùs Poëticè quàm hiſtoricè aut Phyſicè admonere. Sed redeo ad Virgilium, apud quem reticet Helenus (id quod iamdiu monere cœperam) multa quæ minùs proſperè, ne dicam infœliciter, euentura erant Aeneæ antiquam Italiam attingeret: ſiue enim ea reticeat, quia ex iis eſſent, quæ ſibi vel Parcæ neſcire prohibuiſſent, vel Iuno vetaret effari; ſiue non ex illis eſſent, ſed ſilenda iudicaret ne Aeneas terreret, ſanè patris obitus, Siculam tempeſtatem, Orontæ nauis & Lyciorum naufragium & interitum, Africæ pericula, indignum amorem, nouam in Siciliam remeandi neceſſitatem, iniectos nauibus ignes, Palinuri mortem, & ſi quid huiuſmodi vnde mœrorem contraheret Aeneas, prætermittit. contra verò canens

——Sic denique victor
Trinacrià fines Italos mittère relicta,

Spe illum implet Italiæ attingendæ etſi illud *denique* tacitè continet moram & cunctationem. Quamquam non idcirco Latium hìc intelligit attingendum, de hoc enim poſtea; ſed fines Italos, Cumam intelligens, quam primò ex Italiæ inferioris finibus atque oris attigit. & ideo pergit,

Par.61. Huc vbi delatus, Cumæam acceſſeris vrbem,
Diuinóſque locos, & Auerna ſonantia Syluis;
Inſanam vatem aſpicies, quæ rupe ſub ima
Fata canit, foliiſque notas & nomina mandat,
Quæcunque in folijs deſcripſit carmina virgo,
Digerit in numerum, atque antro ſecluſa relinquit.
Illa manent immota locis, neque ab ordine cedunt,
Verùm eadem verſo tenuis cum cardine ventus
Impulit, & teneras turbauit ianua frondes,
Nunquam deinde cauo volitantia prehendere ſaxo
Nec reuocare ſitus aut iungere carmina curat,
Inconſulti abeunt, ſedémque odere Sybillæ:

Quibus verbis ſignificat fore vt Cumam primùm attingeret, ac Lucrinum lacum, Auernúmque luſtraret, Sybillámque aſpiceret Vatem. Et de hac quidem multa ſubnectit: nā
682 admonet illum & de loco in quo digeret, qui erat ima rupes, & de fatis & oraculis quæ caneret, & (quod prolixiùs facit) de ratione qua illa conſcriberet. ſic enim ea folijs palmarum ſcilicet, exarabat carminibus, ſic nominibus etiam notatis ordinabat antróque collocabat, vt cum oſtium aperiretur, ſuccedens ventus teneras illas frondes perturbaret & cōfunderet. Ita fiebat vt cum deinde negligeret eas ad ordinem redigere, qui eam conſultaturi acceſſiſſent, inconſulti diſcederent, ac Sybillæ ſedem illam odiſſent. Hìc verò demiretur facilè quiſpiam quid in mentem venerit Virgilio vt rem non modò nouam & inuſitatam, verùm etiam abſurdam, & verò otioſam commentus ſit. non dico de reſponſis palmarum folijs a Sybilla exaratis, ſed de huiuſmodi folijs reſponſiſque vento expoſitis vt inde continenter diſſiparentur: niſi enim ad allegoriam aliquam confugias, quemadmodū facit Euſtathius cōſimilem aliquam Homeri neniam declaraturus, ægrè vſum vllum aut cauſam proferas huius fabulæ. Ego verò dum hac de re ſilent interpretes omnes quótquot conſulere potui, nec vacat ad allegorias confugere, quò me vertam, non habeo: niſi tamen illud vnum, quod mihi latens Virgilij conſilium & artificium paulò attentiùs obſeruanti in mentem venit, expromam: nimirum Virgilium quippe qui legerat apud Varronem Sybillam conſueuiſſe res futuras folijs palmarum deſcribere, hinc quoque occaſionem arripuiſſe Romanis canendi ac Sybillinos quos tanquam

Oraculum conſulebant,tacitè celebrandi,quaſi Romanorum Sybillinis religioſè eſſet hærendum.itaque hinc vulgauit Sybillam ſic futura deſcribere conſueuiſſe,vt vento permit
teret quæ folijs exaraſſet illis,ac propterea rerum futurarum cognitionem impertiret ne- 683
mini;hinc effecit vt Aeneas primus,hoc eſt priſcus Romanorum pater,ab Heleno ac Phœbi Vate,hoc eſt, diuinitùs præmonitus,ſuis precibus impetrarit a Sybilla vt voce tenus oracula ei exponeret & declararet. ex quo fit vt Sybillini tandem extarent libri qui & rem Romanam continerent & religioſè in poſterum a Romanis colerentur; quam rem videor mihi ex ſexto libro colligere poſſe:vbi Aeneas Heleni præceptorum memor,orabat Sybillam his verbis,

Te quoque magna manent regnis penetralia noſtris:
Hic ego namque tuas ſortes,arcánaque fata
Dicta meæ genti ponam,lectóſque ſacrabo
Alma viros:folijs tantùm ne carmina manda:
Ne turbata volent rapidis ludibria ventis;
Ipſa canas oro.——

quibus verbis ſignificatur Sybillinos libros Aneæ acceptos eſſe referendos.

Partic.62.

Hîc tibi,ne qua moræ fuerint diſpendia tanti:
Quamuis increpitent ſocij,& vi curſus in altum
Vela vocet,poſsíſque ſinus implere ſecundos:
Quin adeas vatem, precibúſque oracula poſcas:
Ipſa canat, vocémque volens atque ora reſoluat.
Illa tibi Italiæ populos,ventúraque bella,
Et quo quemque modo fugiáſque feráſque laborem,
Expediet,curſúſque dabit venerata ſecundos.

Quanti ſit momenti Sybillam conſulere,& ex illius ore futura perdiſcere,docet hoc in loco grauiſſimis verbis Helenus.Itaque nec ob moram (inquit) ac temporis diſpendium (ſi tamen diſpendium eſſe poteſt in tam vtili mora) nec propter ſociorum, qui cunctationē tuam incuſent,increpitus & quærimonias,nec ob ventorum ipſorum opportunitatē, qui ſecundi adſpirent, téque ad nauigandum inuitent,adduci te patiaris vt Vatem illam non adeas:quin precibus etiam interpoſitis ab ea depoſces vt ipſa tibi canat oracula, téque ore tenus edoceat.Ita enim fiet vt illa de Italiæ populis futuríſque bellis, & quî labores vel periculoſos vites;vel vtiles ſubeas ac toleres,te admoneat.quin vbi eam veneratus ſis, ſecun-
dum quoque curſum (vſque adeò omne cunctationis damnum ſarciet) impertiet, naui- 684
gandi opportunitatem,atque rationem commonſtrans. Hæc Helenus. quæ ſanè in ſexto licebit animaduertere:vbi ea omnia quæ hîc ſummatim attingit ac præmonet, explentur copioſè.

Partic.63.

Hæc ſunt quæ noſtra liceat te voce moneri
Vade age,& ingentem factis fer ad æthera Troiam.

Perbreui ſanè peroratione vtitur Helenus ſed egregia tamen ac nobili , & qualem tum Phœbi Vatem,tum Aneæ amantiſſimum & coniunctiſſimum ciuem,decebat.nā priùs ſignificat ſe nihil ex ijs prætermiſiſſe quibus ab eo potuiſſet Aeneas admoneri, tum mirificè illum cohortatur,vt nomen Troianum factis ad cœlum immortalitatémque extolleret:qua ſanè cohortatione illum Troiani Regni fœliciùs & excitandi & propagandi in ſpem erigit.dum enim Phœbi Vates ſuam ille orationem concludit eo carmine

Vade age,& ingentem factis fer ad æthera Troiam,

reuera non ſolùm vt id nitatur admonet,verùm etiam votis reſponſurum euentum indicat non vulgariter.

Partic.64.

Quæ poſtquam Vates ſic ore effatus amico eſt,
Dona dehinc auro grauia ſectóque elephanto
Imperat ad naues ferri: ſtipátque carinis

Ingens

Digitized by Google

Ingens argentum, Dodonæóſque lebetas,
Loricam conſertam hamis auróque trilicem,
Et conum inſignis galeæ, cruſtáſque comantes,
Arma Neoptolemi. ſunt & ſua dona parenti,
Addit, equos, addítque duces:
Remigium ſupplet: ſocios ſimul inſtruit armis.

Ad dona deſcendit quibus diſcedentes hoſpites a viris illuſtribus, Regibus præſertim, honorarentur. ſic Menelaus a ſe diſcedentem Telemachum, ſic Alcynous diſcedentem Vlyſ-
685 ſem, muneribus ornauit. Vt verò donis tum multis ac varijs tum magnis ac Regijs, ornatur Aeneas, ita Dodonæos lebetas, quorumdã pace, & ad vaticinia pertinere vix ac ne vix quidem crediderim. nam dedit quidẽ lebetes Epiroticos (Drodona enim Epiri vrbs erat) qui ſanè quemadmodum vaſa Corinthia, in pretio eſſent (erant enim ex ære, & egregiè fuſi & elaborati) ſed vt oracula inde captaret, cur tandem, non video: certè Homerus etiam inter munera (id quod mox docebo) numerat lebetes, nec quidquam de augurijs: itaque exiſtimauerim id factum eſſe more maiorum: ideo enim Horatius quoque in hunc morem intuens cecinit;

Donarem pateras, gratáque commodus
Cenſorine meis æra ſodalibus:
Donarem tripodas:

& Homerus ipſe a Priamo Achillem lebetis donatum canit,

Tum geminos tripodas, fulúoſque ex ære lebetes, ——
Quattuor adiungit ——

vaſa igitur Dodonæa in muneris loco in nauem intulit, ſed oraculis vel oraculorum inſtrumentis, ſi me audias, donauit nullis. denique quorſum oraculorum inſtrumenta in nauẽ tranſmiſerit non video: nam præterquamquod nihil erat cur eum iuberet Sybillam adire, & tam exaggeratis verbis admoneret ne ſybillam conſulere grauaretur, frigidè nimis huius oraculi mentionem inieciſſet vel potiùs negligenter prætermiſiſſet, cum nullũ eius vſum indicet: cum tamen alioquin momenti futurum eſſet maximi. quin etiam Dodonæum oraculum Dodonææ quercus & agri erat proprium, itaut qui vaſa Dodonæa oraculorum cauſa in naues imponant & in alienas regiones tranſmittant, fabulam fabulæ cumulent. Vt omittam rem planè religioſam ac propè diuinam non fuiſſe ad naues importandam & cum profanis rebus miſcendam, ſed religioſè tribuendam, ornandam, commẽ-
686 dandam. Ergo illud ſtatuamus Helenum ijs donaſſe Aeneam quæ vel neceſſitati ſeruirẽt, cuiuſmodi videri poterant remiges, arma, duces; vel eſſent peropportuna, vt equi, aurum, argentum: vel denique ornamentum ac ſplendorem afferrent, cuiuſmodi ſunt vaſa, elephantina dona, lorica hamis auróque conſerta ac trino nexu intexta, ac ſummatim Pyrrhi ipſius arma; vel etiam (ſi placet) ob dignitatem ſeu religionis nomine eſſent cariora, cuiuſmodi rurſus vaſa illa erant fortaſſe ſeu Dodonææ lebetes: nam ex templo (quemadmodum iam iam docebo) in muneris loco accepta ſunt. Atque hîc ſanè dum ait *additque duces* crediderim contemnenda non eſſe quæ ſcribit Halicarnaſſeus Dionyſius de hoc Aeneæ in Epirum aduentu. etſi enim temporis ratio minùs conſentit. quemadmodum non ita pridem docebam, attamen huius authoritas hiſtorici magna eſt. Hic igitur libro I. hiſtoriæ ſcribit Aeneam cum Buthroti portum ſubijſſet inde Dodonæum oraculum bidui itinere emenſo, conſuluiſſe, ibíque Helenum inueniſſe: ita factum vt tum alijs muneribus affectus ſit, tum duobus lebetibus qui templo dicati eſſent: tum viæ ducibus inſtructum fuiſſe. Quin addit Patronum Turium ſe ſe illi multo milite inde coniunxiſſe, qui eum in Latium vſque ſecutus ſit, quíque cum magna militum parte, cæteris redeuntibus in Epirum cùm Aeneæ militia tractauerit. Atque hoc beneficium ait memores Aeneæ poſteros Romanos perhumaniter comperaſſe aliquando, itaut Corinthij agri, cui finitimi eſſent, parte aliqua donati ſint, atque aliis muneribus, & prærogatiuis affecti. Ex quib. omnibus (lubet enim id quoque attingere poſtquam huc peruenimus) non modò conſtat liberes illos augurationi & diuinationi nequaquam ſeruijſſe, (erant enim anathimata quædam & donaria, quemadmodum idem Halicarnaſſeus tradit) verùm etiam facilè Virgilium

gilium quæ ſeriùs fęliciter contigerunt Heleno, de adepto Regno (non enim hæc memorat Dionyſius dum congreſſum refert) cum anteacto tempore coniunxiſſe. Etſi illud cōpertum eſt Poëtam Auguſto canere ac Romanis, quorum colonia (eodem Dionyſio teſte) factum eſt Buthrotum non ſine prærogatiuis. 687

Partic.65.

Interea claſſem velis aptare iubebat
Anchiſes, fieret vento mora ne qua furenti.
Quem Phœbi interpres multo compellat honore.
Coniugio Anchiſa Veneris dignate ſuperbo,
Cura Deûm, bis Pergameis erepte ruinis,
Ecce tibi Auſoniæ tellus: hanc arripe velis.
Et tamen hanc pelago præterlabare neceſſe eſt:
Auſoniæ pars illa procul, quam pandit Apollo.
Vade, ait, ô fœlix nati pietate quid vltra
Prouehor, & fando ſurgentes demoror Auſtros?

Nulla hactenus Anchiſis facta eſt mentio: quod mirum videri poteſt. quid enim Andromache aut Helenus Aneæ tantopere gratulentur, Anchiſi ne verbum quidem? itaq. crediderim Anchiſen, quippe ætate grauem, conſediſſe apud naues: præſertim cum Aeneas properaret ad Helenum, vt vidimus, ac loci aſperitas impediret id ætatis ſenem ſic ſanè veriſimile eſt. biduò tantùm ibi commoratos Troianos; ita ut verba illa

Iámque dies altérque dies proceſſit ——

propriè ſumenda ſint; neque enim ſi ibi hyemaſſent, aut ſaltem multos dies diuerſati eſſent, par eſt credere non illum percommodè ad Vrbem deduxiſſe. Et idcircò videtur Helenus breuiter de Auſonia eáque proxima, partim, partim longè poſita, eum admonere: quod non faceret ſi ijs quæ copioſè in Vrbe de illa diſſeruerat, præſens fuiſſet ſenex: quem tamen dum Helenus in Vrbe exciperet Aeneam ac ſocios, & hoc officio detineretur, veriſimile eſt ab Heleno per internuntios fuiſſe conſalutatum; aut ſaltem, quoniam breui ad naues rediturus eſſet Aeneas, id officij ad reditum eſſe reiectum, vt cumulatiùs ipſe illud obiret. Quapropter cum Anchiſes interim tanquam prudentiſſimus princeps & dux iuberet aptari vela, & expediri, ut ne quid retardaret opportunam nauigationem, Helenus munera illi tranſmiſit, inter quæ equi erant quibus Anchiſes donabatur. ſtatímque cum Aenea & ſocijs ad portum deſcēdit: vbi Helenus honorificis verbis ac fauſtis Anchiſem affatus (quòd ſcilicet Veneri ac Dijs carus eſſet & curæ, ac propterea bis è Troiæ ruinis ſoſpes ereptus) multo etiam illum honore affecit, ſigillatímque de Auſonia, quamuis adhuc longa nauigatione petenda; fœliciſſimis admonuit nuntijs, ac ſermonem & congreſſum vt concluderet 688

Vade, age ô fœlix nati pietate, quid vltrà
Prouehor, & fando ſurgentes demoror Auſtros?

ſuauiſſima nati commemoratione, eiuſdémque pietatis commendatione, perorat. dicitur verò Anchiſes bis Troiæ ruinis ereptus, quia Hercules quoque aliquot ante annos expugnauerat Iliū: quo tempore florebat Anchiſes. Quod verò ait Helenus. *Vade age, o fęlix nati pietate*, tacitè videtur indicare Auſoniæ Regnum in filio (quod etiam accidit) conſecuturum. Tametſi qui neget Helenum quicquam præſenſiſſe de extremo Anchiſis fato, ex ijſdem hiſce verbis coniecturam ducere poſſit, cum dicat

Ecce tibi Auſoniæ tellus, hanc arripe Velis.

Niſi tamen per filium interim (quod palam dicere, ſed ne indicare quidem, niſi obſcuriſſimè, auderet) arripiendum ſentiret.

Partic.66.

Nec minùs Andromache digreſſu mœſta ſupremo
Fert picturatas auri ſub tegmine veſtes,
Et Phrygiam Aſcanio chlamydem: nec cedit honori,
Textilibúſque onerat donis: ac talia fatur:

Accipe & hæc, manuum tibi quæ monimenta mearum
Sint puer, & longum Andromaches teſtentur amorem
Coniugis Hectoreæ: cape dona extrema tuorum,
O mihi ſola mei ſuper Aſtyanactis imago,
Sic oculos, ſic ille manus, ſic ora ferebat.
Et nunc æquali tecum pubeſceret æuo.

Conſentaneum ſanè erat & Andromache etiam, hoc eſt Regina & Troianorum ſtudioſiſſima, donis ornaret atque adeo honoraret Troianos, inprimis verò Aſcanium, quem omnino crediderim apud Auum Anchiſem, quippe puerum, fuiſſe relictum: nam certè cum Patre haud petiſſe Vrbem ſatis conſtat ex ſuperioribus Andromaches percũctationibus. Nam ſi pugnes deinde cum aliis Troianis in Vrbē ſucceſſiſſe, id ego planè inficias ierim: ſiquidem blandientis Reginæ officium quod, nunc primùm apud naues vſurpat, reclamat ſatis. Nec mirum hæc interim a Poëta reticeri: nam, vt omittam a Poëtis multa audientis iudicio committi; par temporis opportunitati fuit pertexenda narratio, cũ breuiſſimæ noctis ſpatio longa hæc nauigationum commemoratio & ſeries eſſet concludenda: Certè Homerus qui multorum librorum narrationem affinxit Vlyſſi, quam tamen poſt conuiuium vno eodémque tempore habuit, importunus potiùs videri poſſit ac pręposterus, quàm opportunus. itaque appoſitè Virgilius rem totam vno atque altero libro cõcluſit: quia, quod attinet ad errata & nauigationes, vno tãtùm, qui propterea quatuor Homeri libris, iiſque benè longis, quibus Vlyſſes iactationes narrat ſuas, reſpondet. ac ſatietatem affert nullam quia ſine ſatietate vlla delectat. & tamen vt tacitè indicaret opportunitati ac tẽpori parem aptandam narrationem excuſauit ab initio, temporis, quod nox illa poſt conuiuium offerebat breuitatem ac fortaſſe tacitè item indicauit quam imitaretur Vlyſſis narrationem, fuiſſe longiorem quàm ratio & opportunitas ferret. Et hac fortaſſe de cauſa hîc non ſatis declarat (quanquam hoc ad narrationis grauitatem referri debet, cum non omnia minutè ſint ediſſerenda) num vnum Aſcanium, an Aeneam ſimul Troianóſque omnes, illis ornet donis. Illud tamen certum eſt, Poëtam interim in Helenã ſpectaſſe, quæ Telemachum puerũ multis affecit muneribus dum a ſe digrederetur. Denique cuicunque tandem: ſiue Aeneæ ſiue filio deſtinentur picturatæ; quibus inquã animantium aliarúmue rerum, vt fit, picturæ intertextæ eſſent: ſatis conſtare videtur reliqua puero attributa. dicuntur autem veſtes auri ſubtegmine, vel potiùs ſubtemine, picturatæ & elaboratæ, quòd aurum ſtamini ſubiectum eſſet ſiue intertextum; eſt enim ſubtemen, filum quod ſtamini ſubtexitur: itaque eleganter Parcæ apud Horatium ſubtemen dicuntur abrumpere: apud Terentium verò anus quædam ſubtemen dicitur torquere. Phrygiam verò (acu variabatur quaſi coloribus & pictura) libenter opinor, commemorat clamydem, quòd quemadmodũ Phrygio erat opere laborata, ita Patriæ memoriam ſuauitatémque redolebat. At enim quid eſt quod ait *nec cedit honori*? nimirum quia munera regia ſunt, quemadmodum Regius eſt puer; itaut munera non ſint honori, qui puero debebatur, imparia. Addit textilia dona, quòd hæc quoque, etſi muliebria, in muneris loco honorificè tribuerentur. ſic Homerus, dum a Phæacis Vlyſſes cumulatur donis: ſic Aemylius Paulus apud Liuium, *Naui Regia onerata Macedonicis ſpolijs, non inſignium tantùm armorum ſed etiam Regiorum textilium*, & rurſus, *Tabulæ pictæ, textilia: tantum argenti cælati, tantum auri*. Iam verò tanta eſt elegantia breuis quem Andromache ad Aſcanium habet, ſermonis, tot támque ſuaues amoris affectus in eo elucent, vt dona, tametſi pretioſa, multò inferiora ſint verbis. mihi ſanè hæc ſine intimo quodam ſuauitatis ſenſus perlegere nunquam licuit. Quamquam non minores pietatis, & beneuolentiæ affectus pari cum grati animi ſignificatione inſunt Aeneæ verbis, quibus Vale dicit Heleno & Andromachæ ſic pergens,

Part.67. Hos ego digrediens lacrymis affabar obortis;
Viuite felices, quibus eſt fortuna peracta.
Iam ſua: nos alia ex alijs in fata vocamur:
Vobis parta quies, nullum maris æquor arandum,

Arua

Arua neque Auſoniæ ſemper cedentia retro
Quærenda: Effigiem Xanthi, Troiámque videtis
Quam veſtræ fecere manus; melioribus opto
Auſpicijs, & quæ fuerit minùs obuia Graijs.
Si quando Tybrim, vicínaque Tybridis arua
Intrabo, gentique meæ data mœnia cernam,
Cognatáſque vrbes olim, populóſque propinquos
Epiro, Heſperia quibus idem Dardanus author,
Atque idem caſus, vnam faciemus vtramque
Troiam animis maneat noſtros ea cura nepotes.

Igitur Aeneas non ſine lacrymis quæ ſine dubio amoris & grati animi indices ſunt, fœlicitatem precatur Heleno & Andromachæ: quam etiam illis veluti præſentem oſtendit; 691
eorum ſtatum cum ſuo, in quo ſibi ex vnò periculo in aliud incurrẽdum, & noua ſemper alea fatorum decreto ſubeunda, comparans diligenter. Vobis enim, inquit, iã parta quies. Vobis nulla pars maris ſecanda, quemadmodum mihi, nec æquor vllum arandum: nec arua & regio Auſoniæ vobis quærenda, quæ (quod mihi accidit) ſemper cedunt retrò, & ſectantem effugiunt: vos effigiem ſuauiſſimam Xanthi Troiámque ipſam quam veſtris veluti manibus fabricaſtis, aſpicitis: quod melioribus etiam vt auſpiciis vobis contingat, & opto & precor: ita ſcilicet veſtra hæc Troia ſit minùs obuia Græcorum inſidijs atque armis quàm fuit altera. Hæc Aeneas: quibus ad extremùm perpetuam amicitiam defert Heleno, precatúrque vt apud nepotes & poſteros perpetua ſit ac rata: quin ex vtrâque gẽte vnam, ex vtriſque ſucceſſoribus & regnis vnum effici petit. id quod videtur Poëta canere in ea intuens quæ deinde poſt multa ſæcula contigere: nam Dionyſius ſcribit Leucadem & Anactorium Corinthis adempta, a Romanis fuiſſe Epiroticis Acarnanijs attributa, ſimúlque ijs alia beneficia collata, idque ea de cauſa quòd Aeneam Romanæ gẽtis authorem in Latium contendentem humaniter excepiſſent, & comitatu iuuiſſent Hîc tamen ea Aeneæ verba

Cognatas Vrbes olim ——

videntur obſcuriora: eſto enim deinde (quòd in votis habet Aeneas ac vaticinatur Poëta) inter Romanos & Epiroticos magna interceſſerit beneuolentia, atque aliæ Vrbes Epiro Heſperiæque finitimæ in huius neceſſitudinis partem deuenerint, atquæ, obſcurum. Sed vel Græciam reliquam intelligit Epiro proximam quæ a Tito Flaminio perhonorificè habita eſt, vel potiùs, quoniam ijs non Dardanus author fuit, intelligit eam Italiæ orã quæ magna Græcia dicitur, & Epirum ſpectat: nam eæ vrbes olim Heſperiæ & Auſoniæ 692
affines erant: etſi per idem tempus a Græcis qui eas per vim occupauerant, tenerentur. & ideo ait *Cognatas Vrbes olim.*

Partic. 68.

Prouehimur pelago vicina Ceraunia iuxta:
Vnde iter Italiam curſúſque breuiſſimus vndis.

Soluũt Troiani Butrotho, vnde nauigatio inſtituitur ſeptima.

Diuelluntur Troiani ab Heleno & Andromache ſuauiſſimo orationis fine, in quo Aeneas futuræ beneuolentiæ pro ſe ſuiſque poſteris ſpondet Heleno illiúſque populis. Ita quidem Troiana claſſis ſeptimã inſtituens nauigationem, vnde tãdem poſt pericula maxima, Hydruntinum littus attingens, ac Tarentinum radens Siciliam attingit, ibidémque cõſiſtit diu, *Prouehimus pelago vicina Ceraunia iuxta*, quòd ſummatim eſt præter nauigat Ceraunios, ſiue ſecus Ceraunios montes, At enim qua parte aut quorum prouehitur? docet hoc Aeneas ſubiungens, *Vnde iter Italiam*, vbi non anguſtiſſimum illud deſignat quod inter Epirum ſeu Ceraunia & Hydruntum intercedit iter ac ſpatium, quemadmodum ſcribunt aliqui, ſed intelligit tractum pelagi quod ſubiacet Ceraunijs, qui tractus adiacet Epiro & pertinet ad Ionium, itaut quà Ceraunii ſpectant Italiam propiùs (Caode lingua a noſtratibus nunc vulgò dicitur locus) eò peruenerit claſſis, & idcirco cum dixiſſet

Vnde iter Italiam. —— ſubiecit

—— *curſúſque breuiſſimus vndis;*

verè

verè enim inde breuiſſimus patet in Italiam curſus, cum ſeptingentis tantùm ſtadijs ſeu nonaginta penè milliaribus diſtet Hydruntum: atque huc transfretabunt breui. nam interim reuera prætemauigant Ionium quà Ceraunijs adiacet: Atque hîc tria obſerues; *Tria obſeruantur.*
primum eſt a Poëta Ceraunia interim græco more vſurpari; ſubintelligit enim τὰ ὄρη: latini, mutato genere, Ceraunios dixerunt, montes itidem intelligentes. Alterum eſt Ceraunia a fulmine inueniſſe nomē, quòd, vt ſunt ingentis altitudinis, fulminibus maximè ſunt obnoxia: fulmen enim κεραύνιον (atque hinc κεραύνιος, ſeu fulminator dicitur Iuppiter) appellatur. Poſtremum illud ſit, Ceraunios non modò Epiri, ſed celſiſſimos quoſque alicuius regionis montes appellari. Itaque in Aſia quoque obuerſi Caſpio montes ob ſummā
693 celſitudinē Ceraunij vocitantur, quo noīe in primis gaudet Taurus, qui Ceraunius a multis ob admirabilē altitudinem appellatur: ſic Aſia ſuos habet Ceraunios perinde ac Europa ſuos: eadémque de cauſa Acroceraunia dicuntur, a ſummitate ac fulmine ducto noīe.

I. *II.* *III.*

Sol ruit interea; & montes vmbrantur opaci:
Par.69 Sternimur optatæ gremio Telluris ad vndam,
Sortiti remos, paſſimque in littore ſicco
Corpora curamus, feſſos ſopor irrigat artus.

Deſcendūt, & aliquot horas conquieſcunt.

Deſcribit noctem aduentantem, vnde ad quietem inuitantur Trojani ac ſomnum capiendum; ita tamen vt priùs cibum ſumant: hoc eſt enim quod inprimis indicat militare dictum illud. *Corpora curamus.* ſic in VIII.

——feſſique & equos & corpora curant.

etſi enim varia eſt corporis cura, quæ tamen illius alendi neceſſitati tribuitur, prima eſt, ac ſumma. Itaque Imperatores apud latinos Hiſtoricos antequam in aciem deſcendant, milites corpora vt curent, admonentes, cibo refici inprimis iubent ac potione. Quo fit vt feſſos inde multò magis ſopor irriget artus. *nam latantes* (inquit Ennius, quem fortè hîc ſequitur noſter vates)

—— vino curatos ſomnus repentè,
In campo paſſim molliſſimus perculit.——

Atque hîc ſanè quædam obſeruari velim. Primum eſt. Phyſicè, ſed eleganter tamen, deſcribi Noctem, idque tum a cauſa, quæ eſt Solis occaſus, tum ab affectu & vmbra: nā occidēte Sole vmbrantur montes, etſi poſtremi (vnde etiam noctis aduentus planè deſcribitur) vmbrantur. Alterum eſt militarem fuiſſe vſum ſumendi cibum humi, & ideo eleganter gremio Telluris dicuntur ſterni. Sed quid eſt quod ait *ſortiti remos?* Ea de cauſa quòd quēadmodum in ſtationibus & cuſtodijs milites ſibi ſuccedunt per vices, ita ſibi remiges ſuc-
694 cederent in nauibus: non enim mancipijs complebatur claſſis & remigum conſtituebatur ordo, ſed per vices ex milite: & ideo crediderim vrnæ militum nomina commendari, indeque pro opportunitate protrahi, conſueuiſſe: id enim indicat *ſortiti remos.* Ita nomina ſingula tum demum denuo condebantur vrnæ, cum educta eſſent ſingula. Atque eodem modo cætera quæ plus laboris haberent, obibant munera. Itaque in VIII. canitur

Obſeruantur quædā. *I.* *II.* *III.*

—— incubuere omnes, paritérque laborem
Sortiti ——————

de qua re infra etiam in illud *ſortitique vices.*

Par.70. Nec dum orbem medium nox horis acta ſubibat;
Haud ſegnis ſtrato ſurgit Palinurus, & omnes
Explorat ventos atque auribus aera captat:
Sydera cuncta notat tacito labentia cœlo;
Arcturum, pluuiáſque Hyadas, geminóſque Triones,
Armatúmque auro circumſpicit Oriona.

Eleganter ex Phyſiologia deſcripſit Noctem: nunc ex Aſtronomica ſimul & nautica, addo etiam ex Phyſiologia, ſed poëticè tamen, & noctis, & ventorum, & cœli ſtatum deſcribit elegantiſſimè. Quare ante medium Noctis cui horas adiungit comites (& ideo Noctis cuſtodes dicuntur) curſum ſurgit Palinurus, explorátque primùm ventos, ſenſu nimirū, atque auribus maximè, vnde quales ſint ſumitur conjectura: tum oculos conuertit ad ob

ſeruan-

Digitized by Google

ſeruanda ſydera,quæ propitia cernit omnia. Hîc verò Arcturum, Hyadas, Triones, Oriona circumſpicit ac notat:ex quibus ſignis ſeu ſtellis aliæ Auſtrales ſunt. Boreales aliæ, vt
poſt med. propterea iurè dicatur circumſpexiſſe:atque hîc etiam liceat tibi totum hunc locum cum Homerico conferre:nam reuera ex v. Odyſſeæ eſt expreſſus vbi Vlyſſes eadem fermè notat ſigna. Quàm aptè verò Vlyſſi gubernatoris munus tribuat Homerus,alij viderint: neque id affirmauerim,quòd Vlyſſes,cum nauigaret ſolus, non appoſitè gubernatoris munus ſubierit: præſertim cum id locus poſtularet ac neceſſitas; ſed quia veriſimile nullo modo ſit Vlyſſem vnum tam diuturnæ nauigationi & ingenti tempeſtati parem fuiſſe:nō enim vnus idémque vir idoneus ſit qui reſiſtat irato Maris numini & diuturnam ac ſæuā
a Neptuno immiſſam ſuperet tempeſtatem: præſertim cum non ætatem in nauigatione 695
& gubernatione exegerit. Itaque rem admirabilem fortaſſe canit, ſed nullo modo veriſimilem, imò abſurdam quæque Heroi inſtituendo haud ſeruiat & imitationem omnem effugiat.mihi certè aptiùs id muneris Palinuro tribui & commendari videtur.debet enim Imperator præeſſe omnibus atque omnia pro ſua prudentia moderari, ſigillatim verò ſe ſe priuato alicui officio penitus obſtringere nullo modo: ac talem nobis Ideam non ſine laude offerat Poëta quam & admirari ſimul liceat & imitari. Cur autem tacitum appellat Cœlum?neque enim hîc pro aëre ſumi poteſt cœlum, quaſi verò tacitus ac tranquillus deſignetur aër:quin,nec ſi pro aëre ſumeretur,tacitus commodè deſignaretur aër qui interim captetur auribus. Sed fortaſſe tacitum dicit Cœlum quòd quæ ſydera maximè pluuias excitarent ac tempeſtates,ab ijs ciendis veluti conquieſcerent abeſſéntque plurimū, id quod iam iam conſtabit planiùs. Vt omittam nihil prohibere quominùs aër tranquillus eſſet,quantumuis a Palinuro captaretur auribus:nam moderatum captabat tandem, quique nauigationi propitius eſſet. Tu tamen vide quæ ſcripſimus in ea ſecundi verba Tacitæ ſilentia Lunæ.

Partic.71.

> Poſtquam cuncta videt Cœlo conſtare ſereno,
> Dat clarum è puppi ſignum:nos caſtra mouemus,
> Tentamúſque viam,& velorum pandimus alas.

Quod primò narrat Aeneas,ſatis indicat id quod modò affirmabam:nimirum tacito cœlo ac tota illa aſtrorum notatione,ſerenitatem & tranquillitatem deſignari:nam ideo Palinurus, poſtquam diligenter circumſpexit omnia, cuncta ſereno cœlo conſtare animaduertit & obſeruauit. Ob id igitur è puppi clarum dat ſignum,ſed tuba,opinor:etſi face ſuſpicatur Seruius,ſeu facula,vt ipſe loquitur:quaſi verò quod alibi canitur;

Flammas cum Regia puppis extulerat ——

Palinurum quoque cogat vt face det ſignum. Sed profectò præterquamquod flamma illa erat arcanum reuerſionis ſignum priuatim Helenæ datum, non quo ad diſceſſionē inuitaretur ac ſolicitaretur claſſis;quæ ſequuntur verba Seruium apertè refellunt,cum pergat Aeneas *Nos caſtra mouemus*:non enim exercitui aut claſſi face ſignum datur ad migrādum ſed tuba. Caſtra verò uocat claſſem(id quod alibi quoque facit)non ineleganter: vt enim caſtra terreſtrem quaſi claſſem, ita claſſis maritimum veluti exercitum refert. Ita quidem *Tentamus* (inquit) *viam*: quibus verbis in metaphora perſiſtit, vel potiùs ad proprietatem redit, quòd tentare viam claſſis veriùs ſit quàm caſtrorum: claſſis enim viam pertentat dum ſe ventis committit ac num propitij ſint experitur. Et ideo iure ſubdit *Et velorum pandimus alas.* Etſi hîc omnino metaphoricè loquitur ducta ex auium alis ſimilitudine:ac percommodè ſanè:nam vt omittam antennam duas veluti alas explicare; non deſunt qui ab auium præteruolantium alis vela exiſtiment excogitata; & ideo volare quoq; dicitur nauis. Etſi alarum remigium gemino etiam remigum aptatur ordini;quò ſpectauit item noſter Vatés dum caneret *Remigio alarum*, quaſi Mercurius alas remigum more explicaret impellerétque. Quin dum commodè ſiue propter antennam, ſiue propter geminum ordinem remigum,naui tribuuntur alæ,itaut naues cum auibus conferantur,liceret eleganter adhuc nauem cum aue reliqua penitus conferre;nam auis proræ roſtrū(hoc enim fluctus ſcinditur perindè ac roſtro aërem ſecat auis)imitatur;quemadmodum puppis clauus auis exprimit caudam,quam auis,prout curſum intendit,huc illuc obuertit. Et tamen eundem vſum ex magnis piſcibus captare licet, in quibus caput & cauda prorā &

puppim

697 puppim offert: ſquamæ quibus ſpatiatur, geminum remigum ordinem, reliquum corpus, vt eſt oblongum, reliquam effingit nauem.

Part.72. Iámque rubeſcebat ſtellis Aurora fugatis,
Cum procul obſcuros colles, humilémque videmus
Italiam: Italiam primus conclamat Achates:
Italiam læto ſocij clamore ſalutant.

Deſcripſit paulò ante Solis occaſum, vnde Nox quam continenter etiam eleganti deſignatione comprehendit, conſecuta eſt: tum verò mediam deſcripſit Noctem, quam viſus eſt tacitè æquabilem fingere & ad finem vſque prouehere, cum ſignificauerit quam in ea ſerenitatem in medio curſu notauit Palinurus, hanc conſeruaſſe ad finem vſque. nunc Solis deſcribit ortum & inſequentis diei initium, ídque ab Aurora quam eleganter ait ſtellas fugaſſe, ducto initio. Aptè verò fugaſſe ait ſtellas: cum enim ſub Aurora Solis lux ſuperare incipiat Stellarum lucem, itaut non appareant, ſeu paulatim diſperire videantur, fugari non ineleganter dicuntur. Quanquam peruenuſtè inſuper dicuntur extingui, aut etiam (id quod occumbente Sole contingit) accendi. Interim fit vt Aurora atque adeo prima Solis luce oriente, è claſſe quæ in Italiam contendebat, atque Hydruntinam oram petebat, Italiam cernerent Troiani: primus tamen Italiam conclamat Achates, quam cæteri ſubinde lætis acclamationibus conſalutant. Primò autem obſcuros apparuiſſe colles ait, vel quia nondum ſe extulerat Sol qui eos planè colluſtraret, vel quia quæ procul abſunt, quemadmodum minora, ita minùs perſpicua, videri ſolent. Vident etiam humilem Italiam vel quòd altior ſit aqua, terra nonnihil depreſſa ſi cum Mari conferatur (quanquam id alibi diſputamus) vel quia reuera quæ primò ex Epiro ſoluenti ſe ſe objicit Italiæ pars, quippe littoralis, decliuis eſt & depreſſa: alioquin Apennini in quibus media interiacet Italia, ſublimes ſunt
698 læta verò Troianorum acclamatio ea eſt quam tandem fauſtus quoque ſecundabit euentus. Et ſanè iterata Italiæ acclamatio magnam habet Emphaſim, indicátque immenſis laboribus & inter innumera grauiſſimáque pericula quæſitam, ac ſummis ſtudijs optatam, ſemel tandem aliquando apparuiſſe. Et tamen noua rurſus pericula, éaque ingentia, erunt ſuperanda, itaut illud Aeneæ ſit vſurpandum ac feſſis Troianis commemorandum

Per varios caſus, per tot diſcrimina rerum,
Tendimus in Latium ——

quin denuo in vII. exclamabit.

Salue mihi debita tellus:

& tamen ſanguine multo mercanda erit.

Part.73 Tum pater Anchiſes magnum cratera corona
Induit, impleuítque mero diuóſque vocauit.
Stans celſa in puppi.
Dij maris, & terræ, tempeſtatúmque potentes
Ferte viam vento facilem, & ſpirate, ſecundi.

Iurè Anchiſes, quippe qui multis nominibus, ſed ob ſenectutem maximè, prælucere debuit cæteris, Italiam cum circumſpiceret, ſiue a Troianis omnino conſpici audiret, primus honores ac pietatis officia Dijs perſoluit, & precationem optatis inſtituit accommodatam: etſi enim ſuperſtitioſa eſſet quæ tot Deos comminiſceretur, ſenis tamen pietatem, qualis qualis in Ethnico fingi poteſt, declarat luculentè. Sed quali corona craterem induit? an è floribus contextam? difficilè crediderim, cum in Mari eſſent: præſertim cũ mira florum ſit fragilitas. Et tamen de vino, quaſi ad ſummum euectum coronaret craterẽ, vix fingi poteſt, cum ſubijciat *impleuítque mero*. Vt omittam frigidè pronuncia-

Ee ri cra-

ri cratera indui. vel igitur hyſteron proteron vt ſæpè fit, admittendum, & poculum vino indui frigidè dici, pernegandum, vel quoniam nuper conſcenderant, floreas coronas ſacrificij cauſa detuliſſe atque ijs poculum coronaſſe, dicendum eſt. Tu hæc cum ijs 699 conferas quæ in primi fine in illud ſcripſimus

Crateras magnos ſtatuunt & vina coronant.

vbi commodiùs de vino quàm de floribus aut ſertis exponas locum: præſertim quia ſic etiam cecinit Homerus non ſemel. Iurè autem Anchiſes celſa collocatur in puppi: cum enim & ætate, & nobilitate, & officio (præerat enim ſacris) ac dignitate præſtaret cæteris, nobiliſſimus ei debebatur locus. denique inde faciliùs cerni poterat & pietatis exemplum præbere cæteris. Inde igitur Deos Maris, Neptunum ſcilicet & cæteros quot quot Mari tempeſtatibúſque præeſſe crederentur, inuocat imploratque, vt viam ac ventos concedant ſecundos. Itaque Aeolum & omnem propè Deorum illorum turbam inuocaſſe credendum eſt. Fortaſſe etiam Mineruam cum illis ſtatim Mineruæ appareat templum: nam Terræ ad quam properabant, Maris quod nauigabant, Deos vel vnos vel maximè inuocabat dum diceret *Dij Maris & Terræ*. atque hîc etiam reſpexit ad Romanorum morem. certè Scipio cum è Sicilia in Africam ſolueret, eodem modo inuocaſſe proditum eſt.

Partic. 74.

Crebreſcunt optatæ auræ, portúſque pateſcit,
Iam propior, templúmque apparet in arce Mineruæ,
Vela legunt ſocij, & proras ad littora torquent.
Portus ab Eoo fluctu curuatus in arcum
Obiectæ ſalſa ſpumant aſpergine cautes:
Ipſe latet: gemino demittunt brachia muro
Turriti ſcopuli, refugitque a littore templum.

Pietatis fructum (quantum quidem comminiſcitur Poëta noſter) colligit ſtatim Anchiſes, nam propitiæ ſic crebreſcunt auræ, vt optatis omnino ſatisfaciant. Itaque iam in 700 conſpectum ſe dat portus apparétque in arce Mineruæ (Gargani dorſo vel potiùs Iapygij eminebat) templum. Quid plura? ſubeunt portum: alioquin nihil eſſet cur ſtatim adderet.

Vela legunt Socij & proras ad littora torquent.

Iam verò deſcribitur ipſe portus, iſque nobilis, & verò commodus imprimis ac tutus; denique & Naturæ & artis munitus præſidijs. Et tamen talis reuera è Ceraunijs Hydruntinam oram appetentibus, non facilè occurrit in præſens, ſed per idem tempus occurriſſe crediderim, cum inde ſæpè in Græciam nauigarent inſtauraréntque magnificè. ita quidem eum expreſſiſſe: etſi fortè more poëtico exornarit adhuc magis ac magis. Atque hunc ſanè portum non inutiliter cum eo conferas quem deſcribit libro primo: etſi hîc opportunitatibus varijs & commodis enumerandis, maiorem contulit induſtriam quòd in eo diutius commorandum & feſſis ac propè exanimatis Troianis ſolatium maius afferendum eſſet. Ad extremùm dum ait *refugitque a littore templum*, eleganter id ſiue exprimit ſiue indicat quod celſum locum eminus intuentibus accidere ſolet, propior enim videtur quàm ſe ſe habeat: & ideo accedentibus tanquam refugere videtur. de hoc verò templo Strabonem conſulas qui a Cretenſibus conditum ait in locris. Itaque extabat Virgilij tempore.

Partic. 75.

Quatuor hîc primum omen equos in gramine vidi
Tondentes campum latè, candore niuali:
Et pater Anchiſes bellum o terra hoſpita portas:
Bello armantur equi: bellum hæc armenta minantur: 701
Sed tamen ijdem olim curru ſuccedere ſueti.

Qua-

Quadrupedes,& fræna iugo concordia ferre
Spes eſt pacis ait ——

Mirum eſt quàm ſuperſtitioſa fuerit priſcorum, inprimíſque Romanorum, natio: quæ vndique omen & augurium captabat & colligebat. Sed tamen mira quoque eſt Virgilij induſtria qui Romanorum inſtituta & ſuperſtitionem tam egregiè ad eorum laudem conuertit ingenióque reſpergit. Ergo equis inſpectis Anchiſes, ſtatim ac diſcendit, belli omen captauit & augurium, quòd bellicoſus ſit equus ac tanquam belli vſui (id quod Ariſtoteles ſcripſit in libro I. de moribus) a Natura fictus & procreatus: & ideo martialis quoque dicitur & bellator, aliíſque huiuſmodi appellationibus ornatur. Ob id igitur omen captans Anchiſes ait, *Bellum o terra hoſpita portas*: ex quibus verbis intelligitur iam non modò portum attigiſſe & ſubijſſe, ſed deſcenſionem quoque feciſſe: id enim non expoſuit, ſed nobis ex proræ conuerſione coniectandum intelligendúmque reliquit. id tamen ſcriptum reliquit Dionyſius in I. vbi ait in hac nauigatione quoſdam Aeneæ ſocios ad Salentinos deſcendiſſe in Iapygium: ac fortaſſe quod Hiſtorici de aliquibus Aeneæ ſocijs ſcriptum reliquere, Poëta, vt fit, ad omnes retulit ac deſcenſionem votis ac ſacrificijs adornauit. Atque hîc ſanè crediderim de induſtria quatuor effinxiſſe equos, eóſque niuales: quatuor quòd quadrigis conueniant & iugo plerumque; & ideo quemadmodũ aptè belli captauit augurium canens

Bello armantur equi, Bellum hæc armenta minantur,

ſic continenter pacis, ſed quid dico pacis? victoriæ augurium captauit pergens,

Sed tamen ijdem olim curru ſuccedere ſueti
Quadrupedes, & fræna iugo concordia ferre;

702 verè enim fræna & iugum victoriam deſignauit tacitè, quam procedente tempore de Græcis, qui eas incolerent oras, adepti ſunt Romani. Quanquam vel quia bellum & victoria ad pacem ſunt reuocanda vnde ad benè beatéque viuendum contenditur, idcirco pacis quoque omen captat & augurium, & ideo pergitur, *Spes eſt pacis*. Niuales item deſcripſit equos quòd tales a Romanis adhiberentur triumpho; itaut Virgilius ad Romanos mores non ſine maximo decoro ac dignitate, addo etiam venuſtate, referat augurium. Tametſi dum pacis mentionem facit, tacitè canit Auguſto qui per idem tempus pacem Romano pepererat Imperio. Dum verò bellicum omen ad bonas fruges traducit Anchiſes quòd equi etiam domentur, & alieno imperio ſubijciantur appoſitè infert, *Spes eſt pacis*: námque hoſte domito & victoria reportata, pax conſequitur, éaque gloriæ & ſecuritatis plena eſſe ſolet. Eodémque modò viſus eſt Poëta idem omen ad Romanorum gloriam conuertere dum de Pœnis caneret in primo

Quó primum iactati vndis & turbine Pœni
Effudere loco ſignum quà Regia Iuno
Monſtrarat caput acris equi: ſic nam fore bello
Egregiam —— ——

nam continuò ſubiecit

—— *& facilem victu per ſæcula gentem:*

clam enim (ni fallor) indicauit fore vt poſt multa ſæcula vincerentur: itaut quamuis de fertilitate viſus ſit loqui & regionis opportunitate quòd & frumenti ſit ferax Africa & ob nauigationis vſum nihil ei ad victum deeſſe poſſet, facilè tamen, ſi latens omen peruagatur animo, a Romanis (id quod contigit) vincendi eſſent: quin hinc futurum vt quoniam Iuno Pœnos ad terrarum orbis Imperium cupidiſſimè vocaret, ſpem omnem ad victores Romanos tranſmitterent. Tu, ſi placet, ea quæ ſcripſimus in Particula LXXXIV. conſulito: nam ambiguitate quoque vocis tacitè aliquid deſignare, non
703 inſuetum eſt.

Part.76 —— Tum numina ſancta precamur
Palladis armiſonæ quæ prima accepit ouantes:
Et capita ante aras Phrygio velamur amictu,

Præceptíſque Heleni, dederat quæ maxima, ritè
Iunoni Argiuæ iuſſos adolemus honores.

Prout Helenus præceperat, perſoluunt concepta vota: nam vota appellantur cóntinenter ſic ſupra,

Et poſitis aris iam vota in littore ſolues,

dixerat Helenus: itaut iurè id ex Heleni præceptis factum dicat. quibus ſacrificia & præcationes adiungit. Palladem verò eo præcipuè nomine honorat, quòd prima eos (quantum quidem exiſtimant) exceperit in Italia ſcilicet ad quam primò appulerant. Velantur autem Phrygio amictu vt Romanos, qui tecto capite ſacrificabant, hinc quoque Troianorum prolem oſtenderet: nam velato capite Romanos ſacrificaſſe Liuius atque alij indicant luculentè.

Partic. 77.

Haud mora, continuò, perfectis ordine votis,
Cornua velatarum obuertimus antennarum,
Graiúgenúmque domos, ſuſpectaque linquimus arua,

Diſcedunt, ne dicam fugam capeſſunt, ídque ex Heleni præſcripto, cum caneret

Proxima quæ noſtri perfunditur æquoris æſtu
Effuge: cuncta malis habitantur mœnia Graijs.

Ita quidem liceat nobis adhuc in ſeptima nauigatione verſari: ſiquidem eo conſilio Buthrotum reliquerant Troiani vt contenderent in Siciliam antequam ad inferiorem & abditam Heſperiæ oram properarent: & ob id obiectam Italiæ oram vix attingunt, & in eam deſcendunt, cum rurſus conſcendunt & littus radentes, in Apuliam, atque hinc in Siciliam nauigant: ídque ne in Scyllam aut Charybdim, ſi recta in Italiam contendiſſent 704
ac Latium petiſſent, inciderent. Hydruntinam igitur relinquunt oram in qua Diomedes conſederat: etſi propter cæteros Græcos qui oram illam occupauerant, *Graiugenum Domos* (inquit) *linquimus.*

Partic. 78.

Hinc ſinus Herculei (ſi vera eſt fama) Tarenti
Cernitur. attollit ſe diua Lacinia contra,
Cauloniſque arces, & nauifragum Scylacæum:
Tum procul è fluctu Trinacria cernitur Aetna:
Et gemitum ingentem pelagi, pulſátaque ſaxa
Audimus longè fractáſque ad littora voces:
Exultántque vada, atque æſtu miſcentur arenæ.

Tarentinum præternauigant ſinum, quem Herculeum appellat; ita tamen vt addat, *ſi vera eſt fama:* quod ea de cauſa facit (ſi quoſdam audias) quia Ariſtoteles in eo libro quem ſcripſit de Admirandis auditionibus (ſi tamen Ariſtotelis eſt liber ille) videtur inter res admirandas referre id quod de Tarento vulgatum fuerat; quod Heracleum, Herculeum inquam, appellabatur. Exiſtimant igitur iſti Virgilium quoque in dubium id reuocáre, ne cum Ariſtotele pugnare videatur. ipſe tamen ſuſpicor eò ſpectaſſe quòd multa mentiri ſolerent Tarentini illi, itaut in prouerbium abijſſet Tarentinæ fabulæ. potuit etiam antiquitatem rerum ſpectaſſe, quæ fama incerta niti ſolet: nam reuera antea & Plium, & Sigæum fuerat appellatum Oppidum: nec vnus ſed varij proferebantur conditores. de qua re & Iuſtinum & Strabonem & Plinium conſulere licet. tametſi crediderim a Tara Herculis ſocio & adminiſtro fuiſſe conditum, atque inde inuéniſſe nomen, quantumuis Herculeum quoque cognomento appellaretur ob præcipuum authorem. Atque hîc illud obiter obſeruarim, licere quidem ex multis agnoſcere Virgilium partim Platoni & Academicis, partim Epicureis veſtigijs inſtitiſſe, ſi- 705
gillatim verò Peripateticis, ægrè oſtendi poſſe: itaut faciliùs affirmari poſſit quàm probari Virgilium interpoſuiſſe ea verba. *Si vera eſt fama*, ne Ariſtoteli repugnare videretur.

Digitized by Google

tetur : Succedit Lacinia , quo nomine Iuno fuit appellata . Cum enim Lacinius inſignis latro ab Hercule fuiſſet ibi interfectus , placuit populis templum ibi Iunoni extruere, & ideo , ait, *attollit ſe Diua Lacinia contra* : ſiquidem in Crotonis viſitur promontorio quod Adriaticum diſterminat ab Ionio . Caulonis verò arces vocat Caulonem ipſum, quod Oppidum in prima Italiæ regione collocabatur . Denique Scylacæum ſinum hoc quoque tempore retinet nomen, & naufragijs nobilitatur, atque huic freto adiacet Caulonis oppidum. & de his tum oppidis tum finibus ac regionibus apud Geographos luculenta fit mentio . dum igitur Tarentinum & Scylacæum prænauigant ac ſpectant, ecce tibi Trinacria AEtna ſe ſe obijcit illorum oculis, ſed procul. AEtna verò appellatur Trinacria a tribus promõtorijs quibus imminet Trinacria, vel certè, quia AEtna eſt in Sicilia quæ tribus cingitur promontorijs vnde Trinacria dicitur, Aetnæ quoque cognomentum tale conceditur, de Aethna verò monte quoniam admiranda offert multa, legendi Geographi, ex quibus faciliùs etiam intelligantur quæ Poëtæ inſuper de monte illo cecinere: multa enim de more canunt quæ Phyſiologiæ minùs conſentiunt: ſed hoc Poëtis eſt largiendum. Illud tamen addiderim Siciliam ſine vlla dubitatione Trinacriam eſſe dictam quia tribus ſummis promontorijs cingitur Lilybæo, Pachino, Peloro; ex quibus primum Africam ſpectat, ſecundum vergit ad Ionium ac Septentrionem , poſtre-
706 mum in Mediterraneum occidentem incurrit. Itaque eleganter Claudianus

—— Caput inde Pachini
Reſpicit Ionias protentis rupibus iras.
Hinc latrat Getula Thetis, Lilybæáque pulſat
Brachia conſurgens, hinc dedignata teneri.
Concutit obiectum rabies Tyrrhena Pelorum.

Ita quidem tribus hiſce promontorijs Mare ſpectat vndique . proinde eleganter Ouidius

Terra tribus ſcopulis vaſtum procurrit in æquor
Trinacris a poſitu nomen adepta loci.

& ob id Orpheus τριγλώχινα, tricuſpidem, illam dixit. Ouidius rurſus trilinguem : Oppianus montem τρίκαρηνον tricipitem. Quo fit, vt quam Deltæ literæ figuram Nilo attribuũt hiſtorici, hanc Auſonius tribuat Siciliæ. Quapropter qui a Trinaco Neptuni filio eiúſque Rege appellatam dicant, vix fortaſſe audiendi ſunt, cum in promptu ſint tria eáque inſignia, illius promontoria . quare faciliùs crediderim Trina cum inde inueniſſe nomẽ quòd Trinacriæ imperaret perinde ac Macedo dictus eſt Alexander . Interim interiectam Scyllam & Charybdim auribus excipiunt. Scyllam ob ſtrepitum ingentem: nam ad Scyllam pertinent ea carmina

Et gemitum ingentem pelagi pulſatáque ſaxa
Audimus longè, fractáſque ad littora voces:

ſtrepitus enim ingens qui gemitum ingentem aut latrantes canes, vno verbo horrendum ſonet, ad Scyllam pertinet, Alterum verò carmen

Exultántque vada atque æſtu miſcentur arenæ,

ad Charybdim pertinet : hanc enim æſtu arenas miſcerẽ & abſorbere indicauerat antea quo ſe æſtu fundit latè . Atque hinc ſatis intelligitur pro virili parte ſua Troianos longiùs
707 præteruectos monſtra iſta; ſed tamen fieri nullo modo potuit vt illorum ſtrepitum atque æſtum non audirent , quin æſtum illum experirentur etiam quemadmodum conſtabit non multò poſt.

Par.79. Et pater Anchiſes: nimirum hæc illa Charybdis:
Hos Helenus ſcopulos, hæc ſaxa horrenda canebat.
Eripite, o ſocij, paritérque inſurgite remis.
Haud minus, ac iuſsi, faciunt: primúſque rudentem
Contorſit læuas proram Palinurus ad vndas:
Læuam cuncta cohors remis, ventíſque petiuit.

Turpe videri poterat Anchiſem otioſum effingere qui ſolertiſſimum procreaſſet filium: & ideo tum ſacrificijs & augurijs illum præfecit Poëta , tum claſſis curſui moderando.

Digitized by Google

itaque memor quæ præceperat Helenus, obſeruat auribus ſcopulos, & vt declinentur, pro ſuo munere curat ac iubet, ac propterea Troianos hortatur vt ſcopulorum illorum pericula ſtrenuè deuitent: quod egregè faciunt læuam tenentes: quamquam id non ita faciunt quin æſtus illos ingentes, etſi longè poſiti, experiantur: de qua re iam iam nos admonebit Poëta. Interim dubitare cogor quî factum ſit vt Anchiſes illud proferat nimirum *—— hæc illa Charybdis,*

Dubitatur.

Hos Helenus ſcopulos, hæc ſaxa horrenda canebat;

ſiquidem non interfuit Anchiſes Heleni vaticinio in quo ſigillatim de Scylla & Charybdi admonuit Troianos dum caneret

Dextrum Scylla latus, læuum implacata Charybdis
—— Obſidet,

& quæ ſequuntur: quin ab Heleno, cum ad portum deſcendiſſet, ea tantùm audiuit verba

Coniugio Anchiſa Veneris dignate ſuperbo,

Reſpondetur.

& quæ proximè conſequuntur: quibus de ſcopulis iſtis ne verbum quidem. quamquam quoniam exaggeratiſſimis verbis Helenus de his ſcopulis admonuerat Aeneam ac ſocios 708
& horrenda cecinerat, quis non arbitretur eâdem Troianos Anchiſi retuliſſe & exaggeraſſe? ob id igitur Anchiſes hinc auditis clamoribus Scyllæis, audito, fortaſſe etiam viſo, Charybdis æſtu, illinc recolens quæ interim Troiani de hiſce ſcopulis retulerant ex Heleno appoſitè canit,

—— hæc illa Charybdis
Hos Helenus ſcopulos, hæc ſaxa horrenda canebat.

quaſi diceret quæ modò ex Heleni ore audiſtis, iam auribus, oculis, experimento ipſo percipimus. & ideo *Eripite* pergit & quæ ſequuntur. Hîc verò a Charybdi incipit vel quia poſteriore loco, hoc eſt iam tum, ſe ſe obtulerat, vel quia non tam Scyllæ a qua longè aberãt, latratus ac ſtrepitus, qui vnis hauriebatur auribus, quàm Charybdis æſtus, quo iactaret naues, erat pertimeſcendus. Alioquin Scylla priùs exaudita fuerat. denique ne carmina illa

Et gemitum ingentem pelagi pulſátaque ſaxa

& quæ ſequuntur ad vnam Charybdim referamus, ſed priora ad Scyllam, poſtremum ad Charybdim reuocemus illud

Hos Helenus ſcopulos, hæc ſaxa horrenda canebat,

prohibet omnino. Denique cum Scylla ſcopulos tantùm ſignificet Hiſtoricis, Charybdis vorticoſum & æſtuoſum pelagus, vel pelagi illius tractum, primis carminibus deſignatur ac de nomine etiam deſignatur, Charybdis; poſteriore Scylla.

Partic. 80.

Tollimur in Cœlum curuato gurgite, & ijdem
Subducta ad manes imos deſcendimus vnda:
Ter ſcopuli clamorem inter caua ſaxa dedere:
Per ſpumam eliſam, & rotantia vidimus aſtra

Hyperbolica eſt huius loci ſententia, ſed plana tamẽ & perſpicua: neque verò inuſitatum eſt apud Poëtas vt ad rei magnitudinem declarandam res canant quæ fieri nullo modo 709
poſſunt, cuiuſmodi eſt nauem in Cœlum attolli vel ad manes ſubduci fluctibus. Itaque (vt alios omittam) Ouidius cum alibi ſæpè idem cecinit, tum in Triſtibus pereleganter,

Me miſerum, quanti montes voluuntur aquarum,
Iam iam tacturos ſidera ſumma putes.
Quanta diducto ſubſidunt æquore valles,
Iam iam tacturas Tartara nigra putes.

Dubitatur.

At enim ſit iſtud, verumtamen Poëtæ induſtria requirenda eſt dum in huiuſmodi diſcrimen Troianorũ adducit claſſem: cum enim Helenus de periculo illos admonuiſſet, iuſſiſſétque vt Charybdim & Scyllam omnino defugerent, ac propterea lõgos circumflecterent curſus, quid eſt quod non opportunè circumflectunt? certè perſpicuè & accuratiſſimè illos admonuerat Helenus, ſigillatímque cecinerat de Charybdi.

—— imo barathri ter gurgite vaſtos
Sorbet in abruptum fluctus, rurſúſque ſub auras
Erigit alternos, & ſydera verberat vnda;

& tamen

Digitized by Google

& tamen in hos ipſos planè incidunt anfractus; itaut minùs induſtrium vel potiùs indiligentem Anchiſem effinxerit ac ſocios. Sed tamen Poëta quodam veluti experimento nobis vim Charybdis obijciendam putauit ac Poëticis figmentis deſcribendam. Neque verò dum id facit eſt quòd eius induſtriam requiramus; ſiquidem longiùs multò a Charybdi præceſſerat claſſis, & ideo cecinit *Reſpondetur.*

Et gemitum ingentem pelagi, pulſátaque ſaxa
Audimus longè ——

itaut periculum, quoad eius fieri poterat, declinaſſent. & ſanè vſque adeo furit æſtus ille,
710 ac tam longè & latè ſe ſe fundit, vt Ariſtoteles inter res admirandas eiuſmodi numeret æſtû: qui ſanè eſt etiam perpetuus. quapropter Strabo non dubitauit affirmare eiuſmodi freto ſæuiùs aut concitatiùs reperiri nullum: tantámque eſſe fluctuum pugnam, vt alij quaſi victores ferantur in Cœlum, alij quaſi terga dantes in imum deſideant. vt propterea nil mirum ſi Troiani, quantumuis ab Heleno admoniti atque illius præceptis obtemperantes, non potuerint non eius furorem experiri. quamquam iactantur illi quidem, nõ abſorbentur Charybdi: audiunt longè Scyllæ latratum, non in eius ſcopulos ac veluti dẽtes incurrunt. Sed ſit iſtud quoque, verùm cur ter æſtu Charybdis attolluntur, cũ bis tantùm integro die ſorbere fluctus dicatur & euomere atque æſtum illum gignere? certè in decurſu illo ſemel vt iactarentur contingere potuit; toties, nullo modo: ſed Poëtæ id concedendum vt rem magnam hyperbolicè etiam exprimat: ita ſanè quemadmodum cecinerat Helenus. *Dubitatur rurſus.* *Reſpondetur.*

—— *ter gurgite vaſtos*
Sorbet in abruptum fluctus, rurſúſque ſub auras
Erigit alternos, & ſydera verberat vnda,

ſic cohærenter rurſus ter illos tollit in Cœlum. quanquam nihil prohibet cur is qui ſemel excitatur æſtus, ter ac ſæpiùs attollat ſubducátque claſſem dum furens fluit ac refluit. & ſanè crediderim æſtum illum ex fluxu & refluxu oriri conſueuiſſe quemadmodum in pleriſque Maris finibus, & in Adriatico inprimis. rametſi veriſimile eſt ob ruinas illas quibus Italia ab Sicilia diuulſa eſt, ſcopuloſam ſupra morem & cauam ac vorticoſam redditam eam oram, itaut propter ſtrepitum ingentem & vortices, fabulis illis fuerit locus vt hac de
711 cauſa Poëtæ induſtria eniteat mirificè, tantùm abeſt vt ſit requirenda: præſertim verò cũ inter pericula grauiſſima ſummam declaret Troianorum fortitudinem. & hinc eſt vt deinde Aeneas ad ſocios in priſtina tolerantia cõfirmandos ac virtute, illud cecinerit ijſdémque in mentem reuocauerit

Vos & Scyllæam rabiem penitúſque ſonantes
Acceſtis ſcopulos, vos & Cyclopea ſaxa
Experti, reuocate animos ——

his inquam atque alijs multis quibus perfuncti eſſent periculis eos ad priſtinam fortitudinem optimámque ſpem reuocant eleganter. Aſtra verò appellat rorantia quòd Stoici rore vaporibúſque nutriri exiſtimarent: vel potiùs hyperbolicè item loquitur, quaſi fluctus ſydera ipſa reſpergerent, itaut rorari viderentur. Certè Tibullus huc ſpectauit dum caneret

Non violenta ſuo conſumpſit more Charybdis,
Vel ſi ſublimis fluctu conſurgeret imo,
Vel ſi interrupto nudaret gurgite pontum.

clariùs etiam Ouidius dum canit

—— *Cœlúmque æquare videtur*
Pontus, & aſpergine tangere nubes ——

Et tamen ſi quis aſtra appellari dicat rorantia, quia cum rorem in terras ſpargere cẽſeantur vulgò, hoc illis Epitheton à Poëtis tribuatur, non abnuerim: nam reuera è ſereno Cœlo ac ſerena nocte ros decidere in terras dicitur. Quod ſi etiam reputes non gelido Cœlo aut æſtiuis ardoribus, ſed in ſumma ſerenitate atque aëris temperie rorem fluere ex æthere, ídque fermè per Autumnum aut Vere, ac propterea non aſtra omnia generatim, ſed
712 quæ ſigilatim placidum illud comitentur anni tempus, dici rorantia, conſentaneum, poëticè præſertim, omnino iudicauerim: ídque eo magis quòd, quantum coniectare licet ex ſuperioribus nauigationibus, ineunte Vere viſi ſint Epirum reliquiſſe aut fretum Ionium attigiſſe. His interim breuiter Poëta deſcribit grauem ſed breuem Troianorum iactationem.

Digitized by Google

ctationē. Tu,ſi libet,ea etiā cōſulito quæ de prima iactatione ac tēpeſtate ſcripſimus lib. 1.

Interea feſſos ventus cum Sole reliquit:
Paris. 81. Ignaríque viæ Cyclopum allabimur oris.
Portus ab acceſſu ventorum immotus,& ingens
Ipſe,ſed horrificis iuxta tonat Aetna ruinis:
Interdúmque arma prorumpit ad ætera nubem
Turbine fumantem piceo,& candente fauilla:
Attollítque globos flammarum,& ſydera lambit:
Interdum ſcopulos, auúlſaque viſcera montis
Erigit eructans.liquefáctaque ſaxa ſub auras
Cum gemitu glomerat, fundóque exæſtuat imo.

Quæ cauſa fuit vt non nihil Charybdis æſtum Troianis experiundum iudicauerit (vt ſcilicet eorum exerceret fortitudinem & conſtantiam) eadem Poëtam adducere potuit vt ad Cyclopes illos propelleret: præſertim verò quòd de his nihil Helenus, dum, vt Siciliā læuâ emetirentur, iuberet. Virgilius igitur vt nouum Troianis creet periculum & appoſitè creet, ventum deſcribit qui ſubſidet, Solémque ipſum qui occidit: itaut Troiani ignari viarum, ad Cyclopum labantur oras & portum. Imitatur verò Homerum apud quem in 9. Odyſſeæ Vlyſſes in Cyclopum oram delatum canit in Alcinoi cōuiuio. tu ſi vacat (me enim piget longiorem Homeri narrationem ne dicam cantilenam & nugacem fabulam 713 huc transferre) loca & ſummorum induſtriam Poëtarum conferas: certè quantum in Poëſi imitatio ſuperat narrationem, tantum mihi videtur Virgilij locus Homerico antecellere, etſi enim reuera vterque narrat tum Vlyſſes tum Aeneas, vel potiùs Poëta vterque imitatur, cum interim Græcus Vlyſſem, Latinus Aeneam, loquentem faciat, ille tamen aliena, frigida, ac longiore oratione ſupra quàm dici poſsit obtundit aures, & verò hiſtorico modo narrare videtur non poëtico orationem variare: Virgilius contrà ſic rem peragit, vt nihil alienum, nihil non proprium & elegans, canat, ac tam moderata varietate, vt ſatietatem gignat nullam, quin animum auréſque capiat mirificè. Denique ita rē ante oculos ponit, vt non rem Aeneas anteactam narrare videatur, ſed nunc planè in Cyclopas cum Troianis incidere. Cum igitur cecidiſſet ventus & Sol, Troiani in Cyclopum allabuntur oram: cuius portus deſcribitur eleganter, ita tamen vt, quoniam Aetna imminebat portui, occaſionem arripiat Aetnæ deſcribendæ: vbi ſanè ita perſpicuè rem exponit totam vt quemadmodum poëtæ ita Hiſtorici optimi mereatur laudem. certè qui de Aetna monte cōſuluerit Hiſtoricos, aut etiam montem ipſum luſtra. erit oculis, rem clariùs, præſertim paucis carminibus, complecti nullo modo poſsit. Sed expectet fortaſſe quiſpiā vt Fauorino reſpondeam qui apud Gellium in Virgilium inſurgit quaſi verò intumeat hoc in loco, nec Pindarum niſi infœliciter imitetur. ſed quoniam non deeſt qui Fauorino occurrerit ac ſatisfecerit, non immoror. Tantùm dicam faciliùs Latino poëtæ hanc 714 intendiſſe accuſationem Fauorinum, quàm vt eam niſi leuiſsimis ac puerilibus rationibus confirmarit; itaut mihi quidem ineptire potiùs videatur quàm boni accuſatoris more agere. Certè Seneca in epiſtola 79. cum poëtas multos percenſeret qui Aetnā deſcripſiſſent, itaut poëtarum campus videri poſſet, addidit Virgilium Aetnam impleuiſſe, quapropter ſiue in hunc locum ſpectarit tantùm, ſiue loca omnia recoluerit animo in quibus de illa mentionem fecit in iis quæ terimus poëmatis, ſiue in Aetnæ intueretur poëma in quo copioſè tractatur hoc argumentum (neque enim Virgilij monumētum eſſe pernegauerim, quod tamen iuuenis ſcripſerit, cum eò ſpectatum ſe contuliſſet) certū eſt Virgilio hac in re ſummam laudem detuliſſe ac palmam. tu tamen Iouianum Pontanum ac Turnebum legito qui nihil minùs cogitaſſe aiunt Virgilium quàm de Pindaro imitando: ſed Scaligerum maximè cōſulito qui ſiue Pindarum nō nihil ſecutus ſit poëta noſter, ſiue nihil de eo imitando cogitarit, Latini induſtriam declarat mirificè, itaut quæ Gellius aut ex Gellio ferè, Macrobius fundit, temerè omnino fundat. Et quāquā crediderim Senecā phyſiologiæ rationē quæſiſſe maximè, nil tñ prohibet quominus ſignificet Virgilium omne tuliſſe pūctū & hiſtoriç & fabulç ſeruiſſe, indicarit dū diceret impleuiſſe partes oēs.

Fama

Digitized by Google

Part.82. Fama eſt, Enceladi ſemuſtum fulmine corpus
Vrgeri mole hac, ingentémque inſuper Aetnam
Impoſitam ruptis flammam expirare caminis:
Et feſſum quoties motat latus, intremere omnem
Murmure Trinacriam, & Cœlum ſubtexere fumo.

Egregiè ſatis (vt dicere cæperam) hiſtorici ſatisfecit muneri; paucis tamen; cum non hiſtoricum agat, ſed ex hiſtoricis, prout Poëta debet, delibet: nunc eleganter rem peragit poeticè. notum eſt autem Enceladum inter Gigantes numerari qui ex Terra & Titano orti, Ioui ac Dijs bellum mouere non dubitaſſent: ſed cum rem aggrederentur, fulminatus a Ioue Enceladus, Aetnæ ſubijcitur: denique ex his loci ſententia conſtare poteſt: niſi tamen ad Phyſiologiā reuocari cupias fabulam: quod facilè quoque tentare poſſis ac moliri ſi incluſos cauernis ignes eorúmque vim ſpectes, præſertim vbi Natura copioſam ſubminiſtret materiam ex qua perēniter inſtaurentur. nam ſi quis ex Phyſiologia ad hiſtoricam Theologiam confugiendum exiſtimet, quaſi verò Gigantes iſtos Græci de Hebræis acceperint, non reluctabor, dum tamen Græcos fabulis Hiſtoriam oneraſſe fatearis: id enim in alijs multis feciſſe, ſigillatímque in generali eluuione, compertum eſt, itaut & arcam & columbam, quemadmodum apud Plutarchum legere eſt, ad Deucalioneam eluuionem tranſtulerint, in qua etiam humanum genus inſtaurarunt.

Part.83. Noctem illam tecti ſiluis immania monſtra
Perferimus: nec quæ ſonitum det cauſa, videmus.
Nam neque erant aſtrorum ignes, nec lucidus æthra
Siderea polus: obſcuro ſed nubila Cœlo,
Et Lunam in nimbo nox intempeſta tenebat.

Excuſauit (ſi quis attentiùs æſtimet) Troianos noſter Vates, dum illi imprudenter videri
715 poſſent in Cyclopas incidiſſe: nam nec Helenus illos de Cyclopibus admonuerat, (ac fortaſſe quòd ex ijs id eſſet quæ effari prohiberet Iuno) nec vires interim ſuffeciſſent quibus oram illam remigando decurrerent: & ideo ceciner at feſſos eò perueniſſe: quamquam cū & ventus cecidiſſet ac Sol, multò magis a culpa exemit factum: præſertim cum addiderit oræ illius fuiſſe ignaros. Nunc quos purgauit exemítque culpa omni: fortitudinis ac prudentiæ (ſi quis item æſtimet) ornat laude: prudentiæ, quod cautè interim prout debuerūt in tanta rerum ac locorum ignoratione ſe geſſiſſent ſiluis deliteſcentes, fortitudinis, quia Cyclopum ſeu ferarum (quicquid tandem horrendum audiretur) pericula pertuliſſent: appellat verò Cyclopes immania monſtra tum quia & ingentes reuera (id quod aſpectus paulò poſt declarauerat) & monſtroſi eſſent ac truces, tum quia per eam noctem in ſummis tenebris tumultus ingens ac ſonitus qui exaudiebatur, belluas ac monſtra veriùs referebat: & iccirco cum dixiſſet —— *immania monſtra Perferimus,* continuò ſubiecit

nec quæ ſonitum det cauſa uidemus:

vbi ſatis indicat ſonitus illos, ferarúm ne eſſent an hominum, planè ſtatui non potuiſſe, nam ideo ſonitum exauditum ait non hominum voces; itaut hinc etiam monſtra & feras adeſſe ſuſpicarentur. At enim cur non id totum explorabant ſtatim, cum & multi eſſent, & muniti armis, & ſe fortes viros declarare debuiſſent? an non fortitudinis oſtendendæ ſeſe offerebatur locus? minimè verò, cum omnia occupaſſent vmbræ; & idcirco inde factū ait vt ſonitus cauſam non explorarint,

Nam neque erant aſtrorum ignes, nec lucidus æthra
Siderea polus, obſcuro ſed nubila Cœlo,
Et Lunam in nimbo nox intempeſta tenebat.

716 vbi eleganter, quaſi ab enumeratione partium ducto argumento, omnē præcidit nocturnæ locum luci. ita quidem tum cautos (vt dicere cœperam) ac prudentes fingit Troianos, tum fortes deſignat: cautos qui non temerè ſe ſe Cyclopibus ſeu monſtris commiſiſſent: fortes, qui in periculo timorem oſtendiſſent nullum ſed fortiter illud pertuliſſent: dum enim res audaces nec timidi in tanto periculo ac monſtroſo ſonitu videri poſſunt, fortes cenſeantur neceſſe eſt.

Poſte-

Partic.84.

Poſtera iámque dies primo ſurgebat Eoo,
Humentémque Aurora polo dimouerat vmbram:
Cum ſubitò è ſiluis macie confecta ſuprema.
Ignoti noua forma viri, miſerándaque cultu
Procedit, ſuppléxque manus ad littora tendit.
Reſpicimus: dira illuuies, immiſſáque barba:
Conſertum tegmen ſpinis: at cætera Graius:
Et quondam patrijs ad Troiam miſſus in armis.
Iſque vbi Dardanios habitus, & Troïa vidit
Arma procul, paulùm aſpectu conterritus hæſit,
Continuítque gradum: mox ſe ſe ad littora præceps
Cum fletu, precibúſque tulit.

Dubitatur

In aliũ locum reijcitur dubitatio.

Potuiſſet expectare quiſpiam vt quod per noctem cautè prudentérque prætermiſerant Troiani, ſuccedente die fortiter ac celſo animo perficerent. ſed ecce tibi Poëta qui aduentantem diem ac lucem deſcribit ille quidem, ſed tamen explorandi ac periculi ſubeundi occaſionem adimit Troianis. itaque Achæmenidem e ſiluis in medium producit ſupplicem qui cùm de luctuoſo ſtatu ſuo illos edocet, eorumdémque implorat pietatem, tum eò delabitur ſenſim vt de Cyclopibus illos admoneat vnde prudenter Troiani monſtra illa immania declinantes, vela faciunt. Hic tamen non poſſum non commoueri cum vi- 717
deam Achæmenidem ſi non animo at certè ſpecie nouum Sinonem referentem: cum tamen Anchiſes ſtatim ei fidem adiungat, & faciliùs quàm par erat illum excipiat ac tanquã amicum complectatur. An non ſatis fuerat Priamum ſenem eodem planè modo Sinonẽ complexum, Troiani Regni excidio cauſam attuliſſe? ſed quæſo pauca quædam de Achæmenide, qui ſe ſe offert, obſeruemus, tum totam hanc dubitationem in fabula pergentes tranſigemus. eleganter igitur ac diligenter in primis virum deſcribit qui macie confectus, vix præ horrore & ſqualore humanam referret ſpeciem, atque huc in primis ſpectat quòd eum non tam virum quàm formam viri, ac formam quidem & nouam & miſerandam appellat. Sed & eiuſdem genus, atque anteactæ vitæ ſtudia deſcribit, vt de habitu animi nõ minùs quàm corporis conſtet. Itaque vt de reliqua illius fortuna audiamus dum ad littora præceps ſe ſe ad Troianos cum fletu infert ac precibus, aures Poëtæ, vel Aeneæ adhuc, præbeamus.

Partic.85.

—— Per ſidera teſtor,
Per ſuperos, atque hoc Cœli ſpirabile lumen,
Tollite me, Teucri, quaſcumque abducite terras.
Hoc ſat erit. ſcio me Danaïs è claſsibus vnum:
Et bello Iliacos fateor petijſſe penates,
Pro quo, ſi ſceleris tanta eſt iniuria noſtri,
Spargite me in fluctus, vaſtóque immergite ponto.
Si pereo manibus hominum, perijſſe iuuabit.

De Epica imitatione obſeruãtur quadam.

Atque hîc ſanè rurſus gemina recurrit imitatio: cum enim ab Aenea quem ſibi dicenti ac narranti ſubſtituit Poëta, vnde poëtica imitatio oritur primùm, Achæmenides introducitur, & in Aeneæ locum ſufficiatur, hinc geminata promanat imitatio. Quapropter quẽ- 718
admodum ſupra in ſecundo libro introducitur Sinon, ſic in præſens introducitur Achæmenides. Denique (vt me planiùs explicem) Poëta ad initium ſecundi ſic narrabat,

Conticuere omnes, intentique ora tenebant:
Inde Toro Pater Aeneas ſic orſus ab alto.

quæ narratio caret imitatione & hiſtoricam refert narrationem, in qua Hiſtoricus ex pro-

pria

pria loquitur perſona: cum verò ſtatim ſubieciſſet Virgilius vel potiùs qui introducebatur Aeneas,

Infandum Regina iubes renouare dolorem,

Troianas vt opes ——

& quæ ſequuntur, a narratione ad imitationem facta eſt progreſſio, in qua poëta Aeneam loquentem inducens ſibíque ſubſtituens, perſonam celat ſuam. Et tamen Aeneas non multò poſt introducit Sinonem qui ſic fatur

Heu quæ nunc tellus, quæ me æquora poſſint

Accipere? —— & quæ ſequuntur: ex quibus geminata, quam dicebam, gignitur imitatio. Ergo cum Aeneas reſumpſiſſet paulò poſt dicendi munus (quanquam idē fecerat etiam paulò ante cum Laocontem introduxiſſet) in quo ad hunc vſque Tertij locū perſeuerauit ferè ſemper, nunc rurſus Achæmenidem loquētem facit, qui quoniam vno atque altero imitationis gradu diſtat a Poëta, in imitationem incurrit geminam. Atque id monuiſſe velim vel potiùs iteraſſe, vt qui Epopeïam ſcribat, exēplis abundet vtriuſque imitationis: de cuius tamen opportunitate & vſu ſiue per ſe ſpectetur ſiue cum Dramatica imitatione conferatur, ſcripſimus alibi copioſè. Tu loca tum in comparatione, tum in primo Aeneidos, tum (ni me fallit memoria) in Gothifredi Commētarijs inpromptu ha-
719 bes. Nunc ad Achæmenidem redeo, qui mihi ſanè ſpecie alter Sinon videri ſolet, Græcus fingitur Sinon; Græcus exprimitur Achæmenides: hoſtis vterque, quod vterque fatetur: vterque cum deliteſceret, ille in vlua & limo, hic in ſpinis & ferarum luſtris, occurrit vel potiùs ſpontè ſe ſe & inermis obijcit hoſtibus: vterque ſtatim atque agnoſcit hoſtes, hæret, timet, exclamat, ſuámque deplorat calamitatem: quam Vlyſſi acceptam vterque refert; ſed & vterque interim ſupplices manus obtendit, ac tanquam hoſti extremi ſupplicij pœnas pertimeſcit, quin de ſalute propemodum deſperans, eas ſibi inferri deprecatur: & tamē cum Troiani prioris fraudem experti ſint, ac magno cum malo totiúſque Regni excidio experti, itaut exclamauerit Aeneas de Danais *& crimine ab vno Diſce omnes* & Laocoon. *Timeo Danaos, & dona ferentes*, nunc, proh dementiam, germanum hunc Sinonem (talis enim apparet vndiq; ac talis haberi debuit, præſertim in ſummo illo periculo) Anchiſes ſenex Priamū imitatur: iubet vt Achæmenides bono ſit animo, ſanctè inter Amicos excipit ac iureiurando tutelam illi ſpondet amicitiam confirmans. Itaque hac in re videri poteſt noſter Vates imprudens, quíque temerè ad talem ac tantam fiduciam, vel potiùs oſcitationem, inducat longæuum ac prudentem ſenem, Aeneam inſuper & Troianos omnes: ſed & immemor quoque atque imprudens rurſus videri poteſt cum nō tam nouam fabulam aut nouum Epiſodium proferre videatur quàm quæ paulò ante in Sinone expreſſit, tantiſper variare. ſed progrediamur quæſo (præſertim quod propoſita Achæmenidis narratio plana eſt ſatis ac perſpicua) & poëtam ſectantes, num eum tali ac tanta cul-
720 pa, & oſcitatione vindicare valeamus, diligenter exploremus.

Recurrit ſuperior Dubitatio, quæ item exaggeratur.

Par. 86. Dixerat, & genua amplexus, genibúſque volutans
Hærebat: qui ſit, fari, quo ſanguine cretus,
Hortamur, quæ deinde agitet fortuna, fateri.
Ipſe pater dextram Anchiſes, haud multa moratus,
Dat iuueni, atque animum præſenti pignore firmat.
Ille hæc, depoſita tandem formidine, fatur.

Hic etiam ſe ſe rurſus obijcit Sinon: ſiquidem in Achæmenide Sinon exprimitur mutatis paſſim (quod facile fuit) verbis mutátaque perſona; ſed ſentētia & artificio penè vniuerſo. Tu, ſi placet, vtrumque locum conſulito, & per otium comparato, quem ipſe ſummatim & curſim in memoriam reuocaui: atque intelliges priori loco poſteriorem artificio eſſe ſimillimum: qui ſanè eò magis obtundit aures, ac Poëtæ tautologiam & indiligentiā oſtentat, quòd a priore diſtet exiguo interuallo; itaut in eâdem ferè chorda perſiſtat & vt poëticè loquar, Sinonis aſſonet Echo. Quid plura? *Ille hæc, depoſita tandem formidine fatur*; canit de Sinone vt ad narrationem inducat? atque idem planè carmen hic repetit dum ad narrationem inducit Achæmenidem. Sed agedum progrediamur, ac fabulæ euentum exploremus adhuc; tum diſceptabimus num poëta indiligentiæ ſiue incogitātiæ cri-

mine

mine eximi poſſit. Interim tamen memineris hîc tria ex Achæmenide requirere Troianos,quibus ſingulis iam iam reſpondebit ille.

Partic.87. Sum Patriâ ex Ithacâ,comes infelicis Vlyſsi,
Nomine Achæmenides; Troiam genitore Adamaſto
Paupere (manſiſſétque vtinam fortuna) profectus.
Hîc me,dum trepidi crudelia limina linquunt,
Immemores ſocij vaſto Cyclopis in antro
Deſeruere. domus ſanie, dapibúſque cruentis
Intus opaca, ingens: ipſe arduus, áltaque pulſat
Sidera: (Dij talem terris auerite peſtem) 711
Nec viſu facilis, nec dictu effabilis vlli:
Viſceribus miſerorum,& ſanguine veſcitur atro.
Vidi egomet, duo de numero cum corpora noſtro,
Prenſa manu magnâ,medio reſupinus in antro
Frangeret ad ſaxum, ſaniéque aſpreſſa natarent
Limina: vidi atro cum membra fluentia tabo
Manderet,& tepidi tremerent ſub dentibus artus.

Primæ ſanè Achæmenidis voces dubitationem confirmant: quandoquidẽ vterque Troianorum fuit comes,humiliſque fortunæ & paupere parente relicto proficiſcitur ad bellum,vterque ab Vlyſſe proditur. Quòd ſi Cyclopes Achæmenides iam producit in medium (id quod de Sinone nequeat affirmari) & de illis crudelia narrat multa; hæc tamen verbis finguntur hac tenus, itaut nec excuſent adhuc Troianorum leuitatem quam interim perſtrinximus,nec poëtæ induſtriam : nam etſi commentum vtcũque varietur quo adumbrari videtur fraus, nodus tamen in quo fabulæ cardo vertitur, hactenus eſt quam ſimillimus. Denique ſuſpicionem haud diſpellit fraudis qua Sinoniano rurſus more decipiantur Troiani, itaut temerè fidem obſtringant ſuam : debemus enim fidem quemadmodum cõſtanter tueri, ita prudenter obſtringere ; quod reuera vix ac ne vix quidem de Anchiſe & Troianis affirmetur hoc tempore. Sed & illud diligenter eſt obſeruandum verbis illis

Hîc me dum trepidi crudelia limina linquunt,
Immemores ſocij vaſto Cyclopis in antro
Deſeruere ——

Poëtam caſum indicare per quem factum eſſet vt eò & delatus & relictus eſſet Achæmenides,vt continenter Cyclopum fabulæ enarrandæ commodus (quod ſanè fit) aperiatur aditus. 712 Quo etiam in loco obſerues mirificè deturpari Vlyſſem ac ſocios dum & trepidi fugam dicuntur arripere (quámquam de hoc metu infra) & quod deterius eſt per ſummam crudelitatem Cylopi in antro obijciunt Achæmenidem vt interim eum retardantes,tutiùs ſibi fuga conſulerent,neque enim Achæmenidem a Græcis per incogitantiam relictum interpretor quemadmodum alij, ſed per ſummam crudelitatem & data opera: nimirum ad Polyphemum retardãdum. nam apud Sophoclem a quo (quemadmodum non multò poſt prolixè docebimus) deriuatur Achæmenidis fabula, Philoctetes a Neoptolemo de induſtria deſeritur, & ad retardandos Cyclopas: & hoc etiam indicant interim ea verba *vaſto Cyclopis in antro Deſeruere*, quòd innuit non per incogitantiam fuiſſe relictum dum celeriter conſcenderent ac vela facerent, ſed callidè in ipſius Cyclopis antro. denique voces illæ *Cyclopis in antro* habent Emphaſim,& callidè id factum ſignificãt,quaſi diceret poëta Achæmenidem non in Inſula modò deſeruere ſed in Polyphemi ipſius congreſſu & poteſtate. Quòd ſi ſocios appellat immemores,ſanè id valet officij & fidei immemores:quia cum ſocij eſſent, par debuit eſſe fortuna & ſors. proinde immemor quoque beneficij is dicitur qui officium violet amicitiæ ingrati animi crimen incurrẽs ſéque ingratum oſtendens. Hinc igitur occaſione arrepta Polyphemi deſcribit antrum, ac Polyphemum

mum ipſum. Itaque *alta*, inquit, *pulſat ſydera*, hyperbolicè nimirum, ad ingentem gigantis illius molem declarandam. ſic ſupra

Tollimur in Cælum, —— &

723 —— *ad manes deſcendimus vnda.*

ac propterea cum tam ingens monſtrum deſignaſſet, exclamat ſtatim *Dij talem terris auertite peſtem*: vbi quàm appoſitè & opportunè exclamet, nemo non videt. ſed quoniam interea quæ de Polyphemo atque illius antro canuntur in hac particula, ſunt perſpicua, ad reliquam fabulam progrediamur. Etſi iuuat vnum atque alterum obſeruare antea quòd ferè exciderat: primum eſt ea Achæmenidis verba *manſiſſétque vtinam fortuna*; quod ſanè refert quoquomodo Sinonianum illud *feciſſentque vtinam*, habere emphaſim: ſignificat enim in paupertate quoque tranquillitatem reperiri:quin multò maiorem quàm in prædiuite viro, erectæque fortunæ ac celſæ, quod eleganter indicauit ſanè poëta ille dum caneret *Duo obſeruantur. I.*

Me mea paupertas vita traducat inertem
Dum meus aſſiduo luceat igne focus:

quod argumentum ſupra quàm dici poſſit eleganter expreſſit Torquatus in Paſtore qui Regias domos Aulæque ambitionem ſpreuiſſet: qua de re tu (ſi placet) locum & quæ in eum ſcripſimus conſulito. Sed & in Tragicis paſsim apparet vbi Reges de fœlici ſtatu facilè deiecti, humilis, quàm tutus ſit, in calamitate & agnoſcunt & exclamant. Hoc igitur ſignificat Achæmenides dum ait Vtinam manſiſſet fortuna. Quamquam dum paupertatem laudo, eam intelligo, quæ a ſumma egeſtate abſit. & hanc intelligit Horatius dũ eum reputat perbeatum qui procul à tumultu agellum colat ſuum: id quod de Albedolomino prodidit Oraculum quem antepoſuit Alexandro, dum hic Græciæ & Aſiæ imperaret, atque omnia armis bellóque compleret, ille exiguum agrum contentus coleret ac ſibi victum laboribus ac ſudoribus compararet. Alterum ſit, ea quoque verba *II.*

—— *Nec talia paſſus Vlyſſes.*
Oblitúſue ſui eſt Ithacus ——

724 ſuam habere emphaſim: ſignificat enim ad dolos Vlyſſem compoſitum fuiſſe totũ, ita ut dolo Polyphemi ſæuitiam non æquarit modò ſed longo interuallo ſuperarit: de qua re vide primum ſed nonum inprimis Odyſſeæ.

Par.88. Haud impunè quidem: nec talia paſſus Vlyſſes,
Oblitúſue ſui eſt Ithacus diſcrimine tanto:
Nam ſimul expletus dapibus, vinóque ſepultus,
Ceruicem inflexam poſuit, iacuítque per antrum
Immenſum, ſaniem eructans, ac fruſtra cruento
Per ſomnum commiſta mero; nos magna precati
Numina, ſortitíque vices, vna vndique circum
Fundimur, & telo lumen terebamus acuto
Ingens, quod torua ſolum ſub fronte latebat,
Argolici clypei, aut Phœbeæ lampadis inſtar:
Et tandem læti ſociorum vlciſcimur vmbras.

Polyphemi deſcribitur caſus ſiue ſumptum ab Vlyſſe de Polyphemo ſupplicium, ídque ex Odyſſeæ nono vbi fuſiſsimè Polyphemi antrum, figura, ſtatus, deſcribitur, & quam in Vlyſſeos exercuit crudelitatem, quámque illi rependit mercedem callidiſſimus Vlyſſes. Tu, niſi moleſtum ſit, quem indicaui locum percurrito: me enim, quoniam vagatur quã latiſsimè ac paucis exceptis quæ ad initium ſe ſe offerunt, liber in Polyphemi fabula con-
725 ſumitur totus, tædet locum vel potiùs integrum librum deſcribere, in quo etiam & Siciliam eiúſque feracitatem atque huiuſmodi alia perſequitur multa quæ huc minùs pertinent. vt propterea quod noſter Vates de Iliade cecinit

Illius immenſos miratur Græcia campos:
At minor eſt nobis, ſed benè cultus ager

iurè ac meritò traduci poſſit ad Odyſſeam: nam reuera hæc quoque perperam ſpatiatur longiùs. & ideò quæ quatuor integris libris de Vlyſſis erroribus Homerus canit, vnico (tertio nimirum) imitatur Vigilius & commodè elegantérque imitatur. Vnum tamen interim non prætcribo quod pertinet ad ea verba ſortitíque vices, quod alibi etiam expreſſit poëta: nam in periculis militare eſt per vices ſortiri milites ad inuidiam minuendam omnem: cui rei ea etiam conſentiunt quæ diximus ſupra dum explicaremus ea verba *ſortiti remos*: qui mos egregiè etiam ex verbis illis agnoſcitur, *delectu virùm ſortiti corpora* vbi cum fortiſſimos delegiſſent permultos, ex ijs ſubinde ſorte, quod periculum immineret maximè, aliquot ſortiti ſunt & in Durium incluſerunt. Id quod monuiſſe ita velim, vt eos etiam qui a ſuo Duce aut Magiſtro varijs muneribus deſtinarentur, hos quoquomodo opera ſortitos ac munera dicere liceat: quia hæc illis quantum in eis eſt, non electione contigere, ſed ſorte. ſic facilè expoſuerim illud 8.

—— *paritérque laborem Sortiti:*

videntur enim Cyclopes illi quas Vulcanus iam antea ſingulis deſtinaſſet partes, has obijſſe. Et huc etiam pertinet illud —— *ſic facta Deûm Rex Sortitur* ——

Partic. 80.

Sed fugite o miſeris, fugite, atque ab littore funem
Rumpite.
Nam qualis, quantúſque cauo Polyphemus in antro
Lanigeras claudit pecudes, atque vbera preſſat,
Centum alij curua hæc habitant ad littora vulgo
Infandi Cyclopes, & altis montibus errant.
Tertia iam Lunæ ſe cornua lumine complent,
Cum vitam in ſiluis, inter deſerta ferarum
Luſtra, domóſque traho, vaſtóſque ab rupe Cyclopas
Proſpicio, ſonitúmque pedum, vocémque tremiſco:
Victum infelicem, baccas, lapidóſaque corna
Dant rami, & vulſis paſcunt radicibus herbæ.
Omnia colluſtrans hanc primùm ad littora claſſem
Conſpexi venientem: huic me, quæcumque fuiſſet
Addixi: ſatis eſt gentem effugiſſe nefandam.
Vos animam hanc potiùs quocunque abſumite letho.

Si verbis facilè credendum ſit, ſatis ſupérque Achæmenides & de calamitoſo in quo iaceret ſtatu edocuit Troianos, & rationem oſtendit vnde fuga quam primùm illis eſſet capeſcenda: ad hanc enim illos traducere moliebatur poëta, ne aperto periculo temerè illos obijceret, ſed honeſta illis fuga conſuleret. Sed tamen interim Achæmenides 726
verbis id totum docuerat. itaque hactenus nihil ſe ſe offert vnde propoſitas dubitationes diluamus, & Troianos qui fidem etiam ante caſus narrationem obſtrinxerant Achæmenidi, vel poëtam qui Sinonis fraudem quoquomodo obijcere rurſus videtur & imprudentes Troianos fingere, excuſemus. Sed de hac re infra copioſiùs. Interim illud obſeruo quod admirabile videri poſſit, ſed fortaſſe verum: nimirum per idem tempus verè eò perueniſſe ac deſcendiſſe Vlyſſem cum ſociis; ita ut quamuis trium planè Lunarum ſpatium (quod hîc indicat Achæmenides) inter eorum nauigationes interceſſerit, tamen hoſtiles claſſes penè in congreſſum venerint: nam vt omittam ea de cauſa Helenum præcepiſſe vt Aeneas cum primùm deſcendiſſet ac ſacrificaret, operto capite ſacrificaret, ne ſcilicet fortè in Vlyſſeæ claſſis tranſcurſu ab hoſte agnoſceretur & ſacra perturbare cogeretur, ſanè Victor in Romanæ hiſtoriæ breuiario ſcribit Aeneam, cum in Latij littore obiret ſacrificium, conſpexiſſe eminus prætergredientē Vlyſſis claſſem, ac propterea ne rem diuinam perturbare cogeretur, caput obnupſiſſe, ac ſacrificium peregiſſe: quā rem ex antiquiſſimis ſanè hiſtoricis refert Victor, idem Plutarchus magnus author refert,

qui

qui Aeneam Veneri in Laurento agro rem diuinam facienti id accidiſſe ſcribit, atque hinc factum cenſent vt Romani obuelato capite, talem ſcilicet ac tantum conditorem imitantes, ſacrificarent: obuelato enim capite ſacrificaſſe, & Liuius & alij luculentè commemorant,

Part. 90 Vix ea fatus erat, ſummo cum monte videmus
Ipſum inter pecudes vaſta ſe mole mouentem
Paſtorem Polyphemum, & littora nota potentem,
727 Monſtrum horrendum, informe, ingens cui lumen ademptum
Trunca manum pinus regit, & veſtigia firmat:
Lanigeræ comitantur oues: ea ſola voluptas:
Solemnémque mali de collo fiſtula pendet

Facta iam ſuccedunt verbis, vbi oculi teſtes ſunt veritatis, qui ſuſceptas auribus ſuſpiciones obterant omnes. proinde hinc licebit ad poëtæ induſtriam tuendam atque adeo commonſtrandam aperire aditum: ſiquidem hæc cum Achæmenidis dictis conſentiunt, ac mendacij eludunt ſuſpicionem. Sed quæ de Polyphemo interim & canit poëta & quæ de Cyclopibus ſubijcit continenter, audire præſtat antea, tum Apologiam dicere pro Virgilio. Ergo tria in propoſita particula ſunt obſeruanda: primum eſt eo fœliciorem quàm Homerum videri poſſe Virgilium, quòd Polyphemum qualis eſſet, præſertim poſt amiſſum oculum, mirificè ante oculos ponit, idque prolixam illam ac nullis ferè concluſam finibus Homeri cantilenam deuitans. Alterum eſt, non deeſſe qui poſtremum huius particulæ carmen vel potiùs hemiſtichium *Tria hic obſerues. I. II.*

—— *de collo fiſtula pendet,*

ſpurium exiſtiment, quaſi verò a ſciolo aliquo additum ſit ad ingenium oſtentandum & Virgilianum carmen (quaſi difficile ſit) explendum. qui tamen mihi non ſatisfaciunt: quorſus enim vnico tantùm in hemiſtchio id feciſſet qui ingenij ſpecimen aliquod præbere aut gloriolam colligere voluiſſet? id enim puerulus etiam aggrediatur ac perficiat. Huc accedit quòd cum inter Paſtores tritum eſſet fiſtulam è collo ſuſpenſam gerere, idque de Polyphemo ſigillatim Theocritus, ex quo paſſim Virgilius haurit, ceciniſſet; turpiter in illius deſcriptione ac veluti pictura id ab imitatore optimo prætermiſſum eſ-
728 ſet. Quid quod Ouidius, hoc eſt ſtudioſiſſimus Virgilijs imitator, fiſtula item ornat Polyphemum dum hic blanditur Galateæ? Quod ſi hoc non commemoratur ab Homero dum fingit Polyphemum, ſexcenta etiam alia vel canit vel prætermittit quæ contra a Virgilio vel prætermittuntur paſſim vel exprimuntur: vt mihi quidem fiſtulam Polyphemo attribuiſſe ea quoque de cauſa videatur, quòd perperam ab Homero fuiſſet prætermiſſa. quod ſi hoc hemiſtichium non exponitur a Donato nec a Seruio alia etiam multa in Virgilio prætermittuntur ab iſtis: quæ omnia, ſi quid propoſita ratio valeat, iugulanda eſſent aut delenda in Aeneide. ſed quemadmodum ſæpè illa prætermittunt iſti quæ per ſe ſatis perſpicua ſunt, ita in præſentia verba iſta

—— *De collo fiſtula pendet,*

prætereunt quòd per ſe perſpicua & plana ſint, nec interpretis laborem requirant vllum? At enim verbis illis

Lanigeræ comitantur oues: ea ſola voluptas,
Solaménque mali, ——

minùs conſentienter atque adeo præpoſterè ſubijciuntur verba iſta *De collo fiſtula pendet*; non enim vnicum eſſet ſolamen ſed geminum; vnum comitantium ouium, alterum de collo pendentis fiſtulæ qua interdum falleret tempus & caneret. Minimè verò: nam continuò ſubiungit *de collo fiſtula pendet*, quia fiſtula inſtructus incedebat etiam antequam oculo priuaretur: & ideo non in mali ſolatium illi attribuitur, ſed vt inſtituta illius deſcriptio abſoluatur. quare quemadmodum cum illum introduceret ac deſcribere inci-
729 peret *vaſta ſe mole mouentem*, & rurſus, *monſtrum horrendum, informe, ingens*, appellaret atque alijs huiuſmodi deſcriberet, hæc verò non ad ſolatium pertinent ſed ad deſignationem: ſic quod ſubijcitur *de collo fiſtula pendet*, ad vnam deſcriptionem continuandam pertinet. Vt omittam fortaſſe dum canitur

Digitized by Google

Lanigeræ comitantur oues: ea ſola voluptas
Solaménque mali, de collo fiſtula pendet;

priora verba *Lanigeræ commitantur oues,* pertinere tantùm ad deſcriptionem: cætera omnia ad voluptatem & ſolamen quod in fiſtula collocaretur, cum reuera cantus & harmonia mirificè delectet: verè enim frigidum ſolamen ne dicam mœroris cauſa erat cæco Polyphemo ouium, quas ne cernere quidem poterat, comitatus: contrà magno ſolatio contentus eſſe poterat ac Muſica quam ipſimet edere & auribus haurire licebat pro arbitratu: denique harmonia & cantu ſolatium maius nullum. Quid moror? hemiſtichij iſtius verba rem vſque adeo commodè, perſpicuè, & eleganter complectuntur, vt mihi quidem vnum Virgilij ingenium redolere videantur: proinde ſi quis id planiùs &
III. commodiùs expreſſerit, is mihi ſit alter Maro aut Marone fœlicior. Poſtremnm eſt neque etiam deeſſe qui interpoſitum Achæmenidis euentum germanam hiſtoriam exiſtiment: quin quicquid de Polyphemo & Cyclopibus paſſim a multis cantitatur, a veritate non abeſſe. denique Monoculos Cyclopas & Gigantes iſtos verè extitiſſe atque eam Siciliæ oram tenuiſſe, quia eorum quoque cadauera adinuenta fuiſſe, éaque incredibilis altitudinis. quare Bocaccius, in quarto quem de Genealogia Deorum ſcripſit libro, affirmat ſua ætate ruſticos quoſdam in Sicilia, non procul a Drepano fodentes, maximum adinueniſſe antrum, in quo ſedens eſſet Gigantis cadauer, quod læua contum, cuiuſuis nauis malo maiorem teneret: quo in cineres, vt vetuſtiſſimis cadaueribus vſu venit, ſtatim ſoluto, plumbum quod conto inerat, pluſquam mille & quinquaginta libras exceſſiſſe: dentes libras nouenas: cranei verò partes multos 730
frumenti modios excepiſſe. Quibus addit facta ſupputatione Gigantem illum proceritate vltra ducentos cubitos proceſsiſſe. quare Polyphemum fuiſſe creditum. hæc ille. & ſanè Gigantes cum ſacris tum profanis litteris memorantur: quare Plinius, vt de Sacris ſideam in quibus patent omnibus, in libro 7. capite 16. multa de illis. Quòd ſi reuera Pygmei inuenti ſunt fortaſſe etiam adhuc extant, (de his enim Ariſtoteles, Plinius atque alii multi) quid prohibeat quominus e contrariò Gigantes etiam iſti reperiantur? qui enim vnum ex contrarijs conceſſerit in natura, huic alterum etiam concedendum videtur. vt propterea qui Pygmeos non mendaciter introduxit Homerus, idem veritatem ſequutus introduxerit Gigantes iſtos. Atque huc etiam pertinet quod non modò a poëtis verùm etiam ab hiſtoricis Anthropophagi proferantur & Leſtrygones inſuper: qui tamen omnes in Polyphemo & Cyclopibus exprimuntur ab Homero dum humanas vorant carnes vtrique quin de nomine etiam deſignantur in 9. quid plura? Galenus libro quarto de vſu partium capite 14. videtur Cyclopes agnoſcere & Polyphemum, cum Vlyſſem ſapientiſſimum prædicet qui concilio & induſtria illum obcœcauerit. Ipſe tamen id falſum quàm quod falſiſſimum exiſtimauerim. neque verò id affirmauerim quòd non omnino fatear fuiſſe Gigantes; ſed quia talis ac tantæ proceritatis Gigantes quemadmodum fabulatur Homerus, fidem ſuperent, monoculos verò fuiſſe, atque oculum in frontis meditullio geſsiſſe, id verò vix inter aniles fabulas excipiatur. id quod cum per ſe perſpicuum videri poſsit, tum ijs confirmari argumentis. Ac primùm eorum ortus fabulam ſpirat totus: nam Neptuni dicuntur filij ex marina quadam Dea: itaut ex fabuloſis pa- 731
rentibus quique fuerint nuſquam, filij procreari potuerant nunquam. atque hoc idem teſtatur nomen: inde enim nomen inuenerunt quod ex terra geniti & Gigenæ cenſerentur: quod item merum commentum eſt. atque hinc accidit vt Homerus ipſe qui integro ferè libro iſtos decantat; ne certum quidem eis locum attribuerit in quo degerent: nam & ſiluas in vniuerſum & montes commentatur in quibus degant, certam regionem omnino prætermittit. & tamen cum paſsim regiones quoque prodat ad quas dilapſus eſt Vlyſſes, hanc quoque in qua Polyphemum Cyclopem excœcauit, indicare debuiſſet. quare nil mirum ſi Lucillius Homerum de huiuſmodi portento inſimularit dum ſic canit

Multa hominum portenta in Homero verificata
Monſtra patent, quorum imprimis Polyphemus ducentos
Cyclops longus pedes: huic porrò maius bacillum
Malus maximus ſit quàm in naui & corbita in vlla.

Atque hinc eſt vt poetæ reliqui pro ſuo quiſque ſtudio Polyphemum & Cyclopas varijs

in locus

in locis protulerint: Romani etiam in theatrum eos inducerent perinde ac Neptunũ, Syl-
uanos, aliáque monſtra varia quæ ex cogitaſſet antiquitas. Itaque Bocaccius ridendus eſt
qui quem Homerus ducentis pedibus finxerat altitudine, tã facilè ac liberaliter ad ducen-
tos extollit cubitos. ſed fabulis cum aſſuetus eſſet, quas etiam pleraſque ex alijs deriuatas
deformauit, quid mirum ſi Homericam hanc fabulam venditare ac tali tantóque men-
732 dacio cumulare non dubitauit? Certè & Authores graues, & antiquos proferre debuiſſet,
ne fabulator, aut tanquam de tripode oraculum fundere, videretur, quare nemo talis pro-
ceritatis gigantes apud priſcos ſcriptores vllos inuenit. Certè Plinius, qui omnem propè
euoluit rerum admirabilium hiſtorias & antiquitates, pro inaudito monſtro gigantem
profert tantæ magnitudinis in Creta inuentum, vt ſex & quadraginta cubitis conſtaret,
alioquin gigantes ſeptem cubitorum, aliquos etiam nouem pedũ profert, & idcirco ſint
interim Leſtrygones, & Anthropophagi, eſto etiam vtrique in Cyclopibus deſignentur,
dum illi rapinas exercerent, hi viuos homines comederent (inde enim nomen inuenerũt
vtrique) quod totum Cyclopibus affingitur ab Homero, ſed cum non illi a poëtis, multo
minus ab Hiſtoricis tam incredibilis fingantur altitudinis, minus adhuc monoculi, ac ta-
les vt ambigas homineſne ſint an feræ, nihil eſt quod ex illis Cyclopas exprimas. Denique
Galenus cum Homeri locũ affert, non vt gigantes illos ſtatuat, ſed vt inde confirmet præ-
cordia inciſa mortem ſtatim afferre; cum Vlyſſes inducatur qui ne Polyphemum illico
interficeret, nec, qui lapidem antri ſiue oſtij amoueret, nõ haberet, eum oculo potiùs pri-
uandum, quàm inter Phrenes tranſuerberandum iudicauerit. Neque verò hic diſputare
iuuat, num ſaltem talem ac tantum ſiue monſtrum ſiue hominem (quicquid ſit de Pyg-
meis) progignere poſſit natura: cum enim monoculos gigantes iſtos mirum commen-
tũ eſſe docuerim, videor mihi ſatis ſuperq; loci huius dubitationi ſatisfeciſſe, ita vt noua
dubitatio iſta Phyſicis ac Theologis tranſmittenda ſit, non in poëtico campo agitanda.
Quod ſi fortè obijcias, nullam eſſe fabulam, quæ non aliquid veri contineat, atque a veri-
tate quoquomodo initium duxerit, ac propterea fabulæ huius initium commonſtrandũ,
aut occaſionem aperiendam. Seruius reſpondeat, qui ea de cauſa Polyphemum, cúmque
monoculum introductum exiſtimat, vt vir deſignaretur, qui dum oculum in capite, ac
iuxta cerebrum habere diceretur, prudentiſſimus haberetur: & hinc factum ait, vt Vlyſ-
ſes, quippe qui Polyphemum prudentia ſuperauit, eidem oculum terebrare dicatur. Sed
ne id quidem probandum eſt, quis enim Virgilium ac Polyphemum ea cogitatione me-
moraſſe, credat, quem eodem tempore canit.

Nec viſu facilis, nec dictu affabilis vlli;

733 quod totum ad eum trucem ac rudẽ pertinet deſignãdum? Quid multis? humanas carnes
vorantem, qui euomentem quoque facit. Euripides etiã ac Tragici & deuoraſſe hoſpites
fingunt, & ſæua quæque ac ferina exercuiſſe, ita vt nihil minus quàm ſapientiſſimum vi-
rum hinc præſentiſcere valeamus: niſi tamen inde hoc liceat, quod chorus apud Euripidẽ
in Cyclope, impium ac Deos contemnentem increpat, quique vaſto palato tribuat om-
nia interficiens, mandens, & elixas edens hominium callidas carnes. Nam de Homero ni-
hil attinet dicere, qui illum tam trucem fingit, ac ſæuum, tam inſuper agreſtem & durũ,
vt ad belluam potiùs accedere, imò immanem feram exprimere, videatur. An tu Serui vi-
rum prudentiſſimum deſignari exiſtimas, ac ſapientiſſimum tali mõſtro? medius fidius ne
iurranti quidem id crediderim tibi præſertim quia huiuſmodi interpretationes dum irri-
det Plato, & Gorgonas ex hiſce fabularum interpretationibus ac monſtra exiſtere ait, eas
nos ægrè admittimus. certè M. Tullius cum ſcripſiſſet, Polyphemum Homerus imma-
nem ferúmque finxit, & cum ariete etiam colloquentem, quique eius laudet fortunam
quod quò velit ingredi poſſit, & quæ velit attingere, acutè ſubdit, Rectè id quidem; nihilo
tamen erat ipſe Cyclops, quàm aries ille prudentior: proinde gigantes ſine vlla dubitatio-
ne concedamus Cyclopes etiam Siciliam aliquando tenuiſſe, atque oram Drepani
incoluiſſe, gigantéſque fuiſſe minùs pugnaciter pernegemus, cum non deſint qui
ſcripſerint, vaſta quædam quoque hominum corpora cauernis ibi iuuenta; ſed monocu-
los fuiſſe, ac planè germanum genus hominum, ac tam immmenſum, inter fabulas nu-
merandum. Sed progrediamur in fabula cum Virgilio.

Poſtquam altos tetigit fluctus, & ad æquora venit;
Par. 91. Luminis effoſſi fluidum lauit inde cruorem

Digitized by Google

Dentibus infrendens gemitu, graditúrque per ęquor 734
Iam medium, necdum fluctus latera ardua tinxit.
Nos procul inde fugam trepidi celerare, recepto
Supplice, ſic merito; tacitíque incidere funem:
Verrimus & proni certantibus æquora remis.
Senſit, & ad ſonitum vocis veſtigia torſit.

Confirmatur altiùs narrationis propoſitæ veritas, ita vt iam exuat Sinonis perſonam Achę
menides. Illud tamen ſuperſit vt Apologiam dicamus: nihil enim prohibet adhuc quomi-
nus & in tautologiam incidiſſe videatur Poëta, & imprudentiam ac temeritatem Anchiſi
& Troianis affinxiſſe, qui non re oculis cognita, quin ne dum auribus percepta, viſi ſunt ſe
nouo Sinoni committere, ac fidem illi ſuam obſtringere. Interim tamen (ne non totam
Polyphemi Cyclopúmque narrationem percurram antea) obſerues quàm egregiè reli-
qua hæc Polyphemi deſcriptio & œconomia cum ijs cohæreat quibus eum deſcripſit ha-
ctenus in ſuperiore particula: nam reuera nihil otioſum aut redundans, nihil non vaſto ac
monſtroſo Gyganti, ſæuo item ac truci, ſed tamen cœco, effingẽdo & exprimendo accom
modatum. Atque hîc dum canitur.

Luminis effoſſi fluidum lauit inde cruorem,

Dentibus infrendens, gemitu —— non eſt exiſtimandum ingemuiſſe ac dentibus infren-
duiſſe quòd marino fluctu (id quod aliqui ſcribunt) ob ſalſedinis acrimoniam exacerbare
tur oculus; quid enim prohibuiſſet quominus quam potarè conſueuerat aquam hanc
oculo tergendo adhibuiſſet ſed quia rabies interim illum inuadebat, dum amiſſæ lucis &
Vlyſſeæ offenſionis memoria, in mentem magis ac magis recurreret, quid ni enim dum
tergeret cruorem, non memoria ac dolor iniuriæ illum exacerbaret, & ad gemitum etiã 735
pelleret? alioquin Poëta minùs aptè induxiſſet illum qui ſalſâ detergeret oculi foueam ac
vulneris, ſi hinc affligi ac tam dirum in modum cruciari exiſtimaſſet, miretur verò facilè
quiſpiam quid cauſæ ſit vt poſt trimeſtre ſpatium adhuc cruorem oculus ſeu potiùs ocu-
li fouea mitteret: præſertim quia Vlyſſes eam cautionem adhibuerat vt lucem quidem
adimeret ſed nullo modo enecaret: verebatur enim ne ſi Polyphemus occubuiſſet, ne-
mo ſupereſſet qui ingens ſaxum ex Antri oſtio remouere poſſet: ac propterea id conſilij cę
perat vt eum oculo ſpoliaret, tum deliteſceret donec Poliphemus ipſe ſubmoueret ſaxum,
ac tum planè fugam capere inſtituerat. Itaque mireris dum inde cruore miſſum audias
poſt diuturnum tempus. Sed tamen, vt non omnia ſuccedunt è ſententia, contingere po
tuit vt Vlyſſei non modò oculi tunicas conto peruaſerint, ſed vulnus interiùs produxerint
caueam perumpentes. ita facilè contingere potuit vt cruorem adhuc ederet vulnus: præ-
ſertim quia niſi ars acceſſerit ac medicamentum, natura ſegnior eſt & imbecillior ad ſa-
nandum vulnus & callum cicatricémque obducendam. ita quidem ſcitè Poëta qui Poly-
phemum induxit cautè detergentem cruorem. Sed Polyphemum tantiſper valere iubea-
mus, & ad Troianos veniamus: quî igitur non timiditatis ſubeant notam dum fugam tre
pidi adornant ac celant? præſertim cum ſatis iam cernerent cœcum eſſe Polyphemum?
An non Vlyſſeos timiditatis inſimulaſti, dum trepidi crudelia limina linquunt? Sed quæ
illi in Polyphemo ſæuitiæ viderant argumenta, occurrerant priuſquam orbaſſent illum o-
culo ac lumine: itaque cum illum orbaſſent, ac vulnus ingens inflixiſſent, non facilè trepi
dare debuiſſent, ſed animos magis ac magis ſumere aduerſus illum, cum ſemel eius fregiſ
ſent rabiem: ſed Troiani non eum cœcauerant aut quicquam domuerant, quin de ingen
ti illius ſæuitia & furore poſt ademptam illi lucem ab Achæmenide ac iam tum, admone-
bantur. Quanquam ſi quem hac in parte vtroſque, Vlyſſeos inquam & Troianos iuuet
excuſare, quòd virorum fortium ſit pericula & mortem non timere vel celſo animo per-
ferre vbi honeſta ſe ſe offerat cauſa, & periculi ſubeundi ac mortis ipſius oppetendæ ratio
quæ hîc non occurreret, per me liceat ſanè de qua re vide quæ ſcripſimus in illud

Extemplò Aeneæ ſoluuntur frigore membra.

Commodè verò ac ſcitè dum fugæ ſe mandant Troiani, ea verba interpoſuit Poëta
—— *recepto Supplice Sic merito* —— etenim ne viderentur non pietatem colere Troiani &
Achæmenidis officium beneficio non compenſare, eum in nauem excipiunt antequam

funem

736 ſunem abrumpant. quare eleganter illum inducit Ouidius dum ſic canit

Hanc procul aſpexi longo poſt tempore nauem,
Oraui que fugam geſtu, ad litúſque cucurri,
Et moui, Graiúmque ratis Troiana recepit.

Ad extremùm dum canitur —— *& proni certantibus æquora remis*, haud dubiè indicat ſummos conatus nauibus impellendis adhibuiſſe remis, itaut proni efficerentur inter remigandum. quod ſi ita eſt, contraria quam in præſens ratione impellebant biremes triremé ſue aut quadriremes: nunc enim remos impellentes, ſupini fiunt. an igitur quemadmodum conuexum pro concauo non ſemel vſurpatur & conſimilia eleganter a Poëtis vſitãtur, ita proni pro ſupinis vſurpantur? vix crediderim, tum quia alia fortaſſe eſt concaui & conuexi ratio (de qua re alibi) tum quia licenter nimis & obſcurè canere videretur: tum denique quia (quod caput eſt) Virgilius ac Poëtæ paſſim illud inculcant impellúntque remos, quod pronos indicat remiges non ſupinos. & huc etiã pertinet quod paſſim in Poëtis occurrit & Hiſtoricis, *incumbere remis* ideo enim remigantes ſic deſcribuntur, quod reuera dum proni remos impellunt in remos incumbunt. Sed de hac re tota in V. opportuniùs vbi remigandi ars exprimitur latè. Quo in loco, quoniam video non in quolibet naui gij genere ſupinos nunc remigare, illud etiam non inutiliter requiretur quæ ſit huiuſce varietatis vel vtilitas vel ratio certè dum hoc tempore triremes & id genus nauigia ſupino impelluntur vel potiùs trahuntur corpore, itaut remiges proræ dent terga, cum olim terga darent puppi, id incommodi videtur conſequi vt quò pergendum, aut etiam hoſtis inuadendus ſit, cernere nequeant: hoſtilem quoque impulſum proſpicere aut cauere haud poſſint niſi fortè puppim, quòd raro contingit, aggrediatur hoſtis: denique nemo eſt qui non videat triremen ac nauigium naturali conatu ac propterea vehementiùs propelli ab ijs qui proni in remos incumbunt: non naturali ab ijs qui ſupini remos ad ſe trahunt, atque hæc indicaſſe ſit ſatis hoc tempore: cætera (vt dicebam) opportuniore loco.

Part.92 Verum, vbi nulla datur dextram affectare poteſtas,
Nec potis Ionios fluctus æquare ſequendo,
737 Clamorem immenſum tollit: quo pontus, & omnes
Intremuere vndæ, penitúſque exterrita tellus
Italiæ, curuiſque immugijt Aetna cauernis.

Pergit adhuc in Polyphemo deſcribendo, nam eius effingit mores: etſi enim quæ hactenus de illius cecinit mole & progreſſione reſperſa ſunt illius moribus & affectibus, multò magis quæ narrauit de illius ingluuie, hic tamen quàm prædæ cupiditatem præſeferret, quámque iniquo animo tulerit, ſibi è manibus elapſos quos perſenſerat mortales, indicat eleganter, itaut illius ſæuitiam atque animi impotentiam obijciat. Ergo qui Troianorum voces perceperat auribus, & eò prædæ auidiſſimus torſerat greſſus, ſenſit iam dilapſos eſſe, itaut nulla fieret poteſtas affectandi dextram & in Troianos inijciendi: præſertim quia (id quod ſtatim addit Poëta)

Nec potis Ionios fluctus æquare ſequendo:

etſi enim ingentis eſſet altitudinis ac molis, itaut iam aquis ſuperior æquoris meaſſet partem cum progrederetur, verumtamen eò deuenerat vt ſi Ionium ſe ſe adhuc extolleret, reddi poſſet inferior. quid igitur faceret? clamorem immenſum tollit (inquit poëta) quo ſine dubio amiſſæ prædæ dolorem declarauit, nec non abſentes Cyclopes prouocauit, qui (quod mox narrabit Aeneas) è ſiluis ac montibus ad portum confluxerunt, complentes quoque littora. Hic verò, ſi quis ea verba

Nec potis Ionios fluctus æquare ſequendo,

ſic exponat vt dicat non æquoris altitudine impeditum (quaſi verò illi adhuc par eſſet atque adeo ſuperior corporis mole & altitudine) conſtitiſſe, ſed quia faticaretur, nec poſſet
738 latos Ionis campos peruadere longiùs, & fugientem Troianorum claſſem perſequi, cuius tamen perſentiret murmur ac ſonitum dum celeriter ſecarent fluctus, habet vnde huiuſmodi ſentẽtiam tueatur: nam præterquã quod hoc cohæreret cum ingenti illius inaudita corporis altitudine, ſanè & mole grauis erat, & vulnere adhuc cruóreque impediebatur ac dolore: denique paulò ante illud etiam cecinit poëta

Poſtquam altos tetigit fluctus & ad æquora venit:

&ta-

Digitized by Google

& tamen mox ferè pergebat ——*Graditúrque per æquor*

Iam medium, nec dum fluctus latera ardua tinxit:

itaut videatur Polyphemus iamdiu in altum perueniſſe cum tamen fluctibus emineret. ex quo fit vt liberiùs aliqui de mole intelligant propoſitum carmen, quaſi fluctibus impar eſſet iam eius altitudo. denique ea verba

——*graditúrque per æquor*

Iam medium——

non de medio Mari ac profundo ſed de ea parte qua iam littus & humiles fluctus contineret, exponat licentiùs neceſſe eſt, qui tandem eò perueniſſe dicat vt non æquaret altitudine Ionium. Dum verò clamorem immenſum tollit, non poſſum non admirabilem Poëtæ induſtriam & neruos admirari qui immenſum clamorem illum ſupra quàm dici poſſit luculentè explicauit & noſtris auribus veluti ingeſſit cum pergeret

——*quo pontus, & omnes*

Intremuere vndæ, penitúsque exterrita tellus

Itali, curuisque immugijt Aetna cauernis.

cum enim Polyphemus & mare, & Italiam & cauernas Aetnæ ſic voce concuſſerit, vt vno eodémque tempore illud intremuerit, ea exterrita fuerit, hic denique veluti mugitus ediderit, quid obſecro aut vehementius aut elegantius efferri potuit?

Sed quoniam Achæmenidis abſoluta eſt fabula, ſanè antequam ad cætera progrediamur videndum erit cur Aeneas poſt exceptum a ſe Achæmenidem quem modò erga Troianos optimè meritum prædicauit, affirmare auſus ſit de Græcis 739

Eorũ quæ Poetæ obijciuntur ſumma.

Accipe nunc Danaûm inſidias, & crimine ab vno

Diſce omnes:——

cur Poëta vix in II. Sinonis fabulam abſoluerit, cum in III. nouum quendam Sinonem, ac ſæpè iiſdem verbis non modò laruis induxerit: præſertim verò vno eodémque tempore, & conuiuio: cur denique non imprudentes ac temerarij fuerint Troiani, qui cum in alieno ſolo, eóque ignoto, ac metu pleniſſimi, verſarentur, Achæmenidi, vix primis eius auditis verbis, fidem & habeant, & (quod deterius eſt) obſtringant. Agedum igitur Virgilium, cuius induſtriam tot ac tantis labefactauimus, quot & quanta iam antea protulimus copiosè, atque hîc ſummatim iterauimus; a criminibus, ſi poſtulet ratio, (poſtulare antẽ docebimus in progreſſu) vindicemus. Id quod eò etiam libentiùs faciam & alacriùs quòd Epopœiæ ſtudioſis non inutilem fore ſperamus hunc laborem: nam iis maximè noſtra deſudat induſtria qui non modò Virgilianam elegantiam adamant, verùm etiam ad Heroicum Poëma condendum aſpirant pro dignitate. His igitur multa ſeſe in conſpectum dabunt quæ vtiliter vel declinent vel amplectantur ſi vel propoſitam Accuſationẽ vel præſentem defenſionem æſtiment diligenter. Denique iis canimus qui in humanioribus diſciplinis euehi cupiant altiùs. Atque hac planè de cauſa tum Ariſtotelis Rhetoricen ac Ciceronis Manilianam copioſiſſimis Commentarijs complexi ſumus: tum de Hiſtoria monumentum edidimus, Catilinariam Salluſtij Coniurationem inſuper explanantes: tũ Ariſtotelis item Poëticam prolixè declarauimus, cui nunc Aeneidis addimus explicatum vt 740 optimorum præceptorum in illa appareat conformatio. Etenim tripartiti huius muneris quod tum ad eloquentiam, tum ad Hiſtoriam, tum ad Poëſim pertinet, cum artem & præcepta, tum vſum & Oeconomiam, ſeu mauis θεωρητικὴν καὶ πρᾶξιν commonſtrandam exiſtimauimus, cum his politioris literaturæ ſumma ac perfectio contineri videatur. Tametſi enim eum qui in Patauino Gymnaſio humaniores litteras, idq. & græcè & latinè, profiteatur, ac doctiſſimis auribus ſeruiat in hoc ſiue gentium ſiue Poëtarum Philoſophorumq. Theatro, par eſt altioribus adhuc diſciplinis compleuiſſe pectus, qui in nullam eruditam artem ac ſcientiam non intimis labris deguſtaſſe, ac propterea Moralem omnem Diuinámq. inſuper ac naturalẽ Platonis & Ariſtotelis Philoſophiã longioribus voluminibus perſecuti ſumus, atque alia multa edidimus quibus liberales diſciplinæ illuſtrentur; verumtamen qui non hanc Spartam colat vel haſce Athenas, huic tripartita illa Poëſis, Hiſtoriæ, Eloquẽtiæ varietas ſit ſatis. ſed ad penſũ. An igitur ſtatuemus ideò æquo animo accipienda atque adeò probanda quæ Virgilius ab Achæmenidis aduentu ad hunc vſque locum cecinit Sinonianam ferè renouans Narrationem, quòd vera ſit útraque, ac propterea veritati, qua factum eſt vt conſimilia quædam ſe ſe obtulerint; omnino fuerit ſeruiendum? Minimè verò: nam in præſentia non Hiſtoricum agit Virgilius cuius eſt rem

Cur maximè eis ſit ſatisfaciendum.

Prima accuſationis propoſita diluendæ ratio.

prout

Digitized by Google

prout geſta eſt enarrare ac veritatem ipſam tueri mordicus, ſed Heroicum Poëtam, cuius eſt Actionem ad nobilem quandam idæam reuocare, vnde ad fortia facta ac virtutem incendamus: itaut quamuis veriſimile ſpectandum illi ſit, & quantum cum admirabili cō
741 iungi poteſt & retineri, ſectandum atque colendū, actionem tamen & hiſtoriam ſus déque verſare debeat & variare, nulla ferè veritatis ratione habita, dummodo illam ad Heroicum ſplendorem extollat: & ideò veriſimile veritati anteponendum, ac falſitas ipſa, dūmodo veriſimili reſperſa ſit & admirabili, complectenda. Denique fateor Epopœiam ex Hiſtoria eſſe deriuandam, non inſtar Comicæ fabulæ planè fingendam animo & excogitandam; ſed tamen vix ſumma rerum haurienda ex Hiſtoria; itaut hæc pro ſolo quodammodo ſeruiat Epico dum ingentem Heroici Poëmatis extollit molem, quam deinde ferè ſuo Marte (vt ſcilicet actio ſit illuſtrior) elaborat ac fingit. Hac igitur de cauſa propoſita Virgilianæ induſtriæ tuendæ ratio mihi quidem minùs accommodata, imò inutilis videri ſolet, quantumuis & Sinonis & Achæmenidis factum (quòd aliqui pugnant) germanum eſſet ac verum. Adde quod propoſita Troianorum nauigatio pertinet quidem ad fabulam & actionem, quòd nos iamdiu conceſſimus & (quicquid aliqui ad Epiſodium referant) comprobauimus: ſed Achæmenidis narratio & factum non ad fabulam & actionē pertinet ſed merum eſt Epiſodium, ſiquidem Poëta dum ſeptimam hanc Aeneæ nauigationem perſequeretur, & ad Aetnæ radices perueniſſet vnde Drepanum progrediendum ibíque conſedendum longiùs erat Troianis, nullo modo committendum putauit vt non de Cyclopibus illis & Gigantibus quos Poëtæ ibi collocauerant, ac paſſim decantauerant, verba faceret, vnde admiratio & affectus excitaretur. Tametſi quoniam imprudenter eos in Polyphemi antrum Homerico more induxiſſet illos qui ſub optimo Duce nauigabant & prudentiſſimo; ſatius habuit eos ad imum portum ob noctis aduentum & venti ac ſo-
742 lis caſum impellere, atq. hinc Achæmenidem in medium proferre, qui de re hac noua ac admirabili, mōſtroſa etiam ac ſæua, inſtrueret illos & ad fugam capeſſendam ſollicitaret, quàm eos Polyphemo & Cyclopibus dilaniandos obijceret. Itaque appoſitè Achæmenidem Epiſodico more ex Sophoclis Philoctete huc introduxit: hinc fabulæ inſuper & actionis augendæ ac magis ac magis exornandæ occaſionem arripiens. Denique ne ſiquidē concedamus ac perperam ſtatuamus Epico Hiſtoriæ inhærendum, ſatis Poëtæ culpā aut Troianorum diluerimus: cum quicquid ſit, imprudenter ſtatim Achæmenidi fidem obſtrinxiſſent ij qui prudentiæ laude ornantur, & ineptè in propoſitam Tautologiam inci-
diſſet Virgilius. An igitur ſtatuemus in ſimili diſſimilia multa, vel in diſſimilibus ſimilia pauca, ſe ſe obijcere, ac proptepea id Poëtæ laudi vertendum eſſe, qui ſimilia diſſimilibus, diſſimilia ſimilibus, varians, venuſtatem Poëmati conciliet ac laudem? ſic equidem affirmauerim, ſi tamen pauca quædam obſeruauerim quæ non modò propoſitam minuūnt Poëtæ inuidiam, verùm etiam Troianorum temeritatem, tandémque Aeneæ ſolertiam ac Poëtæ ipſius indulgentiam in prudentiam conuertunt. *Altera ratio, quæ ſenſim probatur & confirmatur effatis quibuſdam.*

I. Ac primum illud ſit, reuera ſimilia eſſe perpauca: etſi enim nos ex narratione tota multa viſi ſimus collegiſſe, tamen ſi quæ prætermiſimus diſſimilia ſpectentur, hæc verò quamlongiſſimè ſimilia ſuperabunt: itaut in diſſimilibus ſimilia pauca, ſi conferantur omnia, reprehendere liceat; quæ tamen ornant orationem non vulgariter.

II. Alterum eſt fontes vnde tum Sinonis, tum Achæmenidis manauit narratio, lōgè varios eſſe ac diſſitos: nam Sinonis factum ex Palephatho fluxit, Achæmenidis (vt dicere cœperam) ex Sophocleo Philoctete: & vt de Sinone ſileam, de quo in primo diximus copioſè, rem totam ad ſuum veluti fontem reuocantes; certè
743 Achæmenides exprimi Philoctetem qui a Græcis ac ſigillatim ab Vlyſſe in Lemno inſula relictus fuerat & callidè ſeu per ſummam ſæuitiam relictus, cum dormientem, vt ipſe ait, in littore in alta petra linquentes abierunt percuſſum vipera. Anchiſes verò & Troiani qui Achæmenidem ſolantur ac tandem in nauem excipiunt, Neoptolemum & Græcos referunt qui Philoctetem ſolati ſecum abduxerant.

III. Tertium eſt huiuſmodi Epiſodium fabulæ inſtar initium, medium, finem habere, ac propterea perbreui actioni aut fabulæ eſſe affine: præſertim quia & nodum & ſolutionem habet, ita vt hinc Comica fabula conflari poſſit; in his igitur initium Sinoniano vtcumque & ſimile, & diſſimile eſt, medium adhuc diſſimilius, finis diſſimillimus, itaut Sinoniana narratio Tragicum & horrendum habeat exitum, Achæmenidis comicum ac placidum: Denique ſolutio vnde maximè æſtimatur fabula, nihil commune habet: cum illa Ilij ac Troiani Regni excidium offerat, hæc Troianorum omnium ſalutem. Atque hinc quarto loco

to loco Anchiſis ac Troianorum quæ obijciebatur, ſigillatim refelli poteſt temeritas ; cum multa ſint propter quæ & excuſari & laudari poſſunt . Ac primùm mira Achæmenidis deformatio vnde penè larua factus erat ac feræ quàm hominis ſimilior . Quo fit vt in tam afflicta corporis fortuna nulla ſubeſſet ſuſpicio , etſi enim Zopyrus atque alij deformato corpore ac dilaniato impoſuerint hoſtibus , ij tamen occaſionem obſeruauerant vnde ſic affecti decipere poſſent hoſtem : Sed Achæmenides nullo modo perſentire poterat aut reſcire fore vt ibi ſe ſe in conſpectum darent Troiani, ita vt cum Troiani caſu ac repentè eò diuertiſſent, ſatis intelligere poſſent nullam ibi machinam illis pa- 744
rare potuiſſe deformi illo habitu & cultu qui ſine dubio a diuturna inedia & corporis afflictatione promanaſſet. Et hac de cauſa miſerandus & calamitoſus videri poterat citra ſuſpicionem omnem: præſertim quòd tunc erũperent lachrymæ quæ in viro vix fluãt niſi naturaliter quæque ſint vel mœroris indices. Nam ſi lachrymas Sinon etiam effudit , ſeque miſerandum obtulit, & tamen eos decepit, gemitibus Troianos ad ſe conuerterit , itaut illud canatur,

His lacrymis vitam damus, & miſereſcimus vltrò ,

profectò non caſu aut repentè in Sinonem inciderant ita vt conijcere poſſent ac ſtatuere ſuſpicioni locum eſſe nullum: contrà verò in Achæmenidem (vt dicebam) præter omnem exiſtimationem inciderant, itaut cum Sinone conferri haud poſſet, præſertim cum Achæmenides diuturnum malum referret dum laruam potiùs (quod Sinoni haud accidit) & effoſſum cadauer quàm virum exprimeret. Neque verò eſt quod commoueamur quicquam, dum animaduertimus Aeneam paulò poſt quam Achæmenidem Græcum virum in claſſem recepiſſet & de Troianis egregiè meritum perſpexiſſet, illud protulerit

Accipe nunc Danaûm inſidias & crimine ab vno
Diſce omnes ——

id enim ex communi vſu loquendi dictum eſt ad maxime aut etiam maioris Danaûm partis exprimendum ingenium: quæ loquendi ratio Oratoribus ac Poëtis conceditur maximè, & in Poëta noſtro eſt frequens. Itaque Diomedem, etſi Danaum, ſummis deinde lau- 745
dibus celebrauit poſtquam dixit *Diſce omnes.* Huc accedit quòd nõ propterea negat Achæmenidem non ingenio procliuem fuiſſe ad dolum etiam ſi interim non malè de Troianis meritus eſſet: nam id neceſſitas ſuaſit: atque id effecit quod etiam doloſus quiſque feciſſet in tali ac tanto vitæ diſcrimine & calamitoſo ſtatu. Quare in tanta illius miſeria, qualis qualis eſſet, & quocunque nomine ſe beneficum erga Troianos oſtenderet, eximẽdus fuerat ea quæ per ſe veritatem oſtendebat calamitate, humanum enim eſt miſeris opem ferre. Quid plura? crudelitatis non benignitatis ac pietatis quæ tamen ſumma fuit in Anchiſe & Troianis, ſpecimen effectúſque fuiſſet illi, in ſumma præſertim calamitate non protinus opitulari. Denique non id feciſſe vel temeritati vel imprudentiæ tribuendũ eſt Troianis , quod detrectaſſe nobis , quin cuicumque homini, impietati ac ſceleri eíque grauiſſimo, tribuendum eſſet: cum hoſtibus etiam , ſi calamitoſi ſint, ac præſenti auxilio egeant , non opem ferre ſit nefas. ſic homo homini Deus : hinc enim diuinam largitatem imitamur. & verò imitandum Natura docet; Deus etiam iubet. Hæc habui quibus Poëtæ induſtriam & oppugnarem & propugnarem. nunc cum eo pergamus.

Partic.93. At genus è ſiluis Cyclopum, & montibus altis
Excitum ruit ad portus, & littora complent:
Cernimus adſtantes nequidquam lumine toruo
Aetnæos fratres, Cœlo capita alta ferentes ,
Concilium horrendum: quales cum vertice celſo
Aëriæ quercus, aut coniferæ Cypariſſi
Conſtiterant, ſilua alta Iouis, lucúſue Dianæ. 746
Præcipites metus acer agit quocumque rudentes
Excutere, & ventis intendere vela ſecundis.
Contra, iuſſa monent Heleni Scyllam, atque Charybdim

Inter

Inter vtramque viam, lethi diſcrimine paruo,
Ni teneant curſus: certum eſt dare lintea retrò.

Confluxerunt Cyclopes vndique,& littora compleuerunt:quod ſanè indicat eorum mul titudinem:& huc quoquo modo referri poteſt illud *Cyclopum genus*,neque enim id facilè niſi de multitudine pronuncietur.cum verò adſtantes cernantur Cyclopes a Troianis,facilè iudices Troianos nondum abfuiſſe longiùs ac vix ſoluiſſe,ſi tamen ſoluerant:quid eſt enim quod ſubijciat Aeneas

Præcipites metus acer agit quocunque rudentes
Excutere, & ventis intendere vela ſecundis?

è contrario tamen multò ante cecinerat

Nos procul inde fugam trepidi celerare, recepto
Supplice, ſic merito, tacitique incidere funem;
Verrimus, & proni certantibus æquora remis.

Itaque ſatis conſtat eos ſoluiſſe: idémque illud omnino perſuadet quòd Polyphemus Troianos inſectabatur ad ſonitum, dum ſcilicet verrerent fluctus, idem intelligere licet
747 cum Polyphemus deſperare cœpiſſet ſe eos conſequi poſſe: id enim indicat clamor, ac Poëta ipſe non obſcurè teſtatur:qui idem rurſus eleganter indicauit dum de Cyclopibus caneret *adſtantes ne quidquam*:id enim niſi ſoluiſſent, temerè affirmaſſet, perinde enim eſt ac ſi dicat Cyclopes incaſſum confluxiſſe & portum ac littora compleuiſſe, cum iā Troes ſoluiſſent ac procederent longiùs.Pars eſt igitur præſentem particulam commodè ac diligenter exponere; itaut dum canitur *Cernimus adſtantes*,id non propinquitati ſed Cyclopū magnitudini acceptum ſit referendum, quòd cum tantæ eſſent magnitudinis, optimè cernerentur,itaut adſtare viderentur. & hoc eſt quod è veſtigio de Aetneis hiſce fratribus canit,pergens—— *Cælo capita alta ferentes*,& huc pertinet quod continenter illos comparat cum aëreis quercubus & coniferis Cypariſſis,præſertim Ioui dicatis ac Dianæ: iſtæ enim arbores cum per ſe ingentis ſunt altitudinis, tum maximè quòd cum illæ Ioui, hæ Dianæ eſſent dicatæ,eſſent etiam incæduæ ac propterea maximè omnium ſe ſe attollerēt. At enim ſint iſthęc, eſto etiam ob multitudinem quoque adſtare videantur, cum ob id eminus etiam cernantur faciliùs, eſto è puppibus è ponto item cernerentur quaſi adſtantes quod littus decliue ſit, fluctus & puppis emineat; ſed quî tuearis iam ſoluiſſe ac longiùs proceſſiſſe, cum (id quod ab initio obijciebatur) de rudentibus excutiendis agerēt? Sed profectò rudentes excutere non valet hoc in loco è portu ſoluere aut littore,quaſi verò nondum diſceſſiſſent,ſed pandendis velis excutere, ſunt enim rudentes velorum funes, itaut cum hactenus remis ſe ſe a Polyphemo diſiunxiſſent,iam ſtatuerent rudentes etiam excutere ac proinde vela pandere, vt magis ac magis Cyclopes defugerent, & idcirco cum dixiſſet

Præcipites metus acer agit quocunque rudentes
Excutere—— ſubijciebat continenter, *& ventis attendere vela ſecundis*. Denique cautè antea cecinerat Poëta

Verrimus & proni certantibus æquora remis,

vbi indicauit remigrando ſe defugiſſe priùs aduentantem Polyphemum,præſertim quia dum è portu ſoluimus,remis incumbimus:procedentes verò,rudentes ſoluimus ac vela pandimus ſi ſecundis liceat ventis vti,itaut iurè hoc in loco de rudentibus excutiendis co-
748 gitent Troiani quantumuis ſoluerint ac præceſſerint longiùs.Ait verò quocūque vela pādere ſecundis ventis,quia præ metu ſatiùs iudicabant quocūque nauigare ac ventis quocunque impellerent obtemperare,quàm non velis etiam monſtra illa deuitare. At enim quid ſi venti in Scyllam inducerent & Charybdim?ſanè Vulturnus eò detuliſſet.ob id igitur ſubdit è veſtigio,

Contra iuſſa monent Heleni

quaſi diceret effeciſſe quidē metum vt quācumq; in partē vela intendere ſtatuiſſet dummodo Cyclopes magis adhuc & magis eluderent: ſed tamen iuſſa Heleni retardaſſe illos vel hærentes habuiſſe, quòd Heleni atque adeo Phœbi præceptum violare nefas eſſet, ac propterea non cuicumque vento obſecundandum ac pandenda vela, ſed illi tantùm vnde & Cyclopes vitare magis,& Heleno prorſus obtemperare, liceret. Dum igitur fluctuant animo & conſilijs,omnino tādem in eā ſententiam deſcendunt, Tarentinum ſiue Hy-

Digitized by Google

Hydruntinum fretum repetere, & emenſum pelagus remigrare, niſi alioquin liceat hinc Scyllam & Charybdim, illinc portum & littora Cyclopum euitare. & hoc eſt quod indicare videntur reliqua particulæ verba

—— Scyllam, atque Charybdim
Inter vtramque viam, lethi diſcrimine paruo,
Ni teneant curſus; certum eſt dare lintea retro: etſi, illud *ni teneant curſus*, Seruio atque alijs multis annuentibus, valent *ne teneant curſus*; quaſi diceret certum ſibi fuiſſe & conſtitutũ retro, hoc eſt in Adriaticum ſinum remeare, ne inter vtramque viam iter intendere atq; hinc in Polyphemum & Cyclopas, illinc in Scyllam & Charybdim, inciderent: quibus addit *lethi diſcrimine paruo*, vt non temerè neque timidè id deliberaſſe viderentur, ſed optimo 750
conſilio hoc eſt dum tamen mortis periculum interim leue eſſet, nam cum graui vitæ periculo, præpoſterè id cepiſſent conſilij: quanquam de his verbis paulò poſt. Hîc verò illud obſerues, aptè quidem ingentem illum Cyclopum concurſum a Virgilio horrendum concilium appellari, cum omnes vno eodémque tempore illuc confluxiſſent Polyphemi audito clamore ac nutu: ſed tamen maiore adhuc cum ingenij ſignificatione a Torquato noſtro transferri ad Dæmones dum verè concilium ineunt, dirum tamen ac ſæuũ & formidabile, itaut iuſtiſſimè horrendum appelletur. quo fit vt mihi quidem videatur Virgilius Homeri argentum in aurum conuertiſſe. Quanquam non eſt diſſimulandum Vidam priorem Dæmonum concurſum qui conſilij capiendi cauſa initetur, concilium horrendum appellaſſe cum caneret

Protinus acciri diros ad Regia fratres
Limina, concilium horrendum, & genus omne ſuorum
Imperat ——

quo etiam in loco Virgilium imitatur, nam diros fratres appellat Dæmones, quos Virgilius Aetnæos fratres appellauerat. Adde vnũ; reuera tres huiuſce particulæ extremos verſus habere aliquid obſcuritatis niſi expendantur attentè, præſertim verò quia parum tutum ne dicam abſurdum videtur illud *ni* pro *ne* potiùs, quàm pro niſi interpretari, nam præterquam quod *ni* pro *ne* inuſitatum eſt Virgilio, quid erat cur præter morem *ni* pro *ne* vſurparet, cum *ne* quippe longum, optimè carminis ac loci huius quadraret initio? Certè obſcuritati potiùs quàm perſpicuitati, cuius eſt ſtudioſiſſimus, deſeruiſſet. Et ideirco etiam illud Propertij *Ni nos diuideret* quòd profert Turnebus, vt *ni* pro *ne* interpretemur, non facilè valet *ne* ſed *niſi*: vt omittam aliquos legere *Ne nos diuideret*: quæ verò ex Plauto a quibuſdam & Seruio ipſo indicantur exempla, facilè pro niſi exponi poſſunt. itaque minùs onerosi eſſent iſti: ſi *ne* reponendum dicerent quàm *ni* pro *ne* tam facilè interpretarentur, in elegantiæ inſuper id habentes loco. Sed fac *ni* pro *ne* accipiatur. ſcopuloſus tamen adhuc erit locus: quapropter ne ij quidem qui poſt Seruium *ni* pro *ne* exponunt, non inter ſe adhuc digladiantur mirificè, itaut illud quoque inter eos contendatur, num *curſus*, dum dicitur *Ni teneant curſus*: primus ſit aut quartus caſus. quapropter tutiùs fortaſſe ſit ſic exponere. *Contra iuſſa monent Heleni*; nimirum ventis non obtemperare ſi in Scyllam & Charybdim ferant: hoc enim ex præcepto illo ſatis ſupérque conſtabat, Præſtat Trinacrij metas luſtrare 751 *lib. 2. el. 6.* *lib. 17. c. 11.*

Quàm ſemel informem vaſto vidiſſe ſub antro
Scyllam ——

denique vtrumque monſtrum iuſſerat etiam cum longo temporis diſpendio declinari: tũ interpunctione adhibita pergendum

—— Scyllam atque Charybdim
Inter vtramque viam, lethi diſcrimine paruo;
Ni teneant curſus, certum eſt dare lintea retro:

quibus verbis, vt dicere cœperam, narrat quid conſilij tandem ceperint: quod eſt ſtatuiſſe Scyllam atque Charybdim inter & proximum Cyclopum littus, dare lintea retro & in Tarentinum rectà redire. At enim quorſum ea verba lethi diſcrimine paruo? interponuntur vt intelligamus & parum interfuiſſe diſcriminis inter duo propoſita pericula, Scyllæ inquam & Charybdis illinc, Cyclopum oram hinc: etſi ne ab Heleni & Apollinis præcepto diſcederent, inter vtramque viam, niſi curſus illos impediant, remigrare omnino conſtituiſſent: nam *ni teneant curſus*, valet niſi impediant ac detineant, nec obſoleti aut frigidi habet quicquam. quamquam commodiùs fortaſſe explicemus *ni teneant curſus*, mõſtra 752
ſcili-

Digitized by Google

ſcilicet propoſita, itaut nec Scylla & Charybdis hinc, nec Cyclopes illinc, impediant curſus.

Part.94 Ecce autem Boreas anguſta a ſede Pelori
Miſſus adeſt. viuo præteruehor oſtia ſaxo
Panthagiæ, Megaróſque ſinus, Tapſúmque iacentem.
Talia monſtrabat relegens errata retrorſum
Littora Achæmenides, comes infœlicis Vlyſſi.

Hærentibus Troianis ac fluctuantibus animo, vel certè non ſine metu regredi ſtatuentibus, Boreas metum diſcuſſit omnem & hæſitantiam: cum enim propitius eſſet vlteriùs nauigantibus, & a Pelori Promontorio Drepanum verſus ac Lilybæum tendentibus, factū eſt vt nec regredi opus eſſet, nec ampliùs pericula illa fuerint pertimeſcēda: ſic Panthagiū ac cætera illa quæ eleganter commemorat & deſcribit loca, prætergrediuntur ſecūdo Boreæ vento: vbi dum miſſum Boream canit, tacitè indicat a numine cōceſſum ac miſſum, præſertim cum repentinus Boreæ aduentus indicaret nomini acceptum eſſe referendum. Denique cum antea illud precibus poſtulaſſet Anchiſes a Dijs *Ferrent viam vento facilem*, quod eſt vt vento fauerent facilémque viam redderent, pietatis fructum capit. Interim igitur Panthagiæ fluminis ſeu portus oſtia prætereunt, quæ non artificio ſed naturali & viuo ſaxo conſtabant, Megarę quoque Oppidi Tapsíque iacentis & decliuis ſinum peragrant. dum Achæmenides ea digito commonſtraret loca quæ vnà cum Vlyſſe eſſet præteruectus paucos ante menſes.

Part.95 Sicanio prætenta ſinu iacet inſula contra
753 Plemmyrium vndoſum: nomen dixere priores
Ortygiam. Alpheum fama eſt huc Elidis amnem
Occultas egiſſe vias ſubter mare, qui nunc
Ore Arethuſa tuo ſiculis confunditur vndis.

Ortygiā Inſulā deſcribit ac primū generaliter a Sicanio ſinu quo cōtinebatur, tū ſigillatim a Plemmyrio cui è regione opponebatur vel certè deſcribit Plemmyriū Inſulam quæ antea dicta eſt Ortygia, atque hanc in Sicanio ſinu prætentam; & in hanc Alpheum amnem ex Elide Græciæ prouincia per occultas Maris vias ſe ſe infudiſſe & cum Arethuſa Siciliæ fluuio confudiſſe ait: vbi non modò ex Geographia; verùm etiam ex poëtarū fabulis haurit. Atque hinc ſine dubio (vt nihil dictū quod non priùs dictum) hauſit & perquam elegantiſſimè cecinit Italicus Tragicomicus (lubet enim tantiſper cum eo immorari)

Se per antica e forſe Da voi negletta, e non creduta fama,
Hauete mai d'innamorato fiume Le marauiglie vdite,
Che per ſeguir l'onda fugace, e ſchiua
De l'amata Aretuſa Corſe (o forza d'Amor) le più profonde
Viſcere della terra, E del mar penetrando,
La doue ſotto à la gran mole Etnea,
Non sò ſe fulminato, e fulminante, Vibra il fiero Gigante
Contra'l nemico Ciel fiamme di ſdegno,
Quel ſon'io: già l'udiſte, hor ne vedete
Proua tal ch' à voi ſteſſi,
Fede negar non lice.

ſic iſte. qui pro interprete quodammodo eſſe pōt: nam qui veteres huiuſce fabulæ Authores & decantatores audire cupiat, is & Pindarum habeat & Lucretiū & Ouidium quibuſcum tamen de ſuauitate & elegantia noſter certauerit Tragicomicus: etſi reuera Ouidius rem proſequitur copioſiùs. Quòd ſi quis phyſicam quoque Oeconomiam requirat ac rationē quaſi verò Alphei curſus ex Elide in Siciliam naturalis, ac talis ferè qualis a Poëtis
754 deſcribitur, habendus ſit, is habet quoque hiſtoricos quos conſulat & Geographos multos: inter quos Plinius libro II. capite CI. vbi ait odio ſalſæ ac maris, quaſdam aquas, inter quas Alpheū præcipuè numerat, terræ meatus ſubire; Pauſanias libro V. qui fabulam etiā proſequitur fusè. Strabo libro VI. Seneca libro III. capite XXII. & libro VI. capite VIII. certè ſunt qui obſeruauerint quæ in Græcum Alpheum proijciantur, integra ac rectà in

Digitized by Google

Siculam Arethuſam deferri, ac nulla falſæ indicia referre: quod argumento eſt per ſubterraneos meatus Alpheum fluere, nec ſe ſe cũ Ionio ac Mari immiſcere; itaut Geographos etiam ſectetur, qui canit —— *le più profonde Viſcere della terra*
E del Mar penetrando;
iurè etiam canat Virgilius *Occultas egiſſe vias*: & (quod canit Ecloga VI.) non intermittere vndam.

Partic.96. Numina magna loci iuſſi veneramur: & inde
Exſupero præpingue ſolum ſtagnantis Elori.
Hinc altas cautes, proiectáque ſaxa Pachini
Radimus, & fatis nunquam conceſſa moueri.
Apparet Camerina procul, campíque Geloi,
Immaníſque Gela, fluuij cognomine dicta.
Arduus inde Agragas oſtentat maxima longè
Mœnia, magnanimûm quondam generator equorum.
Téque datis linquo ventis palmoſa Selinis:
Et vada dura lego ſaxis Lilybæïa cœcis.
Hinc Drepani me portus, & illætabilis ora
Accipit. ——

Venerantur & colunt de more loci numina, etſi ſuperſtitioſè venerentur, qua in re Heleni etiam ſe memores oſtendunt præcepti, ſiquid tamen huc pertinebat præceptum quo illi Iunonem maximè prece placare & honorare iubebantur, nam numina magna loci venerantur in præſens, de Iunone nihil interim. Quanquam cum Helenus Iunonem primò adorandam diceret, tacitè cæteris quoque numinibus venerationem habendam ſignificauit, & ideo iurè Cereri atque alijs, quæcunque illa eſſent aut fingerentur, Siciliæ numinibus honorem impenderent. Niſi tamen te illud commoueat, quòd Iunoni primò honores habendos præcepit. quòd neque hîc obſeruare videntur nec ſupra, vbi ſtatim atque Hydruntinum attigere littus, Palladi primò obtulerunt preces dum Hydruntinum littus attingerent, quòd ab hac primò accepti eſſent. Statim tamen magnos Iunoni quoque honores habuere, imo verò, ſi me audias, vno eodémque tempore (id quod omnem penitus tollit dubitationem) vtrique honores, quin Iunoni præcipuos, habuerant, quod argumento eſt illud Heleni, 755

Iunoni magnæ primùm prece numen adora.

præcipuum, ac non tam ordine quàm magnitudine, principem Iunoni honorem decreuiſſe; itaut ibi quoque coluerit Heleni præceptum. Ita quidem dummodo præcipuos Iunoni honores tribuant, nihil refert ſi fortè interim loci numina veneratione afficiant aliqua. fortaſſe etiam inter magna loci numina Iunonem tacitè comprehendit, quam reticet vt varietur oratio. pergit verò Poëta ac reliquam nauigationem Drepanum vſque refert, elegantérque obuia quæque deſcribit oppida & flumina, vbi ita variat deſcriptionẽ atque ornat, vt vno eodémque tempore optimus & Geographus & Hiſtoricus & Poëta videri poſſit, ſiquidem præcipua attingit eorum quæ interim occurrerent monumenta, præſertim quæ pertinent ad laudem & celebritatem in quibus tamen non moror.

Partic.97 —— hîc pelagi tot tempeſtatibus actus, 756
Heu genitorem, omnis curæ, caſúſque leuamen,
Amitto Anchiſen. hîc me pater optime feſſum
Deſeris, heu tantis nequidquam erepte periclis.
Nec vates Helenus, cum multa horrenda moneret,
Hos mihi prædixit luctus, non dira Celæno.
Hic labor extremus, longarum hæc meta viarum.
Hinc me digreſſum veſtris Deus appulit oris.

Paren-

Parentis mortem narrat hîc Aeneas, quam nunc planè commemorat poëta noſter, quia fortaſſe Drepani reuera Anchiſes extremum clauſerit diem: quòd ſi vſque adeò varia de Aeneæ aduentu produnt hiſtorici, vt non facilè ſtatuas Anchiſem Drepani aut in Sicilia è viuis deceſſiſſe, hoc tamen Poëtæ largiendum vt famam quandam ſequatur, imprimíſque pro arbitratu rem narret, dummodo opportunè id facere, ac veriſimile & decorum tueri videatur. & idcirco crediderim huic planè loco eam affinxiſſe, quòd præſtaret iam vnicum claſſi ſubíndeque exercitui Ducem & caput attribuere: interim enim Anchiſem ad filij pietatem declarandam in claſſem induxerat: turpe enim videri potuiſſet atque impium conſcendiſſe, ac patrem deſeruiſſe. quo factum eſt vt auſpicijs & ſacris huiuſmodíque alijs illum adhibuerit ne otio languere videretur tantus ſenex, ſed cum dignitate inter Troianos verſaretur, & ideo Aeneas illum appellat omnis curæ caſúſque leuamen. Cum igitur tacitè ſeruierit fabulæ noſter vates, aptè etiam & opportunè è viuis exemerit: aptè quoque & opportunè Aeneam inducit continenter, qui & eum laudat, nec ſine doloris ſenſu extremum eius attingit fatum. Atque hinc eſt Aeneas quoque ad Helenum ſe conuertat atque indoleat quòd de proxima parentis amiſſione non illum admonuerit: quin eò magis id præter opinionem ſibi accidiſſe indicat, quòd nec dira Celæno, quæ alioquin ſæuam illi famem denunciauerat vt eum affligeret, de proxima parentis morte ne verbũ

757 quidem. Ita quidem perorat anteactam omnem ſuarum iactationum hiſtoriam ac ſeriẽ. Aptè verò ſcitéque perorat, cum nullo modo credi poſſit vt per noctem poſt conuiuium ſenis fermè horis longiorem habuerit narrationem: ternas enim in ſecundo inſumpſerat in excidio commemorando, ternas in iactationes: quibus optimè reſpondit anteactis Didonis poſtulatis illis

Immò age, & a prima dic hoſpes origine nobis
Inſidias (inquit) Danaûm caſúſque tuorum,
Erroréſque tuos.

itaut egregiè reſpondeant vltima primis: & ideo *Longarum hæc meta viarum*. ſecus Homerus, qui poſt non diſſimile conuiuium quaternis libris detinet Pheacos, veriſimili haud ſeruiens.

Par. 98. Sic pater Aeneas intentis omnibus vnus
Fata renarrabat diuûm, curſúſque docebat,
Conticuit tandem, factóque hîc fine quieuit.

Reſumit nunc tandem Poëta noſter dicendi munus quod vno atque altero libro Aeneæ tribuit, ita tamen vt primò moneat Aeneam magna cum audientium attentione enarraſſe & fata diuûm & ſuos curſus: ac diuûm fatis deſignat excidium Ilij, quod ruſus tacitè indicat Deorum voluntate non Græcorum virtute cecidiſſe; per curſus verò, iactationes in-

758 telligit & errores de quibus in tertio: nã excidiũ in ſecundo. Ita quidem ſeptem habemus nauigationes quas omnes narratione comprehẽdit, quin octauam etiam cum dicat *hinc me digreſſum veſtris Deus appulit oris*. Hanc enim ideo recuſat diſtinctè perſequi, quod cum eam perſequutus ſit in primo, non poſſet non otioſè & cum tædio iterari, vt omittã Ilioneum non obſcurè de illa Didonem feciſſe certiorem. Ita quidem ad ordinem redibit noſter Vates qui a ſeptima nauigatione Aeneidem exorſus eſt. de qua re diximus ad initiũ, vbi etiam docuimus Ilij excidium & Aeneæ errores iuſtiùs effici Actionis partem quàm inter Epiſodia numerari. itaut adhuc in fabula & actione verſemur. Atque hac etiam in re Homeri perorationem tum imitatur tum caſtigat tacitè. nam Vlyſſes in XII. ſuorum errorum ſic concludebat narrationem

—— Decima autem me nocte
Inſulam in Ogygiam appulerunt Dij, ubi Calypſo
Habitabat pulchricoma, ueneranda Dea celebris,
Quæ me amauitque fouitque. quid tibi hæc dicam?
Iam enim ex parte enarraui in domo
Tibique & caſtæ uxori: moleſtum autem mihi eſt
Rurſus planè enarrata recenſere.

Vbi inuidioſè profectò, nec ſine decori perturbatione, detrectat poſtremæ illius nauigationis enarrandæ munus; cum dicat ſibi moleſtum eſſe rurſus eam recenſere: quaſi verò

Digitized by Google

illi a quo in tali ac tanta calamitate perhumaniter exceptus fuerat, non omnia deberet, tantùm abeſt vt tantulum hunc laborem illi ſine crimine poſſet denegare. potiùs dicendum, nolle ſe illi huiuſmodi iteratione moleſtiam afferre: ita enim nec decorum violaſſet, nec ſe illi nõ plurimum ea debere & tribuere indicaſſet. Quin etiam quam reticēdæ narrationis illius cauſam obtendit, friuola omnino eſt ac vana, ne dicam falſa: neque enim illam Alcinoo vel Aretæ domi prout prætexit interim; enarrauit; ſed vix pauciſſimis quibuſdam verbis (id quod iam iam conſtabit) indicauit. vt mirum ſit dixiſſe hoc in loco 758

Iam enim ex parte enarraui in domo:

abſurdum verò addidiſſe

——moleſtum autem mihi eſt
Rurſus planè enarrata recenſere.

verè enim quam ſub idem tempus a Calypſo ad Pheacos obierat nauigationem (nauigationem ipſam dico) ac tempeſtatem, quámque a ſe narratam dixit, vix perpaucis attigerat verbis. ſed audiamus illum: cum enim ex eo quæſiſſet Regina quis eſſet & vnde veniret, continuò reſpondit

Ogygia quadam inſula longè in mari iacet,
Vbi Atlantis filia doloſa Calypſo
Habitat pulchricoma grauis dea, neque aliquis cum ipſa p. 95. in fol.
Verſatur, neque Deorum, neque mortalium hominum.
Sed me infelicem, domeſticum duxit fortuna
Solum, quoniam mihi nauem velocem candenti fulmine
Iupiter iaculatus diſcidit medio in nigro mari,
Vbi alij quidem omnes periêre boni ſocij,
At ego vel carinam vlnis capiens nauis vtrinque remis agitatæ
Nouem diebus ferebar, decima autem me nocte nigra
Inſulam Ogygiam me appulerunt dij, vbi Calypſo
Habitat pulchri coma grauis dea. quæ me ſuſcipiens
Accuratè excepit, & alebat & dicebat
Facturam immortalem & ſenio neſcium diebus omnibus.
Sed meum nunquam animum in pectoribus perſuaſit,
Illic quidem ſeptem annos permanſi firmiter, veſtimenta autem ſemper
Lachrymis madefaciebam quæ mihi immortalis dedit Calypſo.
Sed quando iam octauus reuolutus annus venit
Et tunc iam me iuſſit concitans redire
Iouis ex iuſſu, ſiue etiam animus mutatus ipſius eſt,
Miſit me in rate conſutili, multa autem dedit, 759
Panem & ſuaue vinum, & diuinas veſtes induit.
Ventum autem immiſit innocuum ſuauémque;
Septemdecim quidem nauigabam dies per mare iter faciens,
Decima octaua verò apparuerunt montes vmbroſi
Terræ veſtræ, lætatum verò mihi charum cor
Infelici. certè enim futurum erat adhuc vt verſarer cum ærumnis
Multis, quas mihi immiſit Neptunus terræ quaſſator,
Qui mihi excitatis ventis impediuit iter.
Commouit verò mare immenſum, neque vllo pacto fluctus
Sinebat in rate vehementer ingemiſcente conſiſtere.
Hanc quidem deinde procellam diſperſit; cæterùm ego
Natans has vndas tranſnaui, donec me terræ
Veſtræ adegit ferens ventúſque & aqua.

En de Calypſo multa: quæ iterat etiam varijs in locis, & ad nauſeam iterat: aliqua etiam de tempeſtate & nauigatione qua perfunctus eſt antequam appelleret ad Calypſo, vbi amiſſos ſocios ſaltem obiter indicauit; ſed hanc ipſam tempeſtatem quam a Calypſo ſoluēs paſſus eſt, vix pauciſſimis ac veluti per tranſennam attigit: denique narrat tantùm ſe ſeptēdecim dies nauigaſſe & a Neptuno iactatum fuiſſe, donec ad ipſos Pheacos perueniſſet. An igitur videri poſſit tempeſtatem iſtam decantaſſe aut narraſſe, itaut iteratio eſſet verēda? potiùs argumentum inde obtulerat vnde cupiditatem audiendi excitaret. quin in propoſitis

poſitis verbis copioſius ſine dubio iactationem illam attigerat in qua priuſquam perueniret ad Calypſo, amiſerat ſocios, & tamen non idcirco commiſit quominus deinde eam iactationem copioſe, ne dicam ad nauſeam, perſequutus ſit ac Reginæ percenſuerit. Itaque non minùs præter rem quàm frigidè (& vt fatear planiùs id quod eſt) falsò, ea verba fundebat hoc in loco —— *moleſtum mihi eſt*

Rurſus planè enarrata recenſere:

761 ſiquidē vix leuiſſimè indicata (ſi indicata tamē) fuerat poſtremis carminibus iſtis Ogygiana quam rurſus recenſere abnuit, iactatio. Vt omittam minutè nimis rē peragere dum ſe iactationem illam in domo enarraſſe dicit. Vt propterea his omnibus de cauſis, aliis etiam quas ſubijciam paulò poſt, eſſet cur ab induſtrio & oculatiſſimo poëta noſtro illius corrigeretur opus. Et hinc eſt vt grauis & cordatus Aeneas, cum iactationem non veluti digito indicarit ſed egregiè nobis ante oculos imitatione illa collocarit qua è Sicilia in Africā dilapſus erat, quæque Vlyſſeæ huic reſpondet de qua verba facimus, ac ſubinde cæteras enarrarit in hoc Tertio iurè ac meritò perorет

Hic labor extremus, longarum hæc meta viarum:

quibus ſeptem iactationes & nauigationes proſequutus eſt quas ab Antandro in Siciliā vſque obierat. Et idcirco etiam, vt intelligeremus alteram qua deinde in Africam impulſus fuerat è Sicilia, iam tum illi ſucceſſiſſe, nóſque proinde ad naturalem ordinem quam primùm reuocaret, pergebat

Hinc me digreſſum veſtris Deus appulit oris:

vbi paulò ante actam tempeſtatem, tunc poſtremam eſſe docuit. Ita ſanè inuidiam omnē declinauit tum apud Didonem cui palam ſatisfaciendum propoſuerat, tum apud lectorem cui clam erat canendum: apud Didonem, quia ex Ilioneo de illa ſummatim edocta fuerat: apud lectorem, quia cæteras deinde ipſemet percenſuit copioſè. Ita quidem cum omnibus coloribus & pigmentis expreſſerit Virgilius iactationem qua Troiani in Africam coniecti ſunt, vt nihil excogitari poſſit illuſtrius, ſatis intelligitur Homerum contrà boni poëtæ muneri defuiſſe, qui qua Vlyſſes ab Ogygia ad Phæacos iactatus eſt tempe-

762 ſtate, hanc vix digito leuiſſimè commonſtrauit. Quanquam maioribus adhuc iactatur procellis, quandoquidem reuera ad naturalem ordinem multò ſeriùs rediit quàm poſtularet ratio: vix enim rediit ad decimi tertii initium: Virgilius in fine tertii. cum enim a medijs incœpiſset Homerico more (quod ſcitè etiam feciſse docuimus ab initio) omnino faciendum fuit vt quam primùm a perturbato ad naturalem ſeſe ordinem referret, neque enim auditorum memoriæ conſulas aut ingenio & cupiditati, nec denique Naturæ aut Artis quæ Naturam imitari ſolet, præſcriptum ac tenorem colas, qui præpoſtero ordine vtaris ac narres diù. rediit igitur ad ordinem primo quoque tempore poëta noſter, ſerò admodum Homerus: ſi tamen rediiſſe dicendus eſt qui Ogygiana iactatione prætermiſſa, reuera vix ac ne vix quidem inſtaurauit errorum ſeriem atque ordinem: contra Virgilius qui Aeneæ iactationes ad ſuum reuocauit caput, commonſtrauitque ſeriem vniuerſam. Atque ex his omnibus conſtare ſatis poteſt Homerum in Odyſsea nec naturalem ordinem ſecutum eſſe cum a medijs incœperit tempeſtatibus (quam tamen rem non reprehendo) nec artificioſum ac perturbatum quem appellat M. Tullius in progreſsu ſine errore coluiſſe: nam reuera præcipuam & grauiſſimam iactationem qua ſocijs amiſſis omnibus a Calypſo diſcedens paſſus eſt, quæque tandem poſtulanti Reginæ patefacienda fuit, prætermiſit, itaut mediæ cum primis necti nequeant ſed interciſæ maneant ac detruncatæ. Quanquam illud palmare in Homero, quòd quatuor integris libris primis Telemachi canit errores: quod monſtroſum eſſe docuimus ſuo loco, itaut Virgilius Homeri ordinem non ita ſequatur vt non eundem in multis corri-

763 gat. Hæc habui quibus Tertium hunc librum concluderem, vt cum Odyſsea magis ac magis adhuc conferretur. nam reuera, quemadmodum primi initium, ita hic tertius ex Odyſsea profectus eſt: etſi melioribus auſpicijs ſine dubio & admirabili induſtria profectus. Nec tamen occaſio deerit vnde priores hoſce libros cum Odyſsea in multis adhuc vtiliter conferamus: nam quartus erit quidem Latini poëtæ proprius, quemadmodum ſecundus item totus, ac primus maxima ex parte, ſed tamen in quinto, multò, verò magis in ſexto, ad Odyſseam imitandam redibit, atque inde in ſex poſterioribus Iliadem exprimet ſimúlque corriget accuratè.

Finis Libri Tertij.

Digitized by Google

P. VIRGILII MARONIS ÆNEIDOS
Liber Quartus.

IV. huius libri præſtantia.

AD quartum librum accedo.quem ſanè meis auditoribus iucundiſſimum fore & cupio & ſpero : ídque vel quia omnium elegantiſſimus habitus eſt ſemper a veteribus,& perpolitus: vel quia amoribus plenus eſt,& affectibus ita vt Poëta in hoc libro vim omnem ingenij retuliſſe credatur,vt vim amoris,& amantis fœminæ ardorem exprimeret. Atque his etiam de cauſis (ni magnopere quidem fallor) librum hunc præ cæteris lectitatum Romæ teſtatus eſt Ouidius,cum caneret; 764

Nec legitur pars vlla magis de corpore toto
Quàm non legitimo fœdere iunctus amor. *libr. 2. Triſt.*

indicat enim Didonianum amorem mirificè priſcorum illorum animos cepiſſe , ac delectaſſe. Et quamquam mihi quidem grauiori de cauſa huius lectio libri accidere ſolet periucunda , nimirum propter initia quædam Carthaginenſis odij erga Romanos, vnde tandem inter eos infeſtis armis terra maríque pugnatum , ac tandem de Terrarum orbis imperio decertatum eſt, verumtamen dum ſua quemque trahit voluptas, per me licet vt ſuo quiſque genio indulgeat:ac vel propter admirabilem elegantiam,vel propter ſuauiſſimos amoris affectus;vel quia inter Carthaginenſes & Romanos claſſicum canit, & Annibalem ipſum iam iam ad pugnam videtur incenderè ; hunc librum extollat ac celebret. Quapropter dum aliqui ſentiunt librum hunc venuſtate & elegantia ſparſum eſſe, & hoc inprimis nomine celebrant Didonis & Annæ colloquia,Iunonis & Veneris cōtentionem Iouis mandata , & Mercurij conciones, & ſi quid huiuſmodi , hos ego non reprehendo. Qui verò Didonis querelas ac preces illas ſuſpiciunt,

Diſſimulare etiam ſperaſti perfide tantum
Poſſe nefas?tacitúſque meâ decedere terra?
Nec te noſter amor, nec te data dextera quondam,
Nec moritura tenet crudeli funere Dido? 765
Quin etiam hyberno moliris ſydere claſſem,
Et medijs properas Aquilonibus ire per altum
Crudelis quid?ſi non arua aliena,domóſque
Ignotas peteres?& Troia antiqua maneret?
Troia per vndoſum peteretur claſſibus æquor?
Méne fugis?Per ego has lachrymas,dextrámque tuam,te,
Quando aliud mihi iam miſeræ nihil ipſa reliqui,
Per connubia noſtra, per inceptos hymeneos,
Si benè quid de te merui,fuit aut tibi quicquam
Dulce meum:miſerere domus labentis,& iſtam
Oro(ſiquis adhuc precibus locus)exue mentem;

ijs per me quidem licet eâdem de cauſa hunc librum ſuſpiciant.Qui verò admirantur Didonis amorem ac preces in furorem,ac minas conuerſæ,dum Aeneam ſic increpat,

Nec tibi diua parens,generis nec Dardanus author
Perfide:ſed duris genuit te cautibus horrens
Caucaſus,Hyrcanæque admorunt vbera tigres.
Nam quid diſſimulo?aut quæ me ad maiora reſeruo?
Num fletu ingemuit noſtro?num lumina flexit?
Num lacrymas victus dedit?aut miſeratus amantem eſt?

hos librum hunc vt hinc commendent,non impedio.Quod ſi etiam eos delectat & capit, lugubris illa Didonis lamentatio,quam ſine lachrymis negant perlegi poſſe.

At trepida & cœptis immanibus effera Dido,
Sanguineam voluens aciem,maculiſque trementes
Interfuſa genas,& pallida morte futura,

Inte-

Digitized by Google

Interiora domus irrumpit limina, & altos
Conſcendit furibunda rogos: enſémque recludit
Dardanium, non hos quæſitum munus in vſus.
Hic poſtquam Iliacas veſtes, notúmque cubile
Conſpexit, paulùm lacrymis, & mente morata,
766 *Incubuitque toro, dixitque nouiſſima verba:*
Dulces exuuiæ dum fata, deúsque ſinebant,
Accipite hanc animam, méque his exoluite curis,

hanc principem huius libri virtutem ac laudem ſtatuant pro arbitratu. Ego certè dum iſthæc & id genus alia quædam pulcherrima eſſe conceſſerim & peruenuſta, illud tamen fatebor; me iis mirum immodum commoueri ac delectari, quæ Carthaginenſibus claſſicum canere & Annibalem in Romanos incendere animaduerto.

Hæc precor: hanc vocem extremam cum ſanguine fundo.
Tum vos o Tyrij ſtirpem & genus omne futurum
Exercete odijs: cinerique hæc mittite noſtro
Munera: nullus amor populis, nec fœdera ſunto.
Exoriare aliquis noſtris ex oſſibus vltor,
Qui face Dardanios ferróque ſequare colonos.
Nunc, olim, quocunque dabunt ſe tempore vires,
Littora littoribus contraria, fluctibus vndas
Imprecor, arma armis: pugnent ipſique nepotes.

Quanquam ſi quis iis de cauſis omnibus hunc in delicijs habeat librum, ac totum, quantus eſt, elegantia, affectibus, ingenio denique & artificio dicat eſſe pleniſſimum, is fortaſſe cum rectè ſentiat, tum inuidiam declinet omnem. Sed iam Poëtam audiamus qui ab amore exorſus ſic canit.

Part. 1.

At Regina graui iamdudum ſaucia cura
Vulnus alit venis, & cæco carpitur igni.

Iam deploratus Didonis amor deſcribitur

Iamdudum bibebat Dido inſanum amorem. & ideo Aeneam rogabat vt Troiæ excidium ac ſuos errores accuratè commemoraret: vt nimirum eum & loquentem audiret & præſentem cerneret diutiùs: nec a ſuauiſſimo & optatiſſimo illius diuelleretur aſpectu. Nunc
767 igitur cum noctem totam illum detinuerit loquentem, nec ab eius vultu oculos fortaſſe vnquam deiecerit, amorem altiùs hauſerit neceſſe eſt. Itaque canit Poëta Reginam Didonem iamdiu graui cura, amore ſcilicet, affectam ac propterea vulneratam, nunc iam venis alere vulnus, hoc eſt amorem a quo vulnus contraxit, altiùs in eius pectore inſediſſe: ita vt venis ipſis. vnde toto corpore funditur. contineatur & nutriatur. denique infœlicem amantem cæco & occulto igne carpi & lacerari. & rectè. vt enim veriſimile eſt illum ab initio celaſſe, & intimo pectore occultaſſe, ita maiores vires ſumpſerit neceſſe eſt; rectè enim Ouidius de amore.

Quóque magis tegitur, tantò magis æſtuat ignis.

NVM culpandus ſit Virgilius qui talem falsò expreſſerit Didonem. Excuſatur commendaturque.

Hic verò expectet fortaſſe quiſpiam vt apologiam pro Virgilio dicam, cum honeſtam fœminam & verecundam atque adeo Reginam pudicitiæ laude clariſſimam turpiter infamarit. ego verò id oneris non recuſo: præſertim quia hinc videor mihi Virgilium nō modò poſſe tueri, verùm etiam ingenij ac prudentiæ nomine commendare. Ergo nemini dubium eſſe poteſt ſic fuiſſe deſcriptam Didonem a Virgilio antequam fictum Aſcaniū exciperet gremio, vt grauis, verecunda, pudica appareat: quia conſilij, tolerantiæ, conſtantiæ plena, quæque ad omnem fortunam parata ſit, & celſum præſeferat animum. itaque Venus ſic eius è Phœnicia deſcribit diſceſſum, nauigationem, nouæ Vrbis fabricationem, ac Regni conſtitutionem, vt non tam fœminæ quàm herois fortiſſimi virtutem exprimat. ita fit vt Ilioneus & Troiani eam offendant quæ inſtet operibus futuri Regni: quæ labores æquis partibus diſtribuat; populo, iura dicat; religionem colat; denique multis ac magnis virtutibus ad gloriam ac nominis immortalitatem contendat. quid igitur in iis reprehendunt aduerſarij? quam virtutem? quod decus animi, quod ornamentum diſplicet illis
768 in Didone, ita ut Virgilium reprehendant? quanquam Virgilium (dicet quiſpiam) non inde reprehendimus quòd Didonem priùs ornauerit: ſed in iis quæ deinde affinxit Didoni miſera, quæque lectiſſimæ fœminæ & honeſtiſsimæ inuidiam infamiámque conflarunt, illum

Obijcitur rurſus.

Digitized by Google

illum arguimus & reprehendimus. Et hoc eſt quod Auſonius Didonis ipſius nomine conqueritur Epigrammate illo vel potiùs elegia nobili: cuius partem aliquam referre iubet.

Illa ego ſum Dido, vultu quam conſpicis hoſpes,
Aſſimulata modis pulcraque mirificis.
Talis eram, ſed non Maro quam mihi finxit erat mens,
Vita nec inceſtis læta cupidinibus.
Sed furias fugiens atque arma procacis Iarbæ
Seruaui fateor morte pudicitiam.
Pectore transfixo, caſto quod pertulit caſe,
Non furor, aut læſo crudus amore dolor.
Sic cecidiſſe iuuat; vixi ſine vulnere famæ
Vlta virum poſitis mœnibus oppetij.
Inuida cur in me ſtimulaſti Muſa Maronem,
fingeret vt noſtræ damna pudicitiæ?

Sic Auſonius quem Italicus lyricus eleganter vt ſolet, ſecutus eſt, cum in Caſtitatis triumpho canat,

E veggio ad vn lacciuol Giunone e Dido,
Ch'amor pio del ſuo ſpoſo a morte ſpinſe,
Non quel d'Enea, com'è publico grido

Reſpondetur. Ego verò ſic ſtatuo per iniuriam in his reprehenditur Poëta. etenim tum demum eam ad amorem induxit, cum Venus ad eam ſubmiſit Cupidinem Aſcanij nomine, eidémque a- 769
moris venenum clam infudit & inſpirauit, ac nihil minùs quàm de amore cogitantem incendit & inflammauit. itaque Didonis amor quantus fuit, totus Veneris & Cupidinis artibus acceptus eſt referendus: in eos conuertenda infamia (ſi quæ indè extitit) tota. & ideo egregiè Iuno Didonem hac in re excuſat, & Venerem Amorémque filium culpat,

Egregiam verò laudem, & ſpolia ampla refertis.
Tuque puérque tuus: magnum & memorabile nomen
Vna dolo diuûm ſi fœmina victa duorum eſt.

Hinc igitur præclara ſe ſe offert ratio qua defendatur Dido. nam ea ſunt laude aut vituperatione digna, quæ ſponte agunt homines & ex electione: contra verò quæ præter voluntatem geſſerint & alienis fraudibus adducti, immeritò reprehenduntur. quapropter quæ ante Cupidinis aduentum præclarè de Didone concinuntur, ea, quemadmodum Didoni conciliant laudem quòd ea ſponte ac volens & prudens geſſerit, ita in Virgilij redundant commendationem, qui inde illam egregiè deſcripſerit ac celebrarit: cætera, quoniã præter voluntatem & culpam Didoni contigere, ſanè quemadmodum Didonem ita Virgilium culpa vindicant omni. & hac planè de cauſa Vates ad extremùm canit

—— Nec fato, merita nec morte peribat,
Sed miſera ante diem, ſubitòque accenſa furore.

Quòd ſatis indicat nulla culpa ſed Veneris & Amoris artibus ac fraude percitam & amaſſe & perijſſe. Hinc igitur cum Didone excuſandus planè Poëta noſter atque omni crimine liberandus: illinc propter oblatam prudentis Reginæ imaginem meritò celebrandus.
Idque eò magis quòd Didonem de nuptijs ſemper cogitaſſe, atque Aeneam coniugali af- 770
fectu dilexiſſe (& ideo per connubia & hymenæos illum rogabat) compertum eſt. quare cum excuſanda foret citra nuptias quòd clam illi admotæ fuerint faces, quantò magis in nuptijs & coniugali toro, cui addicta erat? ita vt Virgilius hinc etiam Didonis honori proſpexerit. Denique Virgilius non Hiſtoricum agit ſed Poëtam. quapropter cum id non tanquam hiſtoricus (eſſet enim ſine dubio inſimulandus, explodendus, damnandus) ſed poëtica libertate fecerit & poteſtate cuius eſt veriſimilia proferre, potuit id ſine crimine ſimulare. nam qui iubeant vt vera ſcribat Poëta, non falſa etiam veriſimili ratione comminiſcatur, ijs videndum eſt ne Poëtæ officium perturbent. Hæc igitur ſunt quæ Virgiliũ nõ modò excuſant ſed cõmendant. Itaq. Auſonius (quod eius pace dixerim) operam meliùs locaſſet ſuã, ſi obuia Virgilij excuſatione arrepta ingenioſè oſtendiſſet reuera Didonem hinc nihil infamiæ contraxiſſe nec Virgiliũ, hoc eſt poëtã ſummũ, inſimulare auſus eſſet. Sed Auſonius eſt. Qđ ſi fortè Chriſtianus arbiter optauerit vt Virgilius ſic cõminiſcendi licẽtiã exercuiſſet, vt ſine tantæ Reginæ aut vllius (quiſquis eſſet) falſa nota & infamia illã arripuiſſet ac exercuiſſet, cum Didonẽ non Aeneæ ſed Sichæi amor ad necẽ

Vrgetur adhuc.

addu-

adduxiſſet,equidem ſic ſtatuo rurſus. An non ſibi mortem conſciſcere turpius eſt volentem & lubẽtem,quàm morbi aut perturbationis æſtu commotam? ſic ſanè:immò illud planè damnamus, hoc excuſatione atque adeò commiſeratione complectimur. Itaque Plato in Phædone,& M. Tullius eũ ſecutus in Scipionis ſomnio, docent homines a Deo in hac vita veluti in ſtatione quadam eſſe collocatos: itaut hinc iniuſſos non liceat diſce- *Reſpondetur.*
771 dere. Quam rem ita confirmat magnus ille Theologorum vertex Auguſtinus,vt Lucretiæ & Catonis qui ſibi violentas manus intuliſſent,factum acriter reprehendere non dubitarit. Quid plura? aduerſus eum qui volens ac lubens ſibi manus inferat, diuina humánaque iura clamant omnia: cum tamen qui per furorem aut ſummam quandam morbi vim & perturbationem id fecerit,excuſetur. Quæ cum ita ſint,tu quidem Auſoni es iniurius Didoni atque adeò inuidiam ei conflas & ignominiam, qui ſponte non vi & perturbationis æſtu ſibi manus intuliſſe affirmas. Virgilius contrà de huiuſmodi commento (poëta enim licere comminiſci iam ſumimus tanquam receptum ac certum) non modò culpandus non eſt, ſed quoniam Didonis culpam extenuarit & infamia vendicarit, celebrandus. Clauſula igitur hæc ſit; Auditori hac in re prudentiam iudiciúmque exerendũ; itaut quæ ſpontè geſſit Dido,commendet: quæ inuita egit,excuſet:ſic nihil habeat quod in Virgilio reprehendat:quæ laudet,occurrant multa: quandoquidem quemadmodum induſtriæ Ideam in Regina obtulit primùm? ita inſani amoris vim expreſſit deinde, hanc vt,qualis qualis ſit,vites:illam vt ſecteris & amplectaris.

Vnum fortaſſe obijciat adhuc Chriſtianus arbiter; reuera non poſſe hominem ſic occurſantibus amoris illecebris ſeu facibus affici aut incendi, vt non liberum ſit ei reſiſtere eáſque reijcere, & tueri caſtitatem, ita fieri vt quam prætexímus pro Didone excuſationẽ,hæc infirma ſit: ac propterea nec Dido iurè excuſetur, nec Virgilius qui hunc illi amo- *Vrgetur adhuc.*
772 rem affinxit,non coargui poſsit. ſed hæc non huius ſunt loci ac temporis. Quare tantùm dicam Virgilium quippe Ethnicum,poëtam,Romanis,denique ſtudentem,pro more & gentis,& poëtarum,arripuiſſe introductum ac receptum amoris Deum Cupidinem qui pro arbitratu amoris ignes inſpiret, ac propterea hominum atque Deorum domitor appelletur & habeatur. Id quod non modò a poëtis receptũ eſt (quod ſatis ſit Virgilio tuendo) ac decantatum,verùm etiam a Platone in Conuiuio peruulgatum. quod vbi Virgilio conceſſeris (concedendum verò eſt quòd non hiſtoricus ſed poëta videri velit) vtrique verè excuſabitur Dido,& infamiæ nota liberabitur. Sed redeo ad propoſitum locum, & Didoniani amoris deſcripſitionem. in qua velim pauca quædam diligenter obſeruari. 1. ſcitè feciſſe Virgilium,qui cum Aeneam ſecundo ac tertio libro loquentem feciſſet, ac graui munere eóque bene longo detinuiſſet,nunc ipſe canendi reſumit munus. Qua in re eò præclarior eius videri poteſt induſtria, quòd cum Aeneam non modò perorantem, verùm etiam quieſcentem induxiſſet in tertio extremo (ideo enim de Aenea *Reſpondetur.* *IV. eſſe obſeruanda in propoſita Didoniani amoris deſcriptione.* *I.*

Conticuit tandem factóque hic fine quieſcit,

aiebat poëta) ad Reginam rediens appoſitè & cohærenter intulit

At Regina graui iam dudum ſaucia cura,
Vulnus alit venis: ———

vbi eleganter ab Aeneæ quiete ad Didonis curam progreſſus eſt. Alterũ eſt non facilè dignoſci poſſe, num inter Aeneæ narrationem, & primam Reginæ,quæ iam iam comme- *II.*
773 morabitur; actionem,ea tantùm nox interceſſerit, in qua conuiuium celebratum eſt, & Troiæ excidium erroréſque Troianorum narrari; an plures interceſſerint & noctes, & dies: quam tamen rem hic monuiſſe velim,paulò poſt opportuniùs eandem conquiſiturus quòd res ſit plena dubitationis. 3. illud ſit, amorem dum a Virgilio graui cura cenſetur & appellatur,dubitationem afferre poſſe,cum ſæpè amor iucunditatis pleniſsimus ſit ac voluptatis: itaut a Natura inter mortales inductus videri poſsit vt eos exhilaret, eorúmque curas & mœrores leniat. Certè hac planè de cauſa iuuenis ac pulcherrimus, lætitiaéque plenus fingitur a poëtis, a pictoribus etiam pingitur. An igitur grauis cura dicitur,quia amor ſit curarum omnium vehementiſsima? Certè Prodichus Chius magnus ille Sophiſta & nobilis,cum ex eo quæreretur,quid eſſet Amor,eſt Amor (inquit) *ἡ ἐπιθύμια διπλασιασθεὶς* geminata cura. quaſi diceret odium cura grauis eſt,ambitio item & cupiditas gloriæ,ſed amor has ſuperat cupiditates omnes,ita vt geminata cura meritò appelletur. Atque hanc ſententiam inde mihi videor confirmare poſſe quod cura inde nomen apud latinos inuenerit ꝙ cor vrat. itaque Ennius huc ſpectans, *quæ te coquit ſub pectora cura?* *III.*

inquit

inquit apud M. Tulium. quod ſi cura vrit cor, profectò amor qui geminata cura eſt, ma-
ximè omnium curarum incendet cor & inflammabit. Quanquam non eſt cunctandum
affirmare amorem ea etiam de cauſa dici grauem curam, quòd curarum ſit pleniſſimus
ac tanquam curarum cumulus. Da amantem, hunc ſtatim ſuſpiciones occupant variæ: in
eius pectus obrepit timor, zelothypia quaſi indiuidua comes adiungitur: ſuccedunt ple-
rumque ſuſpiria, lachrymæ, mœrores, ægritudines: ſæpè etiã odia, diſſidia, bella. Sat enim 774
conſtat præcipua mortalium detrimenta ingentéſque clades ab Amore initium duxiſſe.
Denique Amor nec vigilantibus parcit nec dormientibus. Nam in ſomnis etiam imagi-
nés recurrũt; itaut vel ſomnum adimat vel per viſum falſis terreat imaginibus ac terri-
tamentis perturbet. Qua in re Ouidium, hoc eſt Amoris æſtimatorem acerrimum, pro-
ducerem in medium, ex quo illa inprimis commemorarem quæ in Heroidum canit Epi-
ſtolis: nulla enim eſt quæ non ſexcentas ob Amorem offerat curas: inter quas Laudomia,
dum ad Protheſilaum ſcribit, mirum eſt quàm ingenti curarum iactetur æſtu. Itaque vel
nullam quietis partem capere poteſt, vel ſi interdũ capiat, ſtatim per viſum exagitur. Sed
quid Ouidio opus eſt? Quartus ènim hic liber aliud nihil eſt quàm Didonis curarum ex-
plicatio; itaut ab initio ad finem vſque Didonis angorem, ſuſpiciones, timorem, ſuſpiria,
lachrymas, preces, indignationem, furorem, vnde etiam mors ſecuta eſt, cõtineat. Vt pro-
pterea iurè ad extremùm moritura Dido illud canat,

Excipite hanc animam, méque his exoluite curis.

Et huc etiam pertinet quòd poëta Didonis amorem & curam & vulnere & flammis &
huiuſmodi alijs deſcribit: vix enim fieri poteſt vt res talis ac tanta vno vel vulnere vel igne
exprimi poſſit. Et ſanè Amor cor & vulnerat & incendit: venis etiam & vulnus & ignes
inijcit ac fouet. Itaque cum alij poëtæ multi tum Seneca in Octauia & ſagittas & faces
tribuit Cupidini, vnde tum vulneret, tum incendat. Lucianus etiã eleganter ſcribit Amo- 775
ris ſagittas τραῦμα πυρίκαυστον ἔχειν, vulnus ignitum habere. Quin etiam ea de cauſa cre-
diderim Amorem, etſi alioquin pulcherrimum, ex turpi claudóque parente progigni vo-
luiſſe priſcos poëtas & ſapientes, quòd quemadmodum Vulcanus ferrum perpetuò
IV. ignéſque tractat, ita Cupido ſagittis & facibus delectetur. Hoc tertium. Poſtremum illud
ſit, Virgilium, dum amorem Didonis accuratiùs deſcribit, neſcio quo pacto nimium vi-
deri poſſe: nam vno eodémque in loco amorem facit curam, eámque grauem, quæque
fauciet, itaque non modò vulnus profert, ſed ali ait in uenis, quaſi verò nutrimentum ha-
beat huiuſmodi vulnus, vnde conſeruetur & augeatur, & tamen cum hæc abundè ſatis
videri poſſent expreſſiſſe amoris ſeu morbi magnitudinem, placuit eũdem amorem ſta-
tim ignis metaphora complecti, qui & lateat, & amantis pectus carpat & laceret: vbi duas
ſimul metaphoras vulneris ſcilicet & ignis, præter morem vni eidémque rei declaran-
dæ, vno eodémque in loco adhibuit. Vt omittam curam quæ vulnus infligat, videri mi-
nùs propriè grauem appellari, cum tela acuta vulnus inferãt, & ſanè ſi vel ſimile gemina-
ret vel exemplum, rectè quidem: id enim vſitatum eſt & accõmodatum: itaque nõ multò
poſt Didonis furorem Penthei mox etiam Oreſtis furore, explicat. Sed vt vno eodémque 776
in loco vnam eãdémque rem gemina metaphora explices, id verò inſolens videri poteſt:
quam enim quiſque metaphoram arripuerit, eam retineat oportet, non illico mutet aut
geminet. Sed clauſula hæc ſit, quamvim habet acutum telum ad corporis vulnus, eam-
dem habere grauem curam ad vulnus & angorem animi: rurſúſque eiuſmodi curam in-
terdum talem ac tantam eſſe, vt ob magnitudinem non modò vulnus, verùm etiã ignẽ
venis dicatur imprimere. Itaque Italicus interpres graui cura in amoris telum (etſi for-
taſſe nonnihil licentiùs) conuerſa, & igne in venis excitato & dilatato, commodè & ele-
gantiſſimè vtramque metaphoram ad morem Didonis retulit exprimendam ſic canens

Ma la Regina d'amoroſo ſtrale
Già punta il core, e ne le vene acceſa
D' occulto foco, intanto arde e ſi sface.

Denique talis ac tanta eſt amoris ſiue cura, ſiue afflictatio, vt non ordinario more ac mo-
do deſcribi poſſit, ſed licentiùs ſit tollenda & dilatanda oratio. Hæc inquam velim obſer-
Additur V. uari, quibus ſi quintum addas, fortè a vero non aberraueris: videlicet carmine illo,

Vulnus alit venis, & cæco carpitur igni.

tanquam ſymbolo quodam præmonſtrari quod lethum maneret Didonem. vt enim hic
vulnus priùs tum ignis commemoratur, ſic Dido incumbens enſi, vulnere, pyræ innitẽs,
igne,

igne,extincta eſt. quod ſi rurſus per cæcum ignem, cæcum necis Authorem, Amorem
inquam intelligas (cæcus enim fingitur Cupido) ſymbolũ perfectius ſit & admirabilius.
Sed iam in Doniani amoris deſcriptione cum Virgilio pergamus:

Part. 2.

777 Multa viri virtus animo,multúſque recurſat
Gentis honos: hærent infixi pectore vultus,
Vérbaque: nec placidam membris dat cura quietem.

Quatuor Didone obuerſantur animo vnde amoris æſtu magis ſuper ac magis agitatur
nec vllam placidæ quietis partem capere poteſt. nimirum Aeneæ virtus, Troianæ gentis
decus, Aeneæ ipſius vultus & pulchritudo,eiuſdémque ſuauitas orationis. quanquã pul-
chritudo inprimis erat,quæ illius incendebat coquebátque animũ:cætera fouebant ignẽ
& ideo priora illa recurſabant animo (inquit poëta) frequentérque in mentem redibant
vultus & pulchritudo,ſuauitas ac dignitas orationis: nã oratio quoque ſine dubio ad amo
rem conciliandum pondus habet ſuum,ſi elegantiam habeat ac ſuauitatem. Ita quidem
amor Aeneam obiicit Didoni omni ferè bonorum varietate ornatum & perfectum: nam
in eo agnoſcit contemplatúrque tum virtutem,bona ſcilicet animi;tum honorem ac de-
cus,præcipua ſcilicet externa bona;tum pulchritudinem,ac reliqua bona corporis:ſiqui-
dem pulchrum viri corpus,ſanum quoque & robuſtum eſſe ſolet, & ideo etiã paulò poſt
eum forti pectore & armis appellat. denique verba,quibus elegantia atque adeò eloquen
tia deſignatur vnde homo apud hominẽ gratioſus redditur & amici conciliantur. vt pro-
pterea Virgilius dum ludit & amores canit,clam philoſophetur etiam. Qua in re ne illud
778 quidem caret artificio quòd eiuſmodi bona ex ordine refert: cum bona animi priùs,tum
quæ ad honorem pertinent ac dignitatem,ad extremum bona deſignet corporis. Atque
huc etiam pertinet quod deinde ſatis indicat ſe virtutis nomine Heroicas quoque virtu-
tes intelligere:ſiquidem Dido ſic Aeneæ virtutem extollit, vt hac de cauſa iudicet genus
eſſe Deorum. Atque huc profectò (ne quis Virgilium huc ſpectaſſe neget,aut caſu potiùs
quàm de induſtria philoſophari affirmet) pertinet quod Dido paulò poſt in iis quæ refe-
bam,Aeneæ bonis inhærens,ait *Quem ſe ſe ore ferens?* (vbi eũ commendat a pulchritudine
atque oris dignitate) *Quam forti pectore & armis?* vbi virtutem memorat; *Credo equidem ge-
nus eſſe Deorum,* quibus eximia nobilitas declaratur. *Quæ bella exhauſta canebat?* vnde elo-
quentia deſignatur. Ita vt reuera poëta noſter eleganter & canat & philoſophetur.

Quæ ſint quæ Didoni obuerſantur animo dum æſtuat amore.

Omnibus bonis cumulat Aeneã Amor.

Quanquam illud vnum fortaſſe requirat aliquis quod maximè omniũ obiiciẽdum &
oſtentandum erat Didonis oculis: nam duo ſunt quæ amoris flammas excitant maximè;
pulchritudo ſcilicet & Venus,quam gratiã,quia ſcilicet gratum & amabilem reddat, ap-
pellant aliqui: gratia enim ad amoris flammas excitandas vſque adeò neceſſaria exiſtima-
tur,vt pulchritudo ſine gratia frigere ac nullum ferè momentũ habere videatur. hinc Plu
tarchus ſcribit Cleopatram excelluiſſe quidẽ pulchritudine;ita tamen vt cum Fuluia An
tonij coniuge vix æquari poſſet: Fuluiam tamen ſpretam ab Antonio, Cleopatram cupi-
diſſimè adamatam. Cur ita? quia (inquit Plutarchus) miræ in Cleopatra veneres, quibus
gratiam ſibi conciliaret atque incenderet animos. Sic Catullus puellam quandã, etſi alio-
quin magno & pulchro corpore,cõtemnit quòd in ea venuſtas & gratia requiratur. Itaq;
779 *Nulla in tam magno corpore mica ſalis,*
inquit poëta ille nobilis: quam enim nos venerem,venuſtatem,gratiam (ſi placet) appel-
lamus,ipſe ac ſalsè quidem ſal appellat, quòd alioquin ſit pulchritudinis condimentum.
Atque hac de cauſa veteres Gratijs ſacrificandum putabant, quòd ſcilicet ſine ijs nemo
gratus eſſe poſſet. quid cauſæ igitur eſt cur Virgilius pulchritudinem adiungat Aeneæ,ve
nuſtatem & gratiam prætermittat? Sed quid ſi fortè cum Platone gratiam a pulchritudi-
ne,quòd ſcilicet vera pulchritudo ſine gratia eſſe non poſſit, haud diſtinguit? etſi enim
Ariſtoteles in 4. Nicomachiorum cap. 3. & in Poëtica apertè gratiam & venuſtatẽ diſiun
gita pulchritudine, Plato tamen in conuiuio,quoniam de homine loquitur ſigillatim, ac
Platonici deinde,venuſtatem & gratiam non diſiungunt a pulchritudine. Quanquam
enim inter res expertes animæ multa cenſeri pulchra ſolent quibus nullam attribuimus
gratiam,inter belluas etiam quibus non denegatur pulchritudo, gratia vix ac ne vix qui-
dem obſeruatur vlla, in hominibus tamen quorum videtur propria, cum pulchritudine
cõiungitur paſſim,ita vt indiuidua pulchritudinis comes videri ſoleat. Et ſanè quæ homi-
nes capit pulchritudo,hæc gratiam referat neceſſe eſt. Crediderim igitur Virgilium,dum

An reliquerit Venuſtatẽ ſeu quam appellã Gratiam: quæ ad excitandum amorem videtur præcipua.

Digitized by Google

Aneæ vultus Didonis pectore infixos dixit, gratiam vnà cum pulchritudine deſignaſſe:
præſertim quia cum gratia in oculis & vultu emicet, par ſanè eſt vt qui vultu amorem ex-
citat, hic gratiam quoque præſeferat ac venuſtatem. Ita quidem ſi non cum Ariſtotele 780
philoſophetur noſter Vates, plebeïum certè Philoſophum haud ſequitur. Quanquam
huc illud etiam accedit quòd Poëtæ Gratias Veneris & Pulchritudinis aſſeclas paſſim ef-
ficiunt: itaut ſuo iure Virgilius ſumere poſſit Gratiam ab Aneæ vultu, quo tantopere ca-
pitur Dido non abeſſe. Quin etiam cum Gratia in eleganti tum ore & vultu, eiúſque geſtu
& motu, tum in orationis venuſtate collocetur, ac propterea a Poëtis Veneri propter vul
tus, Mercurio propter orationis elegantiã adiungatur, quidni gratia tribuatur Aneæ, cu-
ius vultu, geſtu, oratione tantopere capitur Dido & inflammatur? Quid plura? cum Ve-
nus ſtatim ac ſe ſe ſcidit nubes, tale ac tantum decus addiderit Aneæ, vt Poëta canat

Reſtitit Aneas claráqua in luce refulſit
Os humeróſque Deo ſimilis, namque ipſa decoram
—— Cæſariem nato genitrix, luménque iuuentæ
Purpureum & latos oculis adflârat honores,

quis non fateatur & pulchritudinem & venuſtatem illi afflaſſe, ac quicquid allicere ocu-
los poteſt largitam eſſe, vt Didonem magis ac magis alliceret ac inflammaret? Ac de gra-
tia quidem & venuſtate déque pulchritudine ea cõſulas licet quæ in Quadrageſimaquar
ta Poëticæ Controuerſia diſputauimus: huic enim loco illuſtrando valent plurimum.

Partic. 3.

Poſtera Phœbea luſtrabat lampade terras,
Humentémque Aurora polo dimouerat vmbram,
Cum ſic vnanimem alloquitur malè ſana ſororem.

Diei deſcribitur ortus, & Didonis ad Annã introducitur oratio.

Repetit ferè deſcriptionẽ quã paulò ante vſurpauerat.

Poſtera hac dies nũ ſit poſtera conuiuij.

Orientem deſcribit diem, carmen integrum quia deſcriptionem penè totam (neſcio quo
pacto) repetens ex ſuperiore libro extremo, vbi item Orientem deſcripſit diem ſic canens 781

Poſtera iámque dies primo ſurgebat Eoo,
Humentémque Aurora polo dimouerat vmbram:

itaque mirer bis eandem ferè deſcriptionem cohærentibus penè in locis vſurpaſſe Virgi-
lium niſi iamdiu animaduertiſſem eo properante, aliqua (vt fit) tanquam è calamo exci-
diſſe, quæ interim volens ac ſciens diſſimulârit. quòd ea per otium mutare deinde & per-
polire decreuiſſet. Hic verò dum ait *Poſtera* (dies ſcilicet; ſic enim & tertij locus, & metri
docet ratio) *Phœbea lampade luſtrabat terras*, non facilè ſtatuas num Poëta diem intelli-
gat qui proximè conſecutus ſit conuiuij diem & narrationis, quam in III. abſoluit, noctẽ;
an verò diem alterum qui a primo illo dierum aliquorum interiectu diſtet, etſi enim Po-
ſtera dies omnino videtur eſſe conuiuij, tamen in contrariam ſententiam vocant multa:
nam fortaſſe minùs commodè dixiſſet iamdudum Reginam amoris vulnere ſauciatam
eſſe, cum priore die quin priore nocte, hoc eſt paulò ante, vulnus accepiſſet. Adde quòd
ad II. libri initium dixit Aeneas

—— ſuadéntque cadentia ſydera ſomnos.

quibus Poëta deſcripſit Auroræ aduentum ac diei, ſignificauítque Aeneam tum planè lõ
gam illam narrationem fuiſſe aggreſſum cum dies aduentaret. quî igitur fieri potuit vt,
quæ duobus libris continetur, narrationem, quaéque vix quinis horis haberi potuit, poſt
exortam Auroram aggreſſus ſit; & tamen interim Sol bonam Cœli partem non peragrâ-
rit? præſertim verò quia Aeneas poſtquam peroraſſet, quieti ſe dederat: quid plura? Dido 782
etiam poſt longam illam narrationem cubauerat, quandoquidem hîc ſe in ſomnis territã
ait: Annam etiam ſic alloquitur quaſi Aeneæ narratio multò antè eſſet habita: ait enim

—— quæ bella exhauſta canebat?

igitur crediderim iamdudum ſignificare longiùs quàm vnius noctis, aut paucarum ho-
rarum tempus. ita vt inter IV. hunc librũ & III. aliquot dies concipiendi ſint. ita ſanè *Poſte
ra* ſignificabit diem quæ conſequuta ſit eam noctẽ aut illud tẽpus quo canitur de Regina

—— nec placidam membris dat cura quietem.

& quamuis ſubdurior videri poteſt explanatio, neceſſaria tamen cẽſeatur: præſertim quia
in progreſſu etiam fortaſſe indicat ante hæc omnia, quæ præſenti die actitantur a Didone
talia conuiuia fuiſſe habita cum canat,

Nunc eadem labente die conuiuia quærit.

Ita

Ita quidem(niſi fortè illud —— *& iam nox humida cælo*
Præcipitat,ſuadéntque cadentia ſydera ſomnos, ad initium potiùs quàm ad terminum referas noctis:q ego nonnihil ſuſpicatus ſum aliqñ,prætertim quia & hic, *Poſtera*, propriè ſumi,diéſq; conuiuiũ inſequens intelligi, poſſet: ibi non in multas diei horas traduceretur Aeneæ narratio:ſed extrema fermè primæ noctis vigilia incœpta,abſolueretur in tertia, & quieti eſſet locus:habemus primũ librũ vnius eiuſdémq; diei nauigationẽ, tempeſtatẽ, deſcenſionẽ continere,atq; alterius ſuccedentis initium,immo finem etiam; cũ ſub noctem celebratum ſit conuiuiũ;II.& III.librũ ſecundi diei noctem extremam & tertij diei initiũ,
783 ferè occupaſſe:inter hæc verò & præſens Didonis cũ Anna colloquiũ dies aliquot interiectos eſſe· De qua tamen re opportuniore loco nec multò poſt , pleniùs & explicatiùs. Sed quoniã diei deſcripſit ortũ,vnde Sol illuſtrabat ac peragrabat terras, Aurora verò humentẽ dimouerat & expulerat vmbrã(humentem.ſ.vel propter noctẽ quæ,Sole abſente,humida eſt,& verò cũ vmbra illa copulatur:vel quia Solẽ & calorẽ videtur prohibere; alioquin vmbra humorem habet nullũ)iámq; Dido è ſtratis(id quod eius verba mox indicabũt)ſurrexit,& mẽte malè ſana(amor.n.eſt mẽtis morbus) Annã ſororẽ alloquitur (cum.n.vnanimis eſſet ac ſoror,quid ni cum ea cõicet ſua mala & amoris morbũ?) eius verba audiamus. *Iam ad Didonianam orationem deſcenditur.*

Par.4.

Anna ſoror,quæ me ſuſpenſam inſomnia terrent:
Quis nouus hic noſtris ſucceſſit ſedibus hoſpes?
Quem ſe ſe ore ferens?quàm forti pectore,& armis?
Credo equidem(nec vana fides)genus eſſe Deorum.
Degeneres animos timor arguit.heu quibus ille
Iactatus fatis:quæ bella exhauſta canebat?

Amantem facilè inuadunt ſomnia,cum propter fixam, in qua interdiu ac vigilans hæret,cogitationẽ,per noctem imagines in mentem ſeu phantaſiam recurrant. & hinc eſt vt Didonis inſomnia quanta ſunt,tota(quantũ tamen coniectura aſſequi licet;id.n. Poëta non ſatis exprimit)Aeneam quîcũ verſata fuerat,quémq; & diligebat & cogitatione complectebatur,referant,deniq; ea fermè oĩa quæ paulò ante vigilantis Didonis animo recurſaſſe, aut pectore altiùs hæſiſſe,cecinerat Virgilius;hæc Didoni in ſomnio occurrunt,nimirũ vultus
784 & pulchritudo;& ideo ait . *Quem ſe ore ferens?* virtus præterea & oratio,ideo.n.ſubdit, *Quam forti pectore & armis? Quæ bella exhauſta canebat ?* quæ enim commemorauerat Aeneas poſt conuiuiũ,ea,quippe plena bellicæ fortitudinis,amanti Didoni Aeneã ipſum pectore & armis fortẽ referebãt, & in ſomnis vnà cum oris pulchritudine facilè obijciebãt. Ex quib.oĩbus licet aĩaduertere nõ minùs verè,quàm elegãter de inſõnijs Petroniũ Arbitrũ ceciniſſe,

Somnia quæ mentes ludunt volitantibus vmbris,
Non delubra deûm,nec ab æthere numina mittunt:
Sed ſibi quiſque facit.nam quum proſtrata ſopore
Languent:membra quiete,& mens ſine pondere ludit,
Quic quid luce fuit,tenebris agit.oppida bello
Qui quatit,& flammis miſerandas ſæuit in Vrbes:
Tela videt,verſáſque acies & funera Regnum,
Atque inundantes profuſo ſanguine campos.
Qui cauſſas orare ſolent,legéſque,forúmque,
Et pauido cernunt incluſum corde tribunal.
Condit auarus opes,defoſſúmque inuenit aurum.
Venator ſaltus canibus quatit.eripit vndis,
Aut premit euerſam periturus nauita puppim:
Scribit, amatori meretrix.dat adultera munus.
Et canis in ſomnis leporis veſtigia latrat.
In noctis ſpatio miſerorum vulnera durant.

Hæc non impolitus Author.qui cum Ariſtotelem ac Philoſophos ſecutus eſt , tum Lucretio planè hæſit,qui etſi minùs eleganter & copioſè,idẽ tñ ſummatim docuerat cũ caneret,

Et cui quiſque ferè ſtudio deuinctus adhæret;
Aut quibus in rebus multùm ſumus ante morati:
Atque in qua ratione fuit contenta magis mens:
In ſomnis eadem plerumque videmur obire.

Digitized by Google

Sic iſti etſi vbi eis conceſſero ſomnia eſſe animantis affectiones,ac propterea belluas ẽt ſō 785
nijs agitari,illud tñ affirmauero homini diuinitùs ẽt quandoq. immitti, quẽadmodum ex
hiſtorijs,ac ſacris præſertim,intelligitur,& verò a Theologis oſtenditur.Sed ad Didonẽ re
deo:quæ ſanè ex ijs quæ in ſōnis vidiſſet,colligit,& vt amat,libenter cōmemorat,nouũ il-
lum ſoſpitẽ heroëm eſſe ac Deorũ genus,ſéq. haud falli opinione: quod ẽt inde confirmat
quia degeneres,quippe qui timorẽ planè diſſimulare haud queant,timore ipſo arguãtur:
quaſi verò Aeneas,qm̃ forti ſe ſe pectore,fortem & armis,oſtendiſſet, degener eſſe nō poſ
ſet.Et quamquam reuera nullum huius rei certum attulerat argumẽtum. cũ ſæpè videa-
mus aliquos iactare de ſe & glorioſè prædicare multa, Dido tñ,quippe amore perſuaſa,fi-
dẽ ijs conſtanter habet quæ ſiue de exhauſtis , etſi nō fœliciter, fortiter tamẽ & celſo aĩo,
peractis bellis,déq. erroribus & diuturnis & periculoſis commemorauerat.Itaq. perſuaſa
exclamat —— *Heu quibus ille Iactatus fatis,quæ bella exhauſta canebat?*
Sed quoniam quid hactenus de Aenea prædicauerit Dido ſatis cōſtat , videamus quò talis
ſpectet ac tãta prædicatio & cōmendatio:id.n.ad artificiũ cōſiliúmq. Poëtæ agnoſcendum
pertinet maximè.eò igitur ſine dubio ſpectat,quia in Didonis pectore Pudor,& Amor pu
gnabant,Honeſtas & Cupiditas.itaq. cũ præ æſtu cogeretur Amori indulgere & ardorem
ſorori aperire,Pudori ẽt & Honeſtati quoad eius fieri poſſet,conſulendũ putauit;igitur p̄-
mittit priùs Aeneæ virtutes & pulchritudinẽ admirabilẽ,vt minore cũ rubore & verecũ-
dia amorem aperiat:quaſi verò tantæ vis pulchritudinis & virtutis non poſſet nō eius pe- 786
ctus incẽdere.ita quidẽ inſinuatione ꝓgredietur ad idꝙ inſtituerat:percōmodè igitur a ſō
nijs illis & imaginibus duxit initiũ, Aeneaéq. laudibus eximiis , vnde non poſſit nō minui
culpa quã ſecundis nuptijs ſubeſſe iudicabat. Sed quoniam & fœminam alloquitur & ſo-
rorem éamque vnanimem,inprimíſque aditum ſibi percommodum aperuit vnde fiden-
tiùs amorem inſinuet ſuum,nunc quibus illum inſinuet verbis,audiamus.

Partic. 5.]
Si mihi non animo fixum immotúmque ſederet,
Nec cui me vinclo vellem ſociare iugali,
Poſtquam primus amor deceptam morte fefellit:
Si non pertesum thalami tedaéque fuiſſet,
Huic vni forſan potui ſuccumbere culpæ.

Niſi (inquit) penitus decreuiſsẽ nemini ampliùs nubere, nec primus amor quo Sichæũ cō
iugẽ ſuauiſſimũ ꝑſequebar, Sichæo ipſo pereũte,ſic me fefelliſſet,vt innupta ꝑſeuerare ſta
tuiſsẽ,ac sũmatim niſi me thalami nuptialiſq. tædæ ac facis cōnubiíq. tæderet , forſitã ob
vnũ Aeneã in aĩum inducere poſsẽ vt huic culpæ ſuccũberẽ & ad ſecundas nuptias deſcẽ-
derẽ.ſic Dido per inſinuationẽ Annæ ſorori amorẽ quoquo modo indicat : ídq. vſq; adeò
occultè & tacitè,vt non tã fateatur amorẽ,quàm fieri potuiſſe vt Aeneæ coniugiũ expete
retaut admitteret,niſi ſanã illam mentẽ de viduitate colenda & ſecundarũ nuptiarũ culpa
vitanda ſuſcepiſſet.Appellat verò talem amorem culpam quia veteres ẽt amorẽ citra cōiu
Cur ſecundas nuptias culpæ appellet nomine.
gium in culpæ haberent loco,vnde Ouidius *Ludite,ſed furto celetur culpa modeſto.* 787
& rurſus, *Vim licet appelles,& culpam nomine veles.* (inquit Oenon Paridi) cũ Hele-
næ amore captũ deprehẽdiſſet. Ac fortè ita canit Poëta nobilis ꝙ raró his amorib. non ſe
ſe immiſceat culpa . Tametſi oĩno crediderim Virgiliũ culpæ noĩe appellare ſecũdas nu-
ptias ídq.ea de cauſa quia apud veteres nō benè audirẽt:quaſi verò incōtinẽtiæ & libidinis
ſint argumentũ.& idcirco è cōtrario q̃ a ſecũdis abſtinerẽt nuptiis,moderatæ & tẽperãtes
Nuptias ſecũdas culpæ nomine perperam appellari.
habebãtur,proíndeq. coronas ijs geſtare licebat in publicũ honoris cã . Quanq̃ ſi rationẽ
in conſiliũ adhibeas,viduitati ſic habẽdus eſt honos vt ſecũdæ nuptiæ nequaq̃ culpæ noĩæ
ſint appellandæ;tñ abeſt vt infamiã(quicquid aliqui perperã pugnauerint) ſubeãt & igno
miniã. Deniq. quẽadmodũ caſtitas nuptiis meritò anteponitur,& primæ nuptiæ ſecũdis p̄
ferũtur;ita viciſſim,ſi vidua libidinis pericula vt declinet, ſecũdas quoque nuptias ample-
ctatur, prudẽs habẽda & crimine eximẽda eſt,qn laudãda:p̄ſertim florẽte adhuc ætate im
mo verò puellæ viri p̄ſidio ac tutela ſic interdũ indigẽt,vt hac ẽt de cã ſecundas nuptias ho
neſtè amplecti ſoleãt. itaq. apud noſtrates Mōtanus atq. alij multi refelluntur qui ſecũdas
(idẽ de tertijs ac reliquis dixerim) prohibebãt deteſtabãtúrque nuptias: præſertim verò cũ
Ruth ſanctiſſima fœmina nupſerit ſecundò: Dei etiã interpres Paulus viduas, maximè ve
rò iuniores,ad nouũ matrimonium hortetur vbi periculũ pertimeſcant:ac ſummatim ijs
quæ virũ amiſerint,integrũ eſſe velit connubiũ alterũ celebrare. Et ſanè cũ ſecundæ nuptię
adhuc triplici illo bono & cōmodo gaudere poſſint ꝙ in prole ſuſcipiẽda,mutua fide ſer
uanda

Digitized by Google

uanda, & ſacramenti myſterio indicando exprimendóq. poſitū eſt, cur non excipiantur ac probentur? præſertim verò quia licet nō adamuſſim propoſitū myſterium cœleſtis.ſ.ſpōſi & eccleſiæ indiuidua vnio) ſignificetur in ſecundis nuptiis, cōiunctio tamen quę in pri-
788 mis ſpectatur, exprimitur optimè. Quapropter ſcitè oīno maiores noſtri Cęſareas quoq; leges antiquarūt quà ſecundis nuptiis pœnas irrogarunt. Tametſi ne quis Ethnicorū flamines iactet ac ſacrificulos qui interdū a ſecundis nuptijs abſtinerēt, noſtrates ſanè iis quibus ſacra forent ſuſcipiēda, a ſecundis nuptiis abſtinendū præceperūt, pauciſſimis etiā primas vnà cū ſacrorū tractatione colēdas permiſerunt. ſed ad Didonē vel potiùs ad Virgiliū redeo qui reuera non tā rationem in conſiliū adhibens, quàm Ethnicorū ſigillatímq. Romanorum ſenſū amplexus, & uerò id fœminæ opinioni condonans inprimis, nuptias ſecundas culpatas cenſuit & culpæ nomine appellauit. Ita quidem Dido, quoniam ſemel illud ex ore excidit *Huic vni forſan potui ſuccumbere culpæ,*
iam non dubitabit paulò planiùs aperire quod hactenus præ pudore vix ac ne vix quidem auſa eſt: & hanc culpam vt ſubire ſibi liceat exoptare. ideo enim pergit

Par.6. Anna (fatebor enim) miſeri poſt fata Sichæi
Coniugis, & ſparſos fraternâ cæde penates,
Solus hic inflexit ſenſus, animúmque labentem
Impulit. agnoſco veteris veſtigia flammæ.

Audet Dido: & vt aliquid Pudori tribuit, ſic iam aliquid Amori indulget: quē propterea, ne ſibi cæca flāma ſit pereundū, detegit Igitur ſe fatetur poſt Sichæi miſeri (ſic.n. appellat eū quod a Pygmalione fratre trucidatus eſſet & ideo etiam ait *ſparſos fraternâ cæde penates*) fata & cædē aliū amorē expertam nullū. nūc tamen ſe Aeneæ captā amore: itau t agnoſcat
789 veteris veſtigia flāmæ: quaſi dicat in ſuo pectore eū fermè ignē & amoris æſtū iā excitatū & renouatū quē pſēſiſſet dū Sichæus cōiux viueret. nā certè Sichæū unicè dilexiſſe & Annæ compertū eſſe poterat, & nobis Venus iamdiu ſignificauit cum de Didone narraret,
Huic coniux Sichæus erat ditiſſimus agri Phœnicum, & magno miſeræ dilectus amore.
ſic ſanè Dido ait eum fermè æſtum in ſuo pectore excitatum vel certè veteris illius flammæ veſtigia renouari, ne videatur meritricio Aeneam animo deperire, ſed ad cōiugium coniugali cupiditate ſolicitari. Quanquam quoniam Pudor adhuc pugnat cum amore, rurſus ſanam quam exuere uidebatur mentem tanquam reuocare conatur.

Part.7. Sed mihi vel tellus optem priùs ima dehiſcat,
Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad vmbras,
Pallentes vmbras Erebi, noctémque profundam:
Ante pudor quàm te violem, aut tua iura reſoluam:
Ille meos, primus qui me ſibi iunxit, amores
Abſtulit; ille habeat ſecum, ſeruétque ſepulchro.

Quib. uerbis, ut pleræq. mulieres faciles ſūt ad imprecādū, diris ſibi imprecationib. (ut ita dixerim) obſtruit aditū ad cōiugiū q alioquin expetere uidebatur. ut nimirū Pudorē minùs abiecisse uideatur: alioquin flāmas fouet adhuc & nuptias meditatur. Interim tamē, quoniā poſt diras & imprecationes rediit ad cōiugii mentē atq. adeò cū Aenea cōcubuit ſuū illa caput tot obiicit diris: in quas ēt videtur incurriſſe quā ad pallētes Erebi vmbras non multò poſt adacta eſt: ita ut hic a uaticinio non adfuerit longè. Dū uerò ſibi imprecatur diras ne Pudorem uiolet aut eius iura reſoluat, ſuperſtitioſa uideri pōt, ſi nouo coniu-
790 gio iura ulla cenſeat uiolari: multò uerò magis errat ſi exiſtimet iura huiuſmodi aliqua ſibi cū mortuo cōiuge intercedere: quādoquidē alterius cōiugis morte iura cōiugii ſoluūtur oīa, ſed illud eſſet ſuperſtitioſiſſimū ſepulchro tantum tribuere, ut cineres & umbræ (quales quales eas fingerēt) ſibi iniuriæ ducerēt ſecūdas nuptias. quap p queadmodum nō eos probo qui ad uiduitatis decus retinēdū iſthæc uerè pertinere dicūt, ita Virgiliū laudo qui paulò poſt Annā illud iactantem facit *Id cinerem aut manes credis curare ſepultos?*
quin ne illud quidē facilè crediderim, cōiugē, quātūuis fidē morienti marito de uiduitate dederit, teneri eā præſtare ubi marito tātùm id pollicita ſit: nec grauiori noīe ſe ſe obtrinxerit: pſertim ubi periculū ſibi deinde imminere ſētiat: tm̄ abeſt ut ēt citra promiſſionē cineri & ſepulchro uiduitas debeatur. Quāquā nec ex aīo, ut uideo, hæc ptulit Dido & in ſe-

Digitized by Google

cundai ũ nuptiarũ odiũ,ſed tãtũmodo ut Pudorẽ Amori anteponere uideretur. & idcirco

Partic.8. Sic effata ſinum lacrymis impleuit obortis.

inquit Virgilius. Vbi ſanè,quod verbis præ pudore haud ſuſtinuit proſequi longiùs & planiùs aperire,lacrymis declarat ſatis;quæ ſunt diſertiſſimæ amoris internunciæ, & expetiti indices coniugij.quis enim ſentiat Reginam repentè tantam vim effundere lacrymarum, nec animaduertat eam vulnus amoris contraxiſſe altiùs,ac de nuptijs quas alioquin deteſtari videtur,ſeriò & intimis ſenſibus cogitare?ſed ad Annam de qua ſic Virgilius

Partic.9. Anna refert:o luce magis dilecta ſorori
Sólane perpetuâ mærens carpêre iuuenta
Nec dulces natos,Veneris nec præmia noris?
Id cinerem aut manes credis curare ſepultos?
Eſto:ægram nulli quandam flexere mariti,
Non Lybiæ,non ante Tyro deſpectus Iarbas, 791
Ductoréſque alij,quos Africa terra triumphis
Diues alit;placitóne etiam pugnabis amori?
Nec venit in mentem,quorum conſederis aruis?
Hinc Getulæ Vrbes:genus inſuperabile bello,
Et Numidæ infreni cingunt & inhoſpita Syrtis:
Hinc deſerta ſiti regio,latéque furentes
Barcæi.quid bella Tyro ſurgentia dicam,
Germaníque minas?
Dijs equidem auſpicibus reor & Iunone ſecunda
Huc curſum Iliacas vento tenuiſſe carinas.
Quam tu Vrbem ſoror hanc cernes:quæ ſurgere Regna
Coniugio tali.Teucrûm comitantibus armis
Punica ſe quantis attollet gloria rebus:
Tu modò poſce Deos veniam,ſacríſque litatis
Indulge hoſpitio.cauſáſque innecte morandi:
Dum pelago deſæuit hyems,& aquoſus Orion:
Quaſſataéque rates,& non tractabile Cœlum.

Anna Didoni reſpõdentis Oratio. Quantũ Dido inſinuatione vſa eſt dum turpem videretur ſibi mentem ſuſcepiſſe,tantum Anna aperta oratione ſororẽ Reginam ad nuptias cohortatur, & eiuſdẽ genio ac volũtati quam ex lacrymis vel maximè intuebatur, indulget ac fauet.Non grauatè autem huius orationis artificiũ de more explicarem(eſt.n.ſine dubio egregium & nobile:quódque fœminæ,niſi nobiliſſimæ ac penè Regia,ægrè concedi queat)niſi in concionum artificio aperiendo iam antea verſatus eſſem;& admirabilem Virgilij oſtendiſſem induſtriam. Nunc igitur tantùm dicam procemium procemio mirificè reſpondere & decorum exprimere vt enim Regina,*Anna Soror*,aiebat,ita ſoror,*O luce magis dilecta ſorori*; quæ verba mirã ſuauitatem ac beneuolentiam præſeferunt.Et ſanè aptè cæteri,qui vt beneuolentiam declarent,vitam quam diligunt appellant ſuam:ſic Catullus

Nate mihi longa iucundior vnice vita 791

& rurſus *Coniugium vita dulcius atque anima.*

ſic egregiè Horatius Virgilium animæ dimidium appellat ſuæ,ſed tamen Anna lucem appellat ſororem quod nihil gratius in hac vita,& verò vitæ vtilius.Sic Ouidius

Lux mea quæque ſolent verba iuuare viros,

& propertius *Nunc ad te mea lux, veniet; mea littora,nauis*. Ac Narratio quidem habet argumenta mirificè apta quibus Reginæ nuptias perſuadeat. ducuntur verò argumenta tũ

a con-

Digitized by Google

a conſuetudine(hanc enim eſſe alteram legem ac proinde vim habere maximam ignorat-
nemo) quæ ſanè conſuetudo in alijs adoleſcentibus & puellis in ætatis flore poſitis cerni
tur:hæ namque nuptiarum deſiderio ac mœrore viduitatis haud tabeſcebant,ſed nuptias
alacriter amplectebantur:tum a ſuauitate prolis quæ parentibus incredibilem affert iucũ-
ditatem:præſertim verò quia ſe in ea renaſci quodammodo & ad æternitatem contende-
re arbitrantur:tum a Veneris præmijs, quæ præter prolem ſunt & multa & magna : itaut
hinc matrimonium quantumuis incommodis non facilè careat,ſit expetendum.nã certè
coniugium voluptates ac fructus habet eximios, nec moleſtia vlla eſt quæ mutuis coniu-
gum conſilijs,ac ſtudijs non leniatur:tum a cineribus ac manibus defunctorum,quib.ſtul
tum ſit curam illam tribuere vt ſecundas ſuperſtitis coniugis nuptias oderint.quæ ſanè ar
gumenta etſi multa & magna videri poſſint,augentur tñ adhuc & confirmantur altiùs.ac
primùm,qm̃ longè differt hoĩbus reſtitiſſe,& Amori repugnare. inde nõ mediocrem ſibi
gloriã comparauerat Dido,cũ multos Reges a quibus expetita fuerat ob pudicitiæ repu-
diaſſet ſtudiũ.hinc impietatis ac ſtultitiæ notam facilè cõtraxiſſet & ideo eſto,inquit,deſpi
793 cere potueris procos ſiue Tyrios ſiue Afros:atq. eos diuitijs licet,potẽtia,gloria claros,re-
pellere, cũ Amore certè pugnare nefas eſt & difficillimũ:præſertim verò cũ iã Aeneas ob
egregiã virtutẽ & pulchritudinẽ pectus occupauerit tuũ. His inquã obſirmatam quã præ-
texebat mentem Regina,retundit Anna.etſi nouũ adhuc arietem eúmq. robuſtiſſimum
profert qui item eam repugnet.etenim reuocat illi in mentem quo in loco conſediſſet &
Vrbẽ ſtrueret:quandoquidẽ,hinc tibi(inquit) Gætulæ vrbes, genus inſuperabile bello; &
Numidæ infreni,ſæui inquam & feroces,ſimúlq. inhoſpita Syrtis vnde nihil tibi ſuppetat
ad vitã,circũſtãt:illinc deſerta ſitu regio(talis.n.ea eſt regio quæ inter Tripolim & Pẽtapo
lim ſita eſt)latéq. furentes Barcæi(horum Vrbs Ptolomais dicta eſt:quæ Vrbs Phœnicib.
etiam aliquando fuit infeſta) circumſiſtunt è Tyro ipſa & Phœnicia Germanus Pygma-
lion tibi minas & bella intentat ac parat.quid eſt igitur cur te ſperes horum omnium fu-
rorem innupta declinare poſſe ac regnum ſartum ac tectũ conſeruare? Quid multa? Dijs
planè(atq. ita religionis addit pondus & machinã per quam robuſtiſſimam labanti Regi-
næ admouet ad extremum) Dijs inquam(niſi me fallit opinio)auſpicibus ac Iunone inpri
mis,Aeneæ ac Troianorũ claſſis huc intendit curſum:vt nimirum tali tantóq. Aeneæ con
iugio munita,& fortiſſimo Troianorum exercitu inſtructa,hoſtes vndique repellas ac frã
gas.itaque vbi nuptijs illis potitus fueris,qualem obſecro & quantã cernes hanc quã fun-
das Vrbẽ?quæ hinc tibi ſurgere videbis Regna & propagari,ſi tali coniugio gaudeas? quã-
tum deniq. Punica gloria ob rerum geſtarũ magnitudinẽ ſe ſe attollet ac dilatabit,ſi Teu-
crorum tibi arma & robur adiungas? At.n.vide Anna quid ſtatuas:nã quid ſi fortè vel Dijs
794 aliqui minùs faueant,vel Aeneas ægrè ad nuptias inducatur? Ergo,tu,inquit Anna, modò
veniã a Dijs poſcas ac ſacrificij impetres: ſimúlq. Aeneã liberaliter excipe ac perhonorifi-
cè,vt humanitatis officijs tanquã anſas morandi offeras:facilè.n.contingit vt ſibi cunctan
dum proponat *dum pelago deſæuit hyems & aquoſus Orion* : dúmque illius rates adhuc tem-
peſtate quaſſatæ ſunt,cęlũ verò nequaquam tractabile ſe ſe offert & clemens. Ex quib. cõ-
ſtare videtur ſatis iam aduentare cępiſſe hyemẽ:ac propterea aliquot nõ modò dies (id ꝙ
illud iã dudum indicabat)verùm etiam menſes Aeneã ibi hactenus conſediſſe:exponendũ
enim deſæuit pro donec deſæuerit.quaſi verò adhuc æſtas eſſet & poſtera cõuiuij dies tã-
tùm aduenerit,grauatè adhuc aſſeuerauerim.etſi alioquin cũ alia me in hanc propellunt
ſententiã,tum maximè quia hîc cõmemoratur Orion veluti adhuc præſens. certũ eſt au-
tem Orionẽ per hyemẽ deliteſcere. Sed de hac re paulò poſt opportuniùs, & (vt ſpero) ex-
plicatiùs. Iã verò cum perorauerit Anna,dicendi munus reſumet. Poëta ,paucíſq. ſed gra-
uiter,ſugillabit Annæ cõſiliũ. & ſanè conſiliũ(vt ait Homerus) eſt res diuina. licet.n.haud
inficias ierim fęda quoque conſilia,nec rarò,mortalibus ex ore excidere; & ideo optaſſem
vt prudens conſilium non conſiliũ vniuerſim diuinũ reputaſſet Homerus) attamen quó-
niã retrũ ac germanũ conſiliũ digniſſimũ eſt ꝙ laudetur, equidem Homero non magno-
pere repugnarim. Sed illud oĩno affirmauerim quæ duo ad rectum conſiliũ requirũtur, ea
in præſens abeſſe vtraq. cum.n.eius quoque cui conſiliũ damus, aĩum, amore, odio,vno
verbo,perturbatione vacuũ eſſe opporteat(perturbatio.n.offundit menti tenebras) Dido
cõtrà inſano amore æſtuat qui cõſilij eſt hoſtis ac iudiciũ adimit: vt propterea iure cæcus
795 a multis non modò puer fingatur Amor. cúmq. rurſus conſiliarius ſaltẽ conſtans requi-
ratur ac prudens, Anna accerſitur,hoc eſt fęmina éaq. mollis, iámq. ſorores cõmota la-

Digitized by Google

crymis,aulica etiam,deni que tantæ rei, conſilio & prudentia longè impar. ita vt nihil minùs, quàm de ſororis pudore,nil magis quàm de il lius nuptijs ſit ſolicita.itaque

Partic. 10. His dictis incenſum animum inflammauit amore:

Spémque dedit dubiæ menti,ſoluítque pudorem,

Quàm perniciosum fuerit Annæ conſiliũ & de ſoluto pudore.

inquit Virgilius:quod eſt pernicioſum conſilium dedit ac detrimentoſum: nam Didonis animum iam incenſum,ſuis conſilijs magis ac magis inflammauit,ac tanquam febris æſtuanti vinum generoſiſſimum propinauit.ita factum eſt vt cum eam in coniugali pudicitia nutantem confirmare debuiſſet, ac propterea nuptias illas deſperatione inuoluere, vnde diſſuaderetur;ad ſpem incitauerit,& vt caſtam mentem penitus abijceret, perſuaſerit.ex quo factum eſt vt ſororis miſeræ pudorem ſuis illa verbis planè diſſoluerit: qua re fœminæ,præſertim nobili ac florenti ætate,nihil pernicioſius.quod enim eſt clauus naui ſeu gubernaculum;quod feroci equo frenum,populo lex,idem pulchra fœminæ pudor.dicã planiùs;quod eſt ſanitas in corpore,id eſt pudor in fœmina.quare queadmodum collabẽte ſanitate corporis robur,pulchritudo,color,ſanguis fœdatur,functionéſque perturbantur;ſic pudore pereunte,robur animi ac decus concidit totum; & ideò iurè Comicus, dũ adoleſcens erubeſceret,exclamabat;ſalua res eſt:intelligebat enim pudorem in adoleſcente eſſe ſalutem animi,atque honeſtatis & virtutis præſidium. Vt propterea Didonis animus non poſſit non fœdari & dehoneſtamẽto impleri.Sed iam quò res euadat,videamus.

Partic. 11. Principiò delubra adeunt pacémque per aras

Exquirunt:mactant lectas de more bidentes 796

Legiferæ Cereri,Phœbóque,patríque Liæo:

Iunoni ante omnes,cui vincla iugalia curæ.

Ipſa tenens dextra pateram pulcherrima Dido

Candentis vaccæ media inter cornua fundit:

Aut ante ora Deûm pingues ſpatiatur ad aras,

Inſtaurátque diem donis:pecudúmque recluſis

Pectoribus inhians,ſpirantia conſulit exta.

Delubra cur adeant & quàm malo omine.

Vt intemperantem nuptiarum cupiditatem callidè honeſtent,aut etiam ſuperſtitioni indulgeant,adeunt delubra & per aras volitantes, pacem depoſcunt propitiáque numina: delubra verò Templa erant quæ præ foribus fontes haberent;vt nimirum litaturi abluerentur.hinc aliqui noſtra Templa quibus ſacer fons inſit,delubra appellari iuſſerũt. a quibus vel quia non tam facilè ſacra ſunt cum profanis miſcenda,vel quia apud nos non præ foribus & extra limen ſed intra conſtituitur fons ſacer,ægrè aſſenſerim. Sed ad Reginam. hæc igitur lectas bidentes Baccho & Cereri ſacrificat. malum omen: nam ſine Cerere & Baccho friget Venus & Amor:cum illis augetur & fouetur:itaut nihil minùs quàm fuerint propitiandi:& quamuis non iurarim tacitè hinc malum omen indicare voluiſſe Poëtam,cur tamen id pernegem non habeo. Sed et dum Phœbo & Iunoni mactat victimas, conſultiùs eas mactaſſet Palladi quæ non amoribus,vt Phœbus,nec nuptijs vt Iuno,dabat operam ſed caſtitatem colebat. denique a ſacrificij bidentum candentiſque vaccæ ad dona quæ multa & magna offert,progreditur,ac tandem viſcera & exta conſulit de more: vt ſcilicet ſuperſtitioſis augurijs rem compleat,dum verò captat propoſita auguria conſulítque ſacerdotes ſeu vates,& ab eorum ore pendet, non poteſt non exclamare & fœdam illam mortalium dementiam & ſuperſtitionem non arguere Virgilius , ídque his carminibus,

Partic. 12. Heu Vatum ignaræ mentes:quid vota furentem, 797

Quid delubra iuuant?eſt mollis flamma medullas

Interea,& tacitum viuit ſub pectore vulnus.

Vritur infœlix Dido,totáque vagatur,

Vrbe furens:qualis coniectâ cerua ſagitta,

Quam

Quam procul incautam nemora inter Creſsia fixit
Paſtor agens telis. liquítque volatile ferrum
Neſcius: illa fugâ ſyluas ſaltúſque peragrat.
Dictæos, hæret lateri lethalis arundo.

Vbi ſanè Virgilius vel quia Epicureis dediſſet operam qui ſanè non in omnibus delirant, quin dum auſpicia contemnunt & auguria, egregiè ſapiunt, vel quia per ſe ſatis intelligeret quàm fœda ſuperſtitione tenerentur cæci illi mortales dum religioſè colerent auguria, reprehendit acriter Vates, eóſque ignaros appellat. Quamquam Epicureorũ inſtar vota etiam & delubra videtur ſpernere: tametſi ita ſpernit, vt hæc furenti nihil prodeſſe exiſtimet. ita quidem, quod pertinet ad vota & diuinum cultum, non epicureus eſt (Epicurei enim prouidentiam ac proinde vota, preces, cultum diuinum contemnebant) ſed Academicus: hi enim ſentiebant improbis vota in irritum cadere, cum diuinum cultum, vota, precéſque admitterent. quamquam non me latet Seruium, quippe ſuperſtitioſum, paulò aliter hunc explicare locum; & culpam nõ in Vates ſed in Reginam referre totam: quaſi verò Vates & præſcij fuerint futurorum & malum auſpicij omen denuntiarint Didoni, ſed ipſa præ furore & cupiditate ad nuptias adhuc properârit. Tametſi vel quia poëta noſter nil prædixiſſe indicat vnde Regina de omine infœlici admoneretur, vel quia illos tanquam ignaros dum obiurgat, indicat fauſta denuntiaſſe, ægrè in Seruij ſententiam deſcenderim. Non negarim tamẽ Virgiliũ ad illud Lucretij vtcumque ſpectare potuiſſe,

Reprehẽditur augurio rum ſuperſtitio, et Didonis declaratur furor.

O miſeras hominum mentes, o pectora cæca

798 quia ſi de coniectoribus ac vatibus id protuliſſet Lucretius, dicerem illi hæſiſſe totum. Hæſit tamen totus Virgilio Apuleius dum coniectorem Medicum irrideret verbis illis, Heu Medicorum ignaræ mentes, quid venæ pulſus, quid caloris intemperantia, quid fatigatus anhelitus, & vtrinque ſecus iactatæ crebriter laterum mutuæ viciſſitudines? Quæ ſanè etſi poëticum redolent ſtylum, & verò perperam Medicos traducere videantur, ferẽda tamen ſunt quod de amante loqueretur cuius æſtum morbo vero aſcriberent illi. Magis propriè, & acutiùs fortaſſe Ennius, qui non coniectores Medicos ſed Aſtrologos & Genithliacos verſibus præſtringit illis,

Qui ſibi ſemitam non ſapiunt, alteri monſtrant inane
Quibus diuitias pollicentur, ab his drachmam ipſi petunt.
De his diuitijs ſibi deducant drachmam, reddant cætera
Qui ſuis quæſtus cauſa fictas ſuſcitant ſententias.

Hos igitur tanquam ignaros obiurgat (nos etiam longa diſputatione fecimus alibi) poëta noſter: qui addit Didonem interim vri intimo pectore atque eius medullas amoris igne conſumi. quod dum canit, rurſus eos adeſſe velim qui Virgilium dictitant eſſe preſſum, & conciſum. an non ſemel, iterum ac tertiò, idem vno eodémque in loco (etſi mira elegantia) nobis obijcit Virgilius dum canit

—— eſt mollis flamma medullas,
Interea & tacitum viuit ſub pectore vulnus:
Vritur infœlix Dido? ——

Iam verò cum vratur Dido, nil mirum ſi (quod è veſtigiò ſubijcit poëta) Vrbe tota vagetur furens. cum enim ſoluerit pudorem qui vel vnus vel maximè a peruagatione illam retardare potuiſſet, & in dies magis æſtuet amoris igne, & tãquam rabie percellatur, quid mirum ſi & Vrbe tota, & furens, vagetur miſera? Quam rem eleganti etiam declarat ſimili: quod a cerua ducitur, quam Paſtor ſagitta inter Creſſia nemora ſic transfixerit vt ferrum adhuc geſtet in vulnere. vt enim hæc ſyluas ſaltúſque peragrat Dictæos, ita Regina
799 amoris telo transfixa vagatur ac furit Vrbe tota. optarem verò vt quemadmodum in hoc ſimili cætera ſibi reſpondent omnia, ita Paſtor non otioſè diceretur neſcius. nam Aeneæ reſpondet Paſtor: incautæ Didoni incauta cerua: amori telum: Vrbi Carthaginenſis nemus Creſſium: peruagationi Didonis peragratio Ceruæ: vulnus (quandoquidem iã vulnerata fingitur Dido) vulneri: telum telo: ferrum ferro: furor furori: ſed qua ratione Aeneæ quoque neſcio (verè enim neſcius vulnerauit Didonem) neſcius reſpondeat Paſtor, ſeu cur Paſtor qui datã opera agit ac perſequitur feras, neſcius dicatur, non video. nam ſi cum Seruio neſcius dicatur quia neſciatur a cerua, iam præterquam quod licentiùs neſcius

Digitized by Google

ſcius dicitur qui neſciatur, id Didoni nõ reſponderet: Aeneas.n.a Didone non neſciebatur ꝙ ſi dixeris Paſtorẽ neſciũ transfixiſſe ceruã, cũ aliò ſagittam intenderet, id cum verbis minimè cõſentiret.vt.n. Aeneas qui in 1. ceruos miſcet agens telis, data opera agit & inſectatur, ſic Paſtor qui ceruã interim agit telis, hanc data opera inſectatur. itaque frigidè atque adeò falsò diceretur nolens aut neſciens transfixiſſe ceruam. Vel igitur ferendũ eſt vt q̃m rarò in ſimilibus aut comparatis inter ſe reſpondent omnia, hac quoque in re Paſtor non reſpondeat Aeneæ, præſertim quia dum Paſtor dicitur *agens telis*, ne id quidem cũ Aenea facilè conſentit hoc loco) vel, quoniam clamabis hinc fieri etiam vt temerè omnino dicatur neſcius Paſtor, fortaſſe id referendum eſt non ad teli emiſſionem ſed tantummodo ad relictum ferrum nam id ſignificare videntur verba illa

—— *liquitque volatile ferrum*

Neſcius ——

ita ut (ſiue vndique reſpondeant omnia, ſiue non planè omnia) eo tantùm nomine dicatur neſcius quia neſciat telum & arundinem hærere adhuc vulneri, & hinc in furorem & peruagationem adigi ceruam, quod eo conſilio dixiſſet poëta, vt cum è veſtigio illud inferre cogitaret, 800

Nunc media Æneam ſecum per mœnia ducit,

intelligeretur Aeneam adhuc Didonianæ peruagationis cauſam ignoraſſe. ſic crediderim eleuari dubitationem. tametſi vbi doceri poſſet Paſtorem reuera ceruam etiam transfixiſſe neſcium, id optimè in Aeneam quadraret, qui reuera neſcius vulnerauit Didonem. idquod videtur vtcũque ſignificari, dum Paſtor dicitur ceruam procul vulneraſſe: fortè enim hinc non temerè colligatur non ſenſiſſe; quaſi verò dum alias feras ageret inſectaretúrque telis, ceruam transfixerit neſcius: quod profectò ne ea vox *procul* eſſet otioſa, nõ temerè affirmetur. Neque verò mollis medullas libentiùs quàm mollis flamma legerẽ; quaſi *mollis* molles valeat vt *partis*, *omnis*, partes valet interdum aut omnes, & *tris* tres: etſi enim commodè molles appelles medullas, Catullus etiam cecinerit Ignis mollibus ardet in medullis, verumtamen cum nuſquam, quod ſciam, *omnis* aut *partis* in quarto caſu multitudinis vſurpauerit poëta noſter, in ſingulari primo efferat paſſim, ac propterea a vetuſtate receſſerit longiùs, ne ſuſpicione quidem hîc hærendum: præſertim quod flãma quoque aptè molli appellatur; & eâdem de cauſa neſcius mihi quod ſonat, nec priſcas ſignificationes requiro, quaſi ignoratus valeat, a cerua & non perſpectus. iſthæc certè in Salluſtio vix feram qui priſcos tam ſtudiosè imitatus eſt.

Partic. 15.

Nunc media Aeneam ſecum per mœnia ducit,
Sidoniáſque oſtentat opes, Vrbémque paratam.
Incipit effari, mediáque in voce reſiſtit.
Nunc eádem labente die conuiuia quærit: 801
Iliacóſque iterum demens audire labores
Expoſcit, pendérque iterum narrantis abore.

Amori ſeruit Dido, ac nuptiis ſternere nititur aditũ.

Iam quicquid agit Regina, quicquid molitur, eo agit molitúrque conſilio vt Aeneam ad nuptias alliciat inflectátque: tametſi eò etiam ſpectat ſine dubio vt eodem tẽpore eius fruatur aſpectu. Igitur Aeneam ducit media per mœnia, vt ſcilicet Vrbis ſtructuram, munitionem, pulchritudinem agnoſcat. oſtentat etiam opes quas è Phœnicia aduexerat, inprimis verò Sichæi theſauros quos Pygmalioni ſubtraxerat: vno verbo Vrbem paratã & & omnibus inſtructam, eius obijcit oculis: quæ ſcilicet in ampliſſimæ doris loco eſſe poſſet: præſertim Aeneæ: qui cũ virtute magis præſtaret ac pulchritudine quàm magnis opibus, quin interim exul extorríſque huc illuc iactaretur, his percommodè allici poterat, vt Rex fortunatiſſimus efficeretur. Cum enim aliquando ſe rerum omnium egenum confiteretur atque adeo profiteretur extorrémque vocaret ac profugum,

Ipſe eiectus, egens Lybiæ deſerta peragro

quidni Dido ſurgentem éamque munitiſſimam ac Regni arcem, ingentéſque theſauros oſtentet? Illud interim ſupererat vt de nuptijs mentionem faceret id quod aggreditur ſanè Dido: ſed pudore vita interloquendum, vel potiùs amore impedita, (timorem enim amor affert ſæpè) reſiſtit ac ſuperſedet Ac talem dicendi cupiditatem in amantibus

timore

timore impediri, elegantiſſimè declarauit Ouidius, cum caneret

Ter tecum conata loqui, ter inutilis hæſit,
Lingua ter in primo deſtitit ore ſonus,

Alcæus etiam (id quod refert non ſemel Ariſtoteles in ſua Rhetorica) ſe timore impeditum ſcribit, ne quam deperibat alloqueretur: erat verò hæc Sappho. Ita fit vt Dido labente
802 die ſaltem conuiuiorum occaſiones ſerat, ac ſolita colloquia renouet, Iliacos labores iterum narrari, expoſcens miſera ac demens, ita quidem ab eius ore iterum pendet tota. Videtur autem hunc Virgilij locum mira elegantia imitatus Ouidius dum canit

Narrantis coniux pendet ab ore viri:

& rurſus expreſſiùs

Hac Troiæ caſus iterúmque iterúmque rogabat:
Ille referre aliter ſæpè ſolebat idem.

Hæc de Calypſo & Vlyſſe quem illa quaſi altera Dido vnicè diligebat, Ouidius.

Part. 14. Poſt, vbi digreſſi, luménque obſcura viciſsim
Luna premit, ſuadéntque cadentia ſydera ſomnos,
Sola domo mœret vacua, ſtratíſque relictis
Incubat: illum abſens abſentem audítque vidétque.

Quid per noctem ageret Dido, cum ab Aenea abeſſet.

Poſtquam expoſuit quid gereret labente die ac noctis initio: exponit quid ſuccedente nocte: nimirum, quoniam cogeretur digredi ab Aenea, mœrentem, dolentem, ac ſolitariam ſe domi in interioribus ædibus cohibuiſſe, cubaſſe, (etſi cum ſtare loco neſciat, ítque redítque, ſæpéque & cubat & ſurgit, ita vt ſtratis relictis, quæ tamen repetit, incubet) & Aeneam abſentem audiſſe vidiſſeque: ſiue enim id in ſomnis acciderit, ſiue intima cogitatio illum veluti præſentem loquentémque faceret, eum ſibi præſentem audire ac cernere videbatur. quod ſanè amantibus accidere compertum eſt. Hîc verò dum nocturnum tempus deſcribit ſeu aduentum Noctis, canens

Hic loca quædam & dubitationes quæ ad temporis ſeriem in primis & œconomiā pertinent, explanantur.

Poſt, vbi digreſſi, luménque obſcura viciſſim
Luna premit, ſuadéntque cadentia ſydera ſomnos:

nunc tandem videor mihi totam illam dubitationem vndique explicare poſſe quæ nos toties hærentes habuit, ſiue enim in libro I. ſpectes conuiuij tempus, ſiue ad ſecundi initium recolas ea Aeneæ verba

—— & iam nox humida Cælo
803 *Præcipitat, ſuadentque cadentia Sydera ſomnos,*

ſiue cum ijs conferas illa octaui verba,

Surge age nate Dea, primíſque cadentibus aſtris
Iunoni fer ritè preces ——

ſiue cur dixerit

Poſtera Phœbeâ luſtrabat lampade terras,

& quam diem faciat poſteram, ſiue denique explores quo conſilio dixerit paulò ante

Dum pelago deſæuit hyems, & aquoſus Orion,
Quaſſatæque rates & non tractabile Cælum,

difficile eſt quod intelligatur propoſiti conuiuij, Aeneæ narrationis, Didonianíque cum Anna colloquij tempus: quî iam tum hyems & Orion deſæuiret, cum hæc per æſtatē gererentur; quæ denique ſit totius rei geſtæ ſeries & Oeconomia. De quibus nunc tandē ſic planè ſtatuo. In libro I. conuiuium inclinante die habet initium. nam id & æſtiui conuiuij ſuadet vſus, & renouati conuiuij docet narratio, conuiuia enim labente die renouat Dido, quemadmodum paulò ante audiuimus. Ac profectò cum cœnam intelligat quæ ſine dubio veſperi fiebat, præſertim apud Romanos quorum mores conſectatur Poëta noſter, conuiuia veſpertinas cœnas vel nocturnas, hîc ſignificent neceſſe eſt. Sed ob allatas rationes, veſpertinas quæque ad noctem vergerent. & quoniam conuiuium in noctem producebatur, idcirco inter conuiuium ſeu poſt quam prima quies epulis facta eſt, lychni & funalia incenduntur vt noctem vincant: ita vt conuiuium aliquam noctis partem occuparet. & ideo hîc Dido ab Aenea quî cum cęnata fuerat, digreditur vbi luna obſcura premit lumen, quod eſt dum ſuccedit nox; luna enim obſcura dicitur vel quia ex ſe maculoſa eſt ac tenebricoſa, ac niſi ſolis luce non lucet: vel certè quia ſi cum ſole comparetur, obſcura

videri

Digitized by Google

videri poteſt. ita quidem dum luna premit lumen, ſolem inquam, ita vt hic decumbat & infra Orizontem prematur, non temerè hinc nox deſcribitur. denique priùs deſcripſit 804
Virgilium quid per diem ageret Dido, nunc ſine dubio docet quid per noctem: ita vt verba iſthæc

Poſt vbi degreſſi lumenque obſcura viciſſim
Luna premit ———

quantumuis abſtruſa videri poſſent, niſi Noctem non adumbrent & indicent. & ideo pergit

——*Suadéntque cadentia ſydera ſomnos;*

vbi ſine dubio noctis adhuc deſcribitur ſi non aduentantis progredientis certè tempus: noctis finis ſeu Auroræ ac diei aduentus, nullo modo: nam hîc deſcribit debitum & vſitatum digrediendi & a conuiuio diſcedendi tempus, quod extrema prima vigilia fermè, nō quarta & aurora exorta, contingere ſolet. & idcirco digreſſi a cōuiuio cubitum eunt, quod æſtiuo tempore prima vigilia ſolet contingere. Ex quo fit vt in II. illud Aeneæ

—— *& iam nox humida Cælo*
Præcipitat, ſuadéntque cadentia ſydera ſomnos,

pace Seruij & multorum interpretum, non diei ortum ſignificet, ſed mediam circiter noctem cum verè ſomno eſt ſeruiendum. quod ſi in Octauo dum canitur

——*primis cadentibus aſtris*
Iunoni fer rite preces———

iam longè differt hic locus ab illis verbis

——*ſuadéntque cadentia ſydera ſomnos,*

ibi enim iuſſus fuerat Aeneas ad auroram ſurgere & Iunoni primis cadentibus aſtris vota facere: vbi per eas voces, *primis cadentibus aſtris* deſignatur primū illud Auroræ vel diei tempus quo prima aſtra cadunt; hoc eſt quæ primam ob ſolis præſentiam diſpereunt, ita vt cadere videantur. Contrá verò cadentia ſydera vel ſunt meteorologica ſydera, quæ ſcilicet ſpeciem ſyderis referunt & videntur cadere quod in nocte contingit. & ideo aptè ad deſcribendam noctem vſurpantur, & ſomnum ſuadere dicuntur. quare in Georgicis Cœlo præcipites labi dicuntur & per noctis vmbras: vel ſi cadentia iſta ſydera veræ ſtellæ ſint 805
(quod ægrè conceſſerim nunc tandem) cadentes dicuntur quòd cadere hoc eſt deliteſcere ſoleant: ita vt hoc epitheton illis conueniat quocunque tempore. quare quemadmodū homines, quoniam morti ſunt obnoxij, quocunque tempore appellantur mortales, ita vt mortales non modò dicantur occumbere verùm etiam naſci ac viuere, ita ſtellæ ſiue oriri, ſiue attolli, ſiue cadere videantur, cadentia nuncupantur. Atque hinc conſtaret etiam conuiuium non ſub dio ſed ſub laquearibus celebrari potuiſſe: tametſi Aeneas interim diceret, ſuadéntque cadentia ſydera ſomnos: nam præterquam quod atrium aut etiam æſtiuū triclinium erat perflabile, ita vt hinc inde apertum eſſet Cœlum, ac propterea ſtellæ, ſiue meteorologicas velis ſiue naturales, cerni poſſent, ſanè ab Aenea ſtellæ appellabantur cadentes, non quòd tunc cadere viderentur, ſed quia hoc ſit epitheton ſtellis conueniens, quemadmodum homini mortalis nomen.

Ex quibus omnibus iam licet ſtatuere quartum hunc librum ob temporis etiam ſeriē & œconomiam cum III. II. & I. mirificè cohærere: ita vt primus liber vnum atque alterū diem contineat cum magna noctis parte quæ ſecundum diem conſecuta eſt: nam conuiuium, etſi paulò ante noctem ſeu labente die cœptum eſt, tamen ad multam noctem tum propter multas ac varias regij conuiuij epulas, tum maximè propter lōgam illam Aeneæ narrationem quæ ſecundo & tertio continetur libro, eſt productum, ita vt II. & III. libri narratio ad extremam circiter primam vigiliam noctis ſecundámque totam, ac partem 806
tertiæ pertineat. nam quaternis circiter horis potuit abſolui. ita quidem cum narratio eſſet abſoluta, & quieti (id quod indicat Virgilius tertio libro extremo) ſomnóque ſe ſe dediſſent, factum eſt vt tertia die initium factum ſit libro IV. nam hac de cauſa diei ortus deſcribitur: ita ut illud

Poſtera Phœbeâ luſtrabat lampade terras,

ſimpliciter explanandum, & poſtea dies quæ ſcilicet conuiuium conſecuta eſt, intelligenda ſit. quòd ſi eodem tempore, hoc inquam tertio die oriente, Didonis amor deſcribitur, & dicitur graui iamdudum ſaucia cura, id profectò (vt omittam iamdudum Terentio interdum ſignificare nimiùm & vehementer) nil prohibet cur iamdudum ſaucia dicatur Di

do quæ

Digitized by Google

do quæ ſecunda die, dum ſcilicet ſictum Aſcaniũ excipit primùm, vulnerata eſt. nox enim interceſſiſſet tota & ſequentis pars aliqua, etſi exigua. Neque verò cunctandum eſt hoc af firmare quòd Anna protulerit ea verba

Indulge hoſpitio cauſáſque innecte morandi
Dum pelago deſæuit hyems, & aquoſus Orion,
Quaſſatæque rates, & non tractabile Cœlum,

nam Anna, quam die tertio cum Didone diximus hoc habuiſſe colloquium, aceruatim occaſiones obiecit ac prætextus nectendi moras: quaſi diceret, modò a ſæuiente hyeme, modò ab aquoſo Orione, modò a quaſſatis nauibus, modo ab intractabili Cœlo, occaſionem arripe Aeneam retardandi, vt tandem aliquando optatis illius nuptijs potiaris, quæ tamen non impediunt quominus adhuc tertius adeſſet dies dum hæc diceret, & hinc eſt vt Venus illud edixerit Cupidini filio

Tu faciem illius noctem non ampliùs vnam   Falle dolo ——

& tamen pergat Poëta

Aut gremio Aſcanium genitoris imagine capta   Detinet ——

id enim ad tertium pertinet diem. Quod ſi te hærentem adhuc habeat huiuſce quarti libri initium

At Regina graui iamdudum ſaucia cura,

ac multò magis quod ſequitur

807 *Principio delubra adeunt, pacémque per aras*
Exquirunt, mactant lectas de more bidentes,

quæ ſanè pluſculum aliquid temporis videntur exigere: maximè verò illud

Nunc media Aeneam ſecum per mœnia ducit

& rurſus

Nunc eadem labente die conuiuia quærit,
Iliacóſque iterum demens audire labores
Expoſcit ——

quæ procedentibus diebus conſecuta videantur, iam neceſſe eſt vt inter tertij finem qui clauditur priore conuiuio, & Didonis Annæque colloquium plures dies interponas: atque illud

Poſt, vbi digreſſi, lumenque obſcura viciſſim
Luna premit, ſuadéntque cadentia ſydera ſomnos:
Sola domo mœret vacuâ, ſtratiſque relictis
Incubat: illum abſens abſentem auditque videtque.

ſentias non vnius diei aut noctis mœrorem ſed multorum continere. Ita quidem faciliùs ſit inſequentes continuare dies. nam licet Didonis Annæque colloquia pertinere poſſint ad tertium diem, dum tamen è veſtigio ſubijcitur

Principio delubra adeunt, pacémque per aras
Exquirunt ——

ac ſummatim peruagationes illæ deſcribuntur, ſacrificia, reſpõſa, extorum inſpectio, multò verò magis dum additur,

Nunc media Aeneam ſecum per mœnia ducit,
Sidoniáſque oſtentat opes, Vrbémque paratam.
Incipit effari, mediáque in voce reſiſtit.
Nunc eadem labente die conuiuia quærit:
Iliacóſque iterum demens audire labores
Expoſcit, pendétque iterum narrantis ab ore.

808 & deinceps ad alia pergitur, multos, eóſque incertos, interceſſiſſe dies fateri poſſis: ita ut tã dem menſes etiam occurrant, de quibus ſuo loco. Sed redeo ad Didonem: quæ noctu, vt mœrorem ſoletur, apud ſe retinet Aſcanium, gremióque fouet. & ideo pergit Virgilius,

Quid ſolatij afferret adhuc mœrori ſuo, & qualis eſſet quem gremio fouet Aſcanius.

Part.15 Aut gremio Aſcanium genitoris imagine capta
Detinet, infandum ſi fallere poſsit amorem.

Cum amantes eius, cuius amore flagrant, tabulam & imaginem in ſolatij habeant loco, quin florem interdum, crinem, donúmue aliquod, etſi exiguum, in delitijs habeant, quo

Digitized by Google

quo deſiderium leniant ſuum, quid mirum ſi Dido viuam ac pulcherrimam Aeneæ imaginem, Aſcanium inquam, gremio foueat, & infando, qui inquam verbis explicari ſatis haud queat, amori leniendo ac fallendo adhibeat? Quamquam illud libenter audierim, num verus ac fictus ſit Aſcanius. ſi enim fictum dixeris, iam qui poſt paulò equum aſcendet, venatum egredietur, denique reliquo poëmate toto detinebitur, erit fictus Aſcanius: nuſquam enim abſceſſiſſe memoratur, ſi verum, quandónam ex Idalio quò a Venere delatus fuerat Carthaginem delatus aut reuocatus eſt? certè hac de re nil vſquam Virgilius vt omittam in Idalium Cypri montem, hoc eſt ex Africa in extremam Europam atque adeò in Aſiæ fines aſportatum, non facilè paucis horis fuiſſe a Poëta in Africam reponendum. Verùm ſic ſtatuo. Venus cum filium oraret vt Aſcanij imaginem ſumeret, indicauit fore vt vnica tantùm nocte detinendus eſſet. itaque

Tu faciem illius noctem non ampliùs vnam
falle dolo ——

aiebat Venus. Igitur cõcipiendum eſt animo nocte illa exacta a Venere ex Idalio Carthaginem fuiſſe relatum. quæ enim breuiſſimo temporis interuallo potuit illum transferre, eadem referre potuit. quòd ſi id commemorare prætermiſit, iam poëta multa ſolent noſtræ induſtriæ committere quæ per nos ipſos dignoſcamus, ſic ſupra nõ expoſuit a quibus ſeptem illi ingentes cerui delati fuerint ad Claſſem. vt enim in re minuta verſabatur, rationem nobis excogitandam reliquit. eodem modo in præſentia, quoniam indicauerat 809
iamdiu Amorem noctem vnam tantummodo detinẽdum, nobis intelligendum reliquit fictum Aſcanium elapſa nocte diſceſſiſſe, verùm ex Idalio a Venere reuocatum eſſe.

Partic. 16.

Non cœptæ aſſurgunt turres, non arma iuuentus
Exercet, portúſue aut propugnacula bello
Tuta parant: pendent opera interrupta, minaéque
Murorum ingentes, æquátaque machina Cœlo.

Didoniani amoris incommoda quædam.

Hæc è veſtigio ferè opponuntur iis quæ commemorauerat in 1. dum caneret,

Inſtant ardentes Tyrij: pars ducere muros,
Molirique arcem, & manibus ſubuoluere ſaxa:
Pars optare locum tecto, & concludere ſulco.
Iura, magiſtratúſque legunt, ſanctúmque Senatum.
Hic portus alij effodiunt. hic alta theatris
fundamenta locant alij: immanéſque columnas
Rupibus excidunt, ſcenis decora alta futuris.

quantum enim ibi, in 1. inquam, commendauit Reginæ ac Tyriorum induſtriam, tãtum hic docet (breuiter tamen, vt nimirum occurrat ſatietati) eam eſſe requirendam: cũ nec cœptæ turres ſurgant ampliùs, nec portus ſtruantur, vno verbo, maneant opera interrupta quamquam illud

—— *Non arma iuuentus* *Exercet* ——

hic interpoſuit ad affectatæ, opinor, diligentiæ ſuſpicionẽ declarandã: nã alioquin de iuuentute quæ tractaret exercerétque arma; nil in 1. Atque hinc ſanè licet animaduertere Virgilium cœpiſſe dierum numerum diſſimulare ac negligere, ita vt quamuis ternis diebus 810
ea concluſerit quæ a primo libro ad aliquam partem quarti narrantur, ſenſim tamen tantam hanc prætermiſerit curam. certè dum ait

Non cœptæ aſſurgunt turres, non arma iuuentus
Exercet, portúſue aut propugnacula bello
Tuta parant: pendent opera interrupta, minaéque
Murorum ingentes ——

hæc non vno aut altero die ſed permultis interrupta pendeant neceſſe eſt. Ita quidem licebit in progreſſu menſes ferè colligere cũ ea etiam de cauſa Dido Aeneam increpet quòd hyberno tempore fugam moliatur ſeu nauigationem: annos præterea (di quibus ſuo loco) obſeruare, dies ſingulos perſequi longiùs nõ licet. licet tamen obſeruare totum hunc Virgilii locum

Non cœptæ aſſurgunt turres, non arma iuuentus
Exercet, portúſue aut propugnacula bello,

& quæ

& quæ ſequuntur, eleganter exprimi a Claudiano in nuptiis Honorij

Non illi venator equus non ſpicula curæ
Non iaculum torquere lubet mens omnis oberrat
In vultus quos fixit amor ——

ſic Horatius ad Lydiam queritur quòd Sybaris eius amore perditus nobiles intermiſiſſet exercitationes,

—— cur apricum
Oderit campum patiens pulueris atque Solis.
Cur neque militaris
Inter æquales equitet, Gallicas nec lupatis
Temperet ora frenis.
Cur timet flauum Tiberim tangere? cur oliuum
Sanguine viperino
Cautiùs vitat, neque iam liuida geſtat armis
Brachia, ſæpè diſco,
Sæpè transfinem iaculo nobilis expedito?

Part.17. Quam ſimul ac tali perſenſit peſte teneri
811 Cara Iouis coniux, nec famam obſtare furori,
Talibus aggreditur Venerem Saturnia dictis:

Rei benè gerendæ occaſionem arripit Iuno: vt ſcilicet, quoniã Dido ardet Aeneæ amore, nuptias, ſi quo modo poſſit, inter eos conciliet, & Aeneam ab Italia, quò tanto cum ipſius Iunonis mœrore properabat, auertat. Igitur Iuno ſtatim ac perſenſit Didonẽ tali peſte (ſic enim appellat poëta vehementem Didonis & pernicioſum, vnde etiam peribit breui, amorem atque æſtum: & ideo iamdiu canebat poëta de Didone

Iuno cum Venere congreditur, ac per fraudem conugium inter Aeneam et Didonẽ cõciliare molitur.

—— peſti deuota futuræ)

teneri & occupari, nec famam, vnde homines, præſertim nobiles, cohiberi ſolent a turpibus factis, obſtare quominus impudicitiæ atque adeò furori habenas laxaret (& ideo Iupiter etiam eam melioris famæ oblitam dicet paulò poſt) his dictis Venerem aggreditur; ac verè aggreditur: nam callidè ac tanquam ex inſidijs eam adoritur vt decipiat. Hîc verò non ſine emphaſi ait famam non obſtare furori, dum enim inhoneſta fœmina pudoris ac famæ dignitas ſuperſit aliqua, ſpes adhuc reſtat, cum honeſtas pugnet cum amore. Itaque eleganter Hero apud Ouidium

Nunc malè re iunctâ, calor & reuerentia pugnant,
Quid ſequar in dubio eſt, hæc decet, illa iuuat.

ſed ſi æſtimationis ac pudicitiæ atque adeo famæ & honoris exulet cura, vix ac ne vix quidem ſpes ſuperſit vlla verè enim Tacitus, Contemptu famæ virtutes contemnuntur omnes. & idcirco verè etiam Dido

—— Te propter eundem
Extinctus pudor, & quâ ſolâ ſydera adibam,
Fama prior ——

Iam verò dum Iuno appellatur Saturnia, Seruius (vt eſt in Pariſino Codice) ſic ſcribit. *Vbi nocituram Iunonem poëta vult oſtendere, Saturniam dicit: ſcit enim Saturni ſtellam nocendi facultatem habere, vt alibi. Irim de cœlo miſit Saturnia Iuno: & Saturníque altera proles Irarum tantos voluit.* Vbi autem propitiare eam promittit, ait, Iunonis magnæ. & iterum, *Adſit lætitia Bacchus dator & bona Iuno.* Ego verò magnopere vereor vt poſſim hac in re Seruio aſſentiri: nam præterquã quod Iuno apud Homerum ſæpè Saturnia, ſiue Saturni filia, dicitur, ſéque hoc ipſa nomine non ſine gloriatione appellat, cum tamen nil minùs quàm nocituræ Iunoni hoc Homerus de induſtria tribuat nomen, profectò eodem modo Iuppiter etiam qui paſſim Cronius ſeu Saturnius ab eodem Homero nũcupatur, pernicioſus hinc perpetuò deſignaretur, quod nemo dixerit. Sed mitto Homerum certè quo in loco Iuno petit a Ioue vt Turnum a morte ſubtrahat, a Virgilio appellatur Saturnia: & rurſus vbi Ioui cedit & meliorem ſuſcipit mentem ita ut dicat

Cur Iuno appelletur Saturnia.

812

Et nunc cedo equidem, pugnáſque exoſa relinquo.

Saturnia item appellatur. contra verò eádẽ Iuno dũ hoc in loco Veneri decipiẽdæ adhuc

Ii intenta

intenta eſt, regia Iuno, alijs etiam in locis multis in quibus nil fauſtum edicitur, Iuno appellatur. ita vt tutius ſit affirmare pro metri opportunitate atque orationem variādi cauſa, variari nomina. Hîc tamen inde commouerer quòd illud *Saturnia* videtur redundare, cum eodem tempore clara Iouis coniux proferatur. ſed pleonaſmos non inuſitatus eſt poëſis. Nunc audiamus orationem Saturniæ.

Partic. 18.

Egregiam verò laudem & ſpolia ampla refertis,
Túque, puérque tuus, magnum & memorabile nomen,
Vna dolo diuûm ſi fœmina victa duorum eſt.
Nec me adeò fallit, veritam te mœnia noſtra,
Suſpectas habuiſſe domos Carthaginis altæ.
Sed quis erit modus? aut quo nunc certamine tanto?
Quin potiùs pacem æternam, pactóſque hymenæos
Exercemus? habes quod totá mente petiſti.
Ardet amans Dido, traxítque per oſſa furorem.
Communem hunc ergo populum paribúſque regamus 811
Auſpicijs: liceat Phrygio ſeruire marito,
Dotaléſque tuæ Tyrios permittere dextræ.

Iunonis oratio.

Ex abrupto nec ſine ironia, orationem aggreditur, compellátque Venerem: ita fit vt dũ verbis Venerem & Amorem videtur extollere, illis conuitium faciat, quaſi verò habeant vnde eos pudere debeat. id quod tacita quadam indignatione, ſimulata tamen (nam alioquin hoc illo gaudet facto) explicat. quia ſcilicet cum Dido vna ſit, illi duo; illa fœmina qua nil fragilius; illi numina & Dij; illa incauta; hic dolis inſtructi, nil mirum ſi occulto eorum veneno & igne victa ſit miſera. Ob id igitur deturpat illos ironicè quod infamiæ ſibi ducere debeant ſic inuaſiſſe incautam fœminam & mollem: quaſi verò illud ſupereſſe videatur vt victoriam canant ac triumphum agant. Quæ cum protulerit nec ſine ficta quadam indignatione, continuò occaſionem arripit vnde Venerem, ſi quo modo poſſit, decipiat. nam non me latet, inquit, te hoc molitam quòd noſtra mœnia, Carthaginis, inquam, potentiam, verita eſſes, & ne Tyriorum hoſpitium Aneæ minùs cōmodum eſſet ac totum quod ſanè coniecit rectè. nam ea planè de cauſa Venus Didonem incendit Aneæ amore quòd Tyrij intractábiles eſſent ac bilingues, & propterea vereretur quò ſe Didonis hoſpitia, quantumuis interim Tyrii a Mercurio placidi eſſent redditi, verterent progrediente tempore. & ideò

Quippe domum timet ambiguam Tyrióſque bilingues,

dixerat poëta de Venere: & hac de cauſa paulò poſt Venus ipſa filium ſic alloquebatur

—— Vereor quò ſe Iunonia vertant
Hoſpitia, haud tanto ceſſabit cardine rerum.
Quocirca capere ante dolis, & cingere flamma 814
Reginam meditor, ne quo ſe numine mutet:
Sed magno mecum Aneæ teneatur amore.

Igitur Veneri ſuſpicionem ſibi cognitam indicat Iuno. tametſi, vt dignitati Tyriorum conſulat ac ſuæ, potentiam tantùm Carthaginis commemorat, cætera vno atque altero verbo attingit vel potiùs ſupprimit ſuſpectas memorans domos. Quæ cum ita ſint, quis tandem (inquit Iuno) erit ſuſpicionibus modus? quem ad finem ſe ſe tot tantaéque iactabunt contentiones & certamina? cur non potiùs pacem, eámque firmiſſimam & ſempiternam, conſtituimus? At qua obſecro ratione bona Iuno? ea nimirum (atque hîc nititur fraudi colophonem imponere) vt pactos hymeneos exerceamus, & Didonem cum Aenea in matrimonium collocemus. quidni enim, cum tu amori, ego nuptiis, præſim, non in noſtra poteſtate ſit pactos hymenæos exercere, & matrimonium ad exitum perducere? vbi hymenæos pactos appellat, vel quia non ſine pacto & fœdere exercerentur & firmarentur, vel certè quia venditare iuuat iam inter Didonem & Aeneam de matrimonio conueniſſe. id quod venditabit Di-

do

do etiam cum Aeneam orabit per connubia & inceptos hymenæos quos tamen negabit Aeneas nam

—— *Nec coniugis vnquam*
Prætendi tædas, aut hæc in fœdera veni,

reſpondebit è contrario. Sed cum tu Venus voto optatíſque potita ſis (ſubdit Iuno) ac iam ardeat Dido, qui furorem per oſſa traxerit, ita vt toto pectore illius vi æſtuet, quidni communem facimus hunc populum (vbi ſine dubio communem fieri optat ex Tyrijs & Troianis ſuppreſſo Troianorum nomine: ſed non audet apertè id petere. tametſi Venus infra eius calliditatem hac quoque in re deteget) & paribus regimus auſpicijs con-

815 cordíque authoritate & poteſtate? At qui tandem? neque enim par eſt vt vxor par ſit viro, ac propterea auſpicia in omnibus ſint paria. Rectè. & ideo ſubdit Iuno,

—— *liceat Phrygio ſeruire marito:*
Dotaléſque tuæ Tyrios permittere dextræ.

quaſi diceret dum nos paribus ſtudijs fauebimus huic populo, & hanc Vrbem eiúſque Regnum fouebimus concordi animo nō abnuo quò minùs Dido obtemperet ac ſeruiat tuo Phrygio, vt par eſt vxorem viro, & Vrbs hæc génſque ipſa Tyria dotalis fiat tuo nato ac proinde dextræ & ditioni tuæ. hæc Iuno. De qua tamen illud quærat aliquis. cur Iuno, cum exploraſſet Veneris conſilium Didoni flammas illas molientis, non è cōtraria Didoni cauerit, éamque falſo Aſcanio ſubtraxerit. Sed nec erat cur Iuno has non probaret flāmas vt occaſionem captaret cōiugij, Aeneæque diſceſſum impediret (& idcirco iamdiu monebam per ſimulationem exprobraſſe factum hoc Veneri & ficta cum indignatione) nec fortaſſe conſilium Veneris niſi poſt immiſſas Didoni flammas perſpexit, nec ſi perſpexiſſet antea, in eius poteſtate fuerat poſitum, in re amatoria Veneris & Amoris Numini repugnare. Dum verò exprobat Veneri ac filio quòd dolo viciſſent fœminam, Tibullus non diſſimili Amorem coarguit arte dum canit

Quid tibi ſæue puer mecum eſt? an gloria magna eſt
Inſidias homini compoſuiſſe Deum?

atque hinc fit vt magis ac magis excuſetur Dido cum dolo a duobus numinibus per fraudem in amorem impulſa eſſet. Hæc ſine contemptu ait Iuno Didonem per oſſa traxiſſe furorem, quaſi verò turpiter deſæuiſſent, ac ne oſſa quidem amoris æſtu. immo furore non compleuiſſent. Virgilius etiam qui paulò antè dixerat

Vulnus alit venis & cæco carpitur igni,

ac paulò poſt addiderat

816 *His dictis incenſum animum inflammauit amore,*

& rurſus

—— *eſt mollis flamma medullas,*

vt variaret orationem delectationis cauſa ait

Ardet amans Dido traxitque per oſſa furorem.

ſed pergamus, & venerem audiamus.

Part.19 Olli (ſenſit enim ſimulatā mente locutam,
Quò Regnum Italiæ Lybicas auerteret oras)
Sic contra & ingreſſa Venus: quis talia demens
Abnuat? aut tecum malit contendere bello?
Si modò, quod memoras, factum fortuna ſequatur.
Sed fatis incerta feror, ſi Iuppiter vnam
Eſſe velit Tyrijs Vrbem Troiáque profectis,
Miſceríue probet populos, aut fœdera iungi.
Tu coniux, tibi fas animum tentare precando
Perge, ſequar. ——

Præſenſit Venus callidum Iunonis conſiliū ſimulatámque mētem: & vt Iuno animaduerterat Venerem amore inflammaſſe Didonem vt ne Tyrij Aeneam offenderent, ita Venus coniecit Iunonem nuptias illas moliri ne Aeneas diſcederet ac Regnum in latio *Venus contra Iunonis artē eludit arte.*

Ii 2 conſti-

conſtitueret: quia Italiæ Regnum in Lybia & Carthagine firmaretur. Itaque vt fraudem fraude & malum cuneum non bono cuneo retundat, ad ſimulationem non diſſimilem confugit, & iis ad orationem ingreditur: ingreditur inquam, quia ingredi, vt ait Seruius, calliditatis eſt, habétque hæc vox inſidiarum ſignificationem, quemadmodum de Iunone dum caneret poëta.

Talibus aggreditur Venerem Saturnia dictis,

eam ex inſidijs orationem ordiri ſignificare viſus eſt. Sed quid callida Venus nunc tandem reſpondeat, & an callidæ Iunoni æſtu cedat, audiamus. Ergo fatetur primùm neminem, niſi deſipiat, non amplexuram optimas quas ipſa Iuno offerret conditiones. quod tamen fictè fatetur: nam ab Ioue de futuro Aeneæ Aeneadúmque imperio docta fuerat, 817
ita ut animo non poſſet non ſpernere Didonis nuptias & Iunonianas conditiones. addit dementem item fore qui malit cum ipſa Iunone pugnare ac bello contendere, quàm pacem illam æternam, quam obtulerat, amplexari. Sed tamen quoniam animo, vt dicebam propoſitas ſpernebat nuptias, iam, quoniam facilè conijcere poteſt deceptam a ſe Iunonem, ſenſim nuptijs, quaſi eas vel maximè optaret, inijcit ſuſpicionem: quòd non animaduertat num fortuna illas ſecundet, & optatis reſpondere poſſit euentus ideo ſubdit

Si modò, quod memoras factum, fortuna ſequatur,

quam ſanè rem, ne temerè in eam ſuſpicionem veniſſe videatur, maximè verò vt Iunonem in nouam fraudem inducat, apertiùs declarat; nam incerta (inquit) ſum de fatorum decretis & Iouis voluntate: num ſcilicet placeat vt vna ſit Tyrijs Vrbs atque Troianis; & num probet vt populi miſceantur & communi fœdere iungantur. Sed tibi Iuno, quippe Iouis coniugi, licebit Iouis animum explorare, tentare, precari vt aſſentiat & probet quod optamus. Nunc igitur perge: ipſa enim te ſequar Ducem. quibus verbis nititur Venus eò adducere Iunonem vt a Ioue aſperis reijciatur verbis & turpi cum repulſa, importuna impudénſque iudicetur. nam ſic planè reijcitur Iuno apud Homerum a Ioue dum quæ Thetis conſilia cum Ioue agitaſſet, reſcire niteretur. Ita quidem Venus ſuam illa dignitatem ne dicam meritriciam calliditatem defendit egregiè: præſertim verò quia cum dixiſſet Iuno

Communem hunc ergo populum paribúſque regamus
Auſpicijs ——

ac propterea clam (apertè enim haud eſt auſa) Troianos Tyriorum nomine confundere & Tyrios efficere moliretur, Troianorúmque obterere nomen, illa Iunonianũ aſtũ
ſubuenta, Incerta, inquit, ſum an Iuppiter vnam eſſe velit Troianis Vrbem cum Tyrijs, 818
ac Troianos cum Tyrijs permiſceri: artem arte fallens egregiè. & ſanè par erat, vt Venus, quippe adultera & amatorijs fraudibus aſſueta, Iunonem calliditate ac fraude ſuperaret: neque enim temerè illam Sappho δολοπλόκαν Doloſam ſeu nectentem dolos appellat. Hîc verò non negarim noſtrum Vatem ad illud Homeri alluſiſſe in 14. Iliados,

Hanc autem allocuta eſt amans riſum Venus;
Non licet neque decet tuum verbum negare,
Iouis enim optima in vlnis cubas,

reſpexiſſe, quæ item Iunoni reſpondet Venus, ſed longo illum interuallo ſuperare: præſertim verò in dolo adumbrando mirum artificium oſtendiſſe, non eſt quod dubitemus.

Partic. 10. —— Tum ſic exceptis Regia Iuno:
Mecum erit iſte labor, nunc qua ratione, quod inſtat.
Confieri poſsit, paucis, aduerte, docebo.
Venatum Aeneas, vnáque miſerrima Dido
In nemus ire parant, vbi primus craſtinus ortus
Extulerit Titan, radiiſque retexerit orbem.
His ego nigrantem commiſtâ grandine nimbum,
Dum trepidant alæ, ſaltúſque indagine cingunt,
Deſuper infundam, & tonitru cœlum omne ciebo.

Diſſu-

Diffugient comites, & nocte tegentur opaca.
Speluncam Dido, dux & Troianus eandem
Deuenient; adero, &, tua ſi mihi certa voluntas.
Connubio iungam ſtabili, propriámque dicabo
Hîc hymenæus erit. Non aduerſata petenti
Annuit, atque dolis riſit Cytherea repertis.

Iam excipiẽs ſermonem Iuno, per otium ſe id curaturam pollicetur de quo illam admonuerat Venus. vbi rem in aliud tempus diſtulit vel quia ſubuereretur id quod erat, ne ſcilicet Venus eam decipere cogitaret, aut ne apud Iouem offenderet. vel certè quia id ſibi priùs curandum exiſtimauit quod vrgeret magis, & ideo ait, *Excipit ſermonẽ Iuno & qua ratione coniugum conciliare moliatur, aperit Veneri.*

——Nunc qua ratione quod inſtat
819 *Confieri poſſit, paucis, aduerte, docebo.*

vbi quod inſtat curari optat nimirum nuptias: quæ ſanè inſtare dicuntur propter imminentem venationis quæ inſtabat occaſionem (proxima enim luce tractanda erat venatio) vnde nuptias conciliari poſſe ſperabat. quam rem totam explicat è veſtigio, nam de venatione quæ pararetur admonet Venerem, & machinationem exponit qua ad hymenæos inducere cogitaret Aeneam & Didonem, dum equitum alæ trepidantes, trepidantium inquam more concurſantes, ſaltus indagine, plagis ſcilicet extentis & diſpoſitis cingerent. Accõmodata verò eſt machinatio Iunonianæ poteſtati ac Numini quod aëri præſit, & nimbos, grandinem, tonitrua ciere poſſit, vnde illos in ſpeluncam propellere & hymenæos celebrare moliebatur. quare quemadmodum receperat oſtendendum qua ratione quod inſtabat confieri, quod eſt paribus earum ſtudijs adminiſtrari & perfici, poſſet, ita hîc rem iis perorat verbis

—— Adero: &, tua ſi mihi certa, voluntas,
Connubio iungam ſtabili propriámque dicabo.
Hîc hymenæus erit.

vbi requirit parilem Veneris voluntatẽ vt hymenæus perageretur. Quare dum Seruius illud confieri pro fieri vſurpari iubet vt renarrari pro narrari; alij contra non fieri ſed confici ſignificare pugnant, quaſi in re magni momenti & ardua efferatur quæ confieri hoc eſt tandem aliquando confici dicatur, equidem magnopere ſuſpicor hic de re proferri quæ mutuis duorum aut multorum operibus ſeu ſtudijs perficiatur. Sic Lucretius

820 *Ne fortè ex homine & veterino ſemine equorum*
Confieri credas Centauros ——

& rurſus

Aëribus binis, quoniam res confit vtrinque.

En mutuis ſtudijs & operibus ſeu geminæ materiæ res confieri. ita ut quantumuis non raró confieri pro fieri aut confici vſurpatum eſſet, hîc pro re a Iunone & Venere conficienda videatur vſurpandum. Ad hymenæum igitur ſe parat Iuno, fraude tamen, conciliandum. tametſi in Iouis coniuge quam dignitatem habeat non video: niſi fœminam eſſe dixerit, quæ quod vult, nimis vult. & ideo nil mirum ſi Virgilius Iouis coniugem tantiſper a decoro facit decerantem; præſertim verò quia quæ ingenti in Aeneam æſtuaret odio, & Carthagini cui optabat Terrarum Imperium pertimeſceret, hanc ob talem tantúmque æſtum ac timorem ad turpem fraudem deſcendiſſe nil mirum: denique non eſt quod talem fraudem Virgilio magna cum culpâ acceptum referamus, cum ab Homero iam malè affectam accepiſſet Iunonem. Sed & miretur aliquis quòd annuere Iunoni videatur Venus, quæ paulò antè hærebat, quia animo (vt docuimus) repugnabat, nam ſic pergit Virgilius

—— Non aduerſata petenti
Annuit atque dolis riſit Cytherea repertis:

quid eſt enim quod nunc annuat quæ modò illud pronunciauit

Sed fatis incerta feror ——

quamquam & Aeneæ Didoníſque hymenæum, & populorũ coniunctionem, fœdus per-

miſtionémque propoſuerat Iuno; primum præterijt tacita Venus: reliqua in diſcrimen vocauit quòd ſe ignorare diceret num fata & Iuppiter id probarēt minùs itaque mirum ſi hymenæis tantùm annuit. quamquam reuera apertè ne annuit quidem; ſed petenti Iunoni non aduerſata, tacitè annuere dicitur. denique vel quia riſu cōtinuò rem tranſigit, nec voce reſpondet, tantúmque non aduerſatur, vel quia, vt pro altero ſpondere facilè 821
erat, ita deficere in vtriuſque erat poteſtate; conſtare ſatis poteſt Venerem fidem aut non obſtrinxiſſe aut præſtare non debuiſſe; præſertim in re grauiſſima quæ conceptis ac perſpicuis ſtatuenda erat & ſtipulanda verbis, & ideo nil mirum ſi aberit deinde Venus atque vna præſto erit Iuno. quæ ſanè dum diceret;

Connubio iungam ſtabili propriámque dicabo

non facilè conſtituerim an his verbis vtatur quaſi ſolemnibus & ad hymenæos conciliandos propriis, an verò poëtæ exciderint de more properanti. nam hoc eodem carmine Iunonem in 1. Deiopeiam Aeolo ſpopondiſſe compertum eſt. Neque verò non crediderim Virgilio dum canit

Speluncam Dido dux & Troianus eandem
Deuenient ——

Homericum illud imitatum eſſe *peruenerunt ad ſpeluncam cauam Dea atque ipſe vir.* Vbi dux Troianus appellatur Aeneas a Iunone non ſanè honoris cauſa, ſed per contemptum & odium, quemadmodum dixit,

—— *liceat Phrygio ſeruire marito;*

& Venerem ipſam appellans

Túque puérque tuus ——

quæ omnia Iunonis faſtum oſtendunt ac mores. quos etiā in oratione tota viciſſim agnoſcere licet: nam tum ad fraudem ſimulationémque compoſiti mores exprimūtur vtrinque, tum maximè hinc ad Iunonis, illinc ad Veneris genium & mentem ante oculos collocandam.

Partit. 21.

Oceanum interea ſurgens Aurora reliquit
It portis, iubare exorto, delecta iuuentus:
Retia rara, plagæ, lato venabula ferro,
Maſſylique ruunt equites, & odora canum vis.
Reginam thalamo cunctantem ad limina primi 822
Pœnorum expectant: oſtróque inſignis & auro
Stat ſonipes, ac frena ferox ſpumantia mandit
Tandem progreditur magna ſtipante caterua,
Sidoniam picto clamydem circumdata limbo
Cui pharetra ex auro, crines nodantur in aurum,
Aurea purpuream ſubnectit fibula veſtem.
Nec non & Phrygij comites, & lætus Iulus
Incedunt: ipſe ante alios pulcherrimus omnes
Infert ſe ſocium Aeneas, atque agmina iungit.

Dei ortus, & venationis apparatus: Didonis item ad venationem euntis deſcriptio.

Deſcribit breuiſſimè Auroræ cōtinentérque iubaris, ſolis inquam & diei, ortum, cum enim paulò ante dixiſſet ſtatuiſſe Didonem vnà cum Aenea prima luce venatum ire, ſatis erat hîc indicaſſe lucem aduentaſſe, vt ad venationem ſubíndeque ad compoſitam fraudē traduceret Iunonem. Etſi nihil prohibet quin Homerus imitatus ſit poëta noſter in Auroræ ortu deſcribendo & venationis exordio. nam,

Quando autem magna genita apparuit roſea Aurora,
Perrexerunt ire in venationem, & canes atque,

cecinit Homerus. Nec niſi cōſultò, vt exiſtimo, addidit, iubare exorto. nā antea canes præ roris aut pruinæ humiditate ſagacitatem odoratúſque vim non ſatis exerunt. Quapropter libentiùs Solem intellexerim, quàm quod aliqui faciunt, ſtellam Veneris, quaſi Mater filium

Digitized by Google

ſium ſpectaret, ſeu Luciferum. Die igitur orto præſentem facit lectam iuuentutem, lectã, inquam, flore & nobilitate vt honoratior eſſet Reginæ comitatus ſplendidiórque venatio: vel delectam ob venãdi peritiam & induſtriam vt lætior & copioſior eſſet præda. hæc igitur delecta iuuentus ſtatim exorta luce it portis, ex Vrbe inquam in campos & ſyluas egreditur, & Reginam è compoſito anteuertit, retia, venabula, ac ſummatim arma & in-
823 ſtrumenta deferens quæ præſenti venationi conducerent, & idcirco Maſſyli equites (ſunt hi Mauritanijs finitimi populi, qui equitatu excellunt) ac magna venatici canis multitudo quæ ſagacitate & odoratu feras veſtiget, conſequitur. Interim verò Pœnorum proceres ac viri primarij pro thalami foribus præſtolantur Reginam: *cui ſonipes*, equus inquam celer, præſto eſt *qui frena ferox ſpumantia mandit*, hoc eſt generoſiſſimus & nobilis. denique egreditur Regina & *magna ſtipante caterua Progreditur*: cuius habitus egregiè deſcribitur a Poëta: a Seruio etiam in Pariſino Codice prolixè ne dicam ſuperſtitioſè declaratur: quandoquidem eam & flaminicam interim facit & ſacrificulæ in more penè inſtructam non modò venatricis inſtar ac Reginæ: cum tamen videri poſſit Poëta clamydem illi, pharetrámque tanquam germanæ venatrici tribuiſſe; crines verò de more in nodum auro ſtrinxiſſe, purpureámque veſtem aurea item fibula ſubnectere voluiſſe, vt commodiùs intereſſet venationi. denique quemadmodum equum apparatúmque omnem ita Reginæ habitum & ſplendidum & venationi accommodatum expreſſit. conſequuntur Phrygij tãquam aſſeclæ & comites, inter quos lætus incedit Iulus, Aeneas verò pulcherrimus ante alios Phrygios ſe ſe Reginæ adiungit ſocium, ita vt inter vtrumque agmen medius incedens, Troianorum ac Tyriorum agmina iungere videatur. Atque hîc dum ait *canum vis* pro canibus aut ſagacibus canibus, facilè Lucretium ſecutus eſt qui miſſa canum vis: cecinit in quarto, tametſi canum multitudinem intelligit vterque, opinor, & ideo, *odora*, addit Virgilius alioquin *ἰχνευτὴς* ſeu ſagax dicitur hoc genus canum à Græcis: egregiè verò M. Tullius, *Canum incredibilis ad inueſtigandum ſagacitas narium*. Quanquam non omnes illa præditi ſunt: ſed alij ad inueſtigandum, alij ad capiendum ficti ſunt. Quapropter egregiè Seneca epiſtola LXXVI. In cane ſagacitas prima eſt ſi inueſtigare debet feras; curſus
824 ſi conſequi; audacia ſi mordere & inuadere. Qua in re neſcio an Naturæ magis quàm animantis ſagacitatem admireris. At *lætus Iulus*, verúſne an fictus? fictus caderet percommodè ad Reginæ ignem augendum: verus, ne Venus mentiri voluiſſe videatur, quæ vnius noctis operam a filio poſtulauit. Nos propterea verum agnoſcemus in poſterum, quem Mater eâdem facilitate ac dexteritate in Africam ex Idalio reuocauit, qua illum eò comportauit. *De vero Iulo.*

Part.22

Qualis, vbi hybernam Lyciam, Xanthíque fluenta
Deſerit, ac Delum maternam inuiſit Apollo,
Inſtaurátque choros: miſtíque altaria circum
Cretéſque Dryopéſque fremunt, pictíſque Agathyrſi:
Ipſe iugis Cynthi graditur, mollíque fluentem
Fronde premit crinem fingens, atque implicat auro:
Tela ſonant humeris. haud illo ſegnior ibat
Aeneas: tantum egregio decus enitet ore.

Cum in I. libro Didonem ob pulchritudinem in primis & oris inceſſúſque dignitatem cũ Diana contuliſſet, illud ſupererat vt Aeneam ſimili de cauſa cum Apolline compararet: quod facit in præſens. Sed & illud perbellè cadit, quòd quemadmodum Didonem cum Diana comparans, hanc in Eurotæ ripis & per iuga Cynthi choros inducit exercentem, & Oreadis ſtipatam incedentem, ſic Aeneam cum Apolline conferens, hunc ſuorum carorũ & aſſeclarum choris ſtipatum inducit. Quãquam eò magis hinc Aeneæ illuſtratur & declaratur pulchritudo quã Didonis, quòd inter Deos pulcherrimus ſit Apollo: inter Deas non primum Diana obtineat locum: Ergo vt incedentis Aeneæ decus ac pulchritudinem exprimat, ad Apollinem, quaſi verò mortales impares ſint tantæ pulchritudini, ſe ſe refert, quem profert ex Lycia vbi hyemare crederetur, Xãthíque fluentis, in Delum Inſulam vbi
825 per æſtatem ageret remigrantem. Hîc verò ſiue in hiſtoria ſiue in fabula nitatur, certum eſt Delum non iniuria maternam appellari, cum Latonæ matri dicata eſſet: vel ſaltem quia ibi *Deſcriptio Aeneæ ad venationem egredientis.*

Digitized by Google

ibi Apollinem peperiſſet. certum eſt etiam Apollinem coluiſſe Lyciam: denique & in Lycia per hyemem & in Delo per æſtatem reſponſa dediſſe ſcripſit antiquitas; migrantē igitur Apollinem & Delum repetentem inducit nobili pompa, atque auro, corona, pharetra, choris, & nobili comitatu inſtructum & decoratum, ita vt pulcherrimus videri poſſit. Talis igitur ad venationem deſcendit Aeneas, tale enim ac tantum ore & inceſſu referebat decus, tam egregia in eo apparebat pulchritudo, vt Apollini inferior videri nullo modo poſſet. nec mirum, cum enim Mater tali ac tanto decore illum ornaſſet: vt Virgilius canat

—— os humeróſque Deo ſimilis,

addátque

——Ipſa decoram
Cæſariem nato genitrix luménque iuuentæ
Purpureum, & lætos oculis afflarat honores,

par eſt vt nunc maximè tale tantúmque decus in eo eluceat. Vtitur verò hac comparatione Virgilius ad Aeneæ pulchritudinem declarandam, quòd tum a Pindaro, Apollonio & alijs multis paſſim, tum ſigillatim ab Aeſchylo & Tragicis in ſcenis, Dianæ & Apollinis chori & peruagationes deſcribantur & inducantur. ita ut non abſtruſa & recondita (quod aliqui venditant) ac proinde minùs accommodata, ſed recepta & peruulgata, nobilis tamen, videri debeat. Denique cum Epicus non ruſticis canat & ignaris ſed induſtrijs ac liberalibus artibus expolitis, nihil eſt quòd Virgilium clament ignoto ſimili ſeu obſcura comparatione vſum eſſe. certè cum Anacreon Bathyllum Apollini fecerit ſimillimum, iuſtiùs id faciat Virgilius qui Regem & deſcribit & Veneris filium, cui Venus ipſa diuinos afflarit honores. Quod verò tum Iulum tum Aeneam tali ac tanta ornat pulchritudine, non eò ſolùm ſpectat quòd hæc Regibus authoritatem augeat ac dignitatem, verùm etiam quia interim Auguſto caneret. 816

Partic. 23.

Poſtquam altos ventum in montes, atque inuia luſtra,
Ecce feræ ſaxi deiectæ vertice capræ
Decurrêre iugis, alia de parte patentes.
Tranſmittunt curſu campos, atque agmina cerui
Puluerulenta fugâ glomerant, montéſque relinquunt.
At puer Aſcanius medijs in vallibus acri
Gaudet equo iámque hos curſu, iam præterit illos:
Spumantémque dari pecora inter inertia votis
Optat aprum, aut fuluum deſcendere monte Leonem.

Venationis initiũ & qualis in illa Aſcanius.

Iam ad venationem ipſam deſcendit, tametſi quoniam a Iunone perturbabitur breui, eã perſequetur paucis. Igitur poſteaquam (inquit Poëta) ventum eſt in altos montes & inuia luſtra, hoc eſt inuia & latentia ferarum latibula & domicilia, ecce tibi hinc feræ capræ, Syluestres inquam capræ; è ſummis montium verticibus ſtrepitu excitatæ, & a canibus, ſaxis rupibúſque (has enim incolunt ita vt à Plinio rupicapræ appellentur) deiectæ, curſu per iuga deſcendebant, illinc cerui relictis montibus (in ijs enim paſcunt: etſi non in ſummis & rupibus vt capræ) apertos tranſmittunt & curſu peragrant campos: quod dum turmatim faciunt, tantam excitant vim pulueris, vt ipſi puluerulenta quædam agmina videãtur: ita quidem celeri fuga (pertimidi enim ſunt) campos petentes & peragrantes, glomerantur ſimul omnes & coëunt. Interim verò Aſcanius, etſi puer adhuc, in medijs vallibus acri gaudet ac veloci equo; hunc verò vel ab Heleno acceperat qui equis donauerat Anchiſem. (& ideo in tertio, *Addit equos* ait Virgilius dona enumerans illa) vel fortaſſe a Didone exceperat dono. ſiquidem ideo in V. canitur 817

—— Ante omnes pulcher Iulus,
Sidonio eſt inuectus equo, quem candida Dido
Eſſe ſui dederat monumentum & pignus amoris.

Dum verò hunc agitat equum impellitque curſu, ſic impellit vt modò hos modò illos declinet ceruos; non enim inertia veluti pecora ſibi premenda aut etiam, dum occurrunt, appetēda exiſtimat, ſed ſpumãtem aprum aut fuluum Leonem. itaque ſummis votis optat

Digitized by Google

tat ſibi aprum occurrere, ac Leonem è montibus ac luſtris deſcendere. His verò Iuli indolem ac generoſitatem admirabilem deſcribit Virgilius, vt Auguſto qui ſe a Iulia gente Iulóque ortum haberi vellet, blandiatur. & hac etiam de cauſa paulò poſt Iouem ipſum & Mercurium introducet eidem Iulo mirificè fauentes ne dicam blandientes & aſſentantes. Neque verò non aliquibus crediderim Virgilium in Cyrum adoleſcentulum ſpectaſſe qui apud Xenofontem ſumma quadam alacritate ſpumantes apros premit & inſectatur: fortaſſe etiam Iugurtha in mentem venit quem Salluſtius adoleſcentem in venando multũ temporis egiſſe, ac feras & Leones primùm aut in primis ferire conſueuiſſe ſcribit. Iam verò ceruos, nonnullorum pace, viſos in Africa, docuimus libro I. capras verò Syluestres
lib.6.c. in Africa repertas præter Strabonem ſcribit Aelianus: qui etiam eas in ſummis montium
24. verticibus (id quod cum Virgilio mirificè congruit) teſtatur degere. de Leonibus non eſt quòd dubitemus, cum & Strabo id teſtetur & Iugurtha quem feriendis leonibus exercet
818 Salluſtius, Numidarum Rex eſſet, atq; in Africa degeret. De apris denique, quicquid ſcri-
Plin.lib bat Plinius, conſtare ſatis poteſt, quòd cum ſues alat Africa, facilè apros, præſertim in mon
8.c.58. tibus quibuſdam, perinde ac Leones alere poſſit. Tametſi, quod attinet ad apros & Leones, quantumuis eos non aleret Africa, haud reprehendendus eſſet Virgilius, cum non tã ibi repertos dicat, quàm exoptatos ab Aſcanio. Quò fieret vt acutè Virgilius Aſcaniũ induceret Leones apróſque optans quòd olim venationis labores alacriter ſubijſſet regia proles. id quod eleganter expreſſit Plinius in Panegyrico, Olim (inquit) his artibus Duces imbuebantur, certare cum fugacibus feris curſu: & paulò poſt, nec mediocre pacis decus habebatur irruptio ferarum. Quare appoſitè Horatius ſuorum temporum delitias reprehendens, ac iuuentutem ſic canit

—— Neſcit equo rudis
Hærere ingenuus puer
Venaríque timet, ludere doctior.

Sed redeo ad Virgilium, cui Oppianus adſtipulatur rurſus in libro ſecundo de venatione quod attinet ad Ceruos, Philoſtratus lib. VI. explanator quoque Plinij Dalecampius lib. VIII. capite XXXIII. diſcedit a Plinio, Brodæus lib. VIII. Miſcellanearũ capite XIII. idem confirmat. Denique alij multi ex oculatis teſtibus idem aſſeuerant. ita vt cum Herodotus negaſſet primus, ſatis conſtet Ariſtotelẽ Herodoto, Ariſtoteli Plinium hæſiſſe: mallem. vt Timæum accuratiſſimum Hiſtoricum ſecuti eſſent: itaut iurè Lucanus Virgiliũ imitari non dubitarit. Neque verò crediderim Virgilium dum talem in uenatione & equitando deſcripſit Aſcanium, non Platonem ſequi potuiſſe, qui ingenuos pueros inſtituens, equitare (inquit libro V. de Republica) conſueſcant primis ab annis pueri: cúmque hoc didicerint, equis ad ſpectaculum belli ducentur. Ac fortè Horatius, dum caneret

Imberbis iuuenis tandem cuſtode remoto
819 *Gaudet equis canibúſque & aprici gramine campi,*

Virgilij ſpectauit Aſcanium. quam laudem Troiano matura iam ætate & Romani Imperij gubernacula regenti tribuere haud dubitauit Plinius in Panegyrico dum ſcriberet, luſtrare conſueuiſſe ſaltus, excutere cubilibus feras, ſuperare immenſa mõtium iuga & horrentibus ſcopulis gradum inferre; quæ tamen ad Cyri imitationem expreſſa ſunt facilè: atque vtinam Xenofontis ſuauitate, turgidus enim hîc Plinius & Poëticus ferè.

Part.14 Interea magno miſceri murmure cœlum
Incipit: inſequitur commiſtâ grandine nimbus.
Et Tyrij comites paſſim, & Troiana iuuentus,
Dardaniúſque Nepos Veneris, diuerſa per agros
Tecta metu petiêre: ruunt de montibus amnes.
Speluncam Dido, dux & Troianus eandem
Deueniunt: prima & Tellus, & pronuba Iuno
Dant ſignum: fulſere ignes & conſcius æther
Connubij, ſummóque vlularunt vertice Nymphæ.
Ille dies primus læthi, primúſque malorum

Cauſa

Cauſa fuit.neque enim ſpecie famáue mouetur,
Nec iam furtiuum Dido meditatur amorem:
Coniugium vocat,hoc prætexit nomine culpam.

Iuno ingẽtem commouet tempeſtatem: & quæ inde ſint conſecuta.

Quod moliebatur,aggreditur Iuno:nam ſtatim ac venatores ſparſos animaduertit atque huc illuc curſitare,Aeneam verò ac Didonem a ſpelunca non procul abeſſe quam machinationi hymenæiſque deſtinauerat,ecce tibi repentè magno miſcet murmure cœlum,ita vt venti,nubes, ſed inprimis ingentia tonitrua obſtreperent:nimbos etiam emittit commiſtos grandine,vnde Tyrij Troianíque & cum ijs Aſcanius,præ metu ſibi quiſque pro- 830
ſpicere,& huc illuc tecta diuerſa petere,cogitur.præſertim verò quia tam vehementes è montibus iam deſfluerent aquæ;vt non tam pluuiæ quàm amnes deſfluere ac ruere viderentur. At quid de Didone & Aenea?

Speluncam Dido dux & Troianus eandem
Deueniunt:——

inquit Poëta. vbi prudentiſſimus Vates æquè ac prudentiſſimus factum intelligi mauult quàm ſibi narrandum aut attingendum exiſtimet. itaque eò potiùs conuertit orationem vt mali ſigna ominis ſubijciat,cum hinc infœlicis Eliſæ furor & interitus dimanarit. omnia infauſtaque prodigia petit a Tellure,quæ,(vt opinor;non enim ſigillatim declarat quę dederit ſigna) mota & concuſſa ſit:tum a Iunone vel potiùs ab aëre qui ſua ille quoque ſigna & omina protenderit,& huc ſpectat quod ait

——Fulſere ignes & conſcius æther
Connubij——

veriſimile enim eſt fulgura & aërem horrendum in modum illorum oculos atque aures perſtrinxiſſe:denique a Nymphis montium quæ vlulatus emiſerint.itaque non ijs aſſentior qui ſigna hæc non tam mali ominis quàm vniuerſim hymenæi ſigna fuiſſe autumãt quæ captata fuerint & in incerto dubiáque ſignificatione relinquerentur. nam etſi quicquid eo tempore accideret, id ſuperſtitiosè notabant, Virgilius tamen & nota ſigna voluit & iam malum omẽ agnitum & prodigijs. nam quorſum obſecro vlulaſſe Nymphas? quorſum Tellurem aut concuſſam aut quid prodigioſum oſtentaſſe?vt omittam ex priſcis illis ignes & fulgura nuptijs aduerſari plerumque.Itaque pronuba Iuno, mea quidem ſententia,dat ſignum non quòd de vno cogitet hymenæo,ſed quia dum celebratur,infauſtum fore animaduertit,ita vt non potuerit non ipſa etiam ſignum aliquod infauſtum da-
re.Quapropter appoſitè Virgilius continenter addit 831

Ille dies primus lethi primúſque malorum
Cauſa fuit——

& rectè nam antequam pudicitiam amiſiſſet, fortaſſe licuiſſet ei pedem referre ab interitu: vbi iacta eſt alea, fuit quam difficillimum. id quod explicat ſtatim Poëta dum inquit,

—— Neque enim ſpecies famáue mouetur,

hoc eſt non ſpecie & aſpectu rerum præſentium mouetur, quæ ante amiſſum pudorem eam deterrere potuiſſet;nec famâ & rumore commouetur abſentium dum tam multa paſſim de ſe vulgari non poteſt non vtcũque audire. tametſi vt culpam,quam occultare nequit inficiando,connubio purget,coniugium prætexit,ſéque Aeneæ coniugem obtendit. Eleganter verò expreſſit hunc locum Ouidius in Didonis Epiſtola nam quemadmodum Virgilius canit

Ille dies primus lethi, & quæ ſequuntur: ſic Ouidius,

Illa dies nocuit quâ nos decliue ſub antrum
Cæruleus ſubitis impulit imber aquis.
Audieram voces, Nymphas vlulaſſe putaui,
Eumenides fatis ſigna dedere meis.

Prima verò Tellus dat ſignum, fortaſſe quia Deorum parens a Priſcis habebatur:credibile verò eſt concuſſam in ea plaga;idque Iunonis impetu. quæ,quippe aëris domina, magnam inflammati aëris vim extruſerit è cauernis:ut iurè dicatur

—— Prima & Tellus & Pronuba Iuno.
Dant ſignum ——

Quæ cum acciderent præter vſum, quid mirum ſi ſummo vlularunt vertice Nymphæ? intelli-

Digitized by Google

intelligit autem Oreades. Itaque eleganter, vt ſolet, Ouidius huc ſpectans

Audieram voces Nymphas vlulaſſe putaui;
Eumenides fatis ſigna dedêre meis,

832 inquit Didonem ipſam loquentem faciens: quæ non inſano iudicio Eumenides veriùs quàm Nymphas vlulaſſe conijcit. Atque in Virgilianum hunc locum iterum ac tertiò ſpectauit Ouidius dum caneret Hyſiphiles

At mihi nec Iuno nec Hymen ſed triſtis Erinnis
Pratulit infauſtas ſanguinolenta faces.

& rurſus in Phyllide

Pronuba Tyſiphone thalamis vlulauit in illis

Part.25

Extemplo Libyæ magnas it fama per Vrbes:
Fama, malum quo non aliud velocius vllum:
Mobilitate viget, viréſque acquirit eundo.
Parua metu primò, mox ſe ſe attollit in auras:
Ingreditúrque ſolo, & caput inter nubila condit.
Illam Terra parens, ira irritata Deorum,
Extremam (vt perhibent) Cæo Enceladóque ſororem
Progenuit, pedibus celerem, & pernicibus alis:
Monſtrum horrendum, ingens: cui quot ſunt corpore plumæ,
Tot vigiles oculi ſubter (mirabile dictu)
Tot linguæ, totidem ora ſonant, tot ſubrigit aures.
Nocte volat Cœli medio, terraéque per vmbram
Stridens, nec dulci declinat lumina ſomno:
Luce ſedet cuſtos, aut ſummi culmine tecti,
Turribus aut altis & magnas territat Vrbes:
Tam ficti prauíque tenax, quàm nuncia veri.

Exardeſcit noſter Vates in famam: ac miris eam deturpat modis: ſed inprimis eius ſimulacrum oſtentat ſupra quàm credi poſſit horrendum & monſtroſum. In quam ſanè rem omnes ingenij neruos Poëtam intendiſſe crediderim, partim vt nouo hoc portento admirationem excitaret, variarétque poëma, partim vt adhuc Aeneæ ac Romanis caneret. ete- *De fama.*
833 nim in ſuperioribus libris mirum eſt quantopere deſudarit vt Aeneam quibus poſſet modis pietatis nomine commendaret, & quæ de illo proditæ patriæ in vulgus prodierat, deleret ſuſpicionem: illud tamen vnum obſtabat adhuc: quí ſcilicet fieri potuiſſet vt cum Aeneas omnia pietatis officia ſupra quàm dici poſſit Priamo ac Patriæ perſoluiſſet, turpis illa proditionis dimanaſſet fama. nunc igitur Virgilius famam ipſam mali nomine ac monſtri dedecorat, eidémque mendaciſſimæ, infamiam conflat. ita quidem quemadmodum antea eam proditionis famam tacitè (vt ſcilicet illam ſic apud cōſcios obtereret vt neſcijs non aperiret) & quaſi aliud agens eleuauerat ac diſcuſſerat, ſic inpræſens clam & aliud agens famam ipſam mendacij pleniſſimam eſſe oſtendit. Dum verò multis in famam inuehitur Poëta noſter, ita vt multus potiùs quàm indigens videri poſſit, peruelim equidem vt mihi paulò altiùs Virgilianæ huius deſcriptionis initia repetere liceat.

Ergo multa ſunt quibus Principes ac Reges præſtāt mortalibus reliquis: honore ſcilicet ac ſplendore, diuitijs, opibus, authoritate, potentia: denique Rex vno minor eſt Ioue. quin etiam apud Poëtas commune habent ſceptrum, diadema, purpuram, tronum; vno verbo

Diuiſum Imperium cum Ioue Cæſar habet.

vt minimè mirum videri debeat Regem a quibuſdam mortalem Deum, Deum immortalem Regem, appellari. Quamquam ſi quis rem adhuc attentiùs æſtimet, intelliget profectò nonnulla etiam obſeruari poſſe quibus populares ac mediocris fortunæ homines Regibus antecellunt. Rex perpetuò inuidiæ eſt obnoxius, vnde venenum, inſidias, necem de-

nique

nique nunquam non ſibi timendam atque cauendam exiſtimat: cum vel a proprijs filijs aut nepotibus Reges multos regno ac vita ſpoliatos conſtet. itaque amuleta ſibi comparat Rex quib. pharmaco occurrat ac veneno: cuſtodes adhibet corpori vt iniurias propulſet, arces extruit ac præſidia vt ingruẽtibus ſeditionibus ſe in ea recipiat: exercitus denique 834
cogit vt bella propulſet: vſque adeò regni inuidia inſidijs plena eſt ac periculis. Populares contra inuidiæ telum vix perſentiunt aut timent. vt enim Iouis telum, fulgur inquam, humiles haud petit domos ſed ſuperbas turres, ſic inuidia non populares appetit ſed Principes ac Reges. itaque ijs non amuleta, non corporis cuſtodes, non arces, non præſidia ſunt comparanda, ſed otio frui licet & quiete. quamobrem egregiè Poëta ille, quippe Principum ſolutus curis, canebat,

Me mea paupertas vitæ traducat inertem
Dum meus aſſiduo luceat igne focus.

quod ſanè minimè omnium licet Regibus. Id quod Poëta non ignobilis deplorauit eo carmine

—— O fragilis damnoſa ſuperbia ſceptri,
O furor, o nimium dominandi innata cupido,
Mortales quò cæca vehis? quò gloria tantis.
Inflatos transfers animos quæſita periclis?
Quot tecum inſidias, quot mortes, quanta malorum
Magnorum tormenta geris? quot tela, quot enſes
Ante oculos (ſi cernis) habes? heu dulce venenum,
Et Mundi lethalis honos? heu triſtia Regni
Munera quæ haud paruo conſtent: & grandia rerum
Pondera quæ nunquam placidam permittere pacem,
Nec requiem conferre queant? heu fortis acerba
Et miſera regale decus, magnóque timori
Suppoſitos regum caſus, ——

Sed & idem egregiè declarauit Dionyſius ille Syracuſanus ac tanquam ante oculos poſuit. cum enim opulento Siciliæ regno potitus eſſet, itaut aulicus quidam eũ perbeatũ appellaret ac prædicaret, ille contra hunc Regiæ menſæ iuſſit accumbere. cum igitur hic lau 835
tiſſimis epulis & conquiſitiſſimis frueretur, audirétque aulã totam ſuauiſſimis cantibus perſonare, ita ut ſe quoque interim quodam modo perbeatum exiſtimaret, ecce tibi animaduertit diſtrictũ gladium tenui appenſum filo ſibi impendere, ita vt in eius ceruicẽ & caput iam iam ruere videretur. ita quidem timore plenus ac mœrore Dionyſium orauit, vt abire liceret, quòd beatus eſſe nollet ampliùs. Itaque eleganter latinus Lyricus

Diſtrictus enſis cui ſuper impia
Ceruice pendet, non Siculæ dapes
Dulcem elaborarunt ſaporem
Non auium, citharæque cantus
Somnum reducit.

ita quidem Dionyſius tanquam emblemate quodam declarauit Regum ſtatum inuidia eſſe pleniſſimum, atq; aleæ periculiſque paſſim obnoxium. id quod in eodem Dionyſio declarauit euentus: cum paulò poſt Regno pulſus, miſerè exulare coactus ſit. ſed vt alia Regum incommoda prætermittam, quibus item intelligitur Ciues & populares Regibus præſtare, illud vnum adhuc commemorabo quod cum Didone Regina eſt coniunctiſſimum. Etenim ea eſt Regum conditio, vt eorum dicta omniũ auribus, eorum facta omnium oculis, útraque omnium linguis, ſint expoſita. Quia etiam mortales non modò in Regum facta dictaque intuentur, verùm etiam in coniugem, in liberos, in familiares & amicos, in cœnam, in cubile: ac tanquam Lyncei per quercum ac lapidem eorum conſilia explorant; tantùm vt non ſomnia reſciant, ſic tamen non hæc etiam interdum explorant & aſſequuntur. qua in re eò etiam Reges ſunt infœliciores, quòd habent non modò æmulas verùm etiam inuidos & obtrectatores: qui ſanè plerumque Regum virtutes, ſi quæ in illis ſint, clauſis prætereunt oculis, culpas & vitia tanquam Argi obſeruant. Deni- 836
que vultures imitantur, quæ ſana corpora præteruolant, in cadauera inſiliẽtes quæ roſtro dilacerant & vnguibus. Sic inquam Regum obtrectatores eorum virtutes ac res præclarè geſtas diſſimulant ac prætereunt, culpas & vitia dilacerant maledictis. ea quo incommo

do &

do & malo fermè abſunt populares, ſi quid enim deliquerint domi, id ſeptis domus coër-
cetur: quòd ſi fortè egrediatur fores, vix peragrat viciniam. at quæ Reges in cubiculo ad-
mittunt facinora, mox aula vulgantur tota, inde peragrant Vrbem: mox diffamantur Re
gno toto, atque exteris etiam nationibus non ſine dedecore innoteſcunt: quia, vt infamia
ſit perpetua, ab Hiſtoricis conſignantur publicis monumentis: a Tragicis etiam thea-
tris ſæpè oſtentantur ne pereat fama. qua in re illud etiam interuenit longè peſſimum,
quòd fama culpas non modò vulgat vndique ſed auget mirificè. Hac igitur Virgilius oc-
caſione arrepta, excandeſcit aduerſus famam: cúmque animaduerteret Didonis culpam,
etſi in ſpelunca atque omnibus remotis arbitris contractam, illico peruulgari, & quan-
tumuis Dido tædas prætexat & coniugium, in deteriorem partem verti, ita ut in Aeneam
quoque iam irrepat inſultétque, conuitium facit ipſi famæ, atque illam infamia notat
ſempiterna.

Sed age dum obſecro Virgilianam Famæ deſcriptionem agnoſcamus & ſimulacrum:
cùm enim dixiſſet Famam in magnas Lybiæ Vrbes perueniſſe, *Fama malum* ait primum, *Famæ cur*
vt ſcilicet hac nota illam rerum malarum genere comprehendat, atque hinc ad eius vim *malum ap-*
& naturam exprimendam initium faciat. Quamquam vide quid ſtatuas Virgili. cũ enim *pelletur.*
non modò mala verùm etiam bona denuntiet Fama, & quemadmodum cecinit Vale-
837 rius Flaccus —— *Digna ac indigna canat* —— per iniuriam malum tam facilè illam appel- *Dubitatur.*
las. ſanè ficedula (ſi magnis licet componere paruis) apud Martialem conqueritur quòd
cum non modò ficu veſceretur verùm etiam dulcibus vuis, non ab vuis ſed a ficu appel-
laretur. quid igitur ſi fama abs te conuicium ſibi fieri dicat per iniuriam, quòd cum bona
etiam renuntiet, tu malum eam appelles? qua in re eò iuſtiùs tecum contendet, quòd ad
extremum tu, tu inquam Virgili, fatearis non modò falſi & ficti, ſed veri etiam internun
tiam eſſe, & facta non ſecus atque infecta promulgare: quin etiam (quod Iuppiter apud
te indicat qui famæ melioris oblitam ait Didonem) modò bonam modò malam cenſe-
ri. quid quod eodem tempore hiſtoriæ quia poëſi ac tibi ipſi es iniurius? nam hiſtoria res
malas non ſecus ac bonas, turpes non ſecus ac præclaras, commendat poſteritati, ita vt fa-
ma ſit Hiſtoriæ quàm ſimillima. & tamen nemo hiſtoriam dixerit malum, quin hoc ipſo
quòd res turpiter geſtas notat, bonam, nam mortales conſciẽtia rarò; infamia, præſertim
hiſtoriæ, ſæpè, cohibentur. Itaque M. Tullius ſe profitebatur hiſtoriarum quoque indu-
ſtria a vitijs ad virtutem reuocari, quòd vereretur infamiam, & Tacitus eo maximè nomi-
ne commendauit hiſtoriam quòd dum Reges in primis ac viri Principes notarentur, eo-
rum ſimiles a peccando retardarentur. id quod tu ipſe, velis nolis, confeſſus es, cum ad ex-
tremum cecineris Didonem

—— *Nec ſpecie famáue moueri,*

quod eſt ne fama quidem, vnde Reges a turpitudine deterrentur, Didonem retardari,
ita ut Hiſtoriæ munus expleat fama. denique Poëtas res falſas peruulgare, ac mala non
838 ſecus ac bona comminiſci, compertum eſt, ita ut non poſſis famam appellare malum,
atque illi hoc nomine conuicium facere, quin Hiſtoricis quoque ac Poëtis inuidiam con-
fles turpiſſimam. Quamquam plurimùm intereſt inter famam & Hiſtoriam: hæc veri ac
falſi rationem habet diligenter: non miſcet, non auget quemadmodum fama quæ fal- *Responde-*
ſa cum veris confundit, ac res auget mendacijs. Poeta quoque falſa dum canit, non pro ve *tur.*
ris ea venditat, ſed ſat habet ſi veriſimilia, vt ſcilicet quibuſdam veluti ideis & imaginibus
nos inſtituat, videantur. Ita quidem fama, quantumuis vera interdum ac bona ſpargat, ma
la tamen eſt, quoniam ea mendacijs onerat paſſim. id quod eleganter ſanè expreſſit Oui-
dius, cum Virgilij quaſi interpres, caneret

—— *Hæc veris addere falſa*
Gaudet, & è minimo ſua per mendacia creſcit.

& alibi

Mixtaque cum veris paſſim commenta vagantur.

quare non malè hac in re Tertullianus, qui cum in famæ incidiſſet mentionem propte-
reáque Virgilianum iſtud protuliſſet

Fama malum, quo non aliud velocius vllum,

Fama malum aiebat, *quia velox, quia index, quia plurimùm mendax, quæ ne tunc quidem cum
aliquid veri affert, ſine mendacij vitio eſt, retrahens, adijciens, demutans de veritate.* Vt pro-
pterea non immeritò malum planè faciat famam Virgilius; bonum, quoniam men-

Explicantur reliquæ propoſitæ deſcriptionis partes.

daciis ſemper ab ea reſpergitur ac fœdatur, non agnoſcat. Additur, *Quo non aliud velocius illum*, vt intelligatur famam eſſe malorum omnium velociſſimam. Et ſanè pernicie a peſtilentia, eluuionibus, exuſtionibus, bello aliiſque huiuſmodi calamitatibus facilè ſuperatur fama, velocitate nullo modo. Niſi tamen quoniam fama ſæpè in 839
honorem inſultat qui corporis incolumitati eſt anteponendus, hoc nomine calamitatibus cæteris ſit pernicioſior. Quanquam fama, vt eſt mendax, apud cordatos homines non facilè alienum denigrat honorem: quòd ſi denigrat interdum, benefactorum conſcientia ſuſtentatur innocens, donec emergat veritas, ac mendacium & falſitas diſſipetur. Sed & *mobilitate viget* fama: ita vt eius vigor, vnde quoquo modo nobilitari poſſe videbatur, inconſtantia labefactetur: nam mobilitate illa inconſtantiam & leuitatem deſignari, reliqua deſcriptio clamabit tota. *Vires* enim *acquirit eundo*: contra ſcilicet quàm res humanæ, quæ labore ac tempore amittunt vires: quanquam ſic vires auget vt quopiam illis abutitur, malum augeat & infamiam: Sed cur additur. *Parua metu primò*? ea, opinor, de cauſa quòd rumorum Authores rem primò, tanquam in arcanis eam habeant, cum ſolis amicis communicant, nec tam apertè communicant quàm auribus inſuſurrant: mox tamen ſpargitur in vulgus, creſcit, & dilatatur, & ideo pergit, *Mox ſe ſe attollit in auras.* nam reuera ſpargitur ac longè latéque vagatur. Tametſi Terras inprimis peragrat inter mortales: tum tanta confuſione inuoluitur vt vix ac ne vix quidem certi quicquam ſtatui poſſit: & ideo pergit

Ingrediturque ſolo, & caput inter nubila condit.

non enim luce gaudet vt veritas, ſed nubibus ſe ſe inuoluit inſtar mendacii. ſubiicit verò poëta eius ortum, vt ab ortu etiam eam deturpet; idque vel quia a Terra orta eſt dum hæc ira Deorum qui gigantes domaſſent, irritaretur: vel quia extrema natorum omnium eſt progenita (poſtremi enim fœtus minus fœlices, ſæpè etiam inutiles eſſe ſolent) vel quia infamibus gigantibus ſoror eſt. Quòd ſi celer pedibus & pernicibus alis eſt procreata, id quoque illi conſtat ignominiam, vel quia monſtroſa in hoc 840
cernatur commutatio: cùm pedum ſit pernicitas (ſi Seruio credimus) celeritas ſit alarum (quamquam Cicero in 4. Tuſculana celeritatem pedibus attribuit) vel quia vtramque agilitatem ac vim ad malum inflectit: pedum celeritate ſolo ingrediens, alarum pernicitate aërem peruadens vnde etiam ſe ſe in auras attollit & inter nubila condit. Denique vt conſtet quàm turpis ſit fama & quale malum, appellat eam monſtrum, idque ingens horrendúmque; ita ut & a natura ſeu ſubſtantia & a quantitate ſeu magnitudine & a qualitate deſignetur turpiſſima. Sed illud multò mirabilius & monſtroſius, quòd dum plumis tegitur, plumis ſingulis, ſinguli oculi ſubijciuntur: ſingulis oculis aures reſpondent ſingulæ, totidémque linguæ, totidem ora. quamquam illud auget adhuc monſtri fœditatem quòd plumæ celeritate præſtant; oculi inſomnes agunt, Argum hac in re ſuperantes (huius enim oculi non ſemper inſomnes) Draconem heſperidum æquantes: aures perpetuo erectæ ſunt ac procliues factis excipiendis: linguæ óraque reſonandis vndique, vt ſcilicet malum illicò exploretur, excipiatur, ac longè latéque deferatur ac promulgetur. Quæ cum ita ſint, nil mirum ſi pergat poëta

Nocte volat cœli medio,

vim enim & plumarum & alarum exerit, vt vel excipiat vel peruulget facta: idque cœli medio vt in omnem ſe ſe partem commodè inflectere, quoquo verſus aures conuertere, vndique res excipere, poſſit. quo etiam tempore, ne videantur aut linguæ aut ora, aut oculi non ſuo munere fungi, ſic volat cœli medio & in apertiſſimo campo, vt per terræ quoque vmbram volet ſtridens ac nunquam ſomnum capiat: quin ne tantiſper quidem declinet lumina, ſeu dulci ſomno indulgeat. Neque verò per diem quie- 841
ſcit ab explorandis aut propalandis mortalium factis: ſiquidem cuſtodis more & vigilis agit excubias, ac propterea ſedet *ſummi culmine tecti*, aut turribus altis: vt ſcilicet res commodius & exploret & eloquatur, atque hinc eſt vt quemadmodum altis turribus ſedet, Principum inuigilans domibus & factis, ita magnas territet Vrbes. neque enim exigua oppida eius cupiditati perinde ſatisfaciunt ac magnæ Vrbes: hæ namque curioſitati ſeruiunt, ita huc fama deferre ac peruulgare facta licentiùs poſſit vnde illas commoueat ac territet. At profectò quemadmodum ſeditiones, prælia, bellicos apparatus, prodigia & portenta diffundit, magnas ſanè Vrbes quibus Reges ſæpè ſuſpecti ſunt, non

poteſt non territare: præſertim verò cum mendacijs, non modò veris boniſque nuntijs, etſi paucis, mortalium aures inſerciat. Hoc Famæ ſimulacrum, hæc deſcriptio. In qua ſanè, ſi quis eam quæ tum apud Ouidium tum apud Valerium Flaccum extat, conſulat diligenter & cum Virgiliana comparet, poſteriorem ſanè elegantem eſſe dixerit, ſed per breuem, ſi vnam deſcriptionem ſpectet, ac minùs operoſam: priorem cùm longiorem tum operoſiſſimam: præſertim verò quia in famæ domicilio fingendo [illegible]ditur longiùs. ſed quales quales ſint, Virgilio multùm debet vterque. ſunt autem, vt conferre illas quiſque poſſit commodè; quæ ſequūtur. & Ouidiana quidem quæ habetur in libro XII. Metamorphoſeon ad initium vbi Græcorum claſſis Troiam ſoluens deſcribitur, eſt huiuſmodi.

Orbe locus medio eſt inter terráſque fretúmque
Cæleſtéſque plagas triplici confinia mundi,
Vnde quod eſt vſquam, quamuis regionibus abſit,
Inſpicitur, penetrátque cauas vox omnis ad aures:
842 *Fama tenet, ſummáque domum ſibi legit in arce.*
Innumeróſque aditus, ac mille foramina tectis
Addidit, & nullis incluſit limina portis.
Nocte diéque patet, tota eſt ex ære ſonanti,
Tota fremit, vocéſque refert, iterátque quod audit.
Nulla quies intus nulláque ſilentia parte.
Nec tamen eſt clamor: ſed parua murmura vocis,
Qualia de pelagi (ſi quis procul audiat) vndis
Eſſe ſolent, qualémue ſonum, cum Iuppiter atras
Increpuit nubes, extrema tonitrua reddunt.
Atria turba tenet, veniunt leue vulgus, eúntque,
Miſtaque cum veris paſſim commenta vagantur.
Millia rumorum, confúſaque verba volutant,
E quibus hi vacuas implent ſermonibus aures,
Hi narrata ferunt aliò, menſúraque ficti
Creſcit & auditis aliquid nouus adijcit author.
Illic credulitas, illic temerarius error,
Vánaque lætitia eſt, conſternatique timores,
Seditioque recens, dubióque authore ſuſurri,
Ipſa, quid in Cælo rerum pelagóque geratur,
Et tellure, videt, totúmque inquirit in Orbem.

Sic Ouidius. At Valerius Flaccus in ſecundo Argonauticon nō longè ab initio Venerem inducit quæ vagam Famam veſtiget in vmbra, continentérque ſic pergit.

Quam pater omnipotens digna atque indigna canentem,
Spargentémque metus placidis regionibus arcet
Aetheris, illa fremens habitat ſub nubibus imis,
Non Erebi, non diua poli, terráſque fatigat,
Quà datur. audentem primi ſpernúntque fugántque
Mox omnes agit, & motis quatit oppida linguis.

Sic breuiter Flaccus. qui tamen (ne te lateant quæ inter Famam & Venerem geruntur ſtatim: pertinent enim ad huius item naturam intelligendam) pergit è veſtigio
843 *Talem diua ſibi ſceleriſque dolique miniſtram*
Quærit auens. videt illa prior. iamque aduolat vltrò
Impatiens: iámque ora parat: iam ſuſcitat aures.
Hanc ſuper intendit Venus: atque his vocibus implet.
Vade age: & æquoream virgo delabere Lemnon;
Et cunctas mihi verte domos. præcurrere qualis
Bella ſoles; cum mille tubas armátaque campis
Agmina: innumerûm flatus confingis equorum.
Adfore iam luxu, turpique cupidine captos
Fare viros; caráſque thoris inducere threſſas.
Hæc tibi principia. hinc rabidas dolor vndique matres

Inſtimulet. mox ipſa adero: ducámque paratas.
Illa abit, & mediam gaudens defertur in Vrbem

Hæc rurſum Flaccus. quem ſi cum Virgilio contuleris, ſenties ejus imitatorem non indiligentem fuiſſe. Multa fortaſſe de fama: & tamen addere quædam lubet, famam cum alia multa euulgare & augere, tum quæ ad bellum aut amorem pertinent. itaque Statius.

—— At vigil ignis
Fama ſono, vario rerum ſuccincta tumultus
Anteuolat currum, flatúque impulſa gementum
Alipedum, trepidas denſo cum murmure plumas
Excutit: vrget enim ſtimulis auriga cruentis
Facta infecta loqui ——

& rurſus

—— Quæ tanta licentia monſtro?
Quis furor? iam bella canit. ——

& rurſus

—— ſic quiſque pauendo
Dat vires famæ, nullóque authore malorum
Quæ finxere timent —— ac rurſus
—— diros canit improba motus, 844
Et gliſcit greſſu volucríque citatior Euro.

Sed bellica mitto. Etſi ſat ſciam famam bellica non modò augere, verùm etiam conficere: Fama (inquit Liuius) bellum conficit, & parua momenta in ſpem metúmue impellunt animos. Itaque Seneca, Illudit nobis illa quæ conficere bellum ſolet, Fama. Venio ad amores. Ergo Cyri amorem in Aſpaſeam, non per Ioniam ſolùm (inquit Aelianus) ſed per vniuerſam Græciam Fama celebratus eſt, ita vt plena ſermonibus de Cyro & Aſpaſea. M. Antonii etiam indignus amor in Cleopatram toto terrarũ orbe peruulgatus eſt. Sed Italicus Vates in triumpho hoſce tibi amores retulit ſamam ſecutus: nec ſine ſumma elegantia. Num verò Homerus qui de Fama cecinit

Quæ parua quidem primùm attollitur: ſed poſtea
In Cœlo firmauit caput & ſuper terram ingreditur,

vt Virgilio imitationis campum aperuit, ſic cum imitatore conferri poſſit, viderint alij. Mihi certè Macrobius, qui pro Homero hîc certat contra Latinum Vatem, deſipere viſus eſt. Itaque haud mirer Ariſtidem in oratione de concordia Homerum reprehendiſſe qui Cœlum contentione attingi aſſirmaſſet: ſed in primis noſtrum Vatem laudauerim qui non aditum Cęlo aperit Famæ, ſed *—— ſeſe (inquit) attolit in auras*
Ingreditúrque ſolo, & caput inter nubila condit.

Partic. 16. Hæc tum multiplici populos ſermone replebat:
Gaudens: & pariter facta atque infecta canebat
Veniſſe Aeneam Troiano a ſanguine cretum;
Cui ſe pulchra viro dignetur iungere Dido.
Nunc hyemem inter ſe luxu, quàm longa fouere,
Regnorum immemores, turpíque cupidine captos.
Hæc paſſim dea fœda virûm diffundit in ora.
Protinus ad Regem curſum detorquet Iarbam,
Incenditque animum dictis, atque aggerat iras. 845

Qualem ſe ſe erga Didonem & Aeneã præ ſe tulerit Fama.

Generatim dixit de Fama, eius vim & naturam ſic explicans, vt facilè ſe ijs inſinuauerit qui fortè mirarentur proditionis Famam de Aenea vulgari potuiſſe, cum pietate excelleret & Patriæ fuiſſet amantiſſimus. Quanquam quoniam ex Didonis amore occaſionem captauerat Famæ conuicium faciendi, & eam mendaciſſimam deſcribendi; nunc in inſtituto perſiſtens, ſeu veriùs, quoniam in Famam digreſſus, fuerat, ad inſtitutum rediens, ſigillatim docet quam planè infamiam Didoni conflauerit Fama. Denique cum iam antea dixiſſet

Extem-

Extemplo Lybiæ magnas it fama per Vrbes,

atque hinc in famam inuectus eſſet, Hæc, inquit, fama quam dixeram magnas per Libyæ iuiſſe Vrbes, iam tum replebat populos multiplici ſermone, ídque gaudens: vbi vt talis appareret fama in Didoniano amore qualis vniuerſim deſcripta fuerat, non vnum populum adit ſed multos, nec leuiter eos imbuit ſed replet, ac multiplici ſermone replet non vno: ita vt non poſſit non mendax eſſe & longè mendax, factum enim vnum erat, & vnigena eius forma: cùm tamen multiplicem ac longè variam eam feciſſet fama. quanquã illud auget famæ infamiam quod gaudens (id quod Ouidius etiã cecinit) id faceret: quaſi verò inuida eſſet, maledica, petulans quæ alieno malo gauderet (quod vtinam nobis haud contingeret aliquando, qui aliena facta, præſertim turpia, neſcio quo pacto, hilariter audimus) & procaciter illud ſpargeret & augeret. Atque huc etiam pertinet quod addit

——*Et pariter facta atque infecta canebat:*

id enim eò ſpectat vt quoniam dicta fuerat,

Tam ficti prauique tenax quàm nuntia veri,

id in Didonis amore appareret adamuſſim. quam rem explicat adhuc ad Aeneam deſcendens, cui Didonem pulcherrimam (pulcherrimam verò, ad inuidiam magis excitandam
846 apponitur) iungi & copulari non dedignatam aiebat fama, proptereáque iactabat hyemem eos luxu inter ſe fouere totam, atque ita etiam fouere, & tranſigere, vt ſuum quiſque Regnum obliuioni tradidiſſet: Aeneas, quòd cum ſe a fatis in Latij regnum vocari venditaſſet, nunc nauigatione poſthabita, Carthagine ſubſiſteret, de qua re obiurgabitur paulò poſt, Dido quòd Carthaginis opera non remitterentur modò, verùm etiam penderent interrupta. ſiquidem

Non cœptæ aſſurgunt turres, non arma iuuentus
Exercet, portúſue aut propugnacula bello
Tuta parant: pendent opera interrupta——

dixerat antea: denique concludebat turpi cupidine captos, ac dignitatis & officij immemores, amori & libidini ſeruire turpiter. Vbi ſanè Cupidine captos aiebat, non Amore, vt turpitudo appareret, nam cupido malè audire ſolet paſſim. atque hinc Plautus, Cupido te conficit an Amor? & hinc illud. Amant ſapientes, cupiunt cæteri. Atque hæc ſanè (concludit Virgilius)

Hæc paſſim Dea fœda virûm diffundit in ora.

vbi, ne conuicia remittat, aut famæ dignitati quicquam concedat, ſic Deam facit famam vt eorum pace qui Deæ illi tribuiſſent nomen, fœdam quoque Deam faciat. Tametſi ne ſi quidem ſiluiſſet eius fœditatem, continuò pars aliqua probitatis ac laudis ei tutò acceſſiſſet, cum Veteres turpem quoque Amorem, Diſcordiam, Furorem, Inuidiam & id genus alia multa quæ alioquin peſſima ſunt, in Deorum haberent loco, iiſdémque, vt ſaltem eos auerterent, ſacrificare non dubitarent. Iam igitur Dea fœda cum per ora virûm rem diffunderet quòd ſanè tacitè Didonis infamiam continet (nam malè audit in ora diffundi) protinus ad Regem Iarbam intendit curſum, cuius animum ſic incendit huiuſmo
847 di nuncijs vt aggeret iras, ac priori indignationi & iræ quam ſpretus ſuſceperat, nouas indignationes atque iras addat, ita ut irarum cumulus eius compleat pectus. Et quoniam potuiſſet quiſpiam requirere quis eſſet Rex iſte Iarbas, & cur ob talem nuntium tantopere iraſceretur aut nouas iras conciperet, & quò huius euaſerit ira, ideo pergit Virgilius.

Par. 27. Hic Ammone ſatus, rapta Garamantide Nympha,
Templa Ioui centum, latis immania regnis,
Centum aras poſuit vigilémque ſacrauerat ignem,
Excubias diuûm æternas, pecudúmque cruore
Pingue ſolum, & varijs florentia limina ſertis:
Iſque amens animi, & rumore accenſus amaro,
Dicitur ante aras, media inter numina diuûm,
Multa Iouem manibus ſupplex oraſſe ſupinis.

Digitized by Google

Docet Ioue Ammone(ſiue enim ab arenis ſiue aliunde hoc inueniſſet nomen, quod fusè ne dicam ad nauſeam in Pariſino perſequitur Seruius,hoc in Libya Iuppiter gaudebat nomine:vbi etiam Ammonis & Templum & Oraculum erat celeberrimum)& rapta Garamantide Nympha ortum fuiſſe Iarbam:hanc enim rapuerat ſalaciſſimus Iuppiter & cōſtuprauerat;etſi alioquin eam affinitate attingeret, quòd ex Phœbo filio duceret ortum: nam Garamantes a Garamante Apollinis filio & nomen & genus ducebat.Cum verò Iarbæ deſcripſiſſet natales adiecit eius erga parentem venerationem & cultum. itaque ex ijs quæ de Ammonis Templo & veneratione prodita eſſent memoriæ (tu de hoc vide Curtium libro quarto de rebus Alexandri;ac ſi vacat, Lucanum libro nono) occaſione arrepta,cultûque illo poëtica libertate ad Regni Vrbes ac Tēpla deriuato,aperuit quàm mul- 848
ta illi Templa,quàm multas aras,erexiſſet regno toto,docuítque peruigilem, qui ſcilicet nunquam deficeret,illi ignem,excubiáſque æternas conſtituiſſe,opimáſque victimas floréſque & coronas ſacraſſe.Quapropter auſus eſt fidenter ad patrem confugere dum præ ira furens ac propterea amens(ira enim breuis furor eſt & amētiæ digna nomine)& amaro accenſus rumore & nuntio non poſſet non conqueri & excādeſcere. Fertur igitur ante aras inter media numina Diuûm,vt ſcilicet teſtes eſſent Ioui parenti,multa prece ac ſupinis manibus ſupplicaſſe,atque ijs illum vocibus compellaſſe.Atque hîc ſanè dum Poëta Hiſtorici ſubit munus, obſerua quàm candidè & perſpicuè narret, quámque ſuauiter (vt ſimul Poëticum decus retineat) fluat oratio. Nam quæ Hiſtorici etiam de Ammone Scribunt,narrat,ſed ita narrat vt ſe famā ſequi indicet,ac fidem apud Authores relinquat. Tametſi centum Templa more Poëtico huc introduci, quemadmodum centum thure Sabæo caluiſſe aras Veneri prodidit idem Poëta. Sed cum Iuppiter Deorum Princeps haberetur,dignitatis quoque gratia & decori centum templa illi ſtatuuntur:debuit enim in Ioue mendacium augeri cum in filia inualuiſſet.Sed Ammonis precationē audiamus.

Partic.28.

> Iuppiter omnipotens,cui nunc Mauriſia pictis
> Gens epulata toris, Lenæum libet honorem,
> Aſpicis hæc?an te genitor,cum fulmina torquens,
> Nequicquam horremus?cæcíque in nubibus ignes
> Terrificant animos,& inania murmura miſcent?

Non ſine ſtomacho, vt amaro erat animo & inprimis occupatus ira, videtur ſupplicare: quòd fortaſſe ea etiam de cauſa eſt auſus,quia filius eſſet & cum parente ageret, ſéque nō dignum meritis nuntium de Didone(id quod inſcio & inuito Ioue contingere haud poterat) retuliſſe indicaret:ita vt eius preces cum acri expoſtulatione coniunctæ ſint: qua etiam & Didoni & Aeneæ inuidiam conflat,quos ſimul afficit contumelijs. Igitur ſacrifi- 849
cia commemorat veneratione pleniſſima,quæ ſanè eleganter deſignat ornatiſſimi conuiuij epulis ac vino:eádémque ſacrificia tacitè exprobrat parenti,ſimúlque expoſtulat quaſi non ſatis ſtatuere audeat num illa reſpexerit Iuppiter aut curet. Et ideo quærit nū mortales incaſſum Iouis ipſius fulmina irámque pertimeſcant (quia ſcilicet ab eius iuſtitia proficiſci exiſtimant & vindice dextra)númue cæci, qui inquam repentè emicarent euaneſceréntque,nubium ignes,temerè illos terrerēt, itaut murmura & ſtrepitus ſine cauſa concitentur. Quibus ſanè videtur iratus Rex tanquam dilemmate parentem appetere: quaſi verò ſi non aſpicit res mortalium,ſacrificia & cultus ſint otioſa: ſi aſpicit, minùs iuſtus ſit qui & Iarbam ipſum tanta veneratione illius numen colentem,infortunijs opprimi ſuſtineret;& Didonem è contrario tam iniqua agentem,non puniret;vno verbo nec religioſos cultores ac probos tueretur nec iniurias & improbos vlciſceretur. Vbi menſas fortaſſe pro more gentis deſcribit in quibus libaretur, ſed poëticè tamen & ſplendidè inprimis. Sic Ouidius

> *Aſpicit hoſpitio iuuenes Aeeta Pelaſgos,*
> *Et premit is pictos corpora Graia toros,*

cecinit in Medea. Id quod de Dionyſio Romanæ Eloquentiæ parens egregiè commemorauit:dum diceret. Collocari iuſſit hominem in aureo lecto, ſtrato pulcherrimo, textili ſtragulo,magnificis operibus picto. Sed ad Poëtam qui pergit

Fœmi-

Digitized by Google

Part.19 Fœmina, quæ noſtris errans in finibus, Vrbem
Exiguam pretio poſuit, cui littus arandum,
Cuique loci leges dedimus, connubia noſtra
Reppulit, ac dominum Aeneam in regna recepit.
Et nunc ille Paris cum ſemiuiro comitatu
Mœnia mentum mitra, crinémque madentem
Subnixus, rapto potitur: nos munera templis
Quippe tuis ferimus, famámque fouemus inanem.

Deturpat Didonem a ſexu ſeu minùs laudato ſexus nomine: ab erratione, quòd eò peregrina & errans perueniſſet: quòd vaga, profuga, egena, miſera: ab Vrbe quam poſuit quæ pretio ſaltem fuiſſet exigua & vilis (aſtu enim deinde euaſerat magna) ab officio & paupe pere vita, quòd ei ſterile ſolum ac littus ferè ab initio arandum obtigiſſet; quo etiam præ calamitate contenta fuiſſet: a ſeruitute, quandoquidem ſub ipſius Iarbæ legibus degendũ fuiſſet illi, itaut vectigalis minimùm eſſet ac tributaria; ab his inquam omnibus Didonem contemnendam fuiſſe docet. & tamen hæc (ſubdit ſtatim) auſa eſt noſtra connubia ſpernere, ac tandem Aeneam, hoc eſt extorrem ac profugum, in Domini, Domini inquam nõ iuſti coniugis, loco habere, & in Regium ſolum recipere. Sic Iarba. qui ſanè hinc occaſione arrepta in ipſum Aeneam quoque transfert orationem; quaſi verò nouus ſit Paris qui aliena connubia perturbet, atque adeo Regio inſidias ſtruat toro, eius libidinem & vecordiam exprimens. quid plura? hic (concludit) cum ſemiuiro & effœminato aduenit comitatu: itaut Lydorum more ac meretricio ferè, incedunt mitrato pileo (hunc verò viris probrosum fuiſſe cum Cicero aduerſus Clodium, tùm Lucianus apud quem Iuno id Baccho dat vitio, conſtat ſatis) & ad mentum intorto, crinésque vnguentis madentes attollant, &, quod multò deterius eſt, rapto potiantur (id quod vel in regnum Didonis ſpectans dixit quo fruerentur, vel tanquam pyratas illos carpens) cum tamen ipſe Iarbas Iouem ipſum ſacrificijs & cultu proſequeretur. quibus commemoratis quaſi Orationem cogens ſe vereri ſignificat, ne fruſtra interim famam inanem foueat, dum illa cogitatione eum colit
851 religioſè quòd fertur mortalibus proſpicere & mũdum iuſtè adminiſtrare. pretio (inquit
lib. 44. Poëta noſter) non precibus vt Liuius; qui Aduenis (inquit) quãtum ſecto bouis tergo amplecti loci potuerint, tantum ad Vrbem communicandam precariò datum. Sed pretio ac precibus impetraſſe credendum eſt. Tametſi ſupra etiam

Mercatique ſolum ———

dixit Poëta. Nec veriſimile theſaurum deferenti aurum remiſſum. facilè autem de bouis tergo ſilet Iarbas, ne id in ſui dedecus commemoraret cum a fœmina deceptus eſſet. etſi Byrſæ nomen quo Vrbs primo dicta eſt, rem proderet ſatis. Ob id etiam, cui littus arandũ dedimus, ſubdit Iarbas, vt videretur ex more Didoni condenda Vrbi littus conceſſiſſe. Nã Vrbes aratro deſignabantur. Ac fortè littus dixit non agrum, vilitatis cauſa & ad rem extennandam vt Didonis indicaret calamitatem. Littora verò regibus curæ fuiſſe & ideo in illis dominatum exercuiſſe (quicquid aliqui communia dictitent) hinc quaſi ex Romano more intelligitur. Sed vſus dicas communis non dominatus. Dum verò mitratum deſcribit Aeneam vt tanquam effœminatum & alterum Paridem inſimulet, ſignificat id ex Mœoniæ gentis more factum. quanquam Lydi quoque mitrati incedebant, vnde illud Propertij

Cingat Baſſaricas Lydia mitra comas

& illud

Mitratisque ſonant Lydia plectra choris.

eundémque morem idem Poëta tribuit Sidonijs cum canat

Quæ cum Sidoniæ nocturna ligamina mitræ
Soluerit ———

Sed cum mitratus incedat Aeneas Lydio more, quídni madido crine formetur? madentẽ igitur illi affingit crinem, quẽ admodum Homerus Paridi: ac facilè pretioſo vnguento. quæ omnia Catilinæ quoque & ſectatoribus attribuit Cicero, Qui nitẽt vnguẽtis (inquit)

qui

qui fulgent purpura.& alibi, Vini,ſomni,ſtupri plenus,madenti coma, compoſito capil-lo.rapto igitur ſupereſt ad ſummam infamiam(quod etiam addit Iarbas) viuat nouus Pa- 852
ris,& vt vterque regiam fœminam rapiat.

Partic. 30.

Talibus orantem dictis,aráſque tenentem,
Audijt omnipotens:oculóſque ad mœnia torſit
Regia,& oblitos famæ melioris amantes:

Quemadmodum Virgilius precationis expreſſit verba,ita nunc ſolemnem,qui precationi adhiberetur,attingit ritum:nimirum inter precandum aras tenuiſſe:quod eſt aſas quaſi anſas hinc inde arripuiſſe. nam Varrone teſte aſas priſci vocabant, quas poſteriores appellarunt aras: eodémque modo Valeſij & Fuſij procedente tempore Valerij & Furij dicti ſunt:ita vt non magnopere ſit cur certent Iuriſconſulti;num lex quæ Fuſia Caninia appellatur, Furia Caninia dicenda ſit, & vtra lectio ſit ſpuria vel retinenda. Ergo ſolemnem (ſolemnem inquam ne dicam ſuperſtitioſum : cum, niſi aſæ caperentur manibus,irritam fore precationem arbitrarentur)coluit ritum Iarbas inter precandum;quem audijt etiam Iuppiter: ac propterea *oculos ad mœnia torſit Regia*. Vbi humano more Iouem audientem, oculóſque ad terras conuertentem inducit,quemadmodum in I.dum caneret,

Et iam finis erat,cum Iuppiter æthere ſummo
Deſpiciens mare veliuolum, terráſque iacentes,
Littoráque & latos populos ſic vertice cœli
Conſtitit,& Libyæ defixit pectore curas.

qui mos in noſtrates etiam peruaſit Poëtas: itaque Epicorum Vertex Torquatus Deum (Virgilium ſine dubio imitatus)inducit qui certo tempore è Cœleſti ſolio oculos ad terras conuertit ſic canens 853

Gl'occhi in giù volſe:e in vn ſol punto e in vna
Viſta mirò ciò ch'n ſe il Mondo aduna.

etſi enim quoquo modo ſignificare nititur id quod eſt,nimirum omnia puncto temporis vel potiùs æternitatis,ſpectare,haud tamen præ humanæ mentis imbecillitate non humana de illo concipere,humánaque illi tribuere potuit,& ideo pergebat etiam

Mirò tutte le coſe,& in Soria
S'affiſò poi ne' Prencipi Chriſtiani.

ſed redeo ad Virgilium,qui ſanè addit Iouem non ſolùm ad regia mœnia, verùm etiam ad oblitos famæ melioris amantes, oculos conuertiſſe. Quo in loco, quoniam id Poëta non tam ex ſuo quàm ex Iouis ſenſu Aeneam & Didonem famæ oblitos ait melioris (ideo.n. Iouem hoc indignantem inducit Aeneámque obiurgātem) cogor tantiſper tum nouum hunc Xenocratem, Iouem inquam, compellare, tum Poëtæ ipſius iudicium requirere. cùm enim tu ſalaciſſime Iuppiter ille ſis,qui ſexcētis adulterijs & coopertus, ac nuſquam non adulter,inceſtuoſus appareas,quíque rapinas etiam hac de cauſa exercueris, quid eſt quòd ſtomacheris dum vides Didonem , hoc eſt fragilem fœminam admirabili Aeneæ pulchritudine captam, aut Aeneam in ſummo diſcrimine Didoni indulgere? Sanè Dianam,hoc eſt pudicitiæ Deam,te ſimulaſti aliquando, eiúſque famæ ac perſonam ſuſcipere non dubitaſti,vt tuæ impudicitiæ ſatisfaceres:eâdémque de cauſa modò taurum, modò hircum,turpiſſimas beſtias, veluti induere,cornua ipſa geſtare, tetrámque pellem ac fœdam ſubire auſus es.& in præſens excandeſcis dum amantes homines cernis:quid obſecro faciendum putaſſes ſi aut in Satyrum,aut in Cygnum,aut in auream pluuiam,aut in aliquam ſe ſe vertiſſent ij vt ſtupra & rapinas exercerent:& tamen tu iſthæc factitaſti,ita 854
vt Ganymedem quoque rapere non dubitaueris vt turpiſſimam libidinem expleres. quid eſt igitur quòd tu,tu inquā,impuriſſime ac libidinoſiſſime Iuppiter in præſens quaſi Xenocrates;alter tam facilè in Didonem Aeneámque exardeſcas? præſertim verò cum illa a tua filia tuóque nepote decepta ſit,ac per ſummam fraudem & iniquitatem Cupidinis incenſa flammis;alter,ne Reginam irritaret,ſéque cum Troianis in ſummum diſcrimen reuocaret,lapſus ſit? Atque hinc liceat Virgilium etiam demirari qui Iouem induxerit Didonis amorem ſtomachantem. Quamquam fortaſſe in Virgilij poëmate locus ſit excuſationi.nam ſi Homerus ac plerique Græcorum Pcëtarum hac de cauſa inſimularentur a nobis,aut etiam ex latinis Plautus,qui in Amphytrionem adulterij cauſa vertit Iouē, vel

Dubitatur. *Reſpondetur.*

Ouidius

Ouidius qui Iouis adulteria & ſtupra perſequitur, ſanè horum liceret iudicium requirere ſi quando Iouem ipſum inducerent amoris culpas in mortalibus arguentem, eodémque nomine Iuppiter ipſe deridendus exſybilandúſque eſſet; ſed res habet aliter apud Virgilium qui Iouem induxit ſapientiæ plenum, rebus humanis proſpicientem, ac ſumma moderatione & æquitate mundum ſéque ipſum adminiſtrantem regentémque; ita vt dum melioris famę obl tos amantes arguit, omni ſit culpa eximendus Virgilius; dicerē etiam ſummopere laudandus, niſi paulò ante Iarbam a Ioue ex rapta Garamantide procreatum dixiſſet, ac profanis illis poëtis interim quoque modo auſcultaſſet. Quanquam dum Iarbam ex Garamantide rapta ortum facit & Ioue, id facit quia Iarbæ ortus alia ratione quàm vulgata declarari haud poterat. Ita ut cum Virgilianus Iuppiter, amantes il-
855 los arguat qui non melioris famæ rationem haberent, ac ſummum decus contemnerent (id quod in Regibus maximè fuit arguendum quos præſtat cæteris pudicitia & exiſtimationis ſtudio prælucere) iurè ac meritò laudari poſſit, tantùm abeſt vt eius vel conſtantia vel iudicium ſit requirendum. Sed quid Iuppiter, vt in amantes illos dignitatis ac famæ melioris oblitos animaduertat? declarat hoc è veſtigio noſter Vates ſic pergens

Part.31 Tunc ſic Mercurium alloquitur ac talia mandat:
Vade age nate, voca Zephyros, & labere pennis:
Dardaniúmque Ducem, Tyriâ carthagine qui nunc
Expectat, fatiſque datas non reſpicit Vrbes,
Alloquere, & celeres defer mea dicta per auras.
Non illum nobis genitrix pulcherrima talem
Promiſit, Graiúmque ideo bis vindicat armis:
Sed fore, qui grauidam imperijs, bellóque frementem
Italiam regeret, genus alto a ſanguine Teucri
Proderet, ac totum ſub leges mitteret Orbem.
Si nulla accendit tantarum gloria rerum,
Nec ſuper ipſe ſuâ molitur laude laborem,
Aſcanióne Pater Romanas inuidet arces?
Quid ſtruit? aut qua ſpe inimica in gente moratur?
Nec prolem Auſoniam Lauinia reſpicit arua?
Nauiget: hæc ſumma eſt, hic noſtri nuntius eſto.

Et ad propoſitam Aeneidis actionem ac fabulam promouendam, & ad Romanorum Auguſtique decus illuſtrandum, hæc comminiſcitur Vates. Quapropter mittitur quidē Mercurius, vt nauigationem proſequatur Aeneas: ſed tamen eodem tempore anſam arripit, vnde Auguſtus ac gens Iulia celebretur, ac maxima etiam cum dignitate, Iouis ſcilicet præconio, celebretur, & ideo ea interponit

Non illum nobis genitrix pulcherrima talem
856 *Promiſit, Graiumque ideo bis vindicat armis,*
Sed fore qui grauidam imperijs bellóque frementem
Italiam regeret, genus alto a ſanguine Teucri
Proderet, ac totum ſub leges mitteret Orbem.

& huc etiam pertinet quòd ſigillatim ad Iulum Iuliæ gentis authorem deſcendit; cui Romanas arces atque adeo Romanum imperium in prole deſtinatum ſignificat. Dum verò ait, *Vade age, nate,* egregiè Seruius, *& iubentis* (inquit) *vt vade, & hortantis, vt age, & blandientis, vt nate, expreſſit affectum.* ac mea quidem ſententia, qui ſe dominatorem omnium, prout debuit, declarauit Mercurio imperans vt iret, rectè etiam oſtendit qualis ſit parentis dominatus erga filium cum dixit *age*: vbi hortationem cum Imperio miſcuit, ac temperauit, ſimúlque amorem erga illum declarauit, qui natum eodem tempore appellauit. addit verò, *voca zephros,* quòd ijs Mercurio vtendum eſſet, quemadmodum paulò poſt

conſtabit

conſtabit planiùs: & ideo ſubdit, *& labere pennis*: eò enim explicandæ erant pennæ quò zephyri futuri erant opportuni. ſed & perſonam deſcribit & locum ad quæ mitteretur: ſimúlque cauſam explicat, vt tantæ legationis rationem compertam haberet. ea verò eſt quia Aeneas Carthagine ſubſtitiſſet tempúſque fruſtra contereret, nec de Latio & Vrbibus cogitaret quas ei deſtinaſſent fata. itaque dum Iuppiter tam prudenter eo vtitur initio, *Vade age nate*, ſimúlque adiumenta proponit quibus eundum, quò item, & ad quem qua & quàm graui de cauſa, nemo non fateatur Virgilium pauciſſimis verbis prudẽtem Regem deſcripſiſſe qui legatum mittere deſtinarit: præſertim verò quia celeritatem quæ in grauiſſimo negotio vti oporteret, non prætermiſit, cum diceret,

—— & celeres defer mea dicta per auras.

vbi ſanè ſiue eleganter ὕστερον πρότερον vſurpet, qui priùs, *Alloquere*, dicat, tum nuntiũ deferri iubeat, ſiue expolitione vtatur, aut etiam qua de re alloqui illum oporteat dicturus (id quod iam iam ſubijciet) hoc celeriter curandum iubeat, appoſitè indemandata orditur 857

Non illum nobis genitrix pulcherrima talem
Promiſit. ——

ſiquidem occaſionem, etſi aliud agere videatur, arripit vnde canat Romanis. ſed de hac re poſtea. Nunc dum Venus pulcherrima appellatur, quoniam monet Seruius epithetum eſſe quidem Veneris perpetuum, ſed ad præſens negotium non pertinere, fateor equidẽ ad rem non facere, quà mandata proponuntur, ſed quà tacitè ſtudebat Virgilius Romanorum laudi, id pernego: vt enim bona quoque corporis ad fœlicitatem ſeu beatam vitam aliquid conferunt, ita ad Iuliæ gentis laudẽ pertinere potuit, ex ea ortum duxiſſe Dea quæ omnium pulcherrima Iouis ipſius teſtimonio cenſeretur. Dum verò mandata explicat Iuppiter, obiurgandúmque Aeneam ſignificat quò Venus non talem eum promiſit, indicatur Iouis æquitas qui fauerit Aeneæ ob præclaras Matris pollicitationes, & opportuniùs etiam faueat ac iuſtiùs, quàm Homericus Iuppiter, qui Thetidi ſatis facit nõ iuſta ſed pernicioſa Græcis poſtulanti. Addit verò neque hoc conſilio rurſus Venerem illum bis Graijs vindicaſſe armis, vt rurſus Aeneam ſtimulet & ad ſaniorem mentem officiúmque ſub amaro hoc nuntio reuocet. bis verò intelligit a Matre Græcorum armis liberatum non quòd primùm id fecerit cũ ab Hercule caperetur Troia (quid enim ei præſtitit mater eo tempore, vnde armis Græcorum defenſus ſit? ſi tamen defendi potuit qui aut nondum ortus eſſet, aut non Ilij ſed in Teucria degeret infans?) tum verò in euerſione Agamẽnoniana; ſed potiùs quia bis (ſemel nimirum Diomedis, ſemel Achillis) armis a matre ereptus eſſet. ac primùm quidem apertè, ſecundò clam & per Neptunum, ne ſcilicet vulneraretur iterum. Niſi tamen, quoniam non planè conſtat Neptunum Veneris hortatu aut precibus Aeneam liberaſſe, quin ex illis libri 5. carminibus. 858

—— Nec minor (Xanthúmque Simoëntaque teſtor)
Aeneæ mihi cura tui, cum Troia Achilles
Exanimata ſequens impingeret agmina muris,
Millia multa daret letho, gemerẽtque repleti
Amnes: nec reperire viam, atque euoluere poſſet
In mare ſe Xanthus; Pelidæ tunc ego forti
Congreſſum Aeneam, nec Dijs, nec viribus æquis
Nube caua eripui ——

contrariam ſententiam colligere licet, Neptunũ ſcilicet ſponte & inſcia Venere liberaſſe Aeneam, poſteriorem vicem libentiùs in Troianũ excidium referas, in quo mater (quod in 2. canitur) hortatur, increpatione, cœleſti ſidere, multis denique vel ſtimulis vel adiumentis filium prouocat ad fugam. At enim quem obſecro pollicita erat Venus Aeneam? declarat hoc è veſtigio Iuppiter verbis illis

Sed fore qui grauidam imperijs bellóque frementem
Italiam regeret.

quibus verbis neſcio equidem quid præclarius efferre potuerit ad Romanorum cõmendationem. Ego certè putabam me in 3. de Hiſtoria libro, aliquid operis ad hanc rem contuliſſe qui hinc inde ex ſummo eloquẽtiæ parente Romani Imperii præconia collegiſſem & certo ordine retuliſſem. Sed dum ſiue Italiam ſiue Romanam Vrbem imperijs grauidam appellari audio, ſentio vno propè verbo ea pręconia deſignari omnia & comprehendi, quæ

di, quæ

di, quæ nos niſi iuſta ferè oratione complecti haud quiuimus. Denique præclaro quidem
859 Elogio Romanorum fortunam ac dignitatem extulit Plutarchus dum ſcriberet, Fortuna, Traiecto Tyberi, poſitis alis, exutis talaribus, abiecta inſtabili & veſtigia fallente pila, Romam ingreſſa eſt; ibi conſtanter permanſura; neque aliò illam in poſterum obuolutura: Sed dum Virgilius Romam imperijs grauidam facit, laudem præripuit præconijs omnibus. Hanc verò laudem nobili etiam expolitione complectitur dum ſubdit è veſtigio

In lib. de Fortun. Rom.

——— Bellóque frementem
Italiam regeret, genus alto a ſanguine Teucri
Proderet, ac totum ſub leges mitteret Orbem.

vbi tum docet quæ eſſent imperia quibus grauida eſſet Italia, eádémque contrahit ad Vrbem Romam quæ ſub leges miſit Terrarum Orbem propè vniuerſum, ac proinde imperia peperit quibus erat grauida, tum ab Aenea genus prodendum atque alto ab Teucri sāguine propagandum teſtatur. Ex quibus etiam conſtare poteſt de Veneris promiſſis; eū enim fore Aeneam promiſerat qui partim per ſe, partim per poſteros, hæc præſtaret omnia. Quæ cum ita ſint, iurè, vt Aeneas etiam atque etiam ſtimuletur, &, ſi non propria, filij ſaltem, dignitate ac laude ad nauigandum, matriſque promiſſa & Iouis mandata, curāda incendatur, pergit

Si nulla accendit tantarum gloria rerum,
Nec ſuper ipſe ſuâ molitur laude laborem;
Aſcanióne Pater Romanas inuidet arces?

quibus Iulio rurſus ac Iuliæ genti canit egregiè. Denique vt nihil prætermittat vnde ſtatim diſcedendi atque adeò fugam capiendi mentem cupiditatémque ſuſcipiat; addit

Quid ſtruit? aut quâ ſpe inimica in gente moratur?
860 *Nec prolem Auſoniam, & Lauinia reſpicit arua?*

quibus ſignificat præpoſtera illum curare opera qui Carthaginis non Romæ, vno verbo alieni non proprij ædificationem conſtitutionémque curaret Regni: imò verò addit eum ſibi perniciem ſtruere, qui inter inimicos morari non dubitaret, Auſoniam prolem quæ non Carthagine ſed in Latio propaganda eſſet, deſpiciens & arua Lauinia contemnens. Ad extremum vt pauciſſimis conſtaret de legationis ſumma, & quo nomine nuntius mitteretur Mercurius,

Nauiget; hæc ſumma eſt, hic noſtri nuntius eſto:

inquit Iuppiter, vbi non minore grauitate & perſpicuitate quàm breuitate legationis mādatorúmque ſummam concludit & colligit;

Part. 32

Dixerat: ille patris magni parêre parabat
Imperio: & primùm pedibus talaria nectit
Aurea, quæ ſublimem alis, ſiue æquora ſupra,
Seu terram, rapido pariter cum flamine portant.
Tum virgam capit: hac animas ille euocat orco
Pallentes, alias ſub triſtia tartara mittit:
Dat ſomnos, adimítque & lumina morte reſignat:
Illa fretus agit ventos, & turbida tranat
Nubila: iámque volans apicem & latera ardua cernit
Atlantis duri, Cœlum qui vertice fulcit:
Atlantis, cinctum aſſiduè cui nubibus atris
Piniferum caput, & vento pulſatur & imbri.
Nix humeros infuſa tegit: tum flumina mento
Præcipitant ſenis, & glacie riget horrida barba.

Obtemperantiſſimum, prout æquum ſunt, inducit fingítque Mercurium Poëta noſter, idque vel quia Iouis nuntius eſt, ac propterea quæ illius ſunt propria, expeditè & alacriter præſtare debet: vel quia eſt filius: filium verò parenti morem gerere oportet ſuo: vel quia

Pater

Google

Pater a quo accipit mandata, Rex eſt hominum Deorúmque: ac proinde magni intereſt
ſe illi paratiſſimum oſtendere: vel quia Aeneæ cui affinitate coniunctus erat, honori pro- 861
ſpiciendum erat. itaque iurè

—— *Patris magni parêre parabat*
Imperio ——

Denique cum Amor Matri, nihil reſpondens, obtemperarit, atque illius dicta factis con-
tinenter impleuerit, ita vt hac de cauſa cecinerit Poëta

Paret Amor dictis charæ genitricis: ——

Quidni Mercurius qui Iouis eſt adminiſter & internuntius, non ſtatim obtemperet? Fa-
cta enim pleniùs quàm dicta implent boni officium adminiſtri. Ob id igitur

—— *Ille Patris magni parêre parabat*
Imperio ——

Dubitatur. factis muneri ſatisfaciens. Quãquam cur non eâdem qua priùs celeritate carpit iter, & in
Libyam ſtatim deſcendit? ſanè Mercurius acceptis a Patre mandatis

—— *Volat ille per aëra magnum*
Remigio alarum, ac Libyæ citus aſtitit oris,

inquit Virgilius in libro primo. An igitur ibi præceps quodammodo in Libyam aduola-
uit ſtatim, quòd magnum eſſet in mora periculum? Ego verò fateor celeritate tunc maxi-
ma opus fuiſſe quòd iam Troiani hoſpitio prohiberentur arenæ, ac faces iam iam inten-
tarentur claſſi. Sed tamen ne hîc quidem cunctatione opus eſt vlla, cum pater illud præ-
ciperet

—— *Celeres defer mea dicta per auras.*

itaque par erat vt, qualis qualis eſſet rei ſtatus, celerrimè obtemperaret, nec tam parere pa
Reſpondetur. raret, quàm (quod fecerat antea) mox in Libyam rueret & aduolaret. Igitur hanc germa-
nam crediderim fuiſſe cauſam cur hîc tantiſper moretur dum pedibus talaria nectit, vir-
gam capit, ſéque, vno verbo, ad iter comparat. nam faciendum fuit Poëtæ vt orationem
variaret, ne dum rurſus è cœlo in Libyam mittit Mercurium, eodem planè verborum te-
nore & artificio vteretur: ſed ſtylo variato & artificio ſatietatem effugeret, delectatio-
némque, nec ſine ingenij ſignificatione, páreret auditoribus. Quanquam adhuc curandũ
erat (dicet aliquis) vt Ioui obtemperaretur qui celeritatem præceperat. fateor. Sed tanta
celeritas adhibenda fuit, quantam tempus ac locus ferret ac ratio poſtularet. etenim cum 862
primò in Libyam aduolauit Mercurius (rem fortaſſe non oppidò credibilem proferam,
ſed quam tamen ex Virgilio confirmabo altiùs) aër placidus erat ac facilis quem trana-
ret: per æſtatem enim deſcendit & poſt Orionis ortum, hoc eſt Iunio menſe: nunc per hye
mem (ideo enim cecinerat Poëta ſeu fama,

Nunc hyemem inter ſe luxu quam longa fouere)

& ideo ijs indigebat adiumentis quæ contemnere licuit per æſtatem. quaprópter & pater
dixerat voca Zephyros, quibus ſcilicet iuuaretur & tutior dirigeretur curſus, & Poëta mo
net talaria adhibuiſſe pedibus vt ſublimis & rapidus flamen ſeu Zephyros ac ventos (nam
flamen eſt pro ventis Poëtis vſitatiſſimum) ſecundaret. quid plura? Tum virgam capit,
inquit Virgilius. at quem ad vſum? explicat ferè è veſtigio;

Illa fretus agit ventos & turbida tranat
Nubila ——

en Virgilium apertè indicare opus fuiſſe vt nubes tranaret turbidas, idque virgæ inprimis
adiumento aſſecutum. Vt propterea Zephyros vocet, talaria nectat pedibus, virgámque
capiat, vt immenſa illa ſpatia tranaturus per hyemem, & ventos aduerſos ſuperare, & tur-
bidas nubes diſijcere ac peruadere poſſet. Et huc etiam pertinet quod è veſtigio deſcribit
Athlantem atris nubibus cinctum, qui vento pulſetur & imbre: cuius humeros nix tegat:
è cuius mento præcipiti curſu deſcendant flumina, cui denique glacie rigeat horrida bar-
ba. Quæ ſi diligenter reputaſſet Caſteluetrus, nunquam, opinor, Virgilium reprehendiſ- *Caſt. in*
ſet, quaſi verò tota hæc Atlantis deſcriptio vitioſa quædam ſit digreſſio, quæque ad ſum- *poet.*
mum in I. libro eſſet interponenda dum primò Carthaginem mittitur Mercurius. neque *Ariſt.*
enim animaduertit Virgilium temporis varietates & opportunitates ſpectaſſe, atq; hinc *pag. 218*
poëmatis quoque variandi occaſionem captaſſe ſummo cum artificio. Nam de Turnebo 863
qui ſuſpicatur Mercurium interim diſpendium quæſiſſe viæ non compendium, cum per *libr. 25.*
Atlantem deſcendat & in eodem conſiſtat, nec defenſionem affert aliam, niſi quam his *cap. 6.*

exprimit

exprimit verbis, *Crediderim hoc factum a Marone, & quòd ab Atlante ſtirpem duxerit Mercurius, & quòd Dys a cœlo deſcendentibus, ſcalas etiam quaſdam, ne præcipites cadant, fabricarint*; quàm frigidè locum explicet & ſcalas inprimis iſtas quàm temerè fabricet dum authore ſententiam confirmat nullo, nemo non videt; dum enim Sidonius Apollinaris canit de Mercurio

& toto deſcendit auo ———

imitatur quidẽ Virgilium qui de Mercurio in Libyã per Atlantem deſcendente cecinit

——— *ventóſque ſecabat*

Materno veniens ab auo ———

non tamen ſignificat ad auum diuertiſſe eius viſendi cauſa; ſed quia ſic anni tempus & viæ ratio poſtularet; ita ut viam ſummatim deſcribat (etſi poëticè) Sidonius; ac propterea ſatis indicet Virgilium item quem imitatur, viæ deſignandæ cauſa cecíniſſe,

Materno véniens ab auo ———

vt omittam adhuc dubitari poſſe aduerſus Turnebum ſi ad auum vt ipſe ait, viſendi cauſa, diuertit, cur non id primò fecerit: quod nobis, niſi temerè, obijci haud poteſt? Paret igitur Mercurius alacriter & promptè, addo etiam celeriter, ſed tanta celeritate quantam locus tulit ac tempus. ita vt commendanda ſit quidem ſuperior illa Mercurij celeritas cum

864 accommodata ſit tempori ac periculo præſentiſſimo: hic maturitas & prudentia ſit celebranda quòd matura celeritate vtatur. Ita quidem factum eſt vt Virgilio perbella ſe ſe Homerum imitandi obtulerit occaſio, quam etiam arripuit egregiè. Cum enim Homerus cecíniſſet in poſtremo Iliados

——— *Neque non paruit internuntius Mercurius:*
Móxque ſub pedibus ligauit pulchra talaria,
Immortalia, aurea, quæ ipſum ferebant & ſupra mare,
Et ſupra immenſam terram ſimul cum flatu venti:
Accepit & virgam qua virorum oculos demulcet
Quorum vult; hos autem rurſus & dormientes excitat:
Hanc in manibus tenens volauit fortis Mercurius;

atque eádem planè carmina iteraſſet ad verbum in Quinto Odyſſeæ, Virgilius ſanè tautologiæ moleſtiam deuitans, eleganter illum eſt imitatus. Dum verò canit Virgilius

——— *Hac animas ille euocat Orco.*
Pallentes, alias ſub triſtia Tartara mittit:
Dat ſomnos, adimítque & lumina morte reſignat: Quid ſit lumina reſignare.

docendum eſſet quid ſit lumina reſignare: de qua re, ijs miſſis quæ vel Seruio vel ſuperiore ſæculo Turnebus a Seruio toto Cœlo diſſidens, ſcriptũ reliquit, ſic ſentio. per ſõnos quos virga dat Mercurius, mors ſine dubio intelligẽda: & ideo apud Sophoclem Aiax ſibi mortem illaturus, Benè me ſoporare, inquit Mercurium compellans. placuit verò Virgilio per ſomnos mortem deſignare, vel quia ſomnus dicitur mortis imago, interdum etiam pro morte capitur; vel vt cum ijs philoſopharetur qui exiſtimarent poſt certum temporis ſpatium animas mortuorum ab Orco, quaſi conſopitæ ibi iacuiſſent, veluti excitari & euocari atque in vitam reſtitui: de qua re in VI. quare dum ſubijcit, *adimítque*, hic etiam ſigni-

865 ficat animas illas quibus ſomnos, hoc eſt mortem dederat, a ſomno & morte in vitam reuocari, dum verò ſequitur, ——— *& lumina morte reſignat,*

eleganti ſed poëtica expolitione docet quid ſit adimere ſomnos; quod eſt reſignari lumina morte, ideſt aperiri: lumina enim ingruente morte tanquam ſomno occupantur, & a morte, quæ ius ac dominatum in illis acquirit, veluti obſignantur: contrà verò dum aperiuntur, reſignari dicuntur. vt enim qui vas, domum, & quid ſimile obſignet, is dominatum in illa & ius acquirere, contra verò qui reſignat, ius illud & dominatum reſcindere, dicitur; ita Mercurius dum ſomnos adimit ſoluitque, mortis iura reſoluit ac tanquam reſignat. & in idem ferme recidit res ſi quid

Dat ſomnos adimítque ———

de vero ſomno intelligi velis; quaſi verò Mercurius (id quod ſignificare ſuſpiceris Homerum dum canit de Mercurio

Accepit & virgam qua virorum oculos demulcet
Quorum vult hos autem rurſus & dormientes excitat)

virga illa non ſolùm euocaret Orco animas, aut ad Tartara mitteret, quòd imperium

 haberet

Digitized by Google

habereret in mortuos,verùm etiam cuiuis ſomnos daret & adimeret, Tametſi,mea quidem ſententia,tutius ſit veram mortem intelligere , quicquid Homerus intelligat: nam vt hic canit Virgilius

—— Hac animas ille euocat Orco
Pallentes, alias ſub triſtia Tartara mittit:

quod abeſt ab hoc Homeri loco;ita ſomnum paulò aliter vſurpare potuit quamuis facilè locum hunc Homeri de mortis ſomno exponendum cenſuit. Certè Germanus quidam Iliados interpres qui latino carmine totum hunc Homeri locum ſic vertit, 866

—— at ille patris magni parêre parabat
Imperio, & pedibus primùm talaria nectit
Aurea,quæ ſublimem alis ſiue æquora ſupra,
Seu terram,rapido pariter cum flamine portant:
Tùm virgam capit.hac animas ille euocat Orco
Pallentes,alias ſub triſtia Tartara mittit:
Dat ſomnos ,adimitque,& lumina morte reſignat:
Illa fretus agit ventos & turbida tranat
Nubila ——

etſi quædam ex Virgilio interponit quæ reuera græcè non extant,atque illud inprimis

—— Hac animas,ille euocat Orco
Pallentes,alias ſub triſtia Tartara mittit;

Homeri tamen ſomnum de morte interpretatur,dum Virgilianum illud(quod tamen ab Homeri loco abeſt)

—— Et lumina morte reſignat

in Homerum intrudit. Itaque ægrè Plinium audierim qui libro XI.capite XXXVII. ſcribit conſueuiſſe Romanos morientibus oculos operire, rurſúſque in rogo patefacere: quorſum enim,obſecro,oculos in rogo aperire cadaueri?vt ignes fortè intueretur,ſéque illis ſubtraheret? Niſi igitur me de hoc more docuerit Plinius, & ex bonis Authoribus docuerit,non aſſentiam.nam qui ex Varrone illud proferunt, *Lex Mania eſt vt filij patribus ſigillēt oculos*, docent quidem filij fuiſſe pium hoc officij genus demortuis parentibus impendere,vt eorum oculos componerent & clauderent, vt fit, & hoc eſt *ſigillent oculos*; ſed vt rurſus in rogo aperirent ac reſignarent,non oſtendunt; ita ut Virgilianam ſententiam priore ratione explicare ſit tutius:niſi tamen Plinianam ad meliores fruges traducas,ita vt Virgilio canat aptiùs.Iam verò afferenda eſſet ratio cur hæc quoque apud inferos virga exercere ac tractare dicatur Mercurius.Sed longum eſſet ſuperſtitioſas priſcorum illorum mortalium opiniones perſequi. Quare tantùm dicā exiſtimaſſe illos mortuorum corpus excipi conſueuiſſe a Terra(in quo non aberrabant)animas a Mercurio:quod,niſi commodè res explicetur,merum eſſet commentum;denique Mercurium Manibus præfecerat vetuſtas: ita vt cum varia de vmbris atque animabus commēti eſſent,nil mirum ſi hæc eadem in præſens Mercurio tribuuntur a Virgilio, Quamquam eò maximè ſpectat dum virgam illi tribuit,vt quemadmodum dicere cœperam 867

Illa fretus agat ventos & turbida tranat
Nubila

hic enim eſt proprius virgæ vſus hoc tempore. Iam verò Atlantis montis deſcriptio eſſet explicanda:in qua tamen,quoniam attentiùs æſtimanti plana videri poteſt , illud tantùm dicam , fabulæ tradidiſſe Veteres Atlantem Mauritaniæ Regem a Perſeo , quòd hoſpitio prohibitus eſſet , Meduſæ capite obiecto,in vaſtiſſimum qui gygantis ſpeciem referret, montem conuerſum eſſe,ac propterea factum vt & caput vnde Cœlum ſuſtineat, & reliqua quibus ſe ſe attollit membra,offerat prætereuntibus,quemadmodum ſignificat Poëta noſter.vt mirum ſit quam appoſitè & eleganter Atlantem vno eodémque artificio vaſtiſſimum & gygantem & montem effecerit obtuleritque. Quamquam ea etiam de cauſa Atlas dictus eſt cœlum ſuſtinere,quòd Aſtrologiæ eſſet peritiſſimus.& hanc mentis altitudinem capitis quoque proceritate, vnde nubes attingit ac cœlum fulcit, non frigidè ſanè indicarunt . Hic tamen eſt reticendum Atlantem a Virgilio eleganter adumbrari, quaſi a Perſeo quod erat in fabulis in montem fuerit commutatus: ſic enim eum deſcribit ut tum montis,tum gygantis,eiúſque prouectæ ætatis,ſpeciem referat:quæ res ab Ouidio non adumbratur modò,ſed omnibus coloribus exprimitur,dum ſic canit,

Quan-

Digitized by Google

Quantus erat mons factus Atlas.nam barba comæque
868 *In ſyluas abeunt: iuga ſunt humerique manúsque:*
Quod caput antè fuit ſummo & in monte cacumen:
Oſſa lapis fiunt.tum partes altus in omnes
Creuit in immenſum(ſic Dij ſtatuiſtis) & omne
Cum tot ſyderibus Cœlum requieuit in illo.

ſic Ouidius:nimirum quia nouabat formas;cum Virgilius in fabulam ſpectaret longius, & ideo ſat habuit fabulam eleganter adumbraſſe. Sed Mercurium ad Aeneam iam accedentem eundémque increpantem audiamus.

Par.33.
Hîc primùm paribus nitens Cyllenius alis
Conſtitit:hinc toto præceps ſe corpore ad vndas
Miſit:aui ſimilis,quæ circum littora,circum
Piſcoſos ſcopulos,humilis volat æquora iuxta.
Haud aliter terras inter cœlúmque volabat,
Materno veniens ab auo Cyllenia proles.

Proſequitur Mercurij deſcenſum:in quo ſanè quoniam illi alas tribuerat, non ſine venuſtate quadam eundem,tacitè ſaltem,cum aue comparat:ait igitur in Atlante monte conſtitiſſe primùm paribus nixum alis,vt enim aues dum volatum remittere & alicubi conſiſtere moliuntur,paribus alis nituntur,quas tantiſper attollunt ſuſtentántque ; ſic Cyllenius.Quamquam ſic conſtitit in Atlante vt mox etiam inde in mare deſcenderit præceps: vt ſcilicet celeriter patris curaret mandata. quod ſanè auis (id quod attingere cœperam) illuſtrat ſimili:verè enim ſecus maris littora aut ſcopulos aues quædam viſuntur non exi-
869 guæ magnitudinis quarum volatum aut deſcenſum exprimere videatur Mercurius dum arenoſum Libyæ peteret littus. Dum verò hic ad extremum ait Virgilius
————Ventóſque ſecabat
Materno veniens ab auo Cyllenia proles,
ſatis licet animaduertere perperam omnino Turnebum,dum ſuſpicaretur ne cum viæ diſpendio Atlantem attigiſſet, ſcripſiſſe,ad auum viſendi cauſa diuertiſſe: nam vt omittam hinc non viæ diſpendium tolli ſed diſpendij cauſam declarari(quod tamen non planè Virgilium liberaret a culpa)falſum eſt Virgilium inducere voluiſſe Mercurium inuiſentem auum:ſiquidem nō ait auum inuiſiſſe primùm, ſed in Atlante mōte conſtitiſſe primùm: ſed ita conſtitiſſe vt inde præceps(id quod eius celeritatem indicat quidem in paternis mādatis curandis, non aui inuiſendi ſtudium) in Libyam deſcenderit. quod ſi *materno* (inquit) *veniens ab auo* , id ſanè Poëticè interponit vt ex Atlante monte deſcendiſſe ac præcipitem in Libyam aduolaſſe,non vt ad auum vt eum inuiſeret, diuertiſſe intelligatur.itaque quod Hiſtoricus diceret,ab Atlante monte,id Poëta a materno auo,in Libyam deſcēdiſſe canit. Nec tamen interim viæ fit diſpendium,ſed compendium potiùs, cum & rectà a patre in Libyam per Atlantem meare & commodè Zephyris vti ac turbida nubila tranare potuerit.Neque verò hîc diſſimulandum,Poëtam in Homerum ſpectaſſe qui Mercurium item in V. Odyſſeæ non diſſimili artificio ad Calypſo Iouis miſit nuntium vt Vlyſſem dimitteret Ithacam. quamquam dum Homerus in aue deſcribenda commoratur qua cum comparat Mercurium,longiùs in aue deſcribenda perſiſtit, quod vix operæpre-
870 tium fuerat.& tamen quam auem intelligat,dubitant interpretes.

Par.34.
Vt primùm allatis tetigit magalia plantis,
Aeneam fundantem arces,ac tecta nouantem
Conſpicit:atque illi ſtellatus iaſpide fulua
Enſis erat. Tyrióque ardebat murice lana
Demiſſa ex humeris:diues quæ munera Dido
Fecerat,& tenui telas diſcreuerat auro.

Dubitatur.

Digitized by Google

Vt primùm Carthaginem peruenit Mercurius, Aeneam conſpexit fundantem arces ac tecta nouantem. id quod, mea quidem ſententia, ſcitè fuit excogitatum a Poëta. nam cum Iuppiter nũtium mitteret, illud inter cætera non ſine ſtomacho protulit de Aenea. Quid ſtruit? igitur Aeneam hoc in loco arces ac tecta ſtruentem facit Virgilius, vt crimen cuius inſimulabatur Aeneas, oculis ipſis conſpiciat Mercurius: ſigillatímq; animaduertat Aeneam Carthaginenſium inſtare arcium ædificationi, itaut illud quoque iurè protulerit Iuppiter,

Aſcanióne pater Romanas inuidet arces?

& ideo hunc mox illum obiurgandi initium faciet Mercurius. & huc etiam pertinet quòd Aeneas non tam virili quàm effœminato ac penè muliebri habitu indutus fingitur; quandoquidem ſuprà Iuppiter illum & amantem & famæ melioris oblitum deprehenderat. quod in præſens licet agnoſcere: & idcirco Mercurius ſubijciet illum increpans

——— Pulchrámque vxorius Vrbem
Extruis? heu regni rerúmque oblite tuarum.

Dubitatur. I. Sed de obiurgatione & nuntio toto paulò poſt; Nunc tria ſunt quæ dubitentur. Ac primùm quidem cùm in libro I. illud protulerit Virgilius

Miratur molem Aeneas magalia quondam:

qui obſecro in præſens pedibus tangit magalia noſter Mercurius? ſi enim iam antea in magalium loco arces & ſuperba tecta ſucceſſerãt vnde admiratio excitaretur, qui paulò poſt ijſdem magalijs locus completur? nam magalia eſſe viles Afrorum domos & ruſticas, & ferme Paſtorum mapalijs reſpondere de quibus canitur alibi, 871

——— Et raris habitata mapalia tectis,

nemo dubitat; itaut hæc cum Vrbe haud conueniant quæ theatris immanibúſque columnis, arcibus, vno verbo, magnificis ædificijs deſcripta fuit. Qua de re dum talem ac tantam dubitationem, quæque in promptu eſt, omnino diſſimulant interpretes, ſic ſentio. *Reſpondetur.* noua ædificia illa ſine dubio inchoata erant non perfecta: itaque ſic initia iacta erant & fundamẽta Vrbis, theatri, arcis, multarúmque domorum, vt adhuc agnoſcerentur magalia quædam, aut magalium veſtigia, & ideo Mercurius hoc in loco

Aeneam fundantem arces ac tecta nouantem
Conſpicit ———

quod ſanè ſignificat viles illas Afrorum domos nouandi & in magnificas conuertendi adhuc fuiſſe locum. quapropter dum in I. canit Virgilius

Miratur molem Aeneas, magalia quondam:
Miratur portas, ſtrepitúmque & ſtrata viarum.
Inſtant ardentes Tyrij: pars ducere muros,
Molirique arcem & manibus ſubuoluere ſaxa;
Pars optare locum tecto, & concludere ſulco.
Iura, magiſtratúſque legunt, ſanctúmque Senatum.
Hic portus alij effodiunt; hic alta theatris
Fundamenta locant alij, immanéſque columnas
Rupibus excidunt, ſcenis decora alta futuris.

per *molem miratur Aeneas*, intelligit vaſtam illam Vrbis totius molem (verè enim longè, latèque patebat ac miræ magnitudinis erat Carthago) quam primùm è colle, qui plurimus Vrbi imminebat, conſpexerat: quæ tamen, vt erat inchoata ſolùm, huc magalia quædam obijciebat, vel magalium veſtigia: ita vt iurè addat *magalia quondam*, indicétque ne Aeneam quidem latuiſſe vaſtam illam Vrbis molem antea magalia quædam fuiſſe vndique, & ideo inſtant Tyrij Vrbi ædificandæ; ita vt pars adhuc aream optet (id quod magalium veſtigia, aut partem aliquam ſuperfuiſſe, indicat ſatis) & domus ſtruẽdæ fines quos ſulco deſignet atque concludat. & hoc nomine dicitur Mercurius tetigiſſe magalia. nam quod dixerat Virgilius 872

——— Aequataque machina cœlo,

hoc de aliqua murorum parte, ſiue propugnaculo pronunciauit tantùm. & ideo ibidem canebat

——— pendent opera interrupta ———

&(quod ſignificare cœperam, ac rem confirmat altiùs)

Pars optare locum tecto & concludere ſulco,

At

Digitized by Google

At enim ſint iſta. Verùm quî fit vt Aeneam fundantem inuenerit arces ac tecta nouantem, cum paulò ante cecinerit Virgilius *Dubitatur. II.*

Non cœpta aſſurgunt turres, non arma iuuentus
Exercet, portúſue aut propugnacula bello
Tuta parant: pendent opera interrupta, ——

certè fama illud de Aenea & Didone retulerat Iarbæ,

Nunc hyemem inter ſe luxu, quàm longa, fouere,
Regnorum immemores, turpique cupidine captos.

& ſanè hæc dubitatio eò grauior videri debet quòd Iuppiter paulò ante quàm diceret Mercurio, *Quid ſtruit?* Carthaginem conuerterat oculos, Iarbæ precibus commotus (idem enim canebat Virgilius

Talibus orantem dictis aráſque tenentem
Audijt omnipotens, oculóſque ad mœnia torſit, *Regia*

873 qui tamen Iarba a fama vnde in eas preces erupit, audierat hyemem luxu fouere amantes illos, & (quod dicere cœperam) Regnorum eſſe immemores: quod eſt Didonẽ etiam ſuæ Vrbis ædificationem ac Regni conſtitutionem tanquam obliuioni tradidiſſe, ita vt adhuc penderent opera interrupta. Sed tamen nihil prohibet quò minùs inter rumorem illum ac famam qua amantes illi dicuntur Regnorum immemores, & Iarbæ preces vnde commotus Iuppiter Carthaginémque conuerſus, vidit Aeneam ſtruentem Vrbem, aliquod interceſſerit temporis ſpatium in quo intermiſſa ædificatio fuerit repetita. Igitur fateor quidem ante venationem & conſequutum hymenæum, quale quale illud fuerit, intermiſſa fuiſſe opera: ſed tamen Aeneas deinde cum apud Didonem diuerteret quaſi maritus, & in hoc ſtatu rerum ab æſtate ad hyemem perſeueraſſet, aliquam temporis partem in ædificatione conſumpſit, & pro Didone intermiſſa opera repeti iuſſit, ita ut tanquam vxorius Vrbem ſtruere dicatur a Mercurio. quòd ſi fama viſa eſt paulò ante Iarbæ preces atque adeò præſente iam hyeme illud vulgaſſe *Reſpondetur.*

Nunc hyemem inter ſe luxu, quàm longa, fouere,
Regnorum immemores ——

nil prohibet adhuc concipi poſſe inter famæ rumorem qui Iarbæ preces eſt antegreſſus, & Iouis ſpectationem qua ſtruentem vidit Aeneam, tempus fuiſſe ac locũ in quo intermiſſa repeteretur ædificatio. Vt omittam famam mendaciſſimam haberi a Poëta) quæque mirificè augeat facta: ac propterea nil mirum ſi fortè ad hyemem quoque traduxerat quæ ſub æſtatem cõtigerat operum intermiſſio. Sed iam poſtremò videamus verénе

874 mollis (id quod nos ſtatuimus antea) & effœminatus habendus ſit interim Aeneas, quòd vel ſtellatum iaſpide gerat enſem, aut purpuram induat. certè ille duci, hæc Regi, ac proin de Aeneæ videtur optimè conuenire. Hîc verò poſtularet locus vt longam Seruij explanationem deſcriberem (abeſt enim a vulgatis codicibus ferè tota) & cur iaſpide fulua enſem, læuam Tyria murice ardentem, geſtaret; & qualis denique eſſet hic quo illum exornat ac deſcribit, habitus. ſed quoniam ſuperſtitioſa immiſcet multa, quæque tædium facilè afferant, ac tandem controuerſa relinquit non pauca, ſat ſit rem totam ijs quæ ſequuntur diſceptare; enſis ſtellatus dicitur iaſpide, quòd vagina hiſce gemmis ſparſa & ornata eſſet: ꝙ reuera ad ſplendorẽ potiùs & luxum quàm ad militarem vſum pertinebat: & idem fermè dixerim ſi non vagina ſed capulus & manubrium ijs erant aſperſa gemmis tametſi vaginam, & cum hac manubrium & capulum, iaſpide ſparſam crediderim ac variatam: cũ hæc fermè omnia enſis nomine concludantur. Iaſpis verò, quantum quidem opinantur aliqui, conciliat gratiam, ita vt vel Aeneas hunc interim geſtaret enſem quò faciliùs quã apud Reginam ſibi conciliauerat gratiam, conſeruaret augerétque; vel certè a Didone illi oblatus eſſet vt ei quem deperiret, fieret gratioſior. nam iaſpides cum alibi tum verò in Cypro Inſula & in Syria vnde cũ theſauro deceſſerat Dido, viſuntur paſſim, (& ideo a quibuſdam Syriaci calculi vel calceoli appellantur) ita ut non mirum ſi Aeneam donarit tali enſe. ſunt etiam qui exiſtiment ad vitæ cuſtodiam pertinere, & (ne conſecter omnia, quæ apud Plinium, Galenum & alios offendas) a Zelotypia vindicare. quæ omnia effœminatũ vſum oſtenderent. nam quemadmodum alibi enſis appellatur fatiferus, fulmineus, ac ſũmatim ſic deſcribitur vt militarem vſum referat, ita hîc amantis aut amati curas indica- *Dubitatur III.* *Reſpondetur.*

875 ret. erat autem fulua iaſpis, hoc eſt viridis, vt interpretatur Seruius: nam fuluum colorem pro viridi interdum vſurpari, confirmat ex Virgilio dum canit,

Digitized by Google

——fuluáque caput nectentur oliua.

tametſi ego quidem crediderim Virgilium, vt iaſpides coloribus ſunt variæ, fuluam planè concipi voluiſſe, quòd ſcilicet ad purpureum non nihil accederet, ſeu quid purpuræ ſimile contineret: nam hoc iaſpidis genus excellere teſtantur multi. denique iaſpidem Plinius purpuream quoque facit, ita vt ad fuluum colorem accedat: certè aurum, quod tamen a purpura colore non valde diſſentit, fuluum appellatur: & hoc nomine ſtellatus, ꝙ ſcilicet ſtellæ inſtar fulgorem emitteret, aptè quidem diceretur enſis. Hæc de enſe. De veſte autem minùs dubitari poteſt quin delicata fuerit ac mollis, quæque laſciuiam ferè ſpiraret: nam præterquam quòd Tyria purpura eſt omnium delicatiſſima & fœminis nobilibus accommodata, ſplendor ille eximius vnde ardere dicitur, aurum quo ſtamina variabantur, ſubtile artificiū ac tenue quo elaborata illa fuerat, id præſeferunt. Vt omittā mollem ac ſplendidam veſtem in viro pulcherrimo ſine dubio augere luxum: artificem etiā quæ fuerat pulcherrima Dido, quæque omnem induſtriam in ea collocauerat vt quam maximè diues & ſplendida euaderet (ob id enim Dido ipſa interim appellatur diues) non ſanè minuere laſciuiæ culpam ſed cumulare. Denique hoc veſtis genus Veneri etiam tribuitur, & propter elegantiam amanti conueniens cenſetur. Sed ſit mollis, ác laſciuiam ſpiret læna; verùm, vt veſtium mira eſt varietas, qua læna erat veſtis genus? toga duplex, inquit Seruius: alij amictum rotundum aiunt, alij Pontificalem veſtem: alij aliter; crediderim ego Nonio fuiſſe militarem clamydem quæ æſtiuo tempore geſtaretur: & ideo tela 876
ſeu ſtamina tenui diſcreta erant auro, vt eſſet leuis & ab humeris aperto pectore, demittebatur, quemadmodum in chlamyde vſu venit. Et quamuis χλαῖνα vnde læna facta eſt Latinis, Seruio (vt dicebam) atque alijs multis duplicatam veſtem ſignificat, atque hyemi aptatur paſſim, attamen ſimplicem quoque fuiſſe teſtatur Pollux dum ſic ſcribit, *εἰσὶ δὲ χλαῖναι αἱ μὲν, ἁπλοΐδες, αἱ δὲ, διπλαῖ. ſunt verò lænæ, aliæ duplices, ſimplices aliæ.* quam rem ex Homero eleganter confirmat, apud quem in poſtremo Iliados duodecim *ἁπλοΐδας χλαίνας*, ſimplices lænas Achilli obtulit Priamus. Hæc de læna & habitu toto. nam Seruius & quidam alij qui huiuſmodi habitum & cultum corporis ad Romanum conformare nituntur aut etiam ad Flaminis habitum, quaſi decus referat & in laudis loco ac dignitatis tribuendus ſit Aeneæ, ij mihi quidem (etſi non enſem & chlamydem, ſed ſumptuoſius ac molle opus improbo) non ſatisfaciunt. ſed iam Mercurium audiamus.

Partic. 35.

Continuò inuadit: Tu nunc Carthaginis altæ
Fundamenta locas pulchrámque vxorius Vrbem
Extruis, heu regni rerúmque oblite tuarum?
Ipſe deûm tibi me claro demittit Olympo
Regnator, cœlum & terras qui numine torquet:
Ipſe hæc ferre iubet celeres mandata per auras.
Quid ſtruis? aut qua ſpe Libycis teris otia terris?
Si te nulla mouet tantarum gloria rerum,
Nec ſuper ipſe tuâ moliris laude laborem:
Aſcanium ſurgentem; & ſpes hæredis Iuli
Reſpice: cui Regnum Italiæ, Románaque tellus
Debentur——

Occaſionem arripit Mercurius quæ ſe ſe Aeneam obiurgandi offerebat percommoda: 877
& ideo *Continuò inuadit*, inquit Virgilius: quod futuræ etiam orationis (id quod monet Seruius) oſtendit habitum; quod eſt, vt ego quidem ſentio, & accuſationis & ex abrupto. At quibus eum inuadit compellátque? ijs

——Tu nunc Carthaginis altæ
Fundamenta locas, pulchrámque vxorius vrbem
Extruis?

quibus duo illa exprobrat Aeneæ quæ & ab initio expoſtulauerat Iuppiter, & modò ipſe

Mer-

Digitized by Google

Mercurius conſpexerat. primum, quia Carthaginis poneret fundamenta & alienam vrbem extrueret. nam Iuppiter etiam, Quid ſtruit? dixerat; Mercurius verò

Aeneam fundantem arces ac tecta nouantem,

conſpexerat. Alterum quia tanquam vxorius id faceret, quòd eius mollitiem intimè detegebat ac declarabat, cùm ſe ad vxoris ſeu Didonis arbitrium vſúmque comparaſſet, & eius Vrbi fabricandæ inſiſteret. quod vtrumque colligit exprobrátque non ſine indignatione dum pergit è veſtigio

—— Heu regni rerúmque oblite tuarum;

quod eſt & regni de quo dixerat Iuppiter

Nec prolem Auſoniam & Lauinia reſpicit arua,

& rerum ſuarum. quod eſt exiſtimationis ac dignitatis, vnde oblitus famæ melioris appellatus fuerat antea, quanquam id quod paucißimis hiſce verbis

——Heu regni rerúmque oblite tuarum,

notat arguítque Mercurius, Veneris quoque pollicitationes de regno ac prole tacitè ſpectare poteſt. Itaque perinde eſt ac ſi hactenus dixiſſet. Tu quem Romanæ Vrbis, quin Italiæ atque adeò terrarum orbis Imperio fundando deſtinarunt fata, nunc planè cùm eſſet nauigandum & in Latium properandum, in Libya, hoſtilíque ſolo, fundamenta locas Carthaginis altæ, & in tuæ prolis perniciem pulchram hanc extruis Vrbem? cúmque ad ſceptra ac regna mundíque totius dominatum voceris, quem in Latio inchoare & Aſcanio poſteriſque tranſmittere debes, Carthagine interim vxorius factus es, ac fatis ſpretis Didoni obtemperas ac ſeruis? tu denique, tu inquam Aeneas, quem fata cum poſteritate vniuerſa ad ſummam euocant fœlicitatem, ſic curas alienas ſuſcipis, vt tuæ Vrbis, Regni, pro-
878 lis, ſpei, imperij cogitationem obliuioni tradideris? ſic Mercurius. qui tamen vt maius obiurgationi adiungeret pondus, ſéque in primis (vt par erat) a Ioue miſſum renuntiaret, ac de legatione tota illum doceret, pergit ſtatim.

Ipſe Deûm tibi me claro demittit Olympo
Regnator cælum & terras qui numine torquet:
Ipſe hæc ferre iubet celeres mandata per auras.

quibus ſanè & ſui muneris exponit rationem, vt ne illum temerè increpare videatur, & ſummam illius a quo mitteretur, Iouis inquam, dignitatem poteſtatémque exaggerat, vt multò magis eum percelleret & commoueret; & eiuſdem Iouis volútatem mandátaque confirmat qui iuſſiſſet vt ea celeres ferret mandata per auras. At quæ obſecro & qualia mandata dicis? hæc

Quid ſtruis? aut qua ſpe Libycis teris ocia terris?
Si te nulla mouet tantarum gloria rerum,
Nec ſuper ipſe tuâ moliris laude laborem:
Aſcanium ſurgentem, & ſpes hæredis Iuli
Reſpice cui regnum Italiæ Románaque tellus
Debentur. ——

quæ ſanè verba tum explicatè continent ea quæ preſsè ac tacitè ſuperior reſonabat obiurgatio, tum Iouis mandatis illi reſpondent

Si nulla accendit tantarum gloria rerum,
Nec ſuper ipſe ſua molitur laude laborem.
Aſcaniône pater Romanas inuidet arces?
Quid ſtruit? aut qua ſpe inimica in gente moratur?
Nec prolem Auſoniam & Lauinia reſpicit arua?

tum Iuliæ gentis rurſus canunt & Auguſto ad quem Romanum Imperium deuenerat, vt omittam interim non modò deterreri. Aeneam a præpoſtero labore & otioſa ſpe qua
879 tempus in Libya tereret, verùm etiam ſtimulari a ſua gloria, ab Aſcanij fœlicitate, ab imperij quod eius poſteris deberetur magnitudine & præſtantia. Hæc Cyllenij oratio & legatio. in qua tamen Mercurium atque adeò Virgilium paucis ipſe volo. Ac primum Iuppiter, quantumuis non multis (ſic enim Regis decebat grauitatem) mandata dederit Mercurio, prolixior tamen deprehenditur quàm Mercurius ipſe, quem tamen oportebat Oratoris more nonnihil Regia mandata exaggerare, amplificare, ornare, illuſtrare, itaut præpoſterus hac in re videatur Virgilius. Deinde ne ſummatim quidem Mercurius retulit omnia quæ imperauerat Pater. nam cum hic dixiſſet *Dubitatur.*

Celeres

Digitized by Google

—— Celeres defer mea dicta per auras

continuóque dicta & mandata expoſuiſſet,

Non illum nobis genitrix pulcherrima talem
Promiſit, Graiúmque ideo bis vindicat armis,
Sed fore qui grauidam imperijs bellóque frementem
Italiam regeret, genus alto a ſanguine Teucri
Proderet, ac totum ſub leges mitteret Orbem,

de his Mercurius ne verbum quidem. & tamen mandata éaque grauiſſima, videri poterant. Denique quæ commemorat ex mandatis, ea ſic inuertit, vt perturbare potiùs quàm ex ordine ac fideliter ea commemorare videatur. Nam Iuppiter ſic mandauerat

Si nulla accendit tantarum gloria rerum,
Nec ſuper ipſe ſuâ molitur laude laborem:
Aſcanione Pater Romanas inuidet arces?
Quid ſtruit? aut qua ſpe inimica in gente moratur?
Nec prolem Auſoniam & Lauinia reſpicit arua?

Mercurius contrà cùm dixiſſet ſe Iouis afferre mandata, ab extremis ferè incipiens & ab ijs ad prima regrediens,

Quid ſtruis? aut qua ſpe Libycis teris otia terris?
Si te nulla mouet tantarum gloria rerum,
Nec ſuper ipſe tuâ moliris laude laborem:
Aſcanium ſurgentem, & ſpes hæredis Iuli 880
Reſpice: cui regnum Italiæ, Románaque tellus
Debentur. ——

dixit mandata referens. Vt omittam Iouem quaſi ſummam legationis ac mandati concludentem epilogo dixiſſe

Nauiget hæc; ſumma eſt ——

Reſpondetur. & tamen de nauigatione in Mercurij oratione altum ſilentium. Hæc ſiue contrà elegantiſſimum ac ſolertiſſimum nuntium, ſiue aduerſus poëtam optimum. An igitur Virgilius quippe qui ſat ſciret apud Homerum non ſine tædio Iouis mandata paſſim ijſdem verbis a nuntio iterari, breuitati Mercurio ſtudendum atque orationem variandam inuertendámque cenſuit, vt ſatietati occurreret? Ego verò id non abnuerim: quandoquidem ſat ſcit iteratas illas Homeri orationes minùs fœliciter cadere. ſed tamen illud etiam affirmo, non fuiſſe committẽdum vt dum Carybdim declinaret, in Scyllam incideret, atque adeò illa peccaret quæ reprehendimus. quanquam fortaſſe hæc nequaquam peccauit Mercurius: ſiquidem prima illa Iouis verba

Non illum nobis genitrix pulcherrima talem
Promiſit, Graiúmque ideo bis vindicat armis:
Sed fore qui grauidam imperijs bellóque frementem
Italiam regeret, genus alto a ſanguine Teucri
Proderet, ac totum ſub leges mitteret Orbem,

non tam pertinent ad mandata quàm ad Mercurium inſtruendum & de negotio re paulò altiùs repetita edocendũ. vt ſcilicet planiùs cognoſceret cur Aeneas officio deeſſet ſuo, ac propterea intelligeret quò intendenda eſſet oratio. ex quo fieret vt Mercurius tum his, tum mandatis quæ ſubijciuntur inſtructus, appoſitè ab obiurgatione duxiſſet initium, idque percommoda occaſione arrepta ex ijs in quibus Aeneam ipſum deprehenderat. nam reuera dum ex abrupto illum inuadit, & quę commemorauimus exprobrat, commodè 881 ad pudorem ac ſanam mentem officiúmque reuocat. Quamquam ſi pugnas ea quæ primò protulit verba Iuppiter, eſſe mera mandata, illud ſaltem concedas oportet, éadem ferè alijs verbis fuiſſe a Mercurio inculcata aut indicata non illud

—— heu regni rerúmque oblite tuarum,

nam eam vim habent vt ſignificent Aeneam eum planè eſſe debuiſſe

—— qui grauidam imperijs bellóque frementem
Italiam regeret, genus alto a ſanguine Teucri
Proderet ac totum ſub leges mitteret Orbem.

tametſi vel quia nihil de matris promiſſis multóque minùs de Aenea bis vindicatũ Græcorum armis: tutius ſit in priore ſententia perſiſtere, nimirum prima illa Iouis dicta veluti ad

tiad Mercurij inſtitutionem pertinere:aut ſaltem eò præſtat confugere vt dicamus, Iouem ad extremum dum diceret

Nauiget:hæc ſumma eſt,hic noſtri nuntius eſto,

ſummam negotij ſic demandaſſe Mercurio,vt nullis eum planè dictis aut mandatis ſigillatim obſtringeret, niſi vt eum ad nauigandum impelleret. par enim eſt ſæpè legatum & Oratorem vbi de fine & ſcopo,quem certum eſſe oportet,admonueris,cæteroquin paulò liberiorem relinquere,vt pro ſua prudētia orationē ad propoſitū dirigat finem. interdū enim in arena capiendū & conſiliū,& quæ ſe percōmoda repētè offert,arripienda occaſio: ꝙ facit Mercurius inpræſens, cum veluti in fragranti deprehendiſſet Aeneam. Atque ex his liceret cæteris dubitationis partibus ſatisfacere. nam ſi concedas priorem illam Iouianæ orationi partem non mandata continere, ſed ad Mercurium inſtruendum pertinere, iam Mercuriana oratio apparebit copioſior : mandata enim explicaſſet paulò prolixiùs:
882 etſi breuiter adhuc,quòd in poëmate coërcendæ ſint orationes: alioquin, vt in eo cōciones interponuntur paſſim,in immenſum excreſceret poëma. Atque idē dixerim ſi Mercurio finis tantùm & nauigationis perſuaſio præſcripta fuerit:cætera in eius ſolertiam prudentiámque reiecta,vt pro opportunitate rem perageret ac mādata exponeret. Denique, ſi illud exceperis quod memorat Iuppiter de Aenea bis Græcorum armis erepto, reuera cætera Mercurius quoquo modo attigit & opportunè attigit omnia. quæ enim oblitus erat Aeneas dum increpatur quaſi regni rerúmque ſuarum oblitus eſſet, ea planè erant quæ de illo pollicita fuerat Venus. Nauigationem verò, quoniam a cunctatione illum multis ac magnis argumentis deterruit,& ad Auſoniam petendam inflammauit, procuraſſet egregiè: & ideo ſtatim Aeneas ardet abire fuga. Ita quidem repetitionis moleſtiam citra nouam offenſionem vllam vitaſſet,

Par.36. —— tali Cyllenius ore locutus,
Mortales viſus medio ſermone reliquit,
Et procul in tenuem ex oculis euanuit auram

Tali ore locutus eſt Cyllenius,inquit poëta. qui locus ſic pleonaſmon habet, vt ſimul emphaſim habeat ac pondus, perinde enim eſt ac ſi diceret, his obiurgauit Aeneam eloquentiæ præſes Mercurius: hac orationis efficacitate de officio illum admonuit vt ſaniorem mentem ſuſciperet, Iouíque obtemperaret.quòd ſi locum pleonaſmo carere neges, quaſi verò tali ore,valeat tali ſermone,aut tali voce,equidem non repugnabo,ſi exemplis ſententiā confirmaueris: alioquin pleonaſmus apertior eſt,& verò poëtis vſitatior quàm vt diſſimulari poſſit. Sed quî, obſecro, medio ſermone dicitur diſceſſiſſe ſeu mortales viſus reliquiſſe? an non mandata detulerat,& dicēdi finem fecerat? Donatus medio ſermone diſceſſiſſe ait,quia ſermo exoriri ſoleat inter duos vel plures qui ſibi inuicem reſpondeant: ac propterea Mercurium,quoniam Aeneæ non expectauit reſponſum, medio ſer-
883 mone diſceſſiſſe. a Donato autem vix quicquam differt Seruius. nam ſermo (inquit) eſt conſenſio orationis & confabulatio duorum vel plurium : medius ſermo ergo eſt cum perſona qua cum aliquis loquitur, non reſpondet,vt nunc fecit Aeneas. Ipſe tamen illud planè monuerim,falſum eſſe, ſermonem eſſe duorum vel plurium : hoc enim dialogi eſt proprium qui eſt ſermonis forma & ſpecies,non ſermonis vim continet vniuerſim. cum αὐτοπροσωπῶς etiam haberi ſermo poſſit,vt in concionibus & ſexcentis huiuſmodi ſcriptis ſermonibus cernitur qui ſolitarij dici poſſunt. Vt propterea ſermo pro colloquio ſeu collocutione (hæc enim verè inter duos fit vel plures) ſit hoc in loco accipiendus. quod dicendi genus ad Synecdochē pertinet,inter cuius formas ea etiā numeratur, in qua genus pro forma & ſpecie vſurpatur,vt cum mortalis nomine hominem indicamus; etſi reuera quodlibet animal ſignificat. His addiderim, neque etiam, vbi ſermo pro colloquio vſurpetur,tutum eſſe,medium ſermonem,pro medio colloquio cum iſtis interpretari : nam inter Cyllenium & Aeneam colloquium interceſſerat nullum: Cyllenius enim obiurgauerat Aeneam perpetua oratione: Aeneas contrà obmutuit:tantùm abeſt vt quidquam locutus ſit. Certè paulò poſt Virgilius canit *His medium dictis ſermonem abrumpit*, quòd Aeneas multa reſpondiſſet,multa etiam pararet dicere,& ideo pergit

—— *multa parantem Dicere* ——

Itaque appoſitè dicitur Dido abrumpere ſermonem medium : ſed cum nil adhuc Cyllenio reſpondiſſet Aeneas,nec reſponſum pararet,vix ac ne vix quidem concipi poteſt Cyllenium

Digitized by Google

lenium medio ſermone & colloquio diſceſſiſſe. Satius igitur erit dicere. Cyllenium, cũ
videretur plura fuiſſe dicturus (tantùm abeſt vt perorantis formam expreſſiſſet) diſceſſiſ-
ſe. Quare quemadmodum ex abrupto incipimus ita ex abrupto terminantes orationem 884
ac diſcedentes, medio ſermone diſcedere videmur. Quod ſanè ad Iouis indignationẽ, rei
etiam turpitudinem, oſtendendam, aptè fit a poëta: quemadmodum eâdem de cauſa ex
abrupto incœperat Mercurius. Reliquit verò mortales viſus non ea de cauſa quia ſe Ae-
neæ ſubtraxerit, quamquam id etiam factum eſt, verùm quia humanam ſeu corpoream
reliquit formam vnde a mortalibus conſpici ſolet: quaſi diceret hac reiecta, ea retinuiſſe
quæ immortalibus eſt obuia. & hoc eſt quod expolitione vſus docuit ſubdens

Et procul in tenuem ex oculis euanuit auram.

vbi non ſolùm ſignificat diſceſſiſſe ab Aneæ aſpectu & procul abijſſe, verùm etiam mor-
talium oculis inaſpectabilem euaſiſſe, cum in aërem tenuiſſimum ſolutus ſit. quod ſanè
vel ex eorum profert ſententia qui nil ſupra aërem & tenuem ſpiritum agnoſcebant ſeu
auram, ita vt Deum quoque aëre & tenuiſſimo corpore quodã conflarent; vel certè poë-
tarum more loquitur qui per aërem & auram quæ noſtrum effugiunt obtutum, res deſi-
gnant expertes corporis, cuiuſmodi Mercurium credi voluit: eodémque modo Horatius
humanum animum diuinæ auræ particulam fecit cum caneret

Atque affligit humo diuinæ particulam auræ.

vbi non tam ventum & auram eſſe cenſuit quàm immortalem hominis partem, etſi qua
potuit commodiore illum deſcripſit ratione, diuinæ auræ particulam efficiens.

Partic. 37. At verò Aeneas aſpectu obmutuit amens;
Arrectæque horrore comæ: & vox faucibus hæſit,
Ardet abire fugâ dulcéſque relinquere terras,
Attonitus tanto monitu imperióque Deorum.

Ingens in Aenea conſecuta eſt permotio, ſiue animum in eo ſpectes, ſiue corpus. Et ſa-
nè haud aliter illum decebat, cum ob repentinum Mercurij aduẽtum aſpectúmque, tum 885
multò magis propter obiurgationem, ſed inprimis ob dedecus atque errorem in quo de-
prehenſus eſt. Conſternatus igitur & attonitus tanto monitu ob ídque amens obmutuit
ſeu mentis impos factus eſt & ſine conſilio. Et quamquam obmutuiſſe potuit, quòd excu
ſationi locus eſſet nullus, inde tamen obmutuit etiam quòd ne fandi quidem compos eſ-
ſet, & ideo quemadmodũ horrore correptus eſt, ita ut comæ ipſe obriguerint, ita vox fau-
cibus hæſit. Quamquam fugæ illum ſubinde maxima ſubijt cogitatio atque cupiditas: ita-
que ardet abire; & fuga abire quæque modò dulces ac periucũdæ erant, terras relinque-
Dubitatur. re. ſed cur ait attonitus Deorum imperio? profectò vnius Iouis nomine increpuerat illũ
Mercurius, non Deorum imperio. Sed vel *Deorum* ait Mercurium & Iouem ſpectans, vel
Reſpondetur. certè vt intelligamus non humano ſed diuino vrgeri imperio. quod enim diuinitus de-
nuntiatur aut iubetur, id Deorum monitu & imperio denuntiari ac iuberi iurè dicitur.

Partic. 38. Heu quid agat, quò nunc Reginam ambire furentem
Audeat affatu? & quæ prima exordia ſumat?
Atque animum nunc huc celerem, nunc diuidit illuc,
In partéſque rapit varias pérque omnia verſat.

Regina inprimis in mentem venit: ſed quibus illam verbis exoret, qui diſcedendi li-
centiam impetret ab amante, atque adeo amore percita & amente, non occurrit: ac pro-
pterea in varias animum torquet partes ac diſtrahit donec deliberet. Sed cur furentẽ ap-
pellat Reginam? id enim deinde eſt conſecutum. ſanè per anticipationem id canat neceſ-
Dubitatur. Reſpondetur. ſe eſt: vel certè quia ne fureret (id quod pertimeſcendum fuiſſe declarauit euentus) ma-
gnopere verebatur. Statuamus igitur Aeneam, quippe conſcium impotentis fœminæ
atque ingentis Reginæ amoris, perſenſiſſe fore omnino vt fureret ſi rem ei aperire aude-
ret: & ideo id nunc non auder, ſtatuítque interea (quod paulò poſt etiam ſubiũget) com-
modiora fandi tempora obſeruare. Repetit verò aduerbum duo hæc poſtrema carmina
in 8. ita vt facilè optarit deinde poëta alterum variare locum, ne in Homericam tautalo-
giam (etſi multò tolerabilior eſſet præſens ob breuitatem) ac reprehenſionem incideret:
quod

Digitized by Google

886 quod tamen per mortem non licuit, percommodè tamen vtrobique cadunt,& vſurpātur eiuſmodi carmina. Atque hic ſanè de celeritate animi quam affingit Aeneæ, nihil dicam hoc tempore, etſi multa ex authoribus optimis ac ſigillatim ex Ariſtotele, obſeruari poſſent. Tantùm ea Ciceronis verba deſcribam quæ rem declarant egregiè. *Nulla* (inquit) *eſt celeritas quæ poſſit cum celeritate animi comparari: qui ſi manet incorruptus ſuique ſimilis, neceſſe eſt ita feratur vt penetret & diuidat omne Cœlum,* Sic M. Tullius & ideo ingenii celeritatem cum Ariſtotele requirit in Oratore, vt facilè ſtatim excogitare poſsit quæ accommodata ſunt ad perſuadendum. Tametſi ingenij celeritati prudentiæ moderatio adiungenda eſt ne careat maturitate ac propterea ſic celerem Aeneæ deſcribit animum, vt hunc diuidat huc illuc, in partéſque varias rapiat & per omnia verſet: quod eſt opus prudentiæ. Sed quid tandem conſilij capit Aeneas: aut quæ animum ſubit deliberatio? explicat ſtatim Virgilius pergens,

Part.39 Hæc alternanti potior ſententia viſa eſt
Mneſthea, Sergeſtúmque vocat fortémque Cloantum
Claſſem aptent taciti; ſocios ad littora cogant;
Arma parent, & quæ ſit rebus cauſa nouandis
Diſſimulent:——

Quod dixerat celerem animum nunc huc nunc illuc diuidiſſe, & in partes varias rapuiſſe, & per omnia verſaſſe, non ideo dixerat quòd agitaret ſecum animo num diſcedendum illi eſſet an manendum. Sed potiùs quoniam ardebat abire, rationem ac viam reputabat
887 qua tum ſe ad diſceſſum expeditiſſimè compararet, tum Mercurio & Ioui ita obtemperaret, vt officio ſatisfaceret ſuo erga Reginam, & ideo hæc alternaſſe cenſendus eſt, hoc eſt varias rationes ac vias hinc inde reputaſſe quibus, quoad eius fieri poſſet, ſine Reginæ offenſione, aut minori cum offenſione, abiret. & ideo quod tandem deliberat potior ſententia dicitur a Poëta, quaſi diceret quod in tali ac tanta difficultate melius conſilium videri poterat, arripuiſſe. Sed quale tandem fuit eiuſmodi conſilium? narrat continenter atque ait Mneſtea, Sergeſtúmque & Cloantum vocaſſe & vt claſſem aptarent, ſocios ad littora cogerent, arma pararent, iuſſiſſe, quod celeritatis indicandæ gratia, ſed eleganter tamen, omittit: nam *iuſſiſſe* ſine dubio ſupplendum eſt. Atque egregiè quidem id capit conſilij: cum enim ardeat abire fuga, nihil conſultius. Sed & mandata, quantumuis pauciſſimis explicata, pleniſſima ſunt conſilij: cum quicquid neceſſarium eſſet fugam aut diſceſſum meditanti, id totum comprehendat. Quamquam interim Reginæ beneficia (vt dicere cœperam) ne dicam amor, illum commoueant neceſſe eſt. Itaque ne ingratus videatur, opportunitatem ſibi obſeruandam ſtatuit, vt, ſi fieri poſſit, hac quoque in re officio ſatisfaciat ſuo: & ideo Virgilius pergit è veſtigio,

Part.90 ——Se ſe interea (quando optima Dido
888 Neſciat, & tantos rumpi non ſperet amores)
Tentaturum aditus, & quæ molliſsima fandi
Tempora, quis rebus dexter modus. ocyùs omnes
Imperio læti parent ac iuſſa faceſſunt.

Vix crediderim Aeneam hæc cum ducibus illis ſiue ſocijs contuliſſe. Itaque ſecum ipſe hæc deliberauit, opinor: niſi tamen ſuperiores illæ voces

——& quæ ſit rebus cauſa nouandis
Diſſimulent——

in contrariam nos reuocent ſententiam: quid enim erat vt diſſimularent quod ignorarēt? Ac profectò priora illa ſuperioris Particulæ verba *Mneſtea Sergeſtúmque vocat*, & quæ ſequuntur ad illud vſque *diſſimulent*: narrantur a Poëta: ſed quæ ſequuntur *ſe ſe interea* ad eū vſque locum *dexter modus*, videri poſſunt ab Aenea ipſo pronunciata: neque enim inſuetū eſt vt Poëta interdum, quin Hiſtoricus etiam, aliquem ſic loquentem faciat vt *inquit* aut quid ſimile prætermittat: quò fieret vt omnia cum ducibus illis communicaſſet. Quòd ſi eodem tenore pronunciata dicamus quo ſuperiora, nimirum a Poëta ipſo narrata, hinc indicaret ſecum iſthæc deliberaſſe Aeneam non ſocijs denuntiaſſe. Illud tamen intelligendum

dum eſt, illos de conſtituto diſceſſu (atque hæc mihi potior videtur interpretatio) admo-
nuiſſe. Itaque iuſsiſſet etiam vt ne claſſem inſtrui faterentur ad diſceſſum ſed talem cau-
ſam diſsimularent. Sed vt vt ſit, mira apparet Aeneæ prudentia, dum talem ac tantam ſibi
cautionem cum Regina ſtatuit adhibendam, quæ etiam ſuo loco apparebit. Appoſitè ve-
rò ait Aeneas ſe opportunitatem obſeruaturum, per quam Reginæ ſuum aperiat conſiliũ.
ſi tamen illa prius, *Neſciat & tantos rumpi non ſperet amores*: nam ſuſpicatur pro ſua pru-
dentia id quod futurum erat, fore ſcilicet vt Dido reſciret quæ parabantur ac timeret
ne ingens rumperetur amor. Quam verò opportunitatem captandam ſignificauit Ae- 889
neas, hanc ſanè graui planiſsimáque ſententia expreſſerat Pindarus ode XIII. vbi, vt lati-
nè audiatur, ſic canit. *Conſentaneus quidem eſt in quacunque re modus: Quam intelli-
gere opportunitas eſt optima*. Atque hîc ſanè optimam appellat Didonem ob illius libe-
ralitatem ac pietatem: par enim erat vt accepta beneficia memori recoleret animo. Mol-
liſsima verò fandi tempora vocat commoda & opportuna, ac fortaſſe læta, qualia offert
extremum conuiuium. quæ omnia declarant Aeneæ prudentiam & dexteritatem, ac nos
admonent qualis rebus tranſigendis, præſertim odioſis ac duris, ratio ac via tentanda &
ineunda ſit. Interea ſocij ſumma celeritate parent eius imperio ac læti parent, idque fortaſ-
ſe quia ægrè ferant indignum ſui Regis amorem, vel quòd de Italia quam ſibi fato deſti-
natam non ignorarent, cupidi cogitarent, vel denique quia Aeneam magnopere dilige-
rent, ac propterea eius mandata alacri animo curarent, & ideo etiam iurè ait Virgilius

—— *ac iuſſa faceſſunt.*

Partic. 41.

At Regina dolos (quis fallere poſſit amantem?)
Præſentit, motúſque excepit prima futuros,
Omnia tuta timens, eádem impia fama furenti
Detulit, armari claſſem, curſúmque parari.
Sæuit inops animi, totámque incenſa per Vrbem
Bacchatur ——

Impotens animi eſt mulier, præſertim amans, quid igitur mirum ſi Dido quæ amore tan-
topere flagraret, tali nuntio percellitur & in furorem impellitur? Atque hîc ſanè Poëtæ
Muſa enitet mirificè, & amantis fœminæ effectus ante oculos ponit egregiè. Vt minimè
mirum hunc librum maximè omnium Romanis placuiſſe, atque ab illis lectitatum fuiſ-
Dubitatur ſe. Interim incredibile videri poſsit quod ait —— *Quis fallere poſſit amantem?* ſiquidem A- 890
mor cæcus eſt ac iudicium & conſilium adimit, denique perturbatio quælibet impedit
mentem, ſed amor in primis qui ſæpè ad furorem accedit prope. Itaque ſexcentas fœmi-
nas legimus deceptas, quod exemplis pulcherrimis inter cæteros docet Ouidius. Sed ta-
men illud quoque veriſsimè affirmari poteſt, Amorem ſuſpicionis ac timoris eſſe pleniſ-
ſimum, vnde amantes vereri ac circumſpicere ſolent omnia. Itaque acutè Ouidius.

—— *cuncta timemus amantes*

acutiùs rurſum

Res eſt ſolliciti plena timoris Amor.

ſed acutiſsimè dum Oenonem Paridi reſpondentem inducit

Vnde hæc compererim tam benè quæris? amo.

Nam amorem timore ſæpè ac præpoſtera ſuſpicione plenum eſſe, Propertius commodè
ſanè expreſsit cum caneret

Ignoſces igitur ſi quid tibi triſte libelli
Attulerint noſtri: culpa timoris erit.

Reſpondetur. Hinc ſanè fit, vt Amor, etſi cæcus, ingenium acuat, ac ſuſpiciones, curas, vigilantiam ac dili-
gentiam augeat; vt non facile ſit amantes fallere. etſi reuera plerumque (vt dicere cœpe-
ram) & in malam partem ſuſpicioſi ſunt & vano timore imbuuntur. & huc ſpectauit
Poëta noſter cum diceret, *Omnia tuta timens*. Atque hinc eſt vt Dido Aeneæ dolos prima,
quippe amans, perſenſerit, vbi Aeneæ iuſſa Troianorúmque apparatus, dolos, opinor, ap-
pellat, quod intelligitur ad fugam pertinere quam dolum interpretabatur. Et hoc fortaſ-
ſe nomine prima illos perſenſit quia dolum continere iudicauit, alioquin apparatus ipſos
alij ex Tyrijs priores, vnde fama etiam percrebuit, conſpexerint facilè. Quamquam ſi quis

ea

Digitized by Google

ea verba, *omnia tuta timens* perinde accipiat ac ſi valeant, omnia tuta ſperans, quaſi verò ni-
891 hil minùs. quàm Aeneæ fugam ac diſceſſum, vno verbo dolum timuiſſet, aut quoduis potiùs quàm, talem rem ſuſpicata fuiſſet, non altercabor: etſi reuera minùs ad rem videri poſſit hæc expoſitio; nam præterquamquod ſubdura eſſet locutio & obſcura, poëta inde probat Didonem primam excepiſſe motus quòd omnia tuta ac propterea non timenda timeret, hoc eſt ex rebus quoque tutis timorem vt amantes ſuſpicioſi ſunt, contraheret, tantùm abeſt vt non timuerit ex timendis & pertimeſcendis. Iam verò famæ deturpandæ occaſionem rurſus arripit Virgilius, quam propterea impiam vocat. At enim cur impiam? ſanè hoc tempore veritatem defert, ita ut ne mendax quidem aut mala dici poſſit. *Dubitatur* An igitur impia dicitur a poëta vt clam de more faueat Aeneæ? *Reſpondetur.* certè quemadmodum ſupra Famā affecit infamia vt clam & tacitè elueret ſparſam de Aeneæ perditione & impietate famam, ita hoc in loco impiam fortaſſe appellat famam, vt Aenee pietatem commendet tacitè. Certè cum dixerit

Sum pius Aeneas raptos qui ab hoſte Penates
Claſſe veho ——

opportunè famam è cōtrario ſuggillaret impietatis nomine. An verò impiam dicit famā quia Aeneæ obeſt dum Iouis mandatis parat obtemperare? Vt enim id erat pietatis opus, ita impia cenſeri potuit fama quę Aeneæ pietati afferret impedimentum. An rurſus impia dicitur quòd hinc occaſionem habuerit Didonis impietas quæ ſibi tandem violentas ac propterea impias iniecit manus & mortem cōſciuit: an potiùs quia facilè ingratū proclamaret Aeneam atque impium, quia Reginæ pietatem fuga compenſare moliretur? ſanè ideo Aeneæ conſilium dolum interpretatur Dido. Quamquam non eſt inuſitatū vt quod malum ac ſceleſtum cenſeatur, id quoque impium, præſertim a poëtis appelletur. profe-
892 ctò Regina mox Aneæ perfidiam crudelitatémque exprobrat, quod eſt ſcelus, impietatē nullo modo. Dum verò fama celeriter defert Troianorum curas ac detegit conſilia, fit ſanè vt Regina debacchetur vrbe tota: & ideò canitur,

Part.42 —— Qualis commotis excita ſacris
Thyas, vbi audito ſtimulant trieterica Baccho
Orgia, nocturnúſque vacat clamore Cythæron:
Tandem his Aeneam compellat vocibus vltrò.

Simili & comparatione, vel, ſi placet, exemplo, rem declarat; præſtabat enim rem talem ac tantam exaggerare & illuſtrare: exemplum verò ſumitur ex Bacchantibus. qua tamen in re, ne in obſcœna multa incurramus, bacchantium ritus explicātes, ſat ſit monuiſſe tali exemplo furentem Reginam, atque Vrbem Bacchantis more peragrantem, commodè ante oculos poni. Sic Seneca de Medæa furente

Incerta, qualis Entheos curſus tulit,
Cum iam recepto Mænas inſanit Deo,
Pindi niualis vertice, aut Nyſæ iugis:
Talis recurſat huc atque huc motu effero.

ſed peruenuſtè inprimis Ouidius de Paſiphaë tanquam de Didone altera

In nemus & ſaltus thalamo Regina relicto
Fertur vt Aonii cornibus icta Dei. & alibi
—— *per medias ſparſis furibunda capillis*
Euolat vt Tirſo concita Baccha vias.

ſed iam Didonem audiamus dum Aeneam vltrò compellat.

Part.43 Diſſimulare etiam ſperaſti perfide tantum
Poſſe nefas? tacitúſque meâ decedere terra?
Nec te noſter amor, nec te data dextera quondam
893 Nec moritura tenet crudeli funere Dido?

Ex abrupto inuadit Aeneā Dido, queādmodum eumdem inuaſerat Cyllenius. nec mirū: ſiquidem haud patitur amantis Didonis furētis amor vt nō ſtatim amoris ac furoris edat ſigna, ac propterea eū illico obiurgat: quod facit perfidiam illi exprobrans ac nefarium

Digitized by Google

ſcelus. Quamquam frequentiſſimum eſt apud poëtas vt oratio ex abrupto incipiat: ſic enim cõmodiùs breuitati conſulitur quæ concionibus in poëmate præfigitur: itaut quantum Oratori in Senatu ac iudicijs opportunum eſt exordium, vbi data opera ac prolixè cauſæ diſceptantur, ita in poëmate non ſine laude exordio ſuperſedeas. Pulchrior verò ſimúlque clarior eſt Didonis querela, quàm vt vel explicatu egeat vel reddi poſſit illuſtrior. Illud tamẽ obſeruarim Didonem in omnes ſe partes vertere itaut & obiurget Aeneam, & eidem blandiatur, & illum ad commiſerationem adducere moliatur; itaut affectibus pleniſſima ſit oratio: ſed inprimis latet anguis in verbis illis *Nec te noſter amor*: cum enim ſatis animaduertiſſet ſe quoque in amoribus fuiſſe ſtil, amoris excitat ignes quibus illum iucendat ac retardet. Tametſi quoniam amor citra nuptias haud caret turpitudine, aut rarò caret, idcirco nuptias & fidem quibus cohoneſtatus fuerat (ſi tamen veras nuptias celebrauerant) oſtendit, & ideo addit, *Nec te data tenet dextera*: Quid plura? ſe iam morientem obijcit. ſic enim appellat ſuſceptum moriendi conſilium ſi decederet: vel amantium more loquitur qui paſſim ſe morituros iactant aut moribundos. quãquã & funus & crudele funus obtendit Dido (id quod ad extremùm non feſellit amantem) vnde eũ flectat, ſi fortè nec amor nec data fides potis ſit. Atque hic ſanè locus digniſſimus 894
fuit quẽ poëtæ reliqui certatim imitarentur, itaut Italici quoque in ſimilli mo argumento mirificè induſtriam probent ſuam, id quod ſigillatim in Torquato noſtro animaduertere licet qui in 16. vſque adeò egregiè in Armida Didonem expreſſit, vt perfectius nihil abſolutiúſque requiras. etſi non eſt quòd inficiemur multa quoque excogitaſſe Torquatum ac protuliſſe quæ mirificè illuſtrent hoc argumentum. Sed ad Didonem redeo totus, ſperaſti (inquit) tantum nefas tacitúſque mea diſcedere terra? nam temerarium videri poterat ex aliena terra furtiuum diſceſſum pertentare: qui, ſi deprehendatur a Principe, & prohiberi & puniri poſſit, quíque inprimis videretur ab amante Regina & facilè perſentiri & milite cuſtodijſque omnino impediri poſſe.

Partic. 44.

Quin etiam hyberno moliris ſydere claſſem,
Et medijs properas Aquilonibus ire per altum
Crudelis: quid? ſi non arua aliena domóſque
Ignotas peteres & Troia antiqua maneret?
Troia per vndoſum peteretur claſſibus æquor?

Eloquentem reddit illam amor: nam grauiſſimis atque optimè ad perſuadendum cõpoſitis Aeneam pertentat argumentis vt diſcedendi cogitationẽ abijciat. Ac primò oſtendit hyemem aduerſámque tempeſtatem quæ nauigationi obſtaret plurimùm. & ideo & ſydus hybernum commemorat & Aquilones qui maria perturbarent. vbi ſydus pro ſyderibus poëtico more vſurpat, ni fallor: non enim certum ſydus intelligit quod vnũ tempeſtates excitaret, ſed hyberna ſydera vt hybernum tempus deſignat quo periculoſa eſſet nauigatio, & ideo ait ſydus hybernum, quod epitheton non certæ alicui ſtellæ ſed ijs omnibus conuenit hyberno tempore noſtra ſpectant climata. Itaque Ouidius in Didonis Epiſtola & Propertius libro primo Elegiarum dum idem proſequuntur argumentum, non *eleg.* 8.
certum ſydus proferunt vnde tempeſtates excitentur, ſed hyberna tempora. Et idcirco 895
Heſiodus quoque poſt Virgiliarum occaſum abſtinendum canit nauigatione quod inde hybernum tempus ducat initium, vel certè mare agitari vẽtis magnopere ſoleat: id quod in Idus Nouembris incidit, vnde ad Aprilẽ vſque menſem ferè conquieſcit nauigatio ob uentorum vim maximam: atque hinc eſt vt claudi hyeme dicantur maria, Vere, quod ab Aprile menſe propemodum auſpicamur, aperiri. Nõ tamẽ negauerim fortaſſe ex hybernis ſyderibus aliqua tempeſtati ciendæ plus momenti habere quàm cætera, quemadmodum Orion æſtiuo tempore. Addit aliena arua, ignotas domos petere, vt intelligat rẽ periculoſam moliri temeritatíſque pleniſſimam. Fortaſſe etiam ſignificat eò maiorem eſſe illius temeritatem quòd rem arduam aggredi moliatur fractis viribus & imbecillis. nam huc pertinere poſſunt ea verba, *Quid ſi Troia antiqua maneret*? quaſi diceret, ne ſi quidem Troia ſtaret, temeritate ac periculo careret quod moliri ſtatuis: quantò magis cum ceciderit Troia, túque omnium egenus in Lybiam appuleris? Quamquam commodè etiam locum explices ſi legas

Quid

—— *Quid ſi non arua aliena ac domos Ignotas peteres, ſed quaſi Troia maneret, Troia per vndoſum peteretur claſſibus æquor.* Ita vt tibi illius regna repetere liceret? an tu hoc tempore audeꝛes te maris diſcrimini cōmittere ac nauigationi. Certè huc ſpectauit Ouidius dū caneret

Pergama vix tanto tibi erant repetenda labore?

Hæc igitur & id genus alia Dido quæ iam iam ſubiunget vt retardet amantem. Neque verò non eleganter, vt ſolet, hunc locum imitatus eſt Ouidius, apud quem Dido, cum illud obieciſſet Aeneæ,

896 *Te lapis & montes, innátaque rupibus altis*
Robora, te ſæuæ progenuere feræ:

ſtatim ſe huc referens pergebat

Aut mare quale vides agitare nunc quoque ventis:
Quò tamen aduerſis fluctibus ire paras.
Quò fugis? obſtat hyems: hyemis mihi gratia proſit.
Aſpice, vt euerſas concitet Eurus aquas.
Quòd tibi malueram, ſine me debere procellis:
Iuſtior eſt animo ventus, & vnda tuo.

Interim tamen (vt ad Virgilianam Didonem redeam) cum & amore ferueat & indignatione, haud temperat ab affectibus, atque illum appellat crudelem: quæ tamen vox indignationíſne an amoris ſit vox nō facilè ſtatuas. Ipſe quidem & ab indignatione & ab amore profectam facilè dixerim. & ob id etiam pergit,

Part. 43 Méne fugis? per ego has lachrymas dextrámque tuám te
(Quando aliud mihi iam miſeræ nihil ipſa reliqui)
Per connubia noſtra per incœptos hymenæos.
Si bene quid de te merui, fuit aut tibi quicquam
Dulce meum, miſerere domus labentis & iſtam
Oro (ſi quis adhuc precibus locus) exue mentem.

Magnam vim habent ea verba, *Méne fugis?* perinde enim eſt ac ſi diceret non poſſe illum ſine ingrati animi atque adeo ſceleris nota & crimine diſcedere cum & amantem deſereret & eam amantem quæ fide ſe illic ac nuptijs obſtrinxiſſet, & a qua exceptus eſſet in regni partem, cum alioquin egentiſſimus Charthaginem perueniſſet. Itaque ſua quoque merita verbis iſtis tacitè illi in mentem reuocat Regina. Quamquam cum ferè animaduerteret eum non flecti, ac propterea illi flectendo robuſtiores adhuc machinas eſſe adhibendas ac lachrymas quarum vis maxima eſſe ſolet, & ad obteſtationem confugit, per ſuas lacrymas ipſiúſque Aeneæ datam fidem (nam hunc quoque prætexit) illum obteſtans. Vbi quoniam pergit,

897 *(Quando mihi iam miſeræ nihil ipſa reliqui)*

commodiùs fortaſſe poſt lachrymas hæc interpoſuiſſet verba, quibus ſignificaret nihil ſibi præter lachrymas quas etiam illi iam offerret ac perſolueret, reliquiſſe. Quamquam appoſitè etiam interponitur poſt ea verba *per dextrámque tuam* vt ſignificet ſe fidem quoque ſibi ab eo datam reſeruaſſe, ac propterea fidei acceptæ nequaquam renunciare: quaſi diceret meum tibi regnum commiſi honorémque ipſum (id quod mox ſubiungit) fidei certæ, quam tu mihi dediſti, non remiſi nūtium, ac propterea ſine ſcelere diſcedere haud licet. Iam verò quoniam datæ fidei mentionē fecit, per cōnnubia illum precatur & hymenæos, addens etiam *ſi quid de te merui* (vbi paulò clariùs ſua attingit merita ſed permodeſtè tamen) ac tandem amoris & hymenæi ipſius ſubindicat ſuauitates, quibus illū permoueat. Atque hîc etiam pudici ac verecundi poëtæ elucet virtus, qui quæ cæteri oſtē taſſent ac dilataſſent, vix vnico attigit verbo. Hîc verò hymenæos appellat incœptos quòd ſatis intellexiſſet Aeneam non tam viri (quāquam ſpe & amatorijs pollicitationibus viri etiam) quàm amantis perſonam geſſiſſe ac proci. Denique cum illud protuliſſet *Si quidquam fuit tibi dulce meum,* id addit quod cum hoc erat coniunctiſſimum, & verò; ſi quid impudicum ea redolerent verba, rem cohoneſtaret; pergit enim

—— *miſerere domus labentis:* ——

quibus verbis ſe prolis cupiditate illius nuptias elegiſſe indicat, & ne regnum ſine hærede

relinqueret. Ita & prolis & Regij ſucceſſoris exprimit decus. Vt propterea iurè deprecationem concludat, inferens.

——— ——— *iſtam*
Oro (ſi quis adhuc precibus locus) exue mentem. 898
Quo in loco commodè perorare potuiſſet, niſi aliquid interim in mentem ſubijſſet, quod magni adhuc videri poſſet momenti. Itaque pergit,

Te propter Libycæ gentes, Nomadúmque Tyranni,
Partic.46. Odêre, infenſi Tyrij: te propter eundem
Extinctus pudor, &, qua ſola ſydera adibam,
Fama prior, cui me moribundam deſeris hoſpes?
Hoc ſolum nomen quoniam de coniuge reſtat.
Quid moror? an mea Pygmalion dum mœnia frater
Deſtruat? aut captam ducat Getulus Iarbas?

Incommoda & damna recenſet quæ diſcedente illo eſſet ſubitura cum apud exteros reges tum apud ſuos populos, vt hinc etiam ſe ad eius tutelam ſeruaret Aeneas, cuius cauſa periclitabatur ipſa Dido, vel potiùs mala ac detrimenta exponit in quæ iam incidiſſet: fœlicitatem indicat ex qua excidiſſet, ac ſummatim quæ domi foríſue longè ac latè calamitates illam inuaſiſſent, Aeneæ ponit ante oculos: quæ item infortunia a Pygmalione & Iarba ſibi immineant non reticebit, vt faciliùs eius molliat animum. Denique, vt fateatur id quod eſt, pudorem amiſſum, quales quales obtenderit nuptias, deplorat ac famam, qua ſola viſa eſſet Cœlum attingere, denigratam. quibus item verbis eum retinere molitur, qui, vbi ſe maritum declaret, eius pudori ac famæ conſulere poſſit. Atque hic fortaſſe ait fama ſe ſolam adiſſe cœlum, non tam quod ipſa vna pudicitiam coluiſſet, quàm quòd excellenti ratione coluiſſet, atque indi ſummam ſibi gloriam peperiſſet. cum enim & pulcherrima eſſet, & prædiues, & Regina, & a multis ac magnis Regibus illius connubiũ peteretur & expeteretur, ipſa contra ſecundas nuptias ſemper deſugiſſet, & Sichæo vel demortuo pudicitiam ſibi ſeruandam prætexeret, factum eſt vt illius pudicitia excellens & ſingularis videretur, & verò ad cœlum vſque celebraretur, vel ſola dicitur quòd inauditũ eſſet inter barbaras gentes illas tale ac tantum pudicitiæ ſtudium. Iam verò, vt amantes 899
ſæpè nullum inueniũt precibus finem, moribundam ſe rurſus iactat, atque hinc vt ne deſeratur orat enixè. hoſpitis verò ſibi ſolum nomen de Aenea, ſi diſcedat, ſupereſſe ait, quòd eum nec maritum, vt ſperarat, nec prolis authorem, nec defenſorem aut propugnatorem habiturus eſſet; quin ne hoſpitem quidem, vix vt hoſpitis nomen (vbi aptè hoſpitum qui ad horam manent, exprimit morem) ſibi remanſurum. Pergit verò *Quid moror?* vbi non ſignificat quid moror dicendo ſcilicet, quaſi dicat quid plura? aut quid multa? ſed quid moror in vita, aut quid differo mortem oppetere? vel potiùs quid moror mihi manus inferre id quod intelligitur dum pergit è veſtigio,

——— *An mea Pygmalion dum mœnia frater*
Deſtruat? aut captam ducat Getulus Iarbas?

quod eſt num mori deffero donec Pygmalion, quem decepi, iratus ac furẽs deſtruat meã Vrbem? aut etiam vitam protraho dum Iarbas, qui a me ſpretus, mihi bellum indixit, captiuam me tandem ducat? quibus verbis Poëta alludit ad hiſtoriam: fertur enim Pygmaliõ cum ſe theſauro quem ſpe deuorauerat, ſpoliatum ac ſpe deluſum videret, in eam furere cœpiſſe. Iarbam verò cum eius nuptias recuſaret Dido, ad bellum ſeſe aduerſus eam paraſſe, atque ob id canit Ouidius,

Quid dubitas vinctam Getulo tradere Iarbæ?

quin his de cauſis, ne ſcilicet captiua duceretur rogum conſcendiſſe fertur ſibíque mortem intuliſſe.

Partic.47. Saltem ſi qua mihi de te ſuſcepta fuiſſet
Ante fugam ſoboles: ſi quis mihi paruulus aula
Luderet Aeneas. qui te tantum ore referret,
Non equidem omnino capta aut deſerta viderer.

Peri-

Periculis ac malis commemoratis, ſuauiſſimam rurſus prolis mentionem interponit,
900 qua,dum ſe detrimenta omnia mortémque ipſam æquo animo ſubituram fuiſſe ait, obfirmatum Aeneæ pectus permoueat & expugnet. & ſanè vix credi poteſt,ſi de rebus fictis coniectura facienda ſit; potuiſſe Aeneam non magnopere commoueri cum audiret tũ demum illam ea omnia mala contempturam,cum ſibi paruulus aula luderet Aeneas. Sic apud Catullum

—— Paruulus
Matris è gremio ſuo
Porrigens teneras manus,
Dulce rideat ad Patrem:
Sit ſuo ſimilis Patri
Manlio ——

& huc pertinet quod addit Dido,*qui te tanto ore referret*: Patri enim magno ſolatio ſunt liberi,tunc maximè cum eorum referunt imaginem, ita ut de ſobole paulò ſint certiores. Sic Catullus vt dicebam, *ſit ſuo ſimili Patri*,& Ouidius

Fallere non norunt, cætera patris habent.

quò illud etiam ſpectat

Et nimiùm ſimiles tibi ſunt,& imagine tangor:

ſed illud Martialis præclariſſimum.

Eſt tibi quæ patrij ſignantur imagine vultus,
Teſtis maternæ nata pudicitiæ.

Et ſanè expreſſa in filio parentis ſimilitudo eſt maritalis tum fidei ſignum, tum coniugij vinculum ac ſolatium. Tametſi ne ſimilitudo quidem omnem planè pellit ſuſpicionem adulterij. nam quæ fœminæ mentem vehementer occupet imago,fœtum illi reddit per-
901 ſimilem:itaut abſentis quoque viri memoria & imago,timore præſertim excitata, poſſit ſpurium filium ſimilem reddere. Sic facilè contigit Iuliæ Auguſti filiæ,quæ liberos Agrippæ viro ſimillimos genuit,cum paſſim eſſet adultera.Nec ſanè,dum ait

—— Si quis mihi paruulus aula
luderet Æneas ——

non bellè blanditur Aeneæ prædulci ſobolis mentione iniecta, ſimúlque certã Regni ſucceſſionẽ illi tacitè in mentem reuocat atque offert dominatum. Fortaſſe etiam poëta dũ ait ſi quis mihi luderet Aeneas, ad morem Romanum alludit quo fiebat vt eodem nomine poſteritas (quãquam ex familia ducebatur nomen) cum parente appellaretur. Atque hîc Regni tutelam collocare videtur Dido, quaſi Pygmalionis & Iarbæ inſidijs atque armis ſe Regnúmque ſubtrahere poſſet. Atque hîc clauditur Didonis concio: quæ ſanè tanta argumentorum varietate inſtructa eſt,& tam accommodatis ad perſuadendum, vt plura ferè offerat argumenta quàm verba. Quapropter qui huiuſce concionis argumenta in apertum proferre & ad ratiocinationes deducere, atque Oratorio Tullianóque inprimis more exaggerare & amplificare nitatur,is iuſtam vel potiùs benè longam orationem conficiat. Nec propterea incuſandus poëta noſter, quòd breui concione tam multa perſtrinxit argumenta: Nam poëtam quippe qui paſſim alios loquentes facit & ad cõciones inducit,decet ſtrictim paulò agere:alioquin ſi oratorio more vela panderet Orationis, in immenſum ferè excreſceret poëma;quem morẽ hiſtorici quoque colunt: etſi ijs,quoniã narrant,ſuperſedere poſſent concionibus,& verò deberent,ne imitari ac poëtam agere videantur.contrà tamen poëta, quippe imitator, dum perſonas loquentes paſſim in-
902 ducit,cogitur ſæpè conciones fingere,ita vt breuitati,quemadmodum dicebam, ſtudeat neceſſe ſit.

Par.48.

Dixerat ille Iouis monitis immota tenebat
Lumina & obnixus curam ſub corde premebat,
Tandem pauca refert. ——

Obfirmato animo Iouis mandata cõdebat, premebátque pectore priùs Aeneas, quod ſanè perquã fuit neceſſarium vt Didonis & lachrymis & precibus & obteſtationibus conſtanter reſiſteret. nec ſanè temerè lumina immota tenebat, ne, quoniam Didonem amauerat, inde rurſus excitaretur amor: ſiquidem oculi, vt canit poëta, ſunt in amore du-

Digitized by Google

ces: nam immotos ſic tenuiſſe oculos credendum eſt vt demiſſos haberet & ad terram eos conuertiſſet.

Partic. 49. — Ego te quæ plurima fando
Enumerare vales, nunquam Regina negabo
Promeritam: nec me meminiſſe pigebit Eliſæ,
Dum memor ipſe mei, dum ſpiritus hos reget artus.

Beneficia fatetur, memorē animum pollicetur ac prolixe pollicetur, tum verò nuptias datámque fidem inficiatur, & ideo crediderim illam Reginæ ſtatim nomine appellaſſe, & quod magis vrget (nam Reginam honoris quoque gratia potuit appellare) mox addidiſſe, *Nec me meminiſſe pigebit Eliſæ.* Nam hinc etiam ſe nuptijs & coniugio ſolutum indicat. Quanquam, vt ſe coniugio liberum rotundo profiteatur ore pergit,

Partic. 50. Pro re pauca loquar. Nec ego hanc abſcondere furto
Speraui, ne finge fugam; nec coniugis vnquam
Prætendi tædas aut hæc in fœdera veni.

Ad id progreditur quod rei caput erat, nimirum ad obiectum connubium. nam ſi iu-
rè connubium prætexiſſet Dido, vix fortaſſe eſſet defenſioni locus. Itaque huc oratio-
nem conuertit totam. & hoc eſt quod ait *pro re pauca loquar*, hoc eſt pro connubio quod
obtendis, & in quo rei ſumma poſita eſt, pauca quædam reſpondebo. Inficiatur igitur id 903
totum Aeneas, quod exaggeratè inficiatur, quemadmodum exaggeratè fuerat a Didone
obiectum: quare quemadmodum Dido præter amorem, datam dexteram, connubium,
hymenæos commemorauerat, coniugium item, ſic Aeneas contrà negat coniugium,
negat prætenſas tædas, negat fœdera maritalia, ex quo efficit ſe profectionem vel certè rem
coniugij abſcondere furto non ſperaſſe: quod eſt, nulla ſpe adductum abſcondere illud
voluiſſe aut in animum induxiſſe: cum nihil eſſet cur illud abſconderet: nec enim eſt cur
is qui ſui iuris ſit, profectionem ſeu mauis coniugium, quo ſolutus eſt, abſcondat. Ex
quo etiam ſignificat perperam ab ea fingi fugam, ac ſibi affingi.

Me ſi fata meis paterentur ducere vitam
Partic. 51. Auſpicijs, & ſponte meas componere curas,
Vrbem Troianam primùm dulcéſque meorum
Relliquias colerem & Priami tecta alta manerent,
Et recidiua manu poſuiſſem pergama victis.
Sed nunc Italiam magnam Grynæus Apollo,
Italiam Lyciæ iuſſere capeſſere ſortes.
Hîc amor, hîc patria eſt. ſi te Carthaginis arces
Phœniſſam, Libycaéque aſpectus detinet Vrbis:
Quæ tandem Auſoniâ Teucros conſidere terra
Inuidia eſt? & nos fas extra quærere regna.
Me patris Anchiſæ, quoties humentibus vmbris
Nox operit terras, quoties aſtra ignea ſurgunt,
Admonet in ſomnis & turbida terret imago:
Me puer Aſcanius, capitiſque iniuria cari,
Quem regno Hiſperio fraudo, & fatalibus aruis.
Nunc etiam interpres Diuûm Ioue miſſus ab ipſo
(Teſtor vtrumque caput) celeres mandata per auras 904
Detulit: ipſe Deum manifeſto in lumine vidi

Digitized by Google

Intrantem muros vocémque his auribus hauſi
Deſine méque tuis incendere téque querelis.
Italiam non ſponte ſequor.

Graui reſponſione ſatisfacit Didonis concioni: quæ ſanè reſpõſio tota in Iouis,cui omnino temperandum eſſet,ac fatorum, voluntate nititur. Itaut Dido cum talem ac tantam vim rationis refellere haud poſſet,mendacium Aeneæ affingat. Sed de hac re paulò poſt. Nunc paucis Aeneæ reſponſum examinemus. Ait igitur primò ſe,ſi optatis proprijs obtẽperare poſſet, Ilium fuiſſe inſtauraturum: quibus item ſuam pietatem declarat erga Patriam, etſi extinctam,ac Priamum demortuum. id quod ea de cauſa profert, quia Græci cum Ilium euertiſſent,vela fecerant; ita ut facilè ad Aeneæ aures perueniſſet Ilio inſtaurãdo locum eſſe ac Troiano fortaſſe Regno excitando. Et hinc factum eſt vt vel Antenorides vel alij hanc arripuerint anſam. De qua re licet Hiſtoricos conſulere. Ait verò

Et recidiua manu poſuiſſem pergama victis,

quòd cum pergama cecidiſſent,ſua ille manu,hoc eſt virtute & fortitudine reſtaurare ac victis reponere de integro exoptaſſet. Quo in loco, quantumuis ſatis conſtet Aeneam de Ilij inſtauratione loqui, verumtamen quî idcirco pergama appellet recidiua (cum *manu* enim *recidiua* iungi nequit ob metrum: alioquin res faciliorem offerre videretur explicatum) perobſcurum. Etenim,vt verè fatear, ijs qui dicunt ab arboribus deriuatam eſſe vocem,idque ea de cauſa quòd reciſæ rurſus pullulent,nullo modo aſſenſerim, nam recîdo producit ſecundam,cum eádem ſyllaba in *recidiua* corripiatur,ita ut recidiua a récido ma-
905 narit,non a recîdo:adde quod dum arbores pullulant, id ipſum in Troia exprimendum erat,non reciſio, vt reſurgens Troia exprimeretur. Qui verò recidiua exponunt hoc eſt redeuntia, minùs fortaſſe labi videantur,quia nihil prohibet quominùs aliquid poſt caſum & poſtquam cecidit, reſurgat,ac veluti renaſcatur. Tametſi cum id quod cadere dicitur,interire dicatur,& in deteriorem partem vſurpetur, ægrè recidiua pergama dixerim reſurgentia aut redeuntia,quod benè audit & in meliorem partem accipitur. Quare illud Tertulliani, *Reciprocarum frugum & viuidorum elementorum & recidiui anni fidem argumentatur.* apud me quidem non tanti eſt vt quicquam ponderis habeat in perpolitiſſimo Poëta,præſertim cum nullius authoritas antiquioris proferatur: quin fortaſſe nil minùs quã quod iſti autumant (de qua re paulò poſt) ſibi vult Tertullianus. Omnino igitur crediderim recidiua dici Troiæ pergama,quia ſemel antea ab Hercule Ilium fuiſſet euerſum, paulò poſt etiam,cum fuiſſet excitatum,Græcorum armis cecidit:ita vt illa mœnia quippe quæ ſecundò etiam ceciderant,veriſſimè eſſent recidiua, & ideo hæc eſt ſententia, & mea manu recidiua pergama,quæ inquam ſecundò ceciderunt (& ob id recidiua iurè dicuntur) ſtatuiſſem rurſus victis & inſtauraſſem. Atque ita conſentit vox cum recidiua febri,cum recidiuo morbo,cum recidiuo ægroto,quæ voces in deteriorem partem vſurpãtur,ac nouum caſum iteratúmque morbum deſignant, quemadmodum nos iteratum Ilij caſum intelligimus.& hoc nomine ſine dubio locutus eſt idem Vates in X. & eum ſecutus Seneca.dum eádẽ pergama appellat recidiua. & hoc facilè ſibi voluit Tertullianus qui recidiuum annum appellat, quia ipſe quoque annus interit aliquando & rurſus, cũ
906 ſurrexerit, interit,itaut dum etiam reſurgere videtur,recidat & dilabatur,vt propterea iurè recidiuus annus dicatur. Atque hoc modo magis exprimitur Aeneæ pietas qui quæ cecidiſſent mœnia,optaſſet excitare, ac victis rurſus ſua manu ac ſuo periculo reponere. Iã igitur Aeneas cum expoſuiſſet Didoni quid maximè optaſſet,addidit ſibi tamen fatis obtemperandum,ac propterea non de Ilio inſtaurando cogitare, ſed de Italia adeunda, & ideo ſibi in Italiam nauigandum:quibus verbis tum factum cohoneſtat ſuum ac pietate reſpergit (pietas enim eſt Dijs ac fatis obtemperare) tum omnem Didoni præcîdit ſpem & quærimoniæ cauſam. Quamquam dum fata deſignat Grynæi Apollinis iuſſu & Lyciæ ſortibus,quales ſint Lyciæ ſortes,obſcurum. Et ſanè de Grynæo Apolline conſtare ſatis poteſt. nam Deli oraculum intelligit: nihil enim refert ſiue Delius, ſiue Tymbræus, ſiue Ortygius,ſiue Grynæus (quæ appellatio a ſylua ducta eſt) nuncupetur Apollo; dum tamẽ conſtet reuera tale oraculum ab Apolline ipſo Aeneæ redditum: de qua re in III. prolixè admonemur; verùm de Lyciæ ſortibus id obſcuriſſimum: ſiquidem conſtat quidem Apollinem in Lycia cultum fuiſſe,ibique reſponſa dediſſe,ſortibus etiam rem peractã fuiſſe (nam id Pauſanias atque alij teſtantur ſatis) de ſortibus iſtis Aeneæ redditis, cõſtat nuſ-

quam,

quam,quia Aeneas quotquot ab primæ nauigationis initio captaſſet oracula,quóue in loco captaſſet,commemorauit,nec tamen vſquam de Lyciæ ſortibus.An igitur expolitione vtitur Poëta idémque alijs verbis repetit,itaut vtrobique vnum idémque Apollinis oraculum intelligat,idque Deli acceptum?equidem vix crediderim:nam præterquam quod Lyciæ ſortes diſtinctè nominat, profectò talis expolitio frigidè omnino caderet:ſiquidem minueret de perſpicuitate;tantùm abeſt vt eam augeret.An igitur credendum Aeneam, 907
cum in Creta vrgeretur peſtilentia ac propterea rurſus Apollinem conſulendum iuberet (canitur hoc in III.) id non modò in Delo ſed in Lycia,vbi res ſortibus agitabatur, exquiri voluiſſe? etſi enim reuera ſuperſedit, ſuperſedit tamen quòd Penates, antequam mitteret, Apollinis nomine illi reſponſum dederant.Ita factum eſſet vt quod de Heſperia petenda tulit reſponſum,id non Deli Oraculo ſolùm,verùm etiam Lyciæ ſortibus acceptum eſſet referendum.Sed ne id quidem nobis ſatisfacit, quia Delum tantummodo repetendũ iubebat Aeneas ac Deli Oraculum conſulendum:atque huius ſanè Oraculi nomine tantùm a Penatibus admonitus eſt: itaque canitur,

Quod tibi delato Ortygiam dicturus Apollo eſt,
Hic canit,& tua nos en vltrò ad limina mittit.

Ipſe igitur,omiſſis varijs Interpretum ſententijs, qui tamen nihil tandem audent conſtituere,omnino crediderim Delum ac fontem Lyciæ promiſcuè conſulere conſueuiſſe mortales illos quòd huc illuc migrare crederetur Apollo,ac modò in Delo,modò in Lycia verſari.Quare Horatius,

—— qui Lyciæ tenet,
Dumeta natalémque Syluam
Delius & Patareus Apollo

canit libro III. ode quarta. & Propertius,

Cum Phœbus linquens ſtantem ſe vindice Delon,

inquit elegia VI. libri IV. Quia Apollonius canit Apollinem hyeme in Delo inſula , per æſtatem in Lycia dediſſe reſponſa,atque huc vltro citróque migraſſe,quid plura?cum Virgilius ipſe in hoc IV.canat,

Qualis vbi hybernam Lyciam Xanthique fluenta 908
Deſerit, ac Delum maternam inuiſit Apollo,

quis non videat miram inter duo hæc Oracula intercedere coniunctionem , ita vt mutuò ſe quodammodo conſequantur ? Quod ſi in III.nullam Lyciæ ſortium mentionem fecit,hîc ſaltem, vbi cauſæ tuendæ ſuæ ſortes quoque Lyciæ commemoraſſe præſtat,eas ſanè nõ prætermittit.Quæ cum ita ſint,appoſitè ſubdit,*Hîc amor,hîc patria eſt.* par enim erat vt id amaret & in optatis haberet quod Dij vellent & fata præciperent : eodémque modo eam ſibi patriam reputaret quam Iuppiter ac fata iuberent . Id quod ſe tum ipſius Didonis exemplo facere ait quæ nouum ſibi regnum conquiſiſſet,ob idque in Libya conſediſſet Vrbémque fundaſſet,tum Aſcanij cui Heſperiæ Regnum debebatur,amore;tum Mercurium cuius etiam aduentum grauiſſimis verbis miriſque modis deſcribit,iuſſu,qui etiã non tam ſuo quàm Iouis nomine imperaſſet vt Auſoniã peteret . Atque his omnibus de cauſis concludit,

Deſine méque tuis incendere téque querelis
Italiam non ſponte ſequor.

quibus verbis nititur (modeſtè tamen) inſanam Didonis mentem ſanare . Hîc verò facilè quæras quid tandem ſibi velit Virgilius dum ait

—— Quoties aſtra ignea ſurgunt:

videtur enim non neceſſarijs verbis vti cum dixiſſet,

—— Quoties humentibus vmbris
Nox operit terras——

ſed locus,opinor,continet pleonaſmum,qui quoniam valet etiam ad ornandam orationem,itaut ab Oratoribus etiam interdum vſurpetur,haud mirum ſi vſurpetur a Poëta De nique non video,quî tandem hinc variæ noctis partes indicentur, quod pugnant aliqui . Sed quicquid ſit ſatis conſtat per noctem ſiue ante diluculum quoque (ſi placet) a patre 910
admonitum ac non ſine terrore ſolicitatum vt in Italiam nauigaret . Illud etiam non ab re obſerues,ſignificare Aeneam ſe non ſolùm per noctem in ſomnis, verùm etiam per diẽ admonitum;nam ſe Mercurium vidiſſe,eiúſque vocem auribus hauſiſſe teſtatur : quo in

loco

Digitized by Google

loco cum non ſine venuſtate & emphaſi dicat, *vocem bis auribus hauſi*, cum ſatis eſſet dicere vocem hauſi vel audiui, quidni ea quoque verba, *Quoties aſtra ignea ſurgunt* habeant pleonaſmum ? Dum verò illa interponit verba(*teſtor vtrumque caput*) eiuſmodi verba commodè referantur ad Iouem & Mercurium quorum interim mentionem fecerat; ídque potiore conſilio ac iurè quòd iuſiurandum iuſtiùs per numen concipiatur, ac ſanctè (ſi locus poſtulet) Deus teſtis appelletur. Veruntamen, ſi vſum ſpectemus, veriùs ad Didonē Aneámque ipſum referuntur, cum more receptum eſſet vt per cariſſima capitā, præſertim Principum ac Regum, huiuſmodi officium obiretur. Sic idem Poëta.

Teſtor chara Deos, & te germana, tuúmque
Dulce caput ——

Sic Catullus *Adiuro téque tuúmque caput*.. Sed elegantiſſimè Ouidius

Pérque tuum noſtrúmque caput, quod iunximus vnà,
Iuro. ————

vbi virgilij non tam imitator quàm interpres videri poſſit. In illis autem verbis *téque querelis*, equidem ne iuranti quidem crediderim particulam illam (*que*) concurſu geminari de induſtria: mihi enim indiligentiam potiùs quàm induſtriam refert ac diligentiam. paſſim enim contingit vt in carminibus pangendis in eiuſmodi concurſus incidamus qui pro
911 pterea ſtylo ſunt depaſcendi, vbi præter mores offendat aures. Ac ſine dubio hanc aurium offenſionem ſuſtuliſſet Virgilius, ſi per immaturam mortem licuiſſet

Part.52. Talia dicentem iamdudum auerſa tuetur,
Huc illuc voluens oculos, totúmque pererrat
Luminibus tacitis, & ſic accenſa profatur.

Reſumit Poëta dicendi munus, vt & orationem variet ab imitatione, ad narrationem tantiſper regrediens, & Didonem deſcribat, ac tandem illam ira percitam ac propè furentē inducat. Appoſitè verò Didonem deſcribit quæ ſtatim atque Aeneæ orationem, atque animi ſenſum audire cœpit, aduerſis illū ac toruis intueri cœperit oculis, atque adeò oculos & ipſos huc illuc conuoluere: quod ſanè iræ ſignum eſt quæ quippe ignea, haud patitur illos ſtare loco. & ideo Regina paulò poſt accenſa profatur. Sed cur addit

——*Totúmque pererrat*
Luminibus tacitis, ——

ſanè hic locus obſcurus videri poteſt. Quid enim obſecro, pererrat Dido ac totum pererrat? aut quî tacitis pererrat luminibus? Crediderim igitur hîc Didonem pererraſſe luminibus talia dicentem, ideſt Aeneam: quod eſt illum dum ea diceret, peragraſſe oculis totū & obſeruaſſe: animi enim ſenſus non ex oratione ſolùm, verùm etiam ex aſpectu, oculis, rubore, colore, motu, percipitur. Dido igitur facilè ſuſ déque dicentem Aeneam circumſpectabat obſeruabátque diligenter, vt inde etiam peruaderet illius animum ac mentem & hinc eſt vt paulò poſt illud exprobret Aneæ,

Num fletu ingemuit noſtro? num lumina flexit?
Num lacrymas victus dedit, & miſeratus amantem eſt?

912 Hinc etiam vt cautibus(id quod obiecit illi primo) atque ijs qui ab hyrcanis tygribus enutriti eſſent, æquarit. At enim ſint iſthæc; verùm quî ſpectauit luminibus tacitis? Id quoque ad Aeneam pertinet, quem Dido loquentem luminibus tacitis animaduertit: vbi ad illud alludit

—— *Ille Iouis monitis immota tenebat*
Lumina, ——

Non igitur Dido luminibus tacitis ſpectauit, ſed ne ſpectare quidem potuit, cum huc illuc volueret oculos, ſed Aenea luminibus tacitis ſpectatur qui immota tenebat lumina. Sed ſit iſtud quoque. At enim quî tacita lumina affingit Aeneæ? num ſilent oculi, ac taciturnitatem referunt? Rectè, ſed tamen hoc in loco luminibus tacitis valet luminibus immotis; ait verò tacitis tum ne iteraret immotis, cum iam antea dixiſſet, *immota tenebat Lumina*, tum vt orationem metaphora nobili illuſtraret. ſiquidem id quod eſt linguæ taciturnitas, ideſt oculis immobilitas, ſeu mauis conſtantia & firmitudo. Quapropter quemadmodum eleganter dicitur pictura eſt tacens Poëſis, Poëſis loquens pictura, ita non ineleganter dicimus tacitos oculos, dum firmitudinem præſeferunt. Atque hîc ſanè a Poëta indicatur Aneæ conſtantia pacatúſque animus; quemadmodum Didoni è contrario

dum

Digitized by Google

dum oculos huc illuc volueret, animi mobilitas tribuitur & iracundia; quæ omnia non ſine venuſtate opponuntur. Sed iam audiamus Reginam quæ accenſa & ira æſtuans ſic profatur.

Nec tibi diua parens, generis nec Dardanus auctor
Perfide: ſed duris genuit te cautibus horrens 913
Caucaſus, hyrcanaeque admorunt vbera tygres.

Iræ & indignationi quæ iamdiu illam occupare altiùs cœpit, penitus cedat amor neceſſe eſt, cum obfirmatum diſcedendi animum agnoſcat in eo quem deperiret. Quæ igitur paulò ante tam fidenter dixerat,

Credo equidem (nec vana fides) genus eſſe Deorum,

nunc a conuitijs exordiens negat illum a Venere ortum & Dardano: quin è cautibus genitum affirmat & ab hyrcanis tygribus enutritum. quibus quid primò obijcere potuerit grauius ad eius ſæuitiam crudelitatémque declarandam, non video, cum ab illius ortu incipiens eum tali ac tanta deturpet immanitate; Sic multò antea Catullus

Quæ nam te genuit ſola ſub rupe leæna?
Quod mare conceptum ſpumantibus expuit vndis?
Quæ Syrtis, quæ Scylla vorax, quæ uaſta Charybdis?

& rurſus

Num te leæna montibus libyſſinis
Aut Scylla latrans infima inguinum parte
Tam mente dura procreauit ac tetra?

ſic poſt Virgilium Ouidius

Te lapis & montes innátaque rupibus altis
Robora, te ſæua progenuere feræ,
Aut mare quale vides agitari nunc quoque ventis:
Quò tamen aduerſis fluctibus ire paras.

Sic inquam Ouidius, Didonem ipſam, quaſi Virgilianam, loquentem faciens: qui tamen & Virgilium & Catullum rurſus imitatus cecinit.

Non genitrix Europa tibi eſt: ſed inhoſpita Syrtis
Armeniæque Tygres, auſtróque agitata Charybdis,
Nec Ioue tu natus ——

& ad Virgilium, quaſi fontem, illud recurrit Ariadnæ apud eumdem Ouidium,

Nec pater eſt Aegeus, nec tu Pittheïdos Aethræ
Filius: auctores ſaxa fretúmque tui. 914

ſed egregiè totum hunc Virgilij locum Torquatus noſter in parili argumento vſurpauit cum caneret.

Ne te Sofia produſſe, e non ſei nato
De l'Attio ſangue tu: te l'onda inſana
Del mar produſſe, o'l Caucaſo gelato
E le mamme allattar di Tigre Hircana.

pergit autem Dido.

Partic. 54. Nam quid diſsimulo? aut quæ me ad maiora reſeruo?
Num fletu ingemuit noſtro? num lumina flexit?
Num lachrymas victus dedit aut miſeratus amantem eſt?

Nam quid diſſimulo, inquit, quaſi verò ſe ipſam reprehendat quæ non pro dignitate illius expreſſerit ſæuitiam, itaut quantumuis ſæuiſſima illi obiecerit, eam diſſimulare viſa ſit, & ideo pergit, *aut quæ me ad maiora reſeruo?* quod eſt cur minora commemoro illius crudelitatis indicia & maiora differo? Niſi tamen cum quibuſdam exponas, quid eſt quod diſſimulem hæc efferre ac tuam ſæuitiam propalare, blanditiis agens? aut ad quæ maiora reſeruo me, ideſt quæ meliora quæro, aut meliorum ſpe diſſimulem vera? Vbi tamen meliora pro maiora licenter nimis explices. Sed vt vt ſit, ſubobſcurus locus videri poteſt, etſi mihi quidem priorem ſentētiam videtur offerre, itaut valeat. Sed quid moror? ac fortaſſe quid moror? dixiſſet, niſi paulò ante quid moror? protuliſſet. Ait igitur quid moror? aut quid maiora crudelitatis ſigna proferre differo? & ideo hæc ſigna ſubijcit è veſtigio canens,

Num

Digitized by Google

Num fletu ingemuit noſtro? num lumina flexit?
615 *Num lachrymas dedit? aut miſeratus amantem eſt?*

vbi, vt eius notet crudelitatem, gradatim a gemitu qui res quædam maior eſt, ad commiſerationem quæ minor eſt, progreditur; ita vt ne commiſerationis quidem ſignum dediſſe clamet. Ac ſententiæ huic noſtræ tanquam germanæ fauet Italicus Epicus Torquatus: qui ſic pergit,

Che diſſimul'io più? l'huomo ſpietato
Pur' vn ſegno non diè di mente humana;
Forſe cambiò color, fors' al mio duolo
Bagnò al men gl'occhi, ò ſparſe vn ſoſpir ſolo?

Par. 55. Quæ quibus anteferam? iam iam nec maxima Iuno,
Nec Saturnius hæc oculis pater aſpicit æquis:
Nuſquam tuta fides.——

Obſcuriſſimus locus; nam quid eſt quod ait primò, *Quæ quibus anteferam?* Si enim dixiſſet, *Quæ quibus excuſem*, aut poſthabeam, aut quid ſimile, non ab re loqui videretur: ſignificaret enim hæc crudelitatis argumenta nullo modo excuſari poſſe, aut nullis eſſe poſthabenda: Sed cum dicat, *Quæ quibus anteferam?* id verò ad illa ſummæ crudelitatis nomine inſimulanda, quò ſpectabat, haud valet. Deinde quorſum ſubijcere *Iam iam nec maxima Iuno*, & quæ ſequuntur: præſertim quia poſtremò exclamat, *Nuſquam tuta fides*, quod de Aenea rectè fortaſſe prætexeret, de Iunone perperam, & Ioue. An igitur (vt primam dubitationis partem diſcutiam) ſenſus eſt, Quibus quæ ante feram? quod eſt quibus rebus iam commemoratis, nimirum crudelitatis ac perfidiæ pleniſſimis, quæ proferã crudeliora? ſeu crudelitate, & ſcelere quæ anteferam? Qđ ſi fortè ſubdura expoſitio cuipiam videatur; durior ſanè Aſcenſiana videbitur: hic enim Seruio inhærens, ſic ſcribit. *Quæ anteferam & quibus anteferam? ideſt quæ prima, & quæ nouiſſima dicam aut conſtituam? (dubitat enim de omnibus) hoc eſt de quibus primo quærat.* Vbi ſi (quæratur) diceret Aſcenſius, fortaſſe ſenſus aliquis, qualis qualis ſit, elici poſſet. Sed cum dicat (quærat) vix ac ne vix quidem ſentias, quò ſpectet. eo-
616 démque modo qui ſcribunt eſſe amplificationem, quaſi furenti (eorum verba profero) nil tam crudele, nil tam indignum, occurrere poſſit, cui non hanc ab Aenea acceptam iniuriam, ſummam indignitatem oſtendat; locum mihi videntur perinde exponere, ac ſi anteferam valeret poſthabebo. An igitur in his verbis, *quæ quibus anteferam*, vox illa (*quibus*) eſt ſextus caſus, ita vt ſenſus ſit, Quæ dicta ſcilicet & facta & in vniuerſum reſponſa Aeneæ, quibus anteferam, hoc eſt in quibus ſiue vnde anteponam meis dictis & accuſationi? quaſi diceret nihil occurrit vnde illius probem excuſationem & accuſationi anteferam meæ. Quamquam ſi quis tertium caſum eſſe pugnet quo gaudet antefero, poſſet eſſe ſenſus, *quæ*, hoc eſt quas res ex ijs quas modò cõmemoraui, *quibus*, aliorum, quæ item de alijs multis crudeliter, & iniquè commemorantur, anteponam? Quaſi dicat, nullis: vſque adeo quæ de Aenea cõmemoraui, perfidia & crudelitate ſunt ſingularia: & hoc nomine in Deos excandeſceret ſtatim. ſed vt vt ſit, indignatur reſponſum Aeneæ, exprobrátque illi duritiem, & crudelitatem. & hinc eſt vt percommodè (id quod ſecundo loco dubitabatur) in Iunonem, & Iouem excandeſcat, qui talia ſcelera non vlciſcerentur, cum id iniquum eſſet; id enim ſine dubio valet,

Dubitatur, & obſcuriſſimus locus dilucidatur. Prima Dubitatio. II. Ad I. Ad II.

——— *Iam iam nec maxima Iuno,*
Nec Saturnius hæc oculis pater aſpicit æquis.

Quamquam quod ſequitur (vt ad poſtremã dubitationis partem deueniam) cum dictis cohæret ægrè. Nã quorſum Iunoni ac Ioui fidem, quaſi tuta non ſit vſquam, obijcere? quorſum canere *Nuſquam tuta fides*? ſed hæc ad Aeneam, ad quem mox redit, ſunt referenda: nam propterea pergit, *eiectum, littore egentem*, & quæ ſequuntur. Itaque poſt contumelioſa illa verba;

Subijcitur III. Dubitatio. Explicatur

——— *Iam iam nec maxima Iuno,*
Nec Saturnius hæc oculis pater aſpicit æquis.

617 quibus iniuſtitiæ accuſat Saturnios, ad Aeneæ accuſationem rediens totus,

Nuſquam (inquit) *tuta fides* ——

vt Aeneam ipſum infidelem declararet. Sed de hac re poſt paulò copioſiùs. Interim ea ſe

ſe offert

ſe offert dubitatiò quòd non ſatis intelligitur quid propriè ſignicēt aut incuſent ea verba, *Nec Saturnius oculis aſpicit æquis*, num in quam ſignificent non ſatis cognoſcere ac mente peruadere & percipere iniqua illa facta, an verò percipere quidem, ſed præpoſtero affectu ea iudicare aut compenſare, cum ijs indulgeat quæ eſſent vlciſcēda. Itaque non æquis oculis, id eſt iniquis & iniuſtis an cernat an verò compenſet, dubitari poteſt. Sed vtroque nomine ſine dubio vtrumque, Iouem inquam & Iunonem, inſimulat, Iouem quòd nec ſatis animaduertat nec vlciſcatur; Iunonem quod parem Aeneæ vlciſcendo afferat incuriam ac tarditatem. Ac fortè Accium imitatus eſt qui in Antigona cecinerat

Iam iam neque Dij regunt;

Neque profectò Deûm ſummus Rex omnibus curat:

quæ verba perturbati animi ſunt, vel potiùs cum Didone delirantis. Tale illud Iarbæ ad Iouem,

Aſpicis hæc? An te genitor, cum fulmina torques

Ne *quicquam horremus*

Denique Epicureos habuit illa ætas, quos Poëtæ interdum liberiùs ſequuti ſunt. De qua re item paulò poſt. Interim illud obſeruarim, Nō deeſſe qui affirment ideo dixiſſe Reginam

Nuſquam tuta fides ——

quòd reuera amantium promiſſa & iuſiuranda in irritum facilè cadant: id quod non omnino improbarim: ſcitum eſt enim illud Propertij

Expertus dico, nemo eſt in amore fidelis.

Sed tamen vniuerſim loqui videtur Dido, quaſi verò nullis beneficijs fides firmari altiùs poſſit & immobilis reddi, Nuſquam fides ab infidelitate tutari. Quamquam ſi quemadmodum in rebus magnis Deûm atque hominum fidem appellare atque obteſtari ſolerēt illi, nunc Dido ſibi non tam appellandam cenſeret quàm increpandam, ne id quidem reprehenderim; cum illud (*nuſquam tuta*) ad Deos hominéſque referri, ſigillatimque tum ad Aeneam & Troianos, tum ad Iouem ac Iunonem, referri poſſit, præſertim à furente & Amante fœmina. Iam verò pergit Dido.

Partic. 56. —— Eiectum, littore egentem

Excepi & Regni demens in parte locaui:

Amiſſam claſſem, ſocios, a morte reduxi.

Commemorat beneficia, quæ ſimul exprobrat Aeneæ ac Troianis. Quæ exprobratio eò maius habet pondus, quòd reuera beneficia maxima commemorat quibus affecti erant. Sic eadem apud Ouidium

Fluctibus eiectam tutâ ſtatione recepi,

Vixque benè audito nomine Regna dedi.

& rurſus

Ab laceras etiam puppes furioſa refeci,

Vt qua deſererer firma carina foret. 918

Sic Euripidis Medea obiurgat Theſeum, vt latinè audiatur,

Seruaui te, vt ſciunt Græci quotquot

Vnà tecum Argoum ratem aſcenderunt.

Humanum verò eſt, ac fœminæ in primis, & iratæ, beneficia exprobrare, quod in ſolatij quoque partem haberi ſolet. Quocirca ſcitè Ouidius eamdem introducit canentem

Eſt aliqua ingrato meritum exprobrare voluptas:

Hac fruar, hæc de te gaudia ſola feram.

Sed iam eamdem ſuum illam furorem perſentientem ac fatentem audiamus.

Partic. 57. Heu furijs incenſa feror. nunc augur Apollo,

Nunc Lyciæ ſortes, nunc & Ioue miſſus ab ipſo

Interpres Diuûm fert horrida iuſſa per auras.

Cur huiuſmodi interponat exclamationem, nō facile eſt quòd intelligatur. etſi enim, vbi probaſſet quod dixerat, nuſquam ſcilicet tutam eſſe fidem, exclamationi eſſet locus; cur tamen ſe diceret furiis incenſam ferri obſcurum. Neque enim hactenus furentis & bacchātis, ſed grauiter diſſerentis videri debet Oratio. Nam qui dicunt oblocuturam in Deos

furoris

Digitized by Google

furoris excuſationem præfari, ij mihi non ſatisfaciunt: ſi quidem volens ac prudens videri vult loqui Regina dum ad Aeneam refellendum ait,

Scilicet is ſuperis labor eſt, ea cura quietos
Sollicitat ——

& ſanè perperam furorem prætexeret dum feriò Aeneam refellere, aut Deos accuſare niteretur. Denique vt id ipſa profiteretur potiùs quàm Poëta iudicaret, abſurdum eſſet. Exiſtimarim igitur eò ſpectaſſe, vt quoniam dixerat fidem nuſquam eſſe tutam, atque id probare cœperat beneficijs commemoratis quæ in Troianos contuliſſet, nunc vt probationẽ expleat exclamaſſe ſe furijs incenſam agitari: quaſi diceret, pro collatis beneficijs eò adducor
919 cor miſera vt furijs incenſa ferar, & amoris flammis nõ modò ardeam, ſed in furorem adducar. Ita quidem perfidia compenſari beneficia illa oſtendit, dum ſe ob ingratum Aeneã ac perfidum furijs agitari affirmat: quod vt non poteſt non animaduertere dum præter morem huc illuc Bacchatur, tum fateri haud dubitat. Atque his cohærenter nectuntur quæ ſequuntur è veſtigio: vbi enim quod inſtituerat comprobauit, eò ſe cõuertit vt ea refellat quæ è contrario prætexebat Aeneas dum obiectam ſibi perfidiam excuſaret ad fata Deorúmque monita & iuſſa confugiens: quæ ſanè commemorat non ſine indignatione cui admiſcet irriſionem, ſtatímque eádem refellit pergens,

Part. 58

> Scilicet is ſuperis labor eſt, ea cura quietos
> Sollicitat. neque te teneo, neque dicta refello
> I, ſequere Italiam ventis, pete regna per vndas.

Quo in loco ſatis ſupérque intelligere licet primùm eam exclamationem, *Heu furijs incenſa feror* —— non interponi quòd oblocutura eſſet in Deos; ſiquidem nimis diſiunctò in loco obloqueretur, ac propterea exclamatio, & oblocutio alieno loco exprimeretur. Cum alioquin, dum continenter poſt exclamationem, inſtitutam abſoluit ratiocinationem, res procedat cohærenter: & confirmationi exclamationíque Refutationem appoſitè ſubiungat. Sed & illud animaduertere licet perturbatam Didonem ac furentem interim in Epicureorum relabi ſententiam, qui Rei prouidentiam negarunt. Hanc enim opinionẽ apud Lucretium ſatis obſeruare potuit Virgilius quam in Regia quoque fœmina exprimeret. & ideò per ironiam eas vſurpat voces, *Ea cura quietos Sollicitat* —— ſunt enim Lucretianæ: nam in libro primo —— *ſumma cùm pace fruatur* —— *Semota à noſtris rebus* —— canit de diuina natura. Et ideo etiam ſubdit de Dijs.

Quidue noui potuit tantò pòſt antè quietos
Illicere? ——

Quæ opinio ſiue ſuſpicio vtinam non aliorum quoque Philoſophorum multorum aut
920 Poëtarum peruaſiſſet mentem. Etſi enim Homerus; hoc eſt Græcorum Poëtarum vertex, ac Plato quem Philoſophorum Deum appellauit antiquitas, conſtãter fauent diuinæ prouidentiæ, ita vt ijs vel hac vna de cauſa ſumma debeatur laus (quãquam turpiter deinde Homerus conſulentem nobis ac prouidentem fecit Deum, vt proinde à Platone reprehenditur acriter) Ariſtotelem tamen (vt de Stoicis ſileam qui non ſatis ſibi conſtare aut rẽ conuenienter explanare viſi ſunt) interdum ab Epicuri opinione vix abſuiſſe credas quicquid aliqui nitantur hanc ab illo diſcutere labem. Cum enim perſpicuis verbis ſtatuat fore vt vileſcat diuina mens ſi rerum inferiorum ſuſcipiat curam, affirmétque melius eſſe diui-
921 nę menti quædam non videre, quàm videre, quis audeat id pernegare de Ariſtotele? quam tamen ſententiam alibi, nec ſemel, reſpuit. Epicurus tamen contrà, qui eò veſaniæ progreditur vt Deum verbis potiùs ac per ſimulationem quàm reuera fateatur. Neque aliò ſanè ſpectauit Aeſchilus dum caneret in Agamemnone Οὐκ ἔφα θεοὺς βροτῶν ἀξιοῦσθαι μέλειν Neque affirmauerim Deos mortales ſua dignos cura exiſtimare, Quam ſententiam Plinius inter Hiſtoricos turpiter amplecti viſus eſt. Nã poëtis, quippe qui varios hominum affectus ac ſenſus exprimunt, ac ſæpè non tam ſuam quàm alienam ſententiam effundunt, vtcumque ignoſcendum. Regina tamen ſic loquitur perturbatione partim exagitata, partim vt hîc ſaltem refellat Aeneæ prætextum & excuſationẽ. Vbi obſerues quàm eleganter per ironiam & cum aduerſarij irriſione nec ſine ſtomacho pernegeſ eam

Nn ſupe-

Digitized by Google

ſuperis eſſe curam. Atque hinc ſe ſe ad Aeneam conuertit totam aitque —— *neque te teneo neque dicta refello:* quaſi diceret per me licet diſcedas, ac tuis dictis obtemperes, quibus impediendis ne verbum quidem addo:& ideo ſequitur

I, ſequere Italiam ventis, pete regna per vndas,

quibus verbis illi abeundi facit poteſtatem, etſi indignanter, atque id concedēs quod prohibere non ſatis poterat. tametſi clam retinere illum molitur dum ventos & vndas commemorat, ac proinde pericula in mentem reuocat quæ diſcedenti imminerēt grauiſſima. Quamquam ea etiam de cauſa & ventos & vndas commemorat abeunti vt inde planè ſibi pœnas repetendas & iniuriam vlciſcendam comminetur. & ideo ſequitur,

Partic. 59. Spero equidem medijs, ſi quid pia Numina poſſunt,
Supplicia hauſurum ſcopulis, & nomine Dido
Sæpè vocaturum ——

Vbi ventorum & vndarum pericula quæ apertè imprecabatur Aeneæ, tacitè verò commemorabat vt eum a nauigatione retardaret, ad ſcopulos reuocat eodem planè conſilio. Etſi apertè rurſus vnas comminatur imprecatúrque pœnas, ac naufragiū: quod etiam ſic imprecatur, vt ipſe Aeneas, quippe ſuæ perfidiæ conſcius, (ſic enim interpretatur illa Aeneæ factum) ſæpè Didonis amantis nomen appellet implorétque miſer. Atque hîc ſanè dū Dido Aeneæ perfidiam obijcit, ſimúlque tam exaggeratè ſcopulorum ac maris, cui ſe committebat, obtrudit pericula & timorem, nō omnino fortaſſe abeſt ab ea cogitatione & cōſilio vt illi in memoriam reuocet vltores periurij fluctus, ſiquidem apud multos inoleuerat ea opinio fluctibus a Numine perfidos deſtinari quibus luerent pœnam. Itaque eádem Dido eleganter apud Ouidium ſic diſceſſurum alloquitur Aeneam, 922

Nec violaſſe fidem tentantibus æquora prodeſt,
Perfidiæ pœnas exigit ille locus.
Præcipuè cum læſus Amor, quia mater amorum
Nuda Cytheriacis edita fertur aquis.

Neque verò non imitatus eſt Ouidius hunc eundem Virgilij locum —— *& nomine Dido, ſæpe vocaturum,* dum enim Alcyones Caycen coniugem conſimili) vt ipſa tamen prætexebat) perfidia deſereret *Oráque noſtra tuum fruſtra clamantia nomen Implerunt fluctus* —— inquit illa apud Ouidium in XI. ſic etiam Propertius

At tu vix primas extollens gurgite palmas
Sæpè meum nomen iam peritura vocas.

Hîc tamen quæ de Numinibus interponit dum ait —— *ſi quid pia numina poſſunt,* ægrè cum ijs conſentiunt quæ dixerat paulò ante; *Scilicet is ſuperis labor eſt, ea cura quietos Sollicitat* —— Quid eſt enim quòd numina introducas & in vindice eorum dextra, quantumuis hæſitans, ſpem colloces, cum eorum prouidentiam inficieris? ſed perturbato id animo tribuendum, qui huc eam adigit vt ſecum ipſa pugnet: ita fit vt vtrinque labefactetur pietas, cum diuina prouidentia hinc euertatur, inde potentia in dubitationem reuocetur. Atque ab eâdem perturbatione proficiſcitur quod ſubijcit,

—— ſequar atris ignibus abſens: 923
Partic. 60. Et cum frigida mors animâ ſeduxerit artus,
Omnibus vmbra locis adero: dabis improbe pœnas,
Audiam, & hæc manes veniet mihi fama ſub imos.

Erumpit magis ac magis indignatio atque ira: itaque *ſequar* (inquit) *atris ignibus abſens.* vbi indicare omnino videtur quod iā moliebatur animo ac ſtatuebat ſi decederet Aeneas, ſe ſcilicet conſcenſurā pyram ac mortem ſibi illaturā: quod ēt, eo diſcedente perfecit: ídque Aenea ipſo pyrę flāmas inter nauigādū inſpectante. Quamquā (dicat quiſpiā) ſi poëta qui Vatis ēt obit munus, hæc diuinās quoquo modo exponeret, fortaſſe appoſitè caderēt; ſed vt Regina ipſa hoc indicet, quaſi iam ſecū ipſa de pyra déque violētis manibus ſibi afferendis,

dis,penitus deliberaſſet, præpoperũ videri pōt.ſanè hac de cauſa aliqui eò confugiunt, vt neſcio quos ignes cōmentētur quibus cruciaretur Aeneas. Sed ſatiùs ſit priorē ſententiam retinere. Cum enim Dido ſtatim atque animaduertit eum adornare fugam, ſibi mortem conſciſcere,ſi diſcederet,decreuiſſet,& ideo illud edixiſſet,

Nec moritura tenet crudeli funere Dido?

idémque paulò poſt ſignificaſſet,cum diceret —— *cur me moribundam deſeris hoſpes*, & eâdem de cauſa ſubiecerit, *Quid moror?* quaſi diceret ſatius eſt vt mihi violentas manus quā primùm inferam quàm vt Pigmalionem fratrem ſuſtineam, aut captiua ducar ab Iarba, quis neget de morte iam ſtatuiſſe vbi diſcederet ille,atque adeo ignem & ferrum ſibi intētandum,pyram etiam ipſam conſcendendam,propoſuiſſe? Quapropter nō inficior potuiſſe etiam commodè poëtam ex propria perſona id vaticinari,ſed tamen Dido etiam, quoniam ab initio hæc ipſa ſecum decreuerat, potuit ea ſubindicare,itaut minùs præpopera videri debeat dum hoc indicat dicens, *ſequar atris ignibus abſens*. Certè hæc verba nihil a-
924 liud ſignificant quàm quod declarauit euentus,dum Dido abſens atris ignibus ſe ſe nauigantium obtrudit oculis:ideo enim Aeneas(id quod,canitur in quinto) dum nauigaret, mœnia reſpexit quæ infœlicis Eliſæ colluicebant flammis,vnde dolores hauſit maximos.& hoc eodem nomine addere potuit Dido

Et cum frigida mors animâ ſeduxerit artus
Omnibus vmbra locis adero, dabis improbe pœnas:
Audiam & hæc manes veniet mihi fama ſub imos:

ſiue enim hæc proferat ſuperſtitioſè gentis illius opiniones ſpectans,quaſi verò ante fatalem diem ob violentiam contingere poſſet mors,atque hoc tempore animæ vagarentur & homicidas hoſtéſue infeſtarent,ſiue ob perturbationem ingentem iſthęc augeat ac tragicum minitetur in morem,ſat ſit hæc præ animi impotentia & perturbatione iactari. Atque hîc ſanè non poſſum non in medium proferre Italicum Vatem dum totam hanc Didonis imprecationem egregiè exprimit vel imitatur. nam mihi quidem Virgilium non æquare videtur modò ſed ſuperare:ſi tamen Virgilium ſuperaſſe dicendus eſt qui Virgilio plurimùm & inhæret & debet,ſed propoſitum locum proferamus,

Vattene pur crudel con quella pace,
Che laſci a me, vattene iniquo homai:
Me toſto ignudo ſpirto, ombra ſeguace,
Indiuiſibilmente a tergo haurai:
Noua furia co' ſerpi, e con la face
Tanto t'agiterò quanto t'amai:
E s'è deſtin, ch'eſca dal mar, che ſchiui
Gli ſcogli e l'onde, e che a la pugna arriui.
La tra'l ſangue e le morti egro giacente
Mi pagherai le pene empio guerriero:
Per nome Armida chiamerai ſouente,
Ne gl'vltimi ſingulti vdir ciò ſpero.

ſic Torquatus. Hæc tu cum Virgilianis illis conferas

925 *I ſequere Italiam ventis: pete regna per vndas:*
Spero equidem mediјs, ſi quid pia numina poſſunt,
Supplicia hauſurum ſcopulis, & nomine Dido
Sæpè vocaturum. ſequar atris ignibus abſens:
Et, cum frigida mors anima ſeduxerit artus,
Omnibus umbra locis adero, dabis improbe pœnas.
Audiam, & hæc manes veniet mihi fama ſub imos,

atque intelliges vtrumque Poëtam ad miraculum propè excellere.

Part.61. His medium dictis ſermonem abrumpit, & auras
Aegra fugit,ſéque ex oculis auertit & aufert,
Linquens multa metu cunctantem & multa parantem
Dicere: ſuſcipiunt famulæ,collápſaque membra
Marmoreo referunt thalamo,ſtratíſque reponunt.

Reſumit Poëta dicendi munus,ac Didonis repentinum declarat diſceſſum vnde Aeneæ reſpondere paranti , dicendi adimitur locus. Ita quidem illam ægram ac penè collabentem in ſtratis collocant famulæ. Atque hic ſanè quæres quî medium ſermonem abrumpere dicatur Dido . Profectò eius oratio perfecta videri poteſt atque omnibus partibus abſoluta. Crediderim igitur Poëtam ſermonis nomine colloquium intelligere quod inter eos hinc inde agitabatur: ita ut cum iam Aeneas dicendi locum occupaturus eſſet,Dido indignans ſe ſe ex eius conſpectu proripuerit, ita vt ſermonem,hoc eſt colloquium, abruperit, Aeneæ reſponſum defugiens : & hoc eſt quod ſubindicat poëta dum pergit

Linquens multa metu cunctantem & multa parantem
Dicere ——

Facilè verò contigit vt Poëta Didonem ægram & corpore tandem debilitatam inducat,
quæque propterea reponatur thalamo & ſtratis, vt non modò id exprimat quod ſæpè
amantibus fœminis, præſertim dolore & indignatione percitis, contingere ſolet ; verùm
etiam vt occaſionem arripiat hanc perorandi partem,ac Muſam tantiſper a Didone ſeiu-
gandi. Ac profectò miris modis amantem Didonem expreſſerat,atque omnibus lumini- 926
bus & pigmentis illuſtrauerat,in primiſque fœminam oſtentarat quæ aut amaret aut odiſ-
ſet:poſtulabat igitur ratio vt iam ſemel manum tolleret de tabula . Ob id igitur totum ſe
ad Aeneam conuertit ac Troianos quemadmodum iam iam conſtabit. Atque hîc etiam
non committam vt cum Virgilio non conferam Torquatum noſtrum qui de Armida
ſic canit, dum quaſi altera inducitur Dido,

Hor quì mancò lo ſpirto a la dolente:
Ne queſto vltimo ſuono eſpreſſe intero,
E caddè tramortita e ſi diffuſe
Di gelato ſudore,e i lumi chiuſe,

quo in loco videri poſſit illud Virgilij

Hîc medium dictis ſermonem abrumpit ——

interpretari de ipſiuſmet Didonis oratione quaſi eam abſoluere non potuerit præ dolore
contra quàm nos expoſuimus. Sed reuera Torquatus ingenioſè tribuit Armidæ vt præ
dolore impedita ſermonem non abſoluerit ſed ne vltimum quod cœperat verbum expreſ-
ſerit:quod Virgilius de Didone ipſa ne indicauit quidem certè cum Virgilius diſcedente
Mercurio dixiſſet 927

At verò Aeneas aſpectu obmutuit amens,
Arrectæque horrore comæ,& vox faucibus hæſit :
Ardet abire fuga

Torquatus ſic cecinit

Tacque e'l nobil Garzon reſtò per poco
Spatio confuſo e ſenza moto e uoce,
Ma poi che diè vergogna a ſdegno loro
Sdegno guerrier de la ragion feroce
E che al roſſor del volto un nouo foco
Succeſſe che più auampa e che più coce,
Squarcioſſi i vani fregi,e quelle indegne
Pompe di ſeruitù miſera inſegne.
Et affrettò il partire,e de la torta
Confuſione vſcì del laberinto.

Vbi partim imitatus eſt,partim aliò , prout locus & occaſio poſtulabat , muſam tradu-
xit ſuam , itaut ſubinde plura vel proprio ingenio , vel Ouidium atque alios imitatus, in-
terpoſuerit . Ita quidem non pauca ingenioſiſſimè addidit Torquatus conſultóne reli-
quit , liber enim imitator eſt quique addat , minuat , variet pro arbitratu . Denique ſic
Virgilium ſibi imitandum propoſuit Torquatus , vt non ſolùm proprios Armidæ expri-
mendæ adhiberet penicillos , verùm etiam colores pulcherrimos è ſua officina deprom-
ptos admiſceret , ſibi enim non modò æquandum , ſed quoad eius fieri poſſet , ſuperan- 928
dum Virgilium(quod ſi me audias aſſequutus quoque eſt)propoſuit . Itaque quãtumuis
plurimum Virgilio debeat,nõ in ſecũdis cõſiſtit ille quidẽ,quin in primis vnus reſidet in-
ter

Digitized by Google

ter Epicos, nam de Græcorum Epicorum principe quantum huic præſtet Torquatus, nihil attinet dicere. de qua re nos librum integrum, ſeu decem diſputationes, conſcripſimus Italicè quem Typis etiam mandauimus non ita pridem, tu, ſi placet, cum percurrito, nã quantum Epicus noſter Homero in primis præſtet agnoſces, & qua ratione Heroicum Poëma pertexendum ſit, niſi me fallit opinio, intelliges luculentè. Sed redeo ad inſtitutum.

Part.61. At pius Aeneas quamquam lenire dolentem
Solando cupit & dictis auertere curas,
Multa gemens, magnoque animum labefactus amore,
Iuſſa tamen diuûm exequitur, claſſemque reuiſit.

Beneuolentiam ille ſuam declarat erga Didonem, ita tamen, vt Iouis ac Deorum anteponat mandata. Sic ſane humanitatis ac pietatis officia ex ordine perſoluit, diuina humanis anteponens. Nam Didoni ſtudium ac beneuolentiam, quantum in ipſo eſt, impertit dum

—— lenire dolentem
919 *Solando cupit, & dictis auertere curas:*
quin lachrymas etiam perſoluit, ac magnum amoris ſenſum intimè ſeruat animo: Dijs tamen pietatem ac promptam obtemperandi voluntatem conſeruat ac præſtat.

Part.63. Tum vero Teucri incumbunt & littore celſas
Deducunt toto naues: natat vncta carina:
Frondenteſque ferunt remos, & robora ſiluis
Infabricata fugæ ſtudio.

Cum Aeneas imperaſſet ſuis vt tum claſſem aptarent tum ſocios ad littora reuocarent, par erat vt Teucrorum induſtria in Principis mandatis obeundis appareret. Ob id igitur hic Teucros inducit qui ſtrenue illa curant quæ pertinent ad claſſem, mox verò proſequetur quæ attinent ad ſocios. Hic igitur ait Teucros incubuiſſe, ad imperata ſcilicet, ac propterea naues littore toto in fluctus deduxiſſe, ita ut iam nataret vncta carina. Deducunt vero naues è littore, quod olim in more eſſet poſitum vt hyberno tempore eas in littus ſubducerent. Et quanquam hinc Troianorum cura agnoſci poſſit de claſſe, vt tamen magis eniteat addit

Frondenteſque ferunt ramos & robora ſiluis
In fabricata ——

quod eſt rudem & ad remos, ſi deeſſent, & ad trabes materiam, denique nauigijs ſarciendis. Et quamquam Dido illud vel affinxerat vel non temere affirmauerat

Amiſſam claſſem, ſocios a morte reduxi

facile etiam contigerat vt Troiani per idem tempus labefactatas naues ac fractas ſarcire ſtuduiſſent, verumtamen vel quia non ſatis perfeciſſent opus vel quia inter nauigandum ſemper inſtaurandi vrget neceſſitas aliqua prudenter ramos & robora, etſi frondentia & rudia, in naues inferunt. Quæ omnia fugæ ſtudio (quod ſubiungit Poëta) efficiunt, quod item declarat obtemperantiſſimos fuiſſe cum non minùs quam Aeneas optarent fugam
930 capeſſere: cuius ſtudio neceſſariam claſſi inſtaurãdæ materiam etiam infabricatam & impolitam aceruatim imponunt in naues.

Part.54 Migrantes cernas, totáque ex vrbe ruentes:
Ac veluti ingentem formicæ farris aceruum
Cum populant hyemis memores tectóque reponunt:
It nigrum campis agmen, prædamque per herbas
Conuectant calle anguſto: pars grandia trudunt
Obnixæ frumenta humeris: pars agmina cogunt,
Caſtigántque moras; opere omnis ſemita feruet.

Ad id progreditur quod ſecundo loco curandum erat Teucris: & ideo eos inducit qui vrbem relinquerent, ac ruentes (id quod celeritatem ardorémque ſatis indicat) relinquerẽt, & ad claſſem littusque contenderent. Vbi eleganter

Migrantes cernas,

inquit; quaſi verò ad aliquem conuertiſſet orationem: ſic alibi

——*Inſtructo Marte videres*
Feruere Leucatem.

& alibi rurſus

——*Credas inſtare reuulſas*
Cycladas——

quod elegantiſſimè expreſſit Italicus vates cum caneret

Quindi notar le Cicladi direſti.

quem loquendi modum ab Homero fluxiſſe volunt aliqui ad noſtrum vatem dum ille *Dixiſſes*, inquit, *furioſum eſſe Tydidem, Videres Agamemnona*, & ſimilia. Tametſi crediderim ego ex media hominum conſuetudine deſumptum: nam in Hiſtoricis etiam obuium eſt hoc dicendi genus. Sed iam ad ſimilitudinem venio qua migrantium Troianorum ſtudia declarat Poeta. Ducit igitur ſimile ex formicis: in quo, nec te perturbet cum minutæ ſint animantes, quæque minus idoneæ videri poſſint & dignæ vt cum Troianis militibus conferantur, obſerues tantam in illis induſtriam elucere, vt meritò inde Troianorum declaretur induſtria. Quamquam tanta eſt etiam Poeſis uirtus qua res humiles attolluntur, talis etiam ac tanta eſt in hac comparatione Poëtæ ſolertia, ut quales quales formicæ ſint magnitudine, nihil in hac comparatione deſideres. Denique ſatius eſt ad formicas confugiſſe, quàm cum Homero ad muſcas quibus eadem exprimuntur in Græcis militib. ſtudia. Et ideo cum Phocylides ante Virgilium in Parænesi, & Apollonius in Argonautica, 921
tum Ouidius atque alij poſt ipſum, formicæ ſimilitudinem adamarunt muſcarum vix ſemel quiſquam. Atque hic ſane piget me ea deſcribere quæ ex Ariſtotele, Plinio, Plutarcho aliiſque de formicæ induſtria ac ſedulitate proferri poſſent. tot enim ſunt ac tanta vt longiorem orationem reddere poſſint. Illud tamen monebo talem eſſe ac tantam in exiguis animantibus illis induſtriam atque artem vt hominis ſtylum ſuperet ac diligentiam. Itaque cum ad alia multa tum ad nauticam militarémque rationem reuocari poteſt percommodè; uſque adeo labor, diligentia, feruor, ſedulitas, induſtria ac naturalis quædã prudentia in illis apparet dum prædam colligunt, conuectant, excolunt, condunt. Et ex his etiam Virgilij ſententia explicari poteſt dum admirabilem illarum ſedulitatem atque operum, varietatem admirabilem deſcribit quod dum facit, omnes ſine dubio ingenij vires ac neruos intendit, Veriſſime enim dici poteſt, id quod pluribus in Georgicis præſtitit de apibus, hic paucis expreſſiſſe de formicis: quamquam eo diſcrimine vt ibi per apes regium Imperium exprimat cum Ariſtocratico mixtum & copulatum; hic popularem referat, cui leges ac magiſtratus præponantur.

Partic.66 Quis tibi tunc, Dido, cernenti talia ſenſus?
Quosue dabas gemitus? cum littora feruere latè
Proſpiceres arce ex ſummâ, totumque videres
Miſceri ante oculos tantis clamoribus æquor?
Improbe amor, quid non mortalia pectora cogis
Ire iterum in lachrymas, iterum tentare precando
Cogitur & ſupplex animos ſubmittere amori
Ne quid inexpertum fruſta moritura relinquat.

Cõuertit ſe mira cum uenuſtate ad Reginam, ac ſciſcitatur qualis qualis eſſet illius ſenſus animi cum Troianos cerneret apertè ac ſub eius oculis diſceſſum moliri ac fugam: tum pari elegantia & ingenio exclamat, & quoquo modo inuehitur in Amorem, dum iterũ ad preces, ad lachrymas, ad ſupplicationes impellit Didonem. Quamquam ego non facilè ſtatuerim num hic rerum inuentio quæ ingenio eſt pleniſſima, an elegantia & facilitas 932
quibus

quibus res inuentæ explicantur quæ eſt admirabilis, magis eniteat: utraque certè laudem meretur ſummam.

Vnum tamen interim obſeruare cogor quod heroici poëmatis ſtudioſis obſeruãdum eſt diligenter: nimirum poëtam, poſtea quam Reginæ orationi finem impoſuit atque illam in thalamum reuocauit ſtratiſque collocauit, multa ac varia ex propria perſona ac propterea citra imitationẽ cecini ſſe: ſiquidem & Aeneæ amorem & pietatem narrat ipſe: Teucrorum quoque ſtudia & ſedulitatem, quã etiam pulcherrimo ſimili illuſtrat & admirabili: denique Didonis (id quod modo explicabam) exquirit ſen ũm & Amoris coarguit improbitatem, vnde ad ſupplicationes rurſus impelleretur Dido. Hæc verò ſi Ariſtotelis præceptum coluiſſet quo iubet vt poëta loquatur quam pauciſſima, atque ea fere tantummodo quibus conciliet imitationem ac perſonas loquẽtes inducat, perficere minimè potuiſſet itaut Ver ex anno viſus ſit mihi Ariſtoteles dextraxiſſe, dum poëtam iubet propriam, quoad eius fieri poſſit, cel re perſonam ac tantùm ſerè ſe in apertum proferre, quantùm ad perſonas introducendas atque imitationem conciliandam ſufficiat. Etenim in poetæ narratione ſic enitet rerum decus vt in ea maxima ex parte rerum admiratio ac fabulæ decora poſita ſint & collocata. Et idcirco nos non dubitauimus totam hanc rem aduerſus Ariſtotelem diſputare aliquando. Verè enim poëma ex narratione & imitatione variandum eſt peræque, ac ſacietati variatis vicibus occurrendum, quod Virgilius facit egregiè. Itaque iam iam a narratione qua mirificè ornauit Poëma, ad imitationem re-
933 gredietur, Didonem ip l m A n æ opem implorantem inducens, vt propterea iurè Plato in 2. de Republica docuerit Epopeiam imitatione & narratione variãdam. Id quod eò potiùs ſtatuere potuit quòd Homerus ipſe ſic narrationem miſcet cum imitatione, vt plura ſint quæ ex propria quam quæ ex aliena perſona (id quod ipſe curioſius obſeruaui carmina etiam enumerans, quæ vel a poëta proferuntur vel ab alijs) decãtantur: quin in Iliade narratio imitationem ſuperat longo interuallo. Sed redeo totus ad Virgilium, vel potiùs vnum addo in quo non poſſum non cum eo Torquatum comparare. Ergo dum Virgilius ſe tanta elegantia & venuſtate ad Reginam primum, tum ad Amorem conuertit, Torquatus viciſſim, quippe qui in littore (Ouidium ſine dubio in Ariadna ab Thæſeo derelicta imitatus) reliquerat Armidam, ad hanc ſe ſe conuertit canens

cãt. 16. *Chiudeſti i lumi Armida: il cielo auaro*
ſt.60. *Inuidiò il conforto a i tuoi martiri.*
Apri miſera gl'occhi; il pianto amaro
Ne gl'occhi al tuo nemico hor che non miri?
O s'vdir tu'l poteſſi, o come caro
T'addolcirebbe il ſuon de' ſuoi ſoſpiri
Da quanto ei puote, e prende (e tu no'l vedi)
Pietoſo in viſta gl'ultimi congedi.

Hæc Torquatus, quæ omnia (vt facile eſt inuentis addere) non ex Virgilio deriuata ſunt ſed aliunde ad fabulam exornandam & amplificandam traducta: præſertim cum alia Virgilio alia Torquato ſe ſe conuerſionis obtuliſſet occaſio: vbi tamen ſine ſatietate mirandus vterque.

Tar.66. Anna: vides toto properari littore circum:
Vndique conuenere: vocat iam carbaſus auras
Puppibus & læti nautæ impoſuere coronas.
Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem,
Et perferre ſoror potero: miſeræ hoc tamen vnum
Exequere Anna mihi. ſolam nam perfidus ille
934 Te colere arcanos etiam tibi credere ſenſus;
Sola viri molles aditus, & tempora noras.
I ſoror atque hoſtem ſupplex affare ſuperbum.

Ne quid intentatum relinquat Dido vnde retardet Aeneam, exuit aut certè temperat ac moderatur iram illam ingẽtem & indignationem, & ad ſupplicationes reuertitur. Annam

nam igitur de re tota diligenter admonet, oratque vt pro ſe quamprimum Aeneæ ſit ſupplex. Atque hic obſerua poetam ex abrupto Didonem inducere quæ Annam alloquatur: priùs enim illam loquentem audias quàm ſororem conueniſſe aut in congreſſum cum illa veniſſe ſentias: quin congreſſum concil at nullo modo. Id quod & ad variandum ſtylum vnde capiuntur aures, & ad Didonis indicandam perturbationem, facit: alioquin de more aliquid fuerat præponendum ex quo intelligeretur Didonem cum Anna congreſſam eſſe, præſertim vt clarior euaderet oratio. Deſcribit igitur Troianos fugam adornantes: quam rem cum ex alijs ſignis multis declarat, tum maximè ducto a coronis puppium argumento: ſiquidem erat in more poſitum vt nauigaturi coronarent puppes. ſic idem Poëta

Puppibus & læti nautæ impoſuere coronas.

& Ouidius

Torta coronatæ ſoluunt retinacula puppes.

quem morem expreſſere dum portum quoque ſubirent naues: & ideo Ouidius

Hoc opus exegi, feſſæ date ſerta carinæ:

& Propertius citra metaphoram

Ecce coronatæ portum tetigere carinæ.

& Silius

——— *Lauro redimita ſubibat*

Optatos puppis portus ———

Iam verò cum fugæ ſigna aut diſceſſus retuliſſet, oſtendit ſe imparem eſſe quæ repētinū infortunium dolorem pleniſſimum perferre poſſit: quaſi diceret ſi antea illud perſentire potuiſſem, fortaſſe animum ad tolerantiam comparaſſem, vel amori reſtitiſſem ne Aeneā deperirem. ſed cum nil minus de eo pertimeſcerem quem tam multis beneficijs affeciſſem, improuiſum diſceſſum tolerare atque ingentem dolorem perferre nequeo. Ita ſanè ſororem orat vt eius nomine preces Aeneæ deferat: hoc enim valet *hoc vnum exequere Anna mihi.* At enim cur me obſecro deligis huic miniſterio? declarat id continenter

——— *Solam nam perfidus ille*

Te colere, arcanos etiam tibi credere ſenſus, 915

Sola viri molles aditus, & tempora noras.

quibus verbis tripartitam cauſam affert cur illi id officij iniungeret, quæ ſingulæ ſatis indicant aptiorem deligi potuiſſe nullam quæ ſibi apud Aeneam hanc nauaret operam. Hic verò facilè ſuſpiceris *molles aditus* laſciuiam & impudicos amores vel potius cōgreſſus indicare: neque enim hos conſciæ ſorori negare poterat: & tamen ſupra, molliſſima tempora in quibus deſtinauerat Aeneas Reginæ de diſceſſu verba facere, ad vnam rei benè gerendæ & veniæ impetrandæ opportunitatem retulit. Quid enim erat cur ſe rurſus cum Regina miſcere deliberaret, cum diuinitus ad eam deſerendam impelleretur? Vel igitur honeſtè adhuc molles aditus interpretemur, quaſi ſignificet confabulationes blandoſque ſermones, vel ſi impudicitiæ ſuſpicione purgari nequeant hæ voces

——— *Molles aditus & tempora noras.*

at acta hæc & tranſacta, quod attinet ad Aeneam idcirco molliſſima illa tempore inde ſolitem eximas impudicitia quod cum ibi Aeneas dixerit

——— *molliſſima fandi Tempora*

in commodum ac facile eam alloquendi tempus intueretur tantùm. Dum verò ibi

——— *& tantos rumpi non ſperet amores,*

hic vero

——— *ſi potui tantum ſperare dolorem,*

canit Virgilius, vel ſperare pro timere dixit figuratè: vel Græcorum more locutus eſt, qui non raro ſperare pro opinari, quemadmodum pro timere etiam vſurpant. Sic latinorum quoque vertex Cicero, ſi a vobis, id quod non ſpero, deſerar, tamen animo non deficiam. ſed hoc perrarum eſt apud latinos quum licenter etiā apud Græcos: ſpes enim (vt ait Ariſtoteles) eſt boni futuri, non mali.

I (igitur inquit Dido) *atque hoſtem ſupplex affare ſuperbum.*

vbi Aeneam & perfidum deſcripſit modo, & hoſtem iam ſuperbum facit: cui tamen pro amantium more ſupplex eſſe non dedignatur.

Non

936 Par. 67. Non ego cum Danais Troianam excindere gentem
Aulide iuraui, claſſémve ad Pergama miſi
Nec patris Anchiſæ cineres, manéſue reuelle:
Cur mea dicta negat duras demittere in aures?
Quô ruit? extremum hoc miſeræ det munus amanti:
Expectet facilémque fugam, ventóſque ferentes.
Non iam coniugium antiquum, quod prodidit, oro.
Nec pulchro vt Latio careat, regnúmque relinquat·
Tempus inane peto, requiem, ſpatiúmque furori,
Dum mea me victam doceat fortuna dolere.
Extremam hanc oro veniam; (miſerere ſororis)
Quam mihi cum dederis cumulatam morte relinquam.

Supplicationis ſummam, ſed explicatam tamen atque omnibus propè numeris abſolutā, aperit: quam par eſt concipere iiſdem ferè verbis ab Anna fuiſſe delatam & expreſſam. Plana eſt autem: ſed tamen pauca quædam obſeruabo. Primum eſt non indecorum videri poſſe Didonem, hoc eſt fœminam, optimè noſſe qua ratione Græci in Troianos cōſpiraſſent, Regina enim erat, quæque non poterat non Troiani belli cauſas & Græcorum conſpirationem audiſſe. iurè igitur ait *Obſeruantur quædā. I.*

Non ego cum Danais Troianam excindere gentem
Aulide iuraui ——

iurè etiam negat ſe ad Pergama miſiſſe claſſem: nam ex iis etiam qui ab Aulide abfuerāt, claſſem miſerunt aliqui. Illud ſecundum, ſuperſtitiones fœminis præcipuè notas: & ideo nil mirum ſi ait *II.*

Nec patris Anchiſæ cineres manéſue reuelli.

Quamquam id citra ſuperſtitionem quoque accipi poteſt: quaſi verò in offenſionis loco, eiuſque grauis, haberetur demortuorum cadauera euellere & diſſipare: parentis verò, grauiſſimæ. denique ſatis perceperat Dido Aeneam ſuauiſſimo parente Anchiſe Drepani nō ſine ingenti mœrore orbatum, ibíque honorificè conditum & tumulatum ac propterea
937 appoſitè negat a ſe Anchiſis, quem ille vnicè diligebat, reuulſos cineres. Atque hinc etiam coniectare licet vel ab Heroicis vſque temporibus nefas atque impium fuiſſe mortuorū cadauera ac cineres diſſipare, vel poëtam Romanorum morem ad priſca illa tempora (quod paſsim facit) retuliſſe: nam per idem ſæculum ſæuum ac trux cēſebatur mortuos è ſepulchris euellere: id quod Scyllæ vitio datum eſt, qui Marij corpus exhumari iuſsit, & hac de cauſa ſuum corpus humari vetuit (ne ſcilicet parem iniuriam reciperet) ſed cremari igni. Et de huiuſmodi piaculo extant leges non Cæſareæ modò ſed Pontificiæ quibus grauiſſimis pœnis prohibetur. Tertium ſit, Non latuiſſe Aeneam, nullius ex commemoratis iniurijs & offenſionibus ream eſſe Didonem, itaut temerè de ijs illum admonere videatur. Sed tamen emphaſim habent verba iſta; ſignificant enim ſe ab Aenea affici ea iniuria quam tunc quidem mereretur cum eum grauiſſimis illis iniurijs affeciſſet quas commemorat. Adde quod tacitè beneficia illi reuocat in memoriam quibus eum ornauerat & cumulauerat. neque enim vna eſt beneficia vel commemorandi vel exprobrandi ratio, ſed multiplex ac varia; itaut tunc planè cum negamus ſummam nos alicui iniuriam intuliſſe, maximo beneficio illum affeciſſe commodè interdum ſignificemus. Quæ igitur beneficia in eum contulit commemorauítque ſupra, ea hic tacitè intelligit ac ſubijcit in memoriam. Quartum; extremum munus poſtulat: quòd quæ petuntur extrema, non facilè denegentur: quin amanti & miſeræ, minùs piè atque adeò crudeliter pernegari videantur: itaut magnus hic veluti arces hoſtis animo expugnando deliteſcat: præſertim verò quia in hoſtis ipſius vtilitatem redundaret quod flagitabat munus: & huc ſpe *III.* *IV.*
938 ctat quod ait *Quô ruit?* quaſi diceret fore vt inde Maris ac tempeſtatum quibus ſe committere moliebatur præceps, eximeret periculis: & idcirco etiam addit

Expectet facilémque fugam ventóſque ferentes:

vbi

Digitized by Google

V. vbi fugam memorat qua illum magis ac magis retardet & ad honorificam diſceſſionem adigat. Quintum ſit, Potuiſſe Annæ precibus obtendere Aeneam, vt denegaret poſtulata, coniugium a quo ſe liberum profitebatur vellet nollet Dido, ac Regnum Latij quod ſibi fatis debebatur. Dido igitur his conceſſis omnibus, tantùm requirit exiguum temporis ſpatium, vnde ſuam illa vicem dolere ac fortunam poſſit; quod eſt vt tantiſper maneat dum ſe ad illius diſceſſus acerbitatem comparet tolerandam, ne repentino diſceſſu conſilio ac medicina priuetur omni, ſic eadem Dido apud Ouidium

Dum freta miteſcunt, & amor dum temperat vſum
Fortiter ediſcam triſtia poſſe pati.

Et ſanè inter Amoris remedia id Naſo viſus eſt numerare, vt quis ſe comparet ad tolerantiam. Atque hunc ipſum Virgilij locum, expreſſit adhuc eleganter dum Cyrce, quaſi altera Dido, ſic precaretur Vlyſſem,

Ne properes, oro. ſpatium pro munere poſco:
Quid minùs optari per mea vota poteſt?

VI. Iam verò poſtremum ſit, eleganter & appoſitè perorātem Didonem ſe ſe totam ad Annam conuertere, vt quoniam grauiſſimum illi mandatum dederat quo vitæ ſalus continebatur, ſummo illud ſtudio & perquàm diligentiſſimè curaretur: & idcirco & extremam ab illa orat veniam, hoc eſt extremam gratiam ſiue poſtremum beneficium, ſic in X.

—— ſin altior iſtis 939
Sub precibus venia vlla latet ——

ſimúlque commiſerationem excitat & a calamitoſo ſtatu & ab ipſius Annæ neceſſitudine (ob id enim interponit *miſerere ſororis*) atque hanc gratiam ſi accipere, inquit, ſola morte cumulatam relinquam, ſola inquam morte remunerandi tempus intermittam: vel (ſi placet) ante mortem cumulatiſſimé, vel potiùs ad mortem vſque perpetuis beneficijs compenſabo

Partic. 68. Talibus orabat, taléſque miſerrima fletus
Fértque refértque ſoror. ſed nullis ille mouetur
Fletibus, aut voces vllas tractabilis audit.
Fata obſtant, placidáſque viri Deus obſtruit aures.
Ac veluti annoſam valido cum robore quercum
Alpini Boreæ nunc hinc, nunc flatibus illinc
Eruere inter ſe certant: it ſtridor & altè
Conſternunt terram, concuſſo ſtipite, frondes:
Ipſa hæret ſcopulis, &, quantum vertice ad auras
Aethereas, tantum radice in tartara tendit:
Haud ſecus aſſiduis hinc, atque hinc vocibus heros
Tunditur, & magno perſentit pectore curas.
Mens immota manet, lachrymæ voluuntur inanes.

Reſumit Poëta noſter dicendi munus: vbi concludit Didonis orationem ac preces: & ideo ait *Talibus orabat*. Anna contra Didonis fletus effert reféitque, Aeneæ ſcilicet: itaq; prout illa iterabat, Anna referebat denunciabátque fletus, voces etiam ac preces. non enim refert aut referre poterat Aeneæ fletus ad Didonem, quaſi verò ferat Aeneæ, referat Didoni: ſiquidem nullis Aeneas mouetur

Fletibus, aut voces vllas tractabilis audit:

niſi tamen referri dicas ad Didonem Aeneæ reſponſum repellentis fletus, voces, preces: id enim tacitè intelligi poteſt? Sed cur Miſera interim dicitur Anna quæ internuntiæ obit munus? An quod vnum in Didonem conuenit, Annæ quoque eſt tribuendum? Sic ſanè, 940 quia ſoror, quæque miſerrimæ ſorori dolore facilè etiam fletu compatiebatur. fortè etiã inde ſe miſerrimam exiſtimabat, quod ſatis ſupérque animaduerteret ſe ſororis miſeriæ non poſtremam fuiſſe cauſam, cum illam hortata eſſet vt aduenam Aeneam retineret: ſed

quid

Digitized by Google

quid dico retineret?vt concepto amori indulgeret ac ſatisfaceret. erat igitur cur ſe miſerri mam reputaret oſtenderétque. At enim qui fit tandem vt talem ac tantam duritiem induerit Aeneas de quo pauló ante cecinit Poëta

Multa gemens magnóque animo labefactus amore?

ſubijcit cauſam è veſtigio Poëta noſter,

Fata obſtant,placidáſque viri Deus obſtruit aures.

Iupiter enim Aeneæ, alioquin placidi,aures auimúmque obfirmabat contra molles fletus ac voces,& preces.ſic etiam ſupra,etſi commoueretur

Iuſſa tamen Diuûm exequitur claſſémque reuiſit.

itaut eius conſtantia & virtus augeatur veriùs.nam idcirco etiam ſupra

——ille Iouis monitis immota tenebat

Lumina & obnixus curam ſub corde premebat.

Iam verò admirabilem Aeneæ conſtantiam ſimili explicat illuſtrátque Poëta, quod ex quercu ducitur, habétque energiam ſummam & euidentiam, itaut explicatu indigeat nullo.Illud tamen dicam eiuſmodi ſimili ſuam antapodeſim reſpondere,non,quod ſæpè accidit,præteriri & audientis iudicio committi:dum verò applicat Poëta obfirmatæ quercus conſtantiam & firmitudinem Aneæ firmitudini & conſtantiæ, illud veriſſimè affirmari poteſt nihil ex quercu, ſummatim ſaltem, non referri ad Aeneam dum hinc atque hinc aſſiduis tunditur vocibus,perinde ac quercus hinc atque illinc flatus concutiunt Alpini:ac rurſus mens immota manet perinde ac illa hæret ſcopulis.Denique ibi ſtridor,hic

941 fletus,itaut par exprimatur conſtantia; itaut iurè heros appelletur Aeneas. Viſus eſt autem noſter Vates eiuſmodi ſimilitudinem ducere ex XII.Iliados vbi inquit Homerus

Stabant ſicut quando quercus ſtant in montibus proceræ
Quæ ventum ſuſtinent & pluuiam per dies omnes,
Radicibus magnis latè diffuſis firmatæ

Tu,ſi placet, vtriusque induſtriam conferas, ac facilè intelliges Græcum loco interuallo ſuperari.tametſi Latinus non nihil debet Græco:præſertim quia habuit vnde ſemel atque iterum hauriret:nam in VI,quoque Iliados occurrit eiuſmodi ſimile.

Par.69. Tum verò infœlix fatis exterrita Dido
Mortem orat:tædet Cœli conuexa tueri.
Quò magis incœptum peragat,lucémque relinquat,
Vidit,turricremis cum dona imponeret aris,
(Horrendum dictu)latices nigreſcere ſacros,
Fúſaque in obſcœnum ſe vertere vina cruorem
Hoc viſum nulli,non ipſi effata ſorori.
Præterea,fuit in tectis de marmore templum
Coniugis antiqui,miro quod honore colebat,
Velleribus niueis,& feſtâ fronde reuinctum.
Hinc exaudiri voces,& verba vocantis
Viſa viri,nox cum terras obſcura teneret:
Sólaque culminibus ferali carmine bubo
Sæpè queri,& longas in fletum ducere voces.
Múltaque præterea vatum prædicta priorum
Terribili monitu horrificant.agit ipſe furentem
In ſomnis ferus Aeneas:ſempérque relinqui
Sola ſibi,ſemper longam incomitata videtur
Ire viam,& Tyrios deſertâ quærere terra.

Vix perceperat Dido ex Annæ verbis obfirmatum ac veluti adamantinum Aeneæ animum,

mum,cum fatis etiam deterretur,itaut mortem oret ac deprecetur: & ideo tædet etiam 942
Cœli conuexa tueri,quod eſt hanc lucem qua fruimur, Cœlum ipſum quod Mortalium oculis obijcitur. Quibus omnibus accedunt portenta varia, vnde inceptum magis peragat, hoc eſt quam meditabatur mortem (& ideo additur *lucémque relinquat)* ſibi conſciſcat. Tametſi in huiuſmodi portentis immorari haud lubet, quod non modo ſuperſtitioſa ſint, verum etiam ad anilem fabulam accedant pléraque. Etſi aliqua ex parte excuſandus eſt Poëta quòd Priſcorum Romanorum ſuperſtitiones in Troianis perinde atque inſtituta cætera exprimere decreuiſſet. Tantùm dicam ſex portenta proferre quibus portendi videretur infœlicis Reginæ mors, nimirum vini libamen in obſcœnum cruorem verſum; Sichæi iamdiu demortui voces; bubonem ſæpè querulum edentem cantum vel potiùs vlulatum: inſuper Vatum monita & præſenſiones; Aeneæ in ſomnis aſpectum trucē, denique abominandam Tyriorum qui illam deſererant ſolitudinem. Ex quibus quod pertinet ad Aeneæ viſum, & ſi quid huiuſmodi, cum Phyſiologia conuenit: natura enim comparatum eſt vt per quietem in ſomno eorum recurrant ſpectra & imagines quos cōcipimus vigilantes, cætera portenta iſta meræ ſunt neniæ; quantumuis ſuperſtitioſa illa natio ijs augurijs facilè caperetur ac deciperetur. inprimis verò quod ad bubonem attinet, quicquid Plinius & Hiſtorici aliqui videantur fabulæ huic fauere ridiculū eſt ac puerile quod enim interdum caſu accidit vt bubo vlulans ab exercitu aut alijs quibus ſubinde infœliciter contingit aliquid, exaudiatur credulæ imperitaéque plebeculæ ſuperſtitioſæ aditum aperuit ſuſpicioni vel opinioni; quam tamen facilè depoſuiſſent aut nunquam 943
arripuiſſent, ſi obſeruaſſent ac ſecum ipſi reputaſſent quàm ſæpè vlulare ſoleat bubo citra infœlicem euentum omnem: vt enim naturaliter rugit leo, ſic vlulat bubo. Denique faciliùs crediderim a Dæmone calamitatem proximam præſentiente occupari bubonem atque ad cantum inſtigante vt mortales adigat ad ſuperſtitionem, quàm vt turpiſsimæ huic beſtiæ talem præſenſionem ac fidem attribuam & adiungam. Sed caſu contingere non eſt quod dubitemus. Atque hîc ſanè dum Cœli conuexa pro concauis atque obuijs vſurpat partibus, non inutiliter ea percurras quæ in illud primi libri ſcripſimus,

Claſſem in conuexo nemorum ſub rupe cauata:

qui vſus in Poëtis elegantiam ſanè refert: extra Poëtarum curricula inuidioſus videri poſsit. Thuricremas verò appellat aras quòd in illis thus adolere conſueuiſſent: ſic Lucretius

Thuricremas propter mactatus incidit aras

Dum verò canit *Hoc viſum nulli, non ipſi effata ſorori*, illud recolas quod alibi obſeruauimus, Epici eſſe Vatis perſonam agere, qui quæ pandat quæ in occulto latent. Atque huc pertinet Muſarum inuocatio: alioquin non facilè id Tragico, multò minùs Comico concedatur vt quæ in occulto fuiſſe dicat ac nemini expoſitum, narret ac propalet. Aptè verò ait de Sichæi vocibus & verbis. *Viſa exaudiri* vt veriſimili ſeruiat: ſiquidem vt eas audias verè, minùs credibile eſt. Adde bubonis portentum eò magis ignoſcendum Virgilio quòd Hiſtorici etiam interdum apud antiquos ad omen retulerint bubonis vlulatum. vt minimè mirum ſit (etſi mirum adhuc Ouidium toties bubonis gemitum ſiue vlulatum ad omen reuocaſſe, cum canat

Triſtia mille locis ſtygius dedit omina bubo.

& rurſus

Fœdáque fit volucris venturi præſcia luctus, 944
Ignauus bubo: dirum mortalibus omen.

quamquam iterauit hoc omen Virgilius quoq; in Duodecimo: quod iſtorum exemplo Seneca deinde, Lucanus, aliíque fecerunt multi.

Paris. 70. Eumenidum veluti demens videt agmina Pentheus,
Et ſolem geminum, & duplices ſe oſtendere Thebas:
Aut Agamemnonius ſcenis agitatur Oreſtes,
Armatam facibus matrem & ſerpentibus atris
Cum fugit, vltricéſque ſedent in limine diræ.
Ergo vbi concepit furias euicta dolore,

Decre-

Decreuitque mori; tempus ſecum ipſa, modúmque
Exigit, & mæſtam dictis aggreſſa ſororem,
Conſilium vultu tegit, ac ſpem fronte ſerenat.

Simili vel potiùs exemplis illuſtrat Didonis agitatam mentem atque furorem: ac primũ cum Pentheo illam comparat, cuius fabula non obſcura: cum enim Bacchum plurimis diuexaſſet contumelijs, eò tandem adactus eſt vt fureret, ſibíque geminum ſolem gemináſque Thebas cernere videretur; quare Euripides inter cæteros (nam a Tragicis inprimis furens profertur Pentheus) Καὶ μὴν ὁρᾷν μοι δύο μὲν ἡλίους δοκῶ, Δισσὰς δὲ Θήβας. Videre videor iam duos ſoles duplices vero Thebas; quod furoris argumentum nemo ex Poëtis, præſertim Tragicis, non arripuit. Exemplum alterum ex Oreſte ducitur qui, quòd Clythemneſtram matrem enecaſſet, agitatur furijs apud Tragicos, ac facilè ex Euripide & Aeſchylo hauſit in in præſens Virgilius apud quos Oreſtes furijs exagitatur, ac matris ſpectris: & ideo addit

Armatam facibus matrem & ſerpentibus atris
Cum fugit, vltricéſque ſedent in limine Diræ,

quod ſanè de Diris in limine reſidentibus dicitur, quia cum Oreſtes ad Templum confu-
945 geret vt aliquam quietis partem caperet (id enim remedij ſibi inuenerat) a furijs obſidebatur in limine, a quibus egrediens agitabatur rurſus. Tu Aeſchylum conſulito.

Par. 71.

Inueni germana viam (gratare ſorori)
Quæ mihi reddat eum, vel eo me ſoluat amantem.
Oceani finem iuxta, ſolémque cadentem
Vltimus Aethiopum locus eſt: vbi maximus Atlas
Axem humero torquet ſtellis ardentibus aptum.
Hinc mihi Maſſylæ gentis monſtrata ſacerdos
Heſperidum templi cuſtos, epuláſque draconi
Quæ dabat, & ſacros ſeruabat in arbore ramos,
Spargens humida mella, ſoporiferúmque papauer.
Hæc ſe carminibus promittit ſoluere mentes,
Quas velit; aſt alijs duràs immittere curas;
Siſtere aquam fluuijs, & vertere ſidera retrò:
Nocturnóſque ciet manes, mugire videbis
Sub pedibus terram & deſcendere montibus ornos.
Teſtor, cara, deos, & te, germana, tuúmque
Dulce caput, magicas inuitam accingier artes.

Pyram conſcendere ac mortem ſibi inferre decreuit Dido, ídque Aeneæ ipſius enſe, de qua re ſtatim ac pyram conſcenderit, copioſè. Nunc vt conſilium celet ſorori quam tamen ad pyram curandam citra conſilij ſuſpicionem adducat, profitetur ſe viam inueniſſe vnde vel in priſtinum amorem Aeneam reuocet, vel ſe ipſam amore ſoluat omni. Itaque commentum excogitat vel potiùs iam antea meditatum excogitatúmque profert vnde citra ſuſpicionem (vt dicebam) ad pyram erigendam credulam adducat ſororem. Ob id igitur Maſſylæ ſacerdotis inuentum profert in quo, vt eſt nenijs plenum & ſuperſtitione, non magnopere immorabor. Sed vt vt ſit, hæc accipito. primò nar rationem hanc non tam verè referre magicas artes quaſi verò fabula veri partem ali-
946 quam referat, aut in magicis priſcorum artibus nitatur, quàm illas pro libertate

Poëtarum eleganter ſimulare nec mirum cum facile ſit credulam fœminam hiſce nenijs onerare ac decipere: alioquin vbi cum graui & cauto viro agendum fuiſſet, non tali commento Reginam inſtruxiſſet Poëta. Denique ſatis perſpectum habebat poëta noſter magicas qua recenſet, artes eſſe meras nugas ſed tamen poëta eſt: ſic Ouidius Medeæ aliiſque multis magicas attribuit artes, poëtico nimirum more, quas tamen contemnit vbi paulò agit ſerius. Quare alibi ſic canit

Ergo quiſquis opem noſtra tibi poſcis ab arte,
Deme veneficijs carminibúſque fidem.

& huc etiam pertinet illud

Me Duce non tumulo pro dira iubebitur vmbra
Non anus infami carmine rumpet humum.

denique alijs in locis multis haſce irridet artes vel potiùs præſtigias. Deinde non eſt diſſimulandum Reginam aut poëtam fateri non obſcurè magicas artes eſſe flagitioſas: & ideo ſe inuitam illas tractare ait Dido, quod iureiurando interpoſito teſtatur, vt ſaltem minuat inuidiam. nam minuere quidem illam poteſt dum ad eas tum demum ſe conuertit, cum remedia cætera tentauit omnia: ſed cum per ſe flagitioſæ ſint, elui prorſus non poteſt. Iam verò de Dracone qui Heſperidum cuſtodiret hortos fabula nota eſt; ita vt ab Hiſtoricis etiam attingatur: inter quos Plinius ad bonas illam fruges (ſi Deo placet) traducere nititur, etſi allegoriis maximè. Quos verò tam varios & admirabiles enumerat Magiæ effectus, Poëtis condones licet, quantumuis incredibiles appareant ſtatim: ſi enim peccandum eſt, nauiter peccandum: ſique mentiendum, perfractè mentiendum: & hoc nomine fingunt Lunam ipſam de Cœlo deduci & id genus a- 947
lia, quæ apud Ouidium inprimis occurrunt. Iuſtiùs fortaſſe de Atlantina fabula dicatur dum

——maximus Atlas
Axem humero torquet ſtellis ardentibus aptum:

præſertim verò quia huc ſine dubbio Allegoria vel potiùs Phyſiologia aptè caderet: ſed nec Allegoria nec Phyſiologia tam alieno loco delectat, cum obiter Athlantis mentionem faciat ac tantummodo ad eam Occidentis partem deſignandam cui affingit Sacerdotem iſtam. At enim mittamus iſthæc: ſed cur peruigilem Draconem ſoporifero paſcit papauero? quid ad vigilantiam papauer? & idem dixerim vbi ſaporiferum reponas pro ſoporifero. Sed quemadmodum pueris abſinthia propinamus melle adhibito, ſic papauer melle reſpergere potuit ac temperare quæ epulas vigili miniſtraret draconi: præſertim quia mella copiâ & ſuauitate ſomnum mulcere poſſent ac temperare. Adde quæ magiam tractaret fœminam papauero ipſo vigilem reddidiſſe draconem: quo oſtenderetur poſſe etiam veneficijs amorem ſoluere. Sed mitto iſthæc omnia, atque illud perpendo, qui tam multa de Sacerdote illa eiúſque Magia prædicauit noſter vates incredibilia, vſque adeò veriſimilem effingere narrationem, ac talem illi conciliare fidem, vt nihil ſupra. itaque deſcribit locum, perſonam, munus & ſtudia, effectus varios: quæ omnia præclaris ac celeberrimis Oceani, Atlantis, Heſperidum, Draconis fabulis exornat. ita fit vt ſororem ſpe oneret, & ad erigendam pyram adducat, enſíque ipſo imponendum quo ſe tranſuerberabit miſeram. Tametſi vt ne ex enſe agnoſcat conſilium, iubet vt exuuias quoque reliquas cum enſe imponat pyræ: & ideo pergit

Partic. 72. Tu ſecreta pyram tecto interiore ſubauras 948
Erige, & arma viri, thalamo quæ fixa reliquit
Impius, exuuiáſque omnes, lectúmque iugalem
Quo perij, ſuper imponas: abolere nefandi
Cuncta viri monumenta iubet, monſtrátque ſacerdos.
Hæc effata ſilet, pallor ſimul occupat ora.
Non tamen Anna nouis prętexere funera ſacris
Germanam credit: nec tantos mente furores

Con-

Concipit, aut grauiora timet, quàm morte Sichæi.
Ergo iuſſa parat.

Ergo exuuias quoque, quotquot reliquit impius (ita enim Aeneam appellat vt culpam tegat ſuam, & ideo lectum quoque non veretur iugalem appellare) imponi iubet, ac lectum inſuper in quo periit: vt nimirum ibîdem omnino pereat: conſilium enim (vt dicebam) hinc celare nititur & idcirco prætexit hæc a Sacerdote imperata. Non tamen interim non erumpit pallor vnde occupatur vultus: quod Vati de more cognitum, vix fortaſſe animaduerſum Annæ: quæ propterea obtemperat ſorori. Reſtitiſſet illa quidem ſi præſentire potuiſſet conſilium ac mortis meditationem. ſed quid eam conijciat aut ſuſpicetur de Didone quæ nil tale meditata eſſet in Sichæi, quem ſupra modum diligebat, funere? Itaque iurè canit Poëta

——— nec tantos mente furores
Concipit, aut grauiora timet, quàm morte Sichæi.

ita quidem decipitur dulcis ſoror, quæ propterea iuſſa curat diligente..

Par. 73. At Regina pyrâ penetrali in ſede ſub auras
Erecta ingenti, tædis atque ilice ſecta,
Intendítque locum ſertis & fronde coronat.
Funereâ ſuper exuuias, enſémque relictum,
Effigiémque toro locat, haud ignara futuri.
Stant aræ circum; & crines effuſa ſacerdos
949 Tercentum tonat ore Deos, Herebúmque, Chaóſque,
Tergeminámque Hecatem, tria Virginis ora Dianæ.
Sparſerat & latices ſimulatos fontis Auerni.
Falcibus & meſſæ ad lunam quæruntur ahenis
Pubentes herbæ nigri cum lacte veneni;
Quæritur & naſcentis equi de fronte reuulſus,
Et matri præreptus amor

Quam Poëta noſter hiſtorico more narrationem aggreſſus erat initio illo

Hac effata ſilet, palor ſimul occupat ora,

vnde a Regina ad Annam ſtatim deuenerat, hanc producit longiùs ab Anna ad Reginam rurſus ſe ſe conuertens: quæ ſanè aram adornat & pyram cui Aeneæ enſem exuuiáſque imponit, ac iugalem lectum: vel certè hæc omnia ſertis fróndeque coronat: nam Anna pyræ quam erexerat, iſthæc omnia, prout Regina iuſſerat, impoſuerat: tantum videtur Dido ipſa in toro collocare Aeneæ effigiem ſeu tabulam, quæ vnà cum exuuijs reliquis pyram cumulauerat Anna, Quæ cum narraſſet de Regina, concludebat, *haud ignara futuri*; quaſi diceret frondes ac ſerta ornaméntaque cætera pyræ adhibuiſſe per ſpeciem Magiæ qua amorem vel ſolueret vel arctiùs illigaret, peragendæ: ſed tamen re ipſa ad conſiliũ occultandum, cum de nece ſibi inferenda deliberaſſet; & tamen paulò poſt nutabit (id de quo conſtabit ſuo loco) nec ſuſceptum conſilium perficiet quin hærere videatur: ſed homo eſt ac fœmina ac vita agitur, qua, Natura ipſa Magiſtra & Duce, nihil carius. Iam verò quemadmodum ab Anna ad Reginam, ita a Regina ad Sacerdotem tantiſper ſe conuertit, & ideo cum aras prout in funebri pompa fiebat circumpoſuiſſet, canit

——— & crines effuſa Sacerdos
950 *Tercentum tonat ore Deos, Herebúmque, Chaóſque,*
Tergeminámque Hecatem, tria Virginis ora Dianæ.

quamquam vt ſacerdotem iſtam cum Regina intruſerat atque horrendum in modum ſatis deſcripſerat (quî enim horridior paucíſsimis verbis deſcribi poterat ſeu ante oculos poni?) continenter cum Regina pergit, de qua ait

Sparſerat & latices ſimulatos fontis Auerni

& quæ ſequuntur donec Noctem deſcribit Poëta noſter. Atque hîc ne morer in ſingulis referendis & examinandis quibus furentis Reginæ vel potiùs Sacerdotis deſcribit Magiam (in promptu enim ſunt) illud iurè dubitet quiſpiam quî non aut ſacerdotem iſtam deludat Regina, quæ interim temerè illius vtatur opera dum ſibi decreuit mortem inferre, aut ſacerdos imponat Reginæ quæ narrauit iactauítque ridenda illa miniſteria & inutilia: aut non Poëta ipſe nobis illudat qui incaſſum tali tantóque apparatu Magiam illam oſtentauit. Quorſum enim cum ad extremùm Dido vetulam nutricem deludens, deludat omnes? Sed nimirum non modò ſtatuerat Dido ſe interimere, & conſilium celare ſuum Annæ, verùm etiam & Aeneæ gladio tranſuerberare, & illius imaginem exuuiáſque omnes vno eodémque tempore flammis delere, & lectum ipſum in quo perijſſet, in cineres ſoluere: Quid igitur conſultius quàm iubere pyram iſtam inſtrui, exuuias omnes vnà cum enſe, lectum ipſum, imponi? id quod interpoſita furentis illius fœminæ iuuatur opera, qua omnia pro conſilio ad finem tutò perducat: itaut & callidè Annæ, ſacerdoti, Barcæ impoſuerit, & furorem exſaturauerit ſuum. Quod conſilium, poſtea reſciri optabat, opinor, & in funerea fronde qua coronauit pyram, colligi. itaut hac in re admirabilis eniteat Poëtæ induſtria: Didonem enim induxit quæ huiuſce machinationis molem fundaret egregiè, eamdem mirificè extolleret, colophonem iam imponeret: atque ex his licet ani- 951
maduertere cur pergat

Ipſa molâ, manibúſque pijs altaria iuxta,
Vnum exuta pedem vinclis, in veſte recincta,
Teſtatur moritura Deos, & conſcia fati
Sidera. tum, ſi quod non æquo fœdere amantes
Curæ numen habet, iuſtúmque memórque precatur.

Atque hîc etiam ſunt aliqua ſimulationi tribuenda: non enim tam ei conueniunt quæ iam iam ſe enecare decreuiſſet, quàm quæ ab amore ſolui poſtularet ac liberari aut cum amato reconciliari: alioquin quorſum molam (erat hæc ex hordeo ſáleque conflata; & ad imolandum, vnde nomen hoc fluxit, accommodata) iuxta altaria tenere, aut nudum pedem gerere? Quòd ſi Deos tanquam moritura precatur, & eos maximè qui violata amantium fœdera iniqui hoc eſt infenſi reſpiciunt ac propterea vlciſcuntur (id enim valet

——tum ſi quod non æquo fœdere amantes
Curæ numen habet, iuſtúmque memórque precatur)

id agnoſcit quidem Vates & canit: quas tamen deludit fœminas Dido, hæ nullo modo ſentiunt

Partic. 74.

Nox erat, & placidum carpebant feſſa ſoporem
Corpora per terras, ſiluæque, & ſæua quierant
Aequora: cum medio voluuntur ſydera lapſu:
Cum tacet omnis ager: pecudes, pictæque volucres,
Quæque lacus latè liquidos, quæque aſpera dumis
Rura tenent, ſomno poſitæ ſub nocte ſilenti
Lenibant curas, & corda oblita laborum.
At non infelix animi Phœniſſa, nec vnquam
Soluitur in ſomnos, oculíſue, aut pectore noctem
Accipit. ingeminant curæ: rurſúſque reſurgens
Sæuit amor, magnóque irarum fluctuat æſtu.
Sic adeo inſiſtit: ſecúmque ita corde volutat.

Noctem, eámque ſupra quam dici poſſit tranquillam deſcribit, in qua cunctæ animantes quieſcant altiùs; ita ſanè quantum cæteris animantibus quietis tribuit, tantum Reginæ adimit quietis ac ſomni, quam incredibili quodam curarum fluctu inuoluit mole. Ta- 952
li ve-

li verò ac tanta Noctem vel potiùs profundam aut mediam Noctis partem deſcribit elegantia & venuſtate, vt qui aliorum deſcriptiones Poëtarum exquirunt, parem tranquillæ Noctis imaginem reperiant nullam. Certè Homerus qui paſſim ſuos libros ab Auroræ aut Noctis ortu deſcribit, nuſquam tam præclaris luminibus ac pigmentis aut vmbris expreſſit; de qua re memini me dixiſſe paulò pleniùs. Interim tamen illud monuerim Italicum Epicum debere quidem plurimum Virgilio, dum non modò ſemel atque iterum ſed tertiò ac ſæpè illam deſcribit, ſed tamen vel interdum eum ſuperare vel ſaltem æquare. Tametſi quoniam piget loca deſcribere, ea ſaltem digito indicabo. Ergo libro II. ferè extremo egregiè Virgilianam hanc deſcriptionem imitatus eſt; atque ita imitatus, vt quēadmodum Virgilius ab animantium quiete ac ſomno ad inſomnem & curarum æſtu iactatam Reginam deuenit, ac propterea poſt ea verba

—— ſub nocte ſilenti
Lenibant curas & corda oblita laborum,

mox ſubiecit.

At non infelix animi Phœniſſa, nec vnquam
Soluitur in ſomnos, oculiſue aut pectore noctem
Accipit. ingeminántque curæ ——

Sic Torquatus poſt ea carmina

E i pinti augelli nell'oblio profondo
Sotto il ſilentio de' ſecreti horrori
Sopian gli affanni e radolcian'i cori:

continenter ſubiecerit

Ma nè'l campo fedel, nè'l franco Duca
953 *Si diſcioglie nel ſonno. ——*

Tu quem indicauimus locum conferas cum Virgiliano, & vtrumque (nolim enim palmam cuiquā interim adiudicare) ſine ſatietate miraberis. Quamquam licebit etiam ſtrophen ſeptuageſimam prima Tertij obſeruare, LX. & LXXIX. Quinti; CIII. Sexti III. Septimi, XVI. Octaui & alia propè innumera; quibus in locis nouo quodam modo deſcribit eam ſemper, eóque venuſtiſſimo: ſigillatim verò in Strophe LVII. Octaui hunc eumdem Virgilij locum ſummatim exprimit perquàm elegantiſſimè dum animantes dulci quiete ſopori ferat omnes, vnum Argillanum miris exagitat curis.

Sorgea la notte intanto, e ſotto l'ali
Ricopriua del Cielo i campi immenſi
E'l ſonno otio de l'alme, obli o de' mali
Luſingando ſopia le cure e i ſenſi;
Tu ſo. punto Argillan d'acuti ſtrali
D'aſpro dolor volgi gran coſe e penſi
Ne l'agitato ſen ne gli occhi ponno
La quiete raccorre o'l molle ſonno.

qua in re facilè contingere potuit vt in Homerum quoque ſpectarit dum in Iliade ſic canit (vt ex latino rem interprete doceam) de Agamemnone

Iam placido dulcem carpebant pectore ſomnum
Primores reliqui Danaûm ſub nauibus altis,
Solus ademptrici curarum feſſa quieti
Corpora non potuit dimittere Rex Agamemnon,
Tantas ille ſuo voluebat pectore curas,
Tam multa in diuerſum animum rapuêre grauatum
Mole laborantis ſub iniquo pondere ſenſus.

ſic Homerus. qui tamen quantopere a Virgilio ſuperetur & a Torquato, nemo non vi-
954 det. Quin Homero hac in re Arioſtum etiam (liceat id mihi addere cum in nobilem item Poëtam incederim) longo interuallo antepoſuerim, dum ſic idem complectitur argumentum

Già in ogni parte gli animanti laſſi
Dauan ripoſo a trauagliati ſpirti,
Chi ſu le piume, è chi sù i duri ſaſſi,
E chi sù l'herbe, e chi sù faggi o mirti.

Digitized by Google

Tu le palpebre Orlando a pena abbaſſi
Tunto da' tuoi penſieri acuti & irti,
Ne quel sì breue e fuggitiuo ſonno
Godere in pace anco laſciar ti ponho.

Interim vt ad Virgilium redeamus toti, obſerues cùm generatim priùs tribus carminibus noctem deſcribere profundam, tum ſigillatim in animantibus per genera fermè ſingula eam exprimere, ídque ab agro quaſi taciturnitas eſſet illius quies, ad pecudem & ita deinceps non ſine pulcherrima partitione ad cætera animantia. Ergo omnia conquieſcũt altiùs ſola infelix Dido inſomnis degit & magno curárum fluctûat æſtu. Quid igitur faciat? ſecum ipſa loquitur & curas euoluit. Quare dicendi munus ac partes Reginæ tribuens poëta, ſic eam ſecum ipſam differentem inducit.

Partic. 75.

En, quid agam? rurſúſne procos irriſa priores
Experiar? Nomadúmque petam connubia ſupplex,
Quos ego ſum toties iam dedignata maritos?
Iliacas igitur claſſes, atque vltima Teucrûm
Iuſſa ſequar? quia ne auxilio iuuat antè leuatos?
Et benè APVD MEMORES veteris ſtat gratia facti?
Quis me autem (fac velle) ſinet? ratibúſque ſuperbis
Irriſam accipiet? neſcis heu perdita, nec dum
Laomedontææ ſentis periuria gentis?
Quid tum? ſola fugâ nautas comitabor ouantes?
An Tyrijs omníque manu ſtipata meorum
Inſequar? &, quos Sidoniâ vix Vrbe reuelli, 955
Rurſus agam pelago? & ventis dare vela iubebo?
Quin morere, Vt MERITA ES, ferróque auerte dolorem.
His germana malis oneras, atque obijcis hoſti.
Non licuit thalami expertem ſine crimine vitam
Degere more feræ? tales nec tangere curas?
Non ſeruata fides cineri promiſſa Sichæo.

Loci ſumma.

In ſummo igitur curarum quibus inuoluitur æſtu, ſecum ipſa loquitur: ac tria in mediũ affert conſilia quæ tamen non ſine indignatione quadam & irriſione exagitat, & improbat ſingula, proindeque ad ſuſceptũ moriendi cõſiliũ redit. Quare nutaſſe illã (id quod nõ ita pridem obſeruaui) ſatis conſtat: quod ſi quando cõtingere potuit, tunc certè potuit, cũ de ſumma rerũ agereturac vita ipſa: & verò nõ eminus ſed cominus obijceretur. Tria igitur in medium affert conſilia: primum de procis, quorũ nuptias contẽpſerat, nõ aſpernendis, ſed eorum experiundo connubio: alterum de Iliaca claſſe ſequenda, ſéque Troianorũ poteſtati committenda: poſtremum de Troiana claſſe armis inſectanda & perſequenda: quibus tribus conſilijs mortis deliberationẽ anteponit, *Morere, vt merita es* concludens: cuius deliberationis culpam cum in ſororem tum in ſe maximè reijcit; in ſororem quòd blanditijs eam pellexerit ad Aeneam amandum, atque adeo inclinantem præcipitarit; in ſe, quòd Sichæo poſt mortem non ſeruauerit fidem. Hæc Didoniani Dialogiſmi ſumma, dum ſecũ ipſa differt conſultátque, etſi conciſè ſatis ac perturbatè. Interim tamen haud pigeat pauca quædam obſeruare. Ac primum quidem illud ſit. Primum quod de nuptijs experiundis pertentandiſue reiecit conſilium, a malo conſiliario reiectum eſſe, nimirum a ſuperbia: id quod ea verba indicant

Obſeruantur quædam.

I.

Quos ego ſum toties iam dedignata maritos?

956 alioquin commodè cadere poterat: neque enim inuſitatum eſt vt nuptiæ antequam concludantur, excludantur non rarò; *Contemptus, ſpretus*, (inquit Pamphilus apud Comicum

dum

Digitized by Google

dum repudiatæ & excluſæ repetuntur nuptiæ) *facta,tranſacta omnia : en Repudiatus repetor.* Itaque non facilè nuptiarum deponenda fuerat cogitatio: præſertim ad pellendam voluntariæ mortis cogitationem: quid enim ſi ex Nomadum procis vnus aut alter expetitus, nuptias excepiſſet? Regina enim erat, pulcherrima, prædiues. Sed nimirum id quod caput erat, reticet interim: ad procos ſcilicet Didoniani adulterij perueniſſe famam : hæc enim retulerat,

Veniſſe Aeneam Troiano a ſanguine cretum,
Cui ſe pulchra viro dignetur iungere Dido :
Nunc hyemem inter ſe luxu quàm longa, fouere,
Regnorum immemores, turpique cupidine captos:

& ob id etiam Iarba.

Fœmina quæ noſtris errans in finibus, Vrbem
Exiguam prteio poſuit, cui littus arandum,
Cuique loci leges dedimus, connubia noſtra
Reppulit, ac dominum Aeneam in regna recepit.

Alterum verò illud. Secundum conſilium minùs turpiter reiici, quin honeſtè; cum nihil cogeret aut flagitaret vt ſe Troianis quaſi mancipium committeret. Tametſi enim ad mortem vitandam, vbi alia ratio ſuppeteret nulla, ſatius fuiſſet ſeruitutem vel vltrò experiri, quàm ſibi violentas manus inijcere; nulla tamen ſuberat cauſa cur ſeruitutem pertimeſceret. Quin vbi etiam captiua iam iam fuiſſet abducenda, a volũtaria morte temperandum: præſtat enim ſeruitutem & aduerſam fortunam conſtanter per ferre, quàm violentas ſibi manus inferre, ita ut turpiter Cleopatra atque aliæ Reginæ quędam mortẽ prętulerint ſeruituti. Quod tamen interim reiicit conſilium Dido, apud Italicum Epicum
957 amplectitur Armida

Solo, ch'io ſegua te, mi ſi conceda
Picciola fra nemici ancor richieſta.
Non laſcia indietro il predator la preda,
Và il trionfante, il prigioner non reſta.
Me fra l'altre tue ſpoglie il campo veda,
Et a l'altre tue lodi aggiunga queſta,
Che la tua ſchernitrice habbia ſchernito,
Moſtrando me ſprezzata ancella a dito.
Sprezzata ancella, a chi fò più conſerua
Di queſta chioma, hor ch'a te fatta è vile?
Raccorcerolla, al titolo di ſerua,
Vò portamento accompagnar ſeruile.
Te ſeguirò, quando l'ardor più ſerua
De la battaglia entro la turba hoſtile;
Animo hò bene, hò ben vigor, che baſte
A condurti i caualli, a portar l'haſte.
Sarò qual più vorrai ſcudiero, o ſcudo;
Non fia, ch'n tua diſeſa io mi riſparmi,
Per queſto ſen, per queſto collo ignudo
Pria che giungan' a te, paſſeran l'armi:
Barbaro forſe non ſarà sì crudo
Che ti voglia ferir per non piagarmi,
Condonando il piacer de la vendetta
A queſta, qual ſi ſia, beltà negletta.

ſic elegantiſſimus poëta noſter, Ouidium tamen & ex noſtratibus Arioſtũ nonnihil imitatus. Poſtremum conſilium, cum turpe eſſet & iniquum, iurè dimittitur, etſi non tam virtute quàm difficultate, ſeu neceſſitate veriùs quàm voluntate. Quod tamen miretur quiſpiam de Tyrijs quos ſupra genus dixit intractabile bello : & de quibus cecinit rurſus

Quod genus hoc hominum? quæue hunc tam barbara morem
Permittit Patria? hoſpitio prohibemur arenæ.

Nam hanc quoque gentem, etſi præferocem, Didonis imperio obtemperaſſe; inde cõſtat quod Dido dicitur gentes frenaſſe ſuperbas, ac rurſus

Impe-

Imperium Dido Tyria regit ——

Quid eſt igitur quod in præſens reluctaturos Imperio dicat Reginæ ſi perſequi Troianos velit armis? ſed fieri potuit vt feroces in cuſtodiendis finibus ſeſe oſtenderint (corũ enim res agebatur) cum tamen abeuntibus Troianis ſeſe oſtenderint mites. Fortaſſe etiã quos naufragio ſuperſtites coërcere poterant atque arenæ ipſius hoſpitio prohibere, nunc, reſtaurata claſſe collectiſque viribus, tentare armis non audebant. Denique (vt omittam pelago diffidere Didonem ſe illos per Tyrios inſectari poſſe; nam idcirco ait *Rurſus agam pelago, & ventis dare vela iubebo.*) facilè contigerat vt Tyrijs infenſis Dido tantopere fauiſſet peregrino, ac propterea minùs illis præfidat, quòd eorum animos perſentiret alienos: etſi dignitatis cauſa eorum accuſat ſignitiem. Ita quidem

Quin morere, vt merita es, ferróque auerte dolorem,

V. concludit rediens ad conſilium priſtinum, quod re quoque ipſa perficiet breui. Interim 958
quod Diagoras expetiuit præ lætitia, cum vno eodémque die tres filios in Olympicis victores ſpectaſſet, ac propterea, *Morere Diagora,* intuliſſet; *neque enim aſcendes in Cœlum*, Dido præ dolore ac deſperatione pronũciat. Sic Cæſar mortem ſpernere viſus eſt quòd diceret
VI. ſe diu vixiſſe Gloriæ: id quod iuſtiùs vſurpauit ad extremùm Pater Patriæ M. Tullius. Denique dum in ſororem reijcit culpam, rectè illa quidem, cum Anna Didonem ad peregrinum Aeneam amandum animaſſet & inclinantem dediſſet præcipitem;

—— o luce magis dilecta ſorori,
Sólane perpetuá mærens carpêre iuuenta
Nec dulces natos, Veneris nec præmia noris?
Id cinerem, aut manes credis curare ſepultos?

iuſtiùs tamen in ſe ipſam reijcit, cùm reuera & ſoror Didonis lachrymis euicta illud conſilij dederit (& ideo iurè illud profert, *Tu lachrymis euicta meis, tu prima furentem His germana malis oneras atque obijcis hoſti*) & Dido abijcere adhuc tale conſilium & potuiſſet, & niſi priùs ritè celebrarentur nuptiæ, omnino debuiſſet; itaut iurè ſe ſe iam furore dicat percitam quæ ſorori obtemperaſſet. Et ideò pergens ſignificat fieri & potuiſſe & debuiſſe vt ad ſecundas nuptias nõ conuolaret; ſed promiſſam Sichæo fidem etiã poſt mor-
VII. tem conſeruaret. Hæc Dido. Tametſi ita diſputat quòd reuera exiſtimat id totum ſororis ſuáque inprimis culpa comiſſum eſſe: nec animaduertit ſibi a Venere priùs tũ a Cupidine clam amoris ignes iniectos: a Venere quæ ab initio tale ac tantum decus adiunxit Aeneæ

Reſtitit Aeneas, claráque in luce refulſit,
Os, humeróſque deo ſimilis. námque ipſa decoram
Cæſariem nato genitrix, lumenque iuuentæ
Purpureum, & lætos oculis afflârat honores:

quæque Cupidinem pro Aſcanio ſubmiſit,

At Cytherea nouas artes, noua pectore verſat 959
Conſilia, vt faciem mutatus, & ora Cupido
Pro dulci Aſcanio veniat, doniſque furentem
Incendat Reginam, atque oſſibus implicet ignem.

& huc pertinent eà omnia quibus continenter Cupidinem adigit ad Reginam fallendam incendendámque: inter quæ illud præcipuum

Tu faciem illius noctem non amplius vnam
Falle dolo, & notos pueri puer indue vultus:
Vt, cum te gremio accipiet lætiſſima Dido,
Regales inter menſas, laticémque lyæum:
Cum dabit amplexus, atque oſcula dulcia figet;
Occultum inſpires ignem, falláſque veneno.

Cupidine verò quia matris iuſſa egregiè curauit improbus,

Paret Amor dictis caræ genitricis, & alas
Exuit, & greſſu gaudens incedit Iuli.

ita factũ eſt vt Regina ſtatimatq; excepit fictũ Aſcaniũ intimè amoris venenũ hauſerit,

Præcipuè infelix peſti deuota futuræ
Expleri mentem nequit, ardeſcitque tuendo
Phœniſſa, & puero pariter, doniſque mouetur.
Ille, vbi complexu Aeneæ, collóque pependit,

Et magnum

Digitized by Google

Et magnum falſi impleuit genitoris amorem,
Reginam petit. hæc oculis hæc pectore toto
Hæret, & interdum gremio fouet inſcia Dido
Inſideat quantus miſeræ Deus: ——

quin idem Amor Sichæi amorem ſic aboleuit in Didonis pectore vt ne ſentiens quidem beneuolentiam omnem tranſtulerit ad Aeneam. vt propterea immeritò ſe ipſam culpet Dido (etſi meritò id a ſe fieri exiſtimaret) immeritò ēt profiteatur ſe datā Sichæo ac cineri ipſi fidē violaſſe. Denique ſi poëtam audiamus, ac rei ſeriem ex Virgilij narratione expen
960 damus, excuſanda videtur potiùs quàm accuſanda; maiores enim fuerunt Veneris & Cupidinis machinæ quàm non vt de ſententia deiiceretur ac penitus expugnaretur miſera: quòd ſi reputemus poëtam pro arbitratu talem ac tantam Cupidini vim tribuiſſe, ac perperam tribuiſſe, nec intimè amoris flammas iniicere potuiſſe tantulum iſtum ex argilla Deum, culpanda eſt. Atque hic dum canit

Non licuit thalami expertem ſine crimine vitam
Degere more feræ ——

quod valet nónne licuiſſet viuere expertem thalami & nuptiarum ac ſine crimine, prout feræ degunt? videtur horridiùs rem peragere, quaſi verò feræ imitandæ ſint, niſi tamen dicas voluiſſe ſibi, quippe quæ rationis imperio frenare cupiditates poſſet, licuiſſe nouas cōtemnere nuptias & crimen deuitare quòd ſubiit violans allatam Sichæo fidem, cum feræ ipſæ quæ rationis præſidio carent, ſolitariæ, quod ipſa haud fecerat, degant. Quòd ſi interim ſumit feras conſortium ſpernere ac ſolicitarias degere, id ex quodam vulgi ſenſu arripit, vt ſolent paſſim mortales ac poëtæ in primis, qui plerumque ſtylum ad vulgarem aptant ſenſum: alioquin vix fortaſſe feram vllam inuenias, quæ non ſobolem procreare naturaliter expetat ac propterea adamet conſortium. de qua re deſſeruimus alibi copiosè. VIII.
Hæc in propoſita Particula. Tametſi ſat ſcio fore qui requirat num reuera fidem violaſſe cenſenda ſit Dido quæ, Sichæo demortuo, ſe ſe cum Aenea miſcuiſſet; quod ex eo pendet, num demortuo fides obligari poſſit: de qua tamen re alii viderint; ipſe certè crediderim ſine vlla dubitatione pudicitiæ colendæ nomine potuiſſe Deo fidem voto aut ſaltem animi propoſito & cupiditate obſtringere, quo tempore violaſſet illa quidem fidem, ſed Deo oblatam, quòd ſi demortui manibus fidem temerè obſtrinxiſſet (neque enim demortuus vir ad vxorem etſi ſuperſtitem pertinet ampliùs) temerè ſaltem eam violaſſet præpoſteris nuptiis, nam reuera cur germanas nuptias declinaret non habebat: quantumuis vbi reputaſſet ſe otiosè fictis manibus obſtrinxiſſe fidem, ac propterea electionem ad meliores fruges commodúmque conſilium traduxiſſet, rectiùs cum illa actu eſſet. IX.

Part. 76

Tantos illa ſuo rumpebat pectore queſtus.
Aeneas celſa in puppi iam certus eundi
Carpebat ſomnos, rebus iam ritè paratis.
Huic ſe forma Dei vultu redeuntis eodem
Obtulit in ſomnis, rurſúſque ita viſa monere eſt,
Omnia Mercurio ſimilis, vocémque, colorémque,
Et crines flauos, & membra decora iuuentæ:

Concludit Reginæ queſtus & ad Aeneam ſe conuertit, qui

—— certus eundi
Carpebat ſomnos rebus iam ritè paratis.

Hic verò coniectare licet atque adeo recolere Aeneam, quippe qui diu multúmque laborauerat, vt claſſem pararet, ac Ioui obtemperaret vela faciens; feſſum in puppim ſe retuliſſe, ventos nauigationi non aduerſos optantem ac præſtolantem. Quapropter facile fuit vt obreperet ſomnus: etſi alioquin vigilantia eſſet opportunior: quamquam fieri quoquo modo potuit vt ſe vltrò quieti dederit ac ſomno, vt viribus magis adhuc ac magis integris inſtitueret nauigationem. Sed ecce tibi dum dormit, obtulit ſe ſe illi Mercurius, qui viſus eſt illum admonere atque adeo obiurgare vt nauigaret. Verùm de obiurgatione paulò poſt. Nunc, quoniam non ſatis conſtituere audet Poëta num verè Mercurius ipſe rurſus præſto fuerit qui Aeneam admonuerit, an per quietem eum ſibi cernere viſus ſit Aeneas

itaue

Digitized by Google

itaut imago quædam potiùs eius affecerit ac pulſauerit mentem, illud moneo, facilè contingere potuiſſe, vt Aeneas per diem veritus ſit ne Mercurius rurſus eum increparet: nihil igitur prohibet quò minùs ab hac aut conſimili cogitatione in ſomnis (vt fit) commotus Aeneas, viſus ſibi fuerit Mercurium & cernere, & audire, & increpantem audire. Certè dum ait Poëta Mercurij formam ſe ſe illi obtuliſſe, non verò ait obtuliſſe ſe Mercurium, & in ſomnis ſe obtuliſſe non ſe vigilanti in conſpectum dediſſe, videtur ambigere num vera fuerit viſio an ſomnium: id quod altiùs confirmat dum pergit 961

—— rurſúsque ita viſa monere eſt
Omnia Mercurio ſimilis, vocémque, colorémque,
Et crines flauos, & membra decora iuuentæ:

nam & verus Mercurius ſe ſe obiicere potuit & obiurgare, & è contrariò imago quædam (id enim ob vehementem diurnam cogitationem accidere ſolet dormiẽtibus) quæ Aeneæ oculos atque aures vel potiùs interiorem ſenſum Mercurio ipſo impleuerit. Denique vt quis in ſomnis etiam admoneatur diuinitus, nec tamen coram præſto ſit quiſquam, qui admoneat, ita vt tantummodo immittatur ſomnium, compertum eſt. At enim quî obſecro hæc tu præſenſiſti ô Virgili, itaut verba quoque obiurgationis exceperis ſingula, nec tamen, Mercuriúſne fuerit, percepiſti, & an ſomnium Aeneam deluſerit? ſanè in ſomnis ne Aeneas quidem verè audiuit voces, tantùm abeſt vt tu vigilans ad vnam illas exceperis. Sed in promptu eſt Poëtarum licentia, præſertim in Epopeia, quemadmodum iampridẽ docuimùs. Denique ideo ſe Vatem dicit quòd occulta etiam pandere poſſit. Atque hîc miram Poëtæ elegantiam in Mercurij veluti imagine effingenda expendito. 962

Partic. 77. Omnia Mercurio ſimilis, vocémque, colorémque,
Et crines flauos, & membra decora iuuentæ:
Nate Deâ, potes hoc ſub caſu ducere ſomnos?
Nec, quæ circumſtent te deinde pericula, cernis
Demens? nec Zephiros audis ſpirare ſecundos?
Illa dolos, dirúmque nefas in pectore verſat,
Certa mori; varióque irarum fluctuat æſtu.
Non fugis hinc præceps, dum præcipitare poteſtas?
Iam mare turbari trabibus, ſæuáſque videbis
Collucere faces, iam feruere littora flammis.
Si te his attigerit terris Aurora morantem.
Eia age rumpe moras: varium & mutabile ſemper
Fœmina ——

Ex abrupto ferè increpat Aeneam Mercurius, ac tali increpat acrimonia tantóque rationum pondere, vt Aeneas ſtatim præcidat funes & nauiget. Sed de hac re paulò poſt. Nunc vnum obſeruo; perſpicuam eſſe Mercurij ratiocinationem & concionem vniuerſam: nã, perſpicuè & a periculis quæ circumſtent, & a ſecundis ventis (Zephiros enim pro ventis vſurpat: nam ex Africa in Italiam contendenti Zephirus contrarius eſt) & a dolis quos Dido verſaret animo, ſatis eum ad nauigandum incitat, & ideo tripartita iſta ratiocinatione expoſita, egregiè infert.

Non fugis hinc præceps, dum præcipitare poteſtas?

egregiè etiam, vt eum magis ac magis incitet,

Iam mare turbari trabibus, ſæuáſque videbis
Collucere faces, iam feruere littora flammis,
Si te his attigerit terris Aurora morantem.

quibus verbis videtur propoſita pericula meridiana luce clariora illi ante oculos collocare. & idcirco exclamat ad extremùm

Eia age rumpe moras: ——

vbi ne id miraretur Aeneas aut minùs crederet, memor ingentis Reginæ amoris, id refellit pergens 963

varium

Digitized by Google

—— —— *varium & mutabile ſemper* *Fœmina* ——

Atquæ hæc cõcio ſine dubio ad perſuadendum atque adeo ad impellendum, egregiè cõpoſita eſt: ita ut pauciſſimis huſce carminibus vberrima quædam eloquentiæ copia veluti incluſa contineatur, & hoc eſt canere, non verbis tantoperè Homerico more abundare. Profectò in hac concione plures ſe ſe offerunt ſtimuli quibus Aeneas ad nauigãdum impellitur quàm voces. ſed quoniam huius vis concionis ſe ſe prodit ſatis, illud vnum quod ab initio mihi propoſueram addam & explicabo. Hinc nimirum intellligi quæ ſit vis Eloquentiæ quam ait Ariſtoteles perſuadere διὰ τὸ δεικνύναι ἢ φαίνεσθαι δεικνύναι, quia demoſtrat vel demonſtrare videatur: ſentit enim Ariſtoteles (etſi aliter Plato, cui inhæret Quintilianus: nam Cicero varius) falſas quoque ratiocinationes vſurpandas dummodo probabilitate quadam reſperſæ ſint: idque quantumuis orator animaduerteret ratiocinationis falſitatem; negat enim Ariſtoteles (id quod copioſè patefecimus in Ariſtoteleæ Rhetoricæ commentarijs) ſpernẽdas falſas rationes dummodo veriſimili reſperſæ ſint & ad vulgarem multitudinem accommodatæ: id quod ſatis obſeruare licet in præſens: nam nec verè periculum imminebat vllum, etſi probabiliter immineret, nec ventus ſecundus præſto erat niſi fortè leuiſſimus ac ſpecie quadam: & ideo tum Dido diffidebat (id quod non ita pridem animaduertimus) ſe poſſe Troianos perſequi & armis perturbare, tum ventus continuò abtulit tempeſtatem, quare canitur

Vt pelagus tenuere rates: nec iam amplius vlla
Occurrit tellus; maria vndique, & vndique Cœlum:
Olli cæruleus ſupra caput aſtitit imber,
Noctem, hyemémque ferens, & inhorruit vnda tenebris.

964 Denique miram habet probabilitatem oratio. ſed miram falſitatem: quo fit vt nec dolos Regina verſaret animo, nec niſi falsò ſubijciatur

Iam mare turbari trabibus, ſæuáſque videbis
Collucere faces, iam feruere littora flammis.
Si te his attigerit terris Aurora morantem.

Quod cum ita ſit, illud ſaltem cauendum Oratori ne niſi iuſtum ſuæ orationi finem proponat ac ſuaſioni, alioquin bis peccaret, ſed in præpoſtero fine turpiſſimè. Cum pulcherrima verò ſententia, ſed inprimis vulgata ac trita,

—— *varium & mutabile ſemper*
Fœmina ——

egregiè conſentit illud Propertij

Non ſic incerto mutantur flamine ſyrtes,
Nec folia hyberno tam tremefacta Noto:
Quàm citò fœmineâ non conſtat fœdus in ira,
Siue ea cauſa grauis, ſiue ea cauſa leuis;

conſentit etiam illud Tibulli

Ah crudele genus, nec fidum fœmina nomen.

ſed tamen, mea quidem ſententia, maximè omnium illud conſentit & quadrat

Quid leuius vento? fulmen: quid fulmen? flamma:
Quid flamma? mulier? quid muliere? nihil.

Atque his aſſimile, etſi fortaſſe lycambeo ſanguine tinctum, aut Acherontis fluctu,

Dij magni, vt perfida eſt natura muliebris?

& illud Plautinum in fœminas item contortum,

Mare haud eſt mare, vos mare acerrimum.

Quamquam ne viri quidem hac lepra carẽt, ſed noſtros quique patimur manes ita ut nõ iniuria is qui ab diuinæ ſapientiæ ſcientia & laude Theologi nomen inuenit Gregorius,
965 quod noſter Vates aut Mercurius de fœmina cecinit, de homine pronunciarit, ἄνθρωπος πολυτροπώτατος τῶν ζώων, καὶ ποικιλώτατος, homo inter animantes omnes verſutiſſimus ac maximè inconſtans & varius: id quod in Vlyſſe & Helena expreſſiſſe viſus eſt Homerus dum verſutum ac verſipellem finxit Vlyſſem & πολύτροπον, Helenam ad dolos compoſitam & inconſtantiam.

Part. 78 —— ſic fatus nocti ſe immiſcuit atræ.
Tum verò Aeneas ſubitis exterritus vmbris,

Corripit

Corripit è ſomno corpus,ſociόſque fatigat.
Præcipites VIGILATE Viri,& conſidite tranſtris,
Soluite vela citi: Deus æthere miſſus ab alto,
Feſtinare fugam,tortόſque incidere funes
Ecce iterum ſtimulat. SEQVIMVR te ſancte Deorum
Quiſquis es,imperiόque iterum paremus ouantes.
ADSIS ό, placidúſque iuues, & ſydera Cœlo
Dextra feras.dixit: vagináque eripit enſem
Fulmineum;ſtrictόque ferit retinacula ferro.
Idem omnes ſimul ardor habet:rapiúntque ruúntque:
Littora deſeruere: latet ſub claſſibus æquor.
Adnixi torquent ſpumas, & cærula verrunt.

Currentes hortari nunquam obfuit,profuit ſæpiſſime: id quod cernitur in Aenea: qui cum antea diſcedendi eſſet percupidus,Mercurij hortatione cupidiſſimus factus eſt, itaut ſtare nequeat loco. Surgit igitur celeriter, vrget ſocios ac fatigat vt remis incumbant ac vela ſoluant: narrat rurſum a Ioue miſſum Mercurium vt feſtinarent fugam:neque id ſatis habet ſed ſe vnà cum ſocijs numini obtemperandi paratiſſimum offert ac profitetur, auxilium implorat,præcidit funes, itaut littora deſerentes, ruere ac propemodum volare non nauigare videantur: & ideo

—— latet ſub claſſibus æquor.

ita quidem diſcedendi ardorem mirificè exprimit priùs in Aenea & Troianis, tum incenſos nauigantium conatus ante oculos ponit. Quamquam breui reluctantes fluctus experientur. Atque in propoſita Particula cum venuſtate pleniſſima ſunt omnia, tum gemina Aeneæ conuerſio;ad ſocios prior 966

Præcipites vigilate viri, & conſidite tranſtris,
Soluite vela citi ——

altera ad numen

—— ſequimur te ſancte Deorum,
Quiſquis es,imperiόque iterum paremus ouantes:

& ideo appoſitò opem implorat pergens,

Adſis ô, placidúſque iuues, & ſydera Cœlo
Dextra feras ——

denique Aeneæ & alacritas animi,& celeritas in obeundis mandatis, vt vigilantia in muneribus ſtatim iniungendis retinaculis præcidendis,nauigatione obeũda,maior eſt quàm vt feliciùs ante noſtros oculos potuerit collocari, itaut nil mirum ſi in tanta Ducis vigilantia

Idem omnes ſimul ardor habet:rapiúntque ruúntque;

vſque adeo Ducis ad exemplum ac Regis,exercitus componitur omnis.

Partic.79. Et iam prima nouo ſpargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens Aurora cubile.
Regina e ſpeculis vt primùm albeſcere lucem
Vidit,& æquatis claſſem procedere velis:
Littόraque,& vacuos ſenſit ſine remige portus.
Térque quáterque manu pectus percuſſa decorum,
Flauentéſque abſciſſa comas: proh Iuppiter ibit
Hic, ait, ET NOSTRIS illuſerit aduena regnis?
Non arma expedient, totáque ex Vrbe ſequentur?

Diri-

Diripiéntque rates alij naualibus? ite,
967 Ferte citi flammas, date vela, impellite remos.
Quid loquor? aut vbi ſum? quæ mentem inſania mutat?

Dum vela faciunt Troiani, redit ad Didonem Vates, priùs tamen deſcribit Auroræ ſeu diei ortum: atque aptè quidem & in tempore: cum enim inſomnis egiſſet noctem, totáque hæreret in Aeneæ cogitatione quem animaduerterat meditari fugam & moliri, quis non exiſtimet Auroræ ortum exoptaſſe vt quid rei gereretur è ſpecula conſpicaretur? quin veriſimile eſt diu multúmque optaſſe lucis aduentum, ſæpè etiam ad ſpeculam acceſſiſſe, vt ſi fortè aduentaſſet lux, oculos ad Troianorum claſſem inijceret: id quod fœliciter admodũ ex noſtratibus poëtis vnus expreſſit in amante muliere itẽ, quæ deſperatione tangeretur. Ergo optatam Reginæ lucem aduentantem deſcribit poëta noſter, quo fit vt Regina ſtatim è ſpecula diſcedentem Aeneæ claſſem obſeruet, ac portus & littora vacua conſpiciat. Furit igitur, donec furorem tandem animaduertit ſuum. Priùs tamen acerbiſſimo dolore ac furore inſuper percita, pectus tundit, comas dilacerat, in querelas indignas erumpit, conclamat ad arma exclamátque

Ferte citi flammas, date vela, impellite remos,

mox tamen furorem (vt dicere cœperam) agnoſcit ſuum atque illud profert miſera

Quid loquor? aut vbi ſum? quæ mentem inſania mutat?

Hic verò pauca quædam non ab re obſerues. Primum eſt poëtam eleganter omnino Auroram deſcribere, Tithonis inhærentem fabulæ quæ vt pulcherrima ita notiſsima eſt. *Obſeruantur quędã.* *I.* Alterum eſt quod Catullo & Ouidio ſæpè mons fuit aut ſcopulus cum ille Ariadnam Reginam induceret Theſei diſceſſum ex ſublimi ſpectantem monte, hic eamdem ex prærupto quod mari immineret ſaxo; ſpeculam fuiſſe Virgilio pari aut etiam maiori cum decore & dignitate; quæ eidem Ouidio deinde probata eſt qui de Didone ſic cecinit *II.*

968

Nec moriens Dido ſumma vidiſſet ab arce
Dardanias ventis vela de..iſſe rates.

tertium dum canit *III.*

—— *æquatis claſsem procedere velis,*

indicaſſe optimam nauigandi rationem: debet enim claſsis quoad eius fieri poſsit æquatas ſtationes retinere, perinde atque in exercitu locum retinet quiſque dum migrat atque ordinem conſeruat: eſt enim hic terreſtris claſſis, illa maritimus exercitus: itaque caſtra non ſemel a poëta non ſine venuſtate appellatur claſsis,

—— *nos caſtra mouemus,*

inquit Aeneas de claſſe

—— *Faces in caſtra tuliſsem,*

inquit Dido. tametſi illud æquatis procedere velis eò inprimis ſpectat fortaſſe vt intelligamus proſperè ac ſine iactatione vlla nauigaſſe: quod ad Reginæ animum exulcerandũ pertinet; quemadmodum illud *Vela dabant læti, & ſpumas ſalis ære verbant*, vnde exarſit Iuno, Dum verò ait *IV.*

—— *térque quatérque manu pectus percuſſa*

ſine dubio græco more loquitur: paſſim enim τρὶς τε τετράκις τε occurrit apud Græcos, numerum pro numero vſurpantes. ſic ru[r]ſus poëta noſter in 12.

Térque quatérque manu pectus percuſſit ——

inquit de Iuthurna. Quòd ſi myſterij aliquid hîc latere exiſtimes, quaſi perfectiſsimus numerus ad myſterium nos attollat aliquod, tu myſtagogos couſulas in illud Primi *o térque quatérque beati*: mihi enim in his immorari haud vacat. Nec ab re obſerues incitatum & abruptum orationis initium *Proh Iuppiter*: cui indignationis plena ſuccedunt verba *V.*

—— *noſtris illuſerit aduena regnis?*

ſed & naualium quæ Cicero armamentaria nuncupat, non temerè mentionem facit, vel quia Carthaginenſes nauali præſtitiſſent aliquando, vel quia Auguſtus cui canit, naualia duo, éaque nobilia conſtituiſſet, Meſſanæ vnum quod mari præeſſet infero, Rauennæ alterum quod præeſſet ſupero, vtrumque in Romano Imperio mari toto eſſet præſidio. Quamquam Philo etiam Athenis naual[e] inſtruxerat mille nauibus idoneum, Hiero *VI.*

quoque Syracuſis, Rhodij Rhodi. Quæ Virgilij tempore fuerunt celeberrima. poſtea tamen longo interuallo Naualia iſta omnia ſiue armamentaria Venetum ſuperauit quo 969
inſtructius quicquam aut magnificentius excogitari nihil poſsit. Quapropter ſeptem illis barbaris priſcorum miraculis anteponatur iure optimo.

Partic. 80.

Infœlix Dido, nunc te fata impia tangunt.
Tum decuit, cum ſceptra dabas en dextra, fidéſque
Quem ſecum patrios aiunt portare penates,
Quem ſubijſſe humeris confectum ætate parentem.
Non potui abreptum diuellere corpus, & vndis
Spargere? non ſocios? non ipſum abſumere ferro
Aſcanium? patriiſque epulandum apponere menſis?
Verùm, anceps pugnæ fuerat fortuna: fuiſſet:
Quem metui moritura? faces in caſtra tuliſsem;
Impleſsémque foros flammis: natúmque patrémque
Cum genere exſtinxem: mémet ſuper ipſa dediſsem.

Obſcurum videri poſſet ad initium quis prima hac pronunciet verba, Didóne, quaſi ſecum ipſa loquatur, an verò poëta, qui ſe ſe eleganter ad Didónem conuertens canat

Infœlix Dido, nunc te fata impia tangunt:
Tum decuit cum ſceptra dabas ——

quin etiam quæ continenter ſequuntur

—— *en dextra fidéſque*
Quem ſecum patrios aiunt portare penates,
Quem ſubijſſe humeris confectum ætate parentem;

in poëta ore cecidiſſent perbellè: neque enim ſine venuſtate (ſi quis attentiùs æſtimet) ea pronunciaſſet Vates qui ſe ſe ad Didonem conuertiſſet. Sic noſter Epicus per quam ſuauiſſimè & elegantiſſimè in non diſſimili fabula ſe ſe ad Armidam conuertit, canens

Chiudeſti i lumi Armida; il Cielo auaro
Inuidiò il conforto a i tuoi martiri.
Apri miſera gli occhi; il pianto amaro 970
Negli occhi al tuo nemico hor che non miri?
O s'udir tu'l poteſſi, o come caro
T'addolcirebbe il ſuon de' ſuoi ſoſpiri.
Da quanto ei puote, ei prende (e tu no'l vedi)
Pietoſo in viſta, gli vltimi congedi.

Quamquam reuera propoſita verba Didonis ipſius ſunt; quod mox obſeruare licet & conſtituere dum pergit

Non potui abreptum diuellere corpus, & vndis
Spargere? non ſocios? non ipſum abſumere ferro
Aſcanium? patriiſque epulandum apponere menſis?

Atque hiſce verbis tum ſignificat Dido aſperiora & læthalia ſibi fata impendere, tum nõ ſine ironia ac ſardonico riſu Aeneam irridet, quaſi falsò ea pietatis argumenta erga penates oſtentaſſet aut diuulgaſſet: tum denique ſe ipſam accuſat quòd non eas exercuiſſet quas commemorat crudelitates: vbi eminus Tragicas crudelitates ſpectat, quas cominus ferè indicabit paulò poſt. Iam verò cur abſtinendum aut ceſſatum fuerit a propoſita crudelitate docet continenter, ſubdens

Verùm anceps pugnæ fuerat fortuna: ——

vbi alicuius nomine ſibi ceſſandi cauſam obijcit: cui tamen cauſæ deſperatæ inſtar fœminæ, quæ moritura, ſanguine, flammis, morte fœdari optaſſet omnia, occurrit, clamans

—— *fuiſſet:*
Quem metui moritura? faces in caſtra tuliſſem?

Impleſ-

Impleſſémque foros flammis: natúmque patrémque
Cum genere extinxem mémet ſuper ipſa dediſſem.

Atque hic planiùs Poëta noſter cùm alteram Medeam deſignat, tum Atræum, Thieſtem; etſi qui ſunt alij qui ad talem ac tantam crudelitatem acceſſerint proximè

Par.81. Sol, qui terrarum flammis opera omnia luſtras,
Túque harum interpres curarum, & conſcia Iuno,
Nocturníſque Hecate triuijs vlulata per vrbes,
Et diræ vltrices, & Dij morientis Eliſæ,
Accipite hæc, meritúmque malis auertite numen,
Et noſtras audite preces ——

Dira Aeneæ imprecatura, continentérque ſe ſe interfectura; ſpectatorem rerum omnium
971 Solem (ſic enim eum in Virgilianis ſpatijs, more ſcilicet Poëtarum atque adeò priſcorum multorum appellabimus) compellat ac præſentem optat: id quod a Poëtis ferè omnibus frequentatum deprehendas, ſed a Tragicis maximè, ſic enim Ennius in Medea exule

Iuppiter, túque adeo ſumme Sol Qui res omnes inſpicis,
Quique tuo lumine Mare, terram ac Cœlum contueris
Inſpice hoc facinus —— ——

Sic apud Sophoclem Aiax

Te verò ſplendidæ diei præſens lux,
Et aurigatorem Solem nunc alloquor,
Extremum ſanè, & nunquam poſthac iterum.

Sic inquam Aiax ex Interprete apud Sophoclem, qui rurſus affirmare non veretur

Κλῦθι πυρὸς νοεροῦ βασιλεῦ χρυσήνιε τιτάν,
Κλῦθι φάους ταμία:
Audi flammarum Titan Rex, qui aurea equorum
Lora tenes, lucis quæſtor. —— ——

ſed quid moror? vnico verſiculo Poëtarum Græcorum Coriphæus rem iam antea expreſſerat cum caneret

Ἠέλιος τ' ὃς πάντ' ἐφορᾷς, καὶ πάντ' ἐπ' ἀκούεις
Sol qui omnia cernis, omnia audis.

Id quod minùs mireris de Homero, qui M. Tulliū audias Maſſiniſſam ſic loquentem inducere, *Grates tibi ago ſumme Sol, vobiſque reliqui cœlites: quòd antequam ex hac vita migro, conſpicio in meo regno & his tectis P. Cornelium Scipionem.* Quamquam Plato ipſe, hoc eſt vertex Philo-
972 ſophorum, ſummam hanc dignitatem atque adeò diuinitatem ipſam tribuere viſus eſt Soli quem in VI. de Republica ſæpiſſimè appellat Boni, a quo emanaſſe omnia conſtanter docet, filium, ac patri ſimillimum. Tametſi reuera (quicquid aliqui commententur) ſimilitudine quadam & analogia non propriè & vniuocè (vt me planiùs explicem) filium appellat ac Bono ſimilem facit: quia ſcilicet id quod in Mundo qui ſolo percipitur animo, eſt Deus, id in aſpectabili Mundo & corporato fit Sol; itaut cum Principatum obtineat inter res corporeas, ſimilitudinem Authoris referat ſui. Quam rem nos in Platonica Theologia copioſè ex Platone ipſo confirmauimus, quemadmodum videre eſt in libro
pag.196. & deinceps. ſecundo decadis ſecundæ ferè ad extremum. Sed redeo ad Virgilium: apud quem Dido & Iunonem (quaſi verò eius pronuba fuerit & veras nuptias illi cum Aenea conciliarit) & Proſerpinam (hanc verò ait triuijs vlulatam ad raptum ſpectans cuius cauſa a Cerere matre per triuia quæſita eſt fletu atq; vlulatu ingenti: id quod a veneficis item & Poëtis exprimebatur) & diras vltrices, Deóſque omnes in quorum tutela eſſet precatur imprecatúrque. Sed iam imprecantem audiamus. Iam enim ad pyram accedit infœlix Dido: nimirum vt rogum conſcendat, & inter Aeneæ quas rogo impoſuit, exuuias (vt dicere cœperam) effundat animam. ſed quæ imprecetur, audiamus

Par.82. ——— ſi tangere portus
Infandum caput, ac terris adnare neceſſe eſt:

Et ſi fata Iouis poſſunt,hic terminus hæret:
At bello audacis populi vexatus & armis,
Finibus extorris,complexu auulſus Iuli, 973
Auxilium imploret, videátque indigna ſuorum
Funera: nec dum ſe ſub leges pacis iniquæ
Tradiderit,regno aut optatâ luce fruatur:
Sed cadat ante diem,mediáque inhumatus arena.
Hęc precor:hanc vocem extremam cum ſanguine fundo.

Non obſcurus diræ imprecationis ſenſus. Videtur autem imitari Homerum in Odyſſeæ 9.vbi Polyphemus ſic dira imprecatur Vlyſſi

Audi Neptune terram continens,nigra cæſarie,
Si tuus ſum, pater autem meus gloriaris eſſe,
Da vt non Vlyßes vrbium euerſor in patriam veniat,
Filius laërtæ in Ithaca domum habens.
At ſi illi fatale eſt amicóſque videre,& peruenire
Domum ad bene ædificatam,& ſuam in patriam terram,
Serò malè veniat,poſtquam perdiderit omnes ſocios:
Naue in aliena,inueniat detrimentum domi.

Hæc Homerus: quæ bellè ſanè aptat Virgilius Aeneæ ſuo & Iulo,ad bella ſpectans quę exantlanda erant ijs in Italia: vbi non inrarim aliquid eis minùs fœliciter perinde atque Vlyſſi,contigiſſe.& huc clam Virgilium alluſiſſe: neque enim deſunt Hiſtorici qui malè quædam illis ceſſiſſe ſcribunt. Nec tamen interim deſunt Tragici in quos intueri potuit Virgilius dum Didonem induceret diras more Tragico imprecantem Aeneæ : ſed cum fontem indicarim,riuolos non conſectabor. Iam verò eò progreditur Dido vt ſuis hæredibus ac Tyrijs vniuerſis odium hæreditarium teſtamẽto relinquat quo Troianos ac poſteros perpetuò inſeſtentur: atque ita etiam inſectentur,vt ferro,igne, perfidia nunquam illis non ſint infenſi:quam imprecationem ſanguine ſe firmaturam dicit, vt ne reuocari poſſit,ſed teſtamenti vim obtineat ac locum.

Partic.83.

Tum vos o Tyrij ſtirpem & genus omne fururum
Exercete odijs: cinerique hæc mittite noſtro
Munera: nullus amor populis,nec fœdera ſunto. 974
Exoriare aliquis noſtris ex oſſibus vltor,
Qui face Dardanio ferróque ſequare colonos.
Nunc,olim,quocunque dabunt ſe tempore vires,
Littora littoribus contraria,fluctibus vndas
Imprecor,arma armis: pugnent ipſíque Nepotes.

Eliſę ſeu Didonis teſtamentū: NVM furenti aut Amanti liceret teſtamentū condere: NVM Poeta illud excipere.

Hoc Eliſæ teſtamentum:quod etſi atrox & funeſtum,paulò adhuc attentiùs agnoſcendum:quin mihi quidem ad diras illius imprecationes temperandas,atque adeò animi gratia,tantiſper in eo ludere lubet mox verò Didonis mortẽ ac funus, librúmque hunc pulcherrimum,claudere ac perorare. Principio igitur dubitare cogor num poëta noſter rectè fecerit qui ſibi Didonis teſtamentum excipiendum putauit. nam, vt omittam amantes quaſi amentes videri poſſe,amentibus verò haud fieri teſtandi poteſtatem, ſanè poëta dum haſce conderet tabulas aut exararet,non potuit non fateri Didonem furere,ac furore percitam rogum petere: at furioſos teſtamento arcendos longiùs,compertum eſt. Et ſanè optant quidem leges vt decedentes teſtandi commodo ac ſolatio potiantur quo mœrorem vtcumque leniant ſuum. ſed tamen omnino requirunt vt mentis ſint compotes. cum igitur furioſi, quippe mentis impotès, teſtamento interdicantur, profectò Dido,quippe furens,ab hiſce cõdendis tabulis arcenda fuit longiùs:ita ut Poëta temerè furentis

rentis excipiat voluntatem. quid? nónne illud etiam requiritur, vt qui condit teſtamentũ ſit liber, ac ſui iuris? ſic ſanè. at Dido Amoris eſt mancipium: mancipijs verò teſtamẽtum facere haud licet: præſertim verò quia ſi quid fortè poſſidere videantur, id reuera domini ſit: & ideo fortaſſe Iuno iubebat vt Venus & Amor, Didonis quam ſibi mancipaſſent & in durum illam ſeruitutem redegiſſent, ſpolia etiam referrent

Egregiam verò laudem & ſpolia ampla refertis
Túque puérque tuus ———

975 Et tamen ſi Amoris mancipia teſtamento prohibeantur. iuuenes quippe qui paſſim amant, teſtandi poteſtate priuarentur, quod inſolens & inauditum videri poſſit & ſanè non Amoris mancipia ſed Martis & Bellonæ, quæque manu capiuntur, mancipia, huius ſunt expertia facultatis. Idem dixerim de furore: nam Amor eſt quidem amentia quædam, vt ſcribit Plato, ſed lenis: eſt furor, & placidus. Itaque non hæc amentia, non hic furor, a teſtãdo repellitur, ſed qui præter naturam atque altiùs humanas inuadit mentes: quæque conſilium planè adimunt perturbationes, eæ cum teſtamento pugnant: amor nullo modo: alioquin ira etiam quæ eſt breuis quidem furor, ac non minùs quàm Amor perturbat mẽtem, teſtandi libertatẽ adimeret; idem de odio, idem de inimicitia & graui quacumque affectione & perturbatione dicendum eſſet: quod tamen vix concedat quiſpiam.

NVM eius quæ ſe deinde interfecerit irritum ſit Teſtamentum.

Liceat igitur amanti Didoni teſtamentum condere: liceat illud Virgilio excipere: exarare, ac publicis literis conſignare. Niſi tamen inde noua excitetur controuerſia quòd teſtamentum quantumuis ritè a Didone conficiatur, non poſſit non paulò poſt irritum euadere, cum Dido condito teſtamento, ſtatim ſibi mortem conſciſcat ac violentas inferat manus: magnopere namque verendum eſt ne eorum qui ſibi mortem inferunt, teſtamenta irrita ſint illico. quãdoquidem aduerſus interfectores diuina humánaq; iura clamãt, ita ut indigni ſint præclaris illis legum prerogatiuis quæ deceſſuris conceduntur. Quamquã vbi ſemel teſtamentum ritè conditum fuerit, fortaſſe haud irritetur ſeu reſcindatur quòd quis deinde præ vehementi perturbatione ſibi intulerit manus: is enim mulctatur legibus qui ſciens & prudens ſe ſe interfecerit: non qui præ ingenti perturbatione & per imprudẽtiam, igitur vbi ſemel Dido, quod demonſtrauimus, teſtamentum conficere potuit, non eſt quòd ob perturbationem quæ deinde ſecuta ſiue aucta ſit vehementer atque altiùs occupauerit animum, eius reſcindatur teſtamentum.

NVM odioſum Teſtamẽtum condere licuerit.

Commouerer màgis quòd Dido odium teſtamento relinquit poſteris, inimicitias perpetuas, bella. Sed Iureconſulti viderint num hinc vltima voluntas infirmetur, reſcindatúr-
976 que teſtamentum. Ego certè cum Dido Vrbem etiam ac Regnum ad Tyrios tranſmiſerit, ægrè crediderim teſtamentum infectum reddi. Præſertim verò quia apud Ethnicos cõditur, apud quos inimicitias perſequi atque hoſtem vlciſci in laude ponebatur. Itaque M. Tullius non dubitauit Lucullum eo etiam nomine commendare quòd cum paternas inimicitias vnà cum hæreditate excepiſſet, eas non ſine laude (ſic enim ille) perſecutus eſſet. Igitur teſtamentum Eliſæ manebit etiam: ac propterea rectè Virgilius qui illud excepit & carmini commendauit.

Promulgatur Eliſæ Teſtamentum, & examinatur

Age dum igitur propoſitum teſtamentum agnoſcamus: in quo primùm teſtatrix eſt Dido ſiue Eliſa: neque enim temerè Eliſæ morientis fit mentio: ſed vt proprio teſtatrix deſignetur nomine: nam reuera hoc illi fuit ab incunabulis nomen: Didonis cognomentum inuenit poſtea, quod virago viſa ſit, id enim valet Dido: Tyria genere, Carthaginis verò Regina. Locus, Carthago, & interiores Regiæ domus ædes, quæ ſub dio, Teſtes his carminibus deſcribuntur.

Sol, qui terrarum flammis opera omnia luſtras,
Túque harum interpres curarum & conſcia Iuno,
Nocturniſque Hecate triuijs vlulata per Vrbes,
Et diræ vltrices, & dij morientis Eliſæ.
Accipite hæc, meritúmque malis aduertite numen,

vbi videtur Teſtes & multos & vndique accerſere vt eius voluntas teſtatior ſit ac certior: vtque non mortalibus modò perſpecta ſit verùm etiam mortuis: denique hominibus, manibus, cœleſtibus. cur enim ſolem inprimis ac Proſerpinam teſtes adhibuiſſe, niſi vt cœleſtibus, inferíſque compertum eſſet? Tabellio ſiue Notarius, ſiue Scriba, ſiue Tabellarius, vno verbo, ne de nomine diſputemus, qui teſtamentum excipit & tabulis publicis mandat, eſt noſter Virgilius: quem, ſi cui Teſtamentarium quoque ap- *Teſtes.* *Tabellio.*

 pellare

Digitized by Google

pellare lubeat, per me ſanè liceat: quandoquidem comperio Teſtamentarium non malè audire ſemper, quaſi verò nunquam non eum ſignificet qui ſubijcit Teſtamentum, ſed eum qui teſtamentum conſcribit, atque vltimam alicuius voluntatem excipit, ſignificare aliquando. Tempus denique eſt vltimus & Annus & Menſis & Dies Didonis regni. 977

Vltima voluntas. Vt verò intelligamus ea quæ exarat, ad vltimam voluntatem ac teſtamentum pertinere, Dido ipſa illud præfatur

—— Hanc vocem extremam cum ſanguine fundo.

ſi enim vox extrema & ſolemni ritu declarata, voluntas vltima atque adeò teſtamentum condatur neceſſe eſt: quod eò maiorem vim authoritatémque habeat oportet, quòd ſanguine obſignatur & morte confirmatur: vt enim inter res publicas lex, diuturnitate, ita inter priuatas teſtamentum morte, robor accipit ac firmitatem. Neque verò ſic Tyrijs hæreditatem tranſmittit Dido vt non ea memoret quæ ſiue ad corpus ſiue ad animam pertinent. Etſi enim verbis illis

Hereditas quibus trãſmittitur & quæ.

Tum vos o Tyrij ſtirpem & genus omne futurum
Exercete odus cinerique hæc mittite noſtro
Munera: nullus amor populis, nec fœdera ſunto.
Exoriare aliquis noſtris ex oſſibus vltor,
Qui face Dardanios ferróque ſequare colonos.
Nunc, olim quocunque dabunt ſe tempore vires,
Littora littoribus contraria fluctibus vndas
Imprecor, arma armis, pugnent ipſique nepotes.

Dido barbarum & crudelem in modum viſa eſt huius conſuetudinis habere rationem, habuit tamen. Igitur corpus rogo & flammis committit vt ſoluatur in cineres. quãquam eo nomine, ſi quis rectè æſtimet, eáque lege vt Aeneades odijs exerceantur, trucidentur, mactentur, eiúſque cineri ac ſepulturæ mittantur.

Corpus cõmittit flãmis.

—— Genus omne futurum
Exercete odijs, cinerique hæc mittite noſtro
Munera ——.

vbi ſanè quod Tragici memorant ſæpè, litatum ſcilicet humano cineri humanum ſanguinem, atque Homerus in primis canit de Achille qui Patrocli cineri ac ſepulchro Troianos mactauit multos, Virgilius etiam viſus eſt ſpectaſſe dum Aeneas de mortuo Pallanti Turnum deuoueret, id in præſens erga ſuos cineres exerceri cupit Dido animam verò poſt paulò dulciſſimis committit Aeneæ exuuijs. 978

Animam Aeneæ exuuijs: & quid in præſens ſignificet Anima

Dulces exuuiæ dum fata Deúſque ſinebant,
Accipite hanc animam——

ſed de hac re tota ſuo loco. Nunc paulò diſtinctiùs explicemus diram imprecationem; ſiquidem euentum ſortita eſt, quo tamen in loco animam crediderim non pro mente & intelligentia aut Principe hominis parte, ſed pro ſpiritu quem ducimus & anima quam ſpiramus, quæque a vento (ἄνεμος enim eſt Græcis) nomen inuenit, vſurpari: quaſi verò hanc cupiat, dum cum ſanguine & calore funditur & extinguitur cum ſanguine excipi ab dulciſſimis exuuijs illis: vt quæ ſanguinem imbiberent exuuiæ exciperéntque, eædem animam quoque exciperent. Itaque Mens adhuc ſupererit atque animus; vt enim M. Tullius animum, hoc eſt mentem & intelligentiam diſtinguit ab anima, quam propterea ſpirabilem animum appellauit aliquando vt ſpiritum ac ventum a mente diſtingueret, ſic Virgilius imaginem, vmbram, manéſue animæ oppoſuit vt mentem deſignaret. Principẽ enim animæ ſeu hominis partem modò imaginis, modò vmbræ, modò Manium deſignat nomine. Itaque

Qui ſupereſt animus Manibus ſeu Dis inferis commendatur.

Me patris Anchiſæ, quoties humentibus vmbris
Nox operit terras, quoties aſtra ignea ſurgunt,
Admonet in ſomnis, & turbida terret imago,

inquit Aeneas. igitur poſtremo loco animum Dido Dis committit inferis, & ideo ait

Et nunc magna mei ſub terras ibit imago.

quod autem imaginis nomine deſignat, vmbræ quoque nomine intelligit ſæpè; quare dum canit

Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras,

Pallen-

Digitized by Google

Pallentes vmbras Erebi noctémque profundam,

979 imagines illas intelligit quas ſub terras ire arbitratur. & hæ ſunt quibus præficitur Mercurius vmbræ. nam huc ſpectat Virgilius dum canit,

Tum virgam capit: hac animas ille euocat Orco
Pallentes, alias ſub triſtia tartara mittit

& has imagines atque vmbras interdum manes appellat: vnde illud

—— *Manéſque Acheronte remiſſos:*

quos ſanè manes cineribus interdum inſidere ſuſpicabantur ac ſepulchra peragrare. & ideo cecinit

Nec patris Anchiſæ cineres manéſue reuelli.

Ita quidem tripartito ſe ſe committit Dido. Etſi corporis ac cineris rationem habet maximam vt ſcilicet Tyrijs Aneæ ſtirpem ac poſteritatem omnem perpetuis odijs exercētes eius iniuriam vlciſcantur, ac ferro, flammis, perfidia ipſa inſectantes, enecarent, trucidarēt ſuóque cineri in ſummi muneris locū tranſmitterent. Qua in re ſic votis reſpondit euentus vt Dido non minùs vaticinium ceciniſſe, quàm teſtamentum confeciſſe videatur. ſiquidem poſt longas ſuſpiciones vnde animis inſenſi fuerunt diu, Carthaginiēſes implacabilibus odijs deſcenderunt ad bella, in quibus tot tantáſque Romanorum ſtrages edidere tum apud Ticinum flumen ac Trebiam, tum ad Traſimenum lacum, & Cannas Apuliæ vicum tum alijs in locis multis vt quæ ſuo cineri munera petit Dido ad nauſeam acceperit, quid plura? Annibal qui Romanum ſanguinem auidiſſimè ſitiret, propter ingentes ſtrages, Parce ferro, ſuo militi inclamare coactus eſt: itaque ſemel, vt cætera taceam, modij duo annulorum Carthaginem miſſi ſunt munera, equeſtri ordine pœnè extincto.

Non minus vaticinium ceciniſſe viſa eſt, quàm teſtamētū condidiſſe.

980 Dum verò mandat vt nullus ſit amor populis, nullū fœdus, id etiam ad votum ſucceſſit: quandoquidem vt bello a perfidia dedere initium (cum enim primo bello Corneliū Aſenam conſulem per ſpeciem conſtituendæ pacis euocaſſent, hunc oppreſſere) ſic procedente tempore perfidiam quaſi pro fide coluerunt. denique perfidi ac fidifragi vt cum aliquibus loquar, haberi & appellari maluerunt cum dedecore & detrimento, quàm fidē cum dignitate & vtilitate tueri. Denique dum optat iubétque vt ex ſuis oſſibus, hoc eſt ex ſanguine & genere, ac ſummatim ex Tyrijs, aliquis oriatur qui inter tot odia ac perfidias, ſuas vlciſcatur iniurias, propteréaque igne & ferro inſectetur Dardanios, nec vllum eos inſectandi tempus occaſionémque prætermittat, nemo non videt Annibalem deſignari. ſatis enim conſtat hūc priùs in Romanos odium & hoſtilitatem iuraſſe quā per ætatē exercere illam poſſet: ac veriùs natum Romanorum hoſtem quàm factum. Itaque dum hoc in loco Virgilianam Didonem audio, ſatis intelligo iure ſcripſiſſe Hiſtoricos Annibalem fuiſſe luctuoſam Romanorum tempeſtatem, funeſtum gladium, fulmen, furiam, facem, & ſummatim, vbi Annibal eſſet, ibi Romanorum pacem inueniri non potuiſſe. Atque hanc planè facem, hunc fidifragum hominem, quaſi Vates imprecatur ac præſtolatur Dido. Denique nunquam Liuium audio de Annibale ſcribentem, *Has viri virtutes ingētia vitia æquabant: inhumana crudelitas, perfidia plus quàm Punica: nihil veri, nihil ſancti, nullus Deûm metus, nullum iuſiurandum, nulla religio:* quin is mihi in mentem veniat quem Dido ex Punica gente exoriri cupit qui iuſiurandum fidémque ac fœdera contemnat, ac face & ferro Dardanios inſectetur, perpetuò. Atque huc etiam pertinet quod ſimul mandat vt littora ipſa Libyæ ſint Troianorum littoribus quocūque tempore contraria, fluctus fluctibus, arma armis, nepotes nepotibus. Quod vſque adeo comprobauit euentus vt a nullis hoſtibus maiore vel odio vel crudelitate & hoſtilitate pugnatum ſit.

De Chartaginenſium *perfidia.*

De *Annibalis perfidia ſigillatim.*

981 Sed iā rogum conſcendit Dido: iam inter Aneæ veſtes exuuiáſque procūbit, vbi cum ea protuliſſet verba

Dulces exuuiæ dum fata Deúſque ſinebant
Accipite hanc animam, méque his exoluite curis,

diſtricto Aneæ enſe ſibi mortem intulit paucis interpoſitis, quā collapſam ſuſcepit Anna ſoror. cúmque ægrè efflaret animam, quòd, vt ait poëta,

—— *Nec fato, merita nec morte peribat:*
Sed miſera ante diem, ſubitóque accenſa furore,

Iuno Iridem miſit e Cœlo quæ fatalem abſcidit crinem, vnde penitus extincta eſt. Hæc de Reginæ Didonis teſtamento & morte.

Hæc

Partic. 84. Hæc ait,& partes animum verſabat in omnes,
Inuiſam quærens quamprimùm abrumpere lucem.
Tum breuiter Barcen nutricem affata Sichæi:
(Namque ſuam patria antiqua cinis ater habebat.)
Annam cara mihi nutrix huc ſiſte ſororem:
Dic,corpus properat fluuiali ſpargere lympha,
Et pecudes ſecum,& monſtrata piacula ducat:
Sic veniat.túque ipſa pia tege tempora vitta.
Sacra Ioui Stygio, quæ ritè incœpta paraui,
Perficere eſt animus,finémque imponere curis,
Dardaniíque rogum capitis permittere flammæ.

Iam ad ſuſceptum moriendi conſilium conuertit ſe tota,& ideo 982
—— partes animum verſabat in omnes,
Inuiſam quærens quamprimùm abrumpere lucem.
& quoniam interim Sichæi aderat nutrix,eam, ne impedimento ſit, ad Annam accerſendam callidè mittit,nec prætextus deeſt, ſcilicet vt quæ inſtituerat ſacra, ne dicam magica abſoluat,& ideo concludit
Sacra Ioui ſtygio quæ ritè incœpta paraui,
Perficere eſt animus,finémque imponere curis.
Ita quidem Plutoni(huncenim ſtygij Iouis intelligit nomine, quem enim nigrum Iouẽ dixerunt alij ipſa,vt iuuet, Iouem appellat) ſacra quaſi peractura,vel ad finem perductura ablegat Barcen Dido. Poëta verò ſic ſtatim pergit de vtrâque.

Partic. 85. Sic ait.illa gradum ſtudio celerabat anili.
At trepida & cœptis immanibus effera Dido,
Sanguineam voluens aciem,maculíſque trementes
Interfuſa genas,& pallida morte futura,
Interiora domus irrumpit limina, & altos
Conſcendit furibunda rogos: enſémque recludit
Dardanium,non hos quæſitum munus in vſus.

Dum longæua nutrix qua poteſt celeritate ad Annam contendit nam ideo canitur
—— illa gradum ſtudio celerabat anili.) Dido, ne rei benè gerendæ, vel potiùs malè gerendæ, occaſionem amitteret,furorem vndique ſpirans, ac mortem, interiores ædes irrumpit,conſcendit altos rogos, enſémque recludit. quamquam dum interim Aeneæ exuuias notúmque cubile aſpicit,quibus incubit,non poteſt non mœſtiſſimas illas ſed æquè ſuauiſſimas voces profundere,quas legimus multos non ſine lachrymis lectitaſſe
Dulces exuuiæ dum fata, Deúſque ſinebant,
Accipite hanc animam,méque his exoluite curis.
Sed de his ſuauiſſimis carminibus paulò poſt. Nunc Didonem quam ſpirantem diximus furorem ac mortem,inſpiciamus, atque adeo examinemus quicquid de hac re tota profert Virgilius. Ac primò quî trepida & cœptis immanibus effera ſimul deſcribitur? Sed trepida obijcitur quòd non poſſit mortem natura duce non trepidare, homo enim erat: effera tamen dicitur ob virilem deſperatúmque animum qui audacem reddit hominem & efferatum,itaut non modò fortia ſed immania aggredi audeat cœpta. Et huc pertinet. quòd hinc ſanguineam aciem præſefert quod efferati animi eſt indicium: illinc pallorem 983
refert ac trementes genas,quæ & pallore & ſanguine mixtæ apparerent: etſi acies ſanguinea in oculis maximè emicabat, pallor in genis. Dicitur verò irrumpere interiora limina, vt effera exprimatur:& eodem ſpectat quòd furibunda conſcendit rogos,enſémque recludit. Eleganter verò illud de enſe interponit Vates—— *non hos quæſitum munus in vſus*, quaſi

verò

Digitized by Google

verò ſi non ad tutelam,ad ornamentum certè, & ad beneuolentiam declarandam tributus eſſet,non ad perniciem.Quamquam quæſitum ait; quaſi verò non modò dono acceptus eſſet,quemadmodum Aiaci contigerat qui quem ab Hectore dono accepit enſem, hoc ſe transfixit,verùm etiam in doni,ab eo quem deperiret,locum optatus,quæſitus, acceptus eſſet: quis igitur non miretur ad perniciem & ad mortem conuerti, præſertim a fœmina.Atque huc facilè ſpectauit Seneca,apud quem Deianira, cum ad ſe interficiendam telum optaret,exclamat

Vtinam eſſet,vtinam fixus in thalamis meis
Herculeus enſis——

quaſi tacitè optaret ſe Herculis a quo derelicta fuerat,enſe interimere, quemadmodum Aeneæ Dido.

Part.86 Hìc poſtquam Iliacas veſtes, notúmque cubile,
Conſpexit: paulum lachrymis, & mente morata,
Incubuítque thoro,dixítque nouiſſima verba.
Dulces exuuię, dum fata Deúſque ſinebant,
Accipite hanc animam,méque his exoluite curis.

Non poteſt non commoueri Dido cum Aeneæ veſtes notúmque cubile rogo, in quem conſcendit,cernit impoſita: quidni enim tam expreſſis amoris indicibus & monumentis non percellatur fœminæ amantis animus?]tantiſper igitur moratur; ita vt quantumuis furore quodam agitetur, ſe tamen hominem eſſe indicet. Sic ſanè quà corpore conſtat, lacrimas nequit cohibere,quà animo,cogitatione ſuſpenditur. Sed furor moram rumpit
984 omnem. Itaque incumbit thoro prout deſtinauerat atque extrema pronunciat verba:quę ſanè B. Auguſtinus fatetur ſe non ſine lachrymis legere potuiſſe,ac fortaſſe Aeneide tota nullum inuenias locum aut carmen vnde magis ad lacrymas prouoceris; ídque tum quia nouiſſima morientis verba magnopere afficiunt,tum quia quæ iucunditatem afferre ſolent exuuiæ(ideo enim eas appellat dulces)referúntque beneuolentiæ pignus, imminentis acerbitatis ac mortis commiſerationem augent. Ex quo fit vt quot ferè verba pronunciauit Virgilius,poſtquam Barcen dimiſit Dido,tot & horroris & commiſerationis, prout Tragica res poſtulat,ſubiecerit incitamenta. nunc tamen commiſerationis nouas ſubiicit faces. dum enim ait Dido

Dulces exuuiæ——
Accipite hanc animam,méque his exoluite curis,

Nemo non ſentit huiuſmodi verba ad ſuauiſſimas lachrymas extorquendas ficta eſſe & comparata.

Part.87 Vixi:&, quem dederat curſum fortuna, peregi:
Et nunc magna mei ſub terras ibit imago.
Vrbem præclaram ſtatui: mea mœnia vidi:
Vlta virum pœnas inimico a fratre recepi.

Non obliuiſcitur Dido Regiæ dignitatis: quapropter pauciſſimis commemorat quæ non ſine laude peregiſſet;fore confidens vt magna ſui ad manes eat imago, quod eſt non ſine celebritate. Neque enim eo planè conſilio *Vixi*,inquit Dido,vt ſe nunc mortuam nobis obtrudat. Etſi enim malis ominis vitandi gratia *Vixi* de ijs diceretur qui obijſſent (nã ideò M.Tullius, vixere inquit de iis quos heſterna die necari iuſſerat; quin Virgilius ipſe *fuimus Troes, fuit Ilium* de iis pronũciat qui Ilium ac Troianum Regnum peremptum vidiſſent) verumtamen Dido ad nominis celebritatẽ refert *vixi*; quaſi diceret floruimus: & ideo mox addit —— *& quem dederat curſum fortuna peregi*; quaſi dicat non inutiliter vixi
985 & ſine gloria,ſed quantum Fortuna tulit aduerſa,curſum glorioſè peregi: ſic Cæſar apud M.Tullium, ſatis diu ætati vixi & gloriæ. qua fermè ſententia Cicero etiam vſus eſt cum de ſe ipſo loqueretur in quadam epiſtola. & hac de cauſa addit. *En nunc magna mei ſub terras ibit imago*: quibus verbis quicquid ſuperſtitioſè fortaſſe de imagine concipiat, fore ſignificat vt in poſterum maior ſub terras etiam & apud inferos non ſecus atque apud viuos eius vigeat fama:quemcumque enim curſum fortuna dederat(vt loquitur M.Tullius)

Digitized by Google

lius) ac virtutis exercendæ locum, hunc impleuerat ſtrenuè. Nam quæ commentatur hîc Seruius de triplici vita quæ a fatis alia, alia a Deo, alia a fortuna, concedatur, non placent: ſiquidem vitam fatis qui acceptam refert, Deo acceptam refert: de fortuna aliò ſpectans mẽtionem facit Dido. Sed de hac re opportuniùs paulò poſt. Interim ſint iſthæc Dido: verũ quid maximè peregiſti?

Vrbem præclaram ſtatui: mea mœnia vidi,
Vlta virum pœnas inimico a fratre recepi:

vbi geminam vtrinque indicat rem benè geſtam; vrbem nobilem & inchoatam & ad exitum perductam & ideo canit apud Ouidium

Vrbem conſtitui, latéque patentia fixi
Mœnia finitimis inuidioſa locis.)

& (quod antea peregerat in Syria) aurum a fratre vindicatum & pęnas extincti viri ſumptas. Atque hæc felicitati ſibi ducit, quam tamen mox fatetur Troianorum fœdatam aduentu, & ideo ſtatim exclamat.

Partic.88.

Felix, heu nimium fęlix, ſi littora tantùm
Nunquam Dardaniæ tetigiſſent noſtra carinæ
Dixit, & os impreſſa thoro, Moriemur inultæ?
Sed moriamur, ait: ſic ſic iuuat ire ſub umbras:
Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto
Dardanus, & noſtræ ſecum ferat omina mortis.

Prædicat anteactam felicitatem, ita ut hinc quoque ſatis intelligatur ad commendationem nominis dixiſſe *Vixi*. Sed tamen fœdatam indicat ſtatim ſuam felicitatem ob Aneæ aduentum, ac propterea cum exaggeratè ſatis eam prædicaſſet, ſimúlque commemoraſſet quæ ſtrenuè prudentérque geſſerat, clam indicat vnde gloria fœdata ſit ac fœlicitas anteacta, Aneæ ſiquidem deſcribit vel potiùs adumbrat aduentum, quo ſuam tacitè indicat infamiam, & infœlicitatem, nam dum optat vt ne Dardaniæ carinæ attigiſſent ſua littora, tacitè amiſſam deplorat pudicitiam ac mortem quæ miſeræ imminebat. Videtur autem imitatus Catullum, apud quem Ariadna cum eſſet a Theſeo derelicta 986

Iuppiter omnipotens, vtinam non tempore primo
Gnoſia Cecropiæ tetigiſſent littora puppes,

cecinerat non inuenuſtè. Etſi facilè in eum Ennii locum ſpectare potuit in quo Medea item a Iaſone derelicta deploratur.

Vtinam ne in nemore Peliaco ſecuribus
Cæſa cecidiſſet abiegnam ad terram trabes
Neue inde nauis inchoandæ exordium
Cœpiſſet —— ——

Quid plura? Euripidem item imitari potuit dum Medeam item a Iaſone derelictam ſic deplorat famula

Vtinam Pilas littus Argo ad Colchicum
Non tranſuolaſſet Cyaneas ſymplegadas
Nec ſtrata ſaltu pinus olim Pelio
Cecidiſſet: acta nec virorum fortium
Dextris, tuliſſet arietis ſpolium aurei
Pelia imperante, non hera excelſam mea
Medea Iolchem appuliſſet, Iaſonis
Amore ſæuo pectus ægrum ſaucia.

Crediderim verò Virgilium, cum Didonem induceret quæ ſe feliciſſimam reputaret vbi Aeneas nõ appuliſſet Carthaginem, longiùs prouectum animo, ita ut Dido quemadmodum viſa eſt paulò ante, vaticinari acerbiſſimas Carthaginenſium inimicitias erga Romanos, ac bella cladéſque ingentes quibus ij affecti ſunt, ita nunc è contrario ſpectet ac vaticinetur quod ſecuturum eſſet tandem Carthaginis excidium; atque hoc maximè nomine ſe infœlicem reputare; id enim gratius futurum erat Romanis, præſertim poſt exantlata pericula. Atque hîc ſanè non poſſum (quicquid Author ad Herennium ſcriptum 987

reli-

Digitized by Google

reliquerit)non probare Ennij artificium dum eamdem ſententiam a trabibus orditur in Peliaco cæſis nemore. Etenim ſi Orator quem ibi inſtituebat rem tam longiùs repetiiſſet, fortaſſe minùs aptè: (quamquam de hoc paulò poſt) debet enim ad vulgi aures ratiocinari:vulgus verò,vtinam(dixiſſet)nunquam huc perueniſſet Iaſon:id quod quilibet de populo pronunciaſſet.Sed cum Poëta loquatur,apud quem peregrinæ quoque vię teruntur eleganter,videntur mihi venuſtatem quandam referre verba iſta.

Vtinam ne in nemore Peliaco ſecuribus
Cæſa cecidiſſet abiegna ad terram trabes.

Imò verò crediderim ab Oratore quoque, dummodo in ijs quæ planè remota ſunt, non commoretur diu,tale quippiam proferri poſſe non temerè; quid enim ſi ad mortalium, qui ſe ſe tam facilè committunt pelago,audaciam tunc inculandam cum quis naufragio perierit aut a piratis in ſeruitutem ductus ſit, exclamaret, Vtinam nunquam trabes ſecuri cecidiſſet in nemore, nec carina extitiſſet vnquàm cui ſe committerent mortales? profectò id ab Oratore quoque non indecorè proficiſcatur vbi captiui aut demerſi deplo-
988 retur calamitas ciuis. Fateor tamen poſſe commodè a medijs aut proximis exclamationem duci. Sic apud Tragicum decipientis Oratoris damnatur artificium.

Vtinam in pretio nunquam diſerti fuiſſent viri,

quod tamen inde damnari poterat,

Vtinam nunquam ſermo conceſſus eſſet viro.

ita quidem a medijs & eleganter incœpit Virgilius dum caneret Dido

Felix, heu nimiùm felix ſi littora tantùm
Nunquam Dardaniæ tetigiſſent noſtra carinæ:

neque enim eminus omnino & a trabibus,neque cominus & ab hoſpitio aut conuiuijs colloquiiſue,ducit exclamationem. Deniq; dummodo acutè ac ſcitè quid proferas, haud magnopere intereſt ſiue eminus ſiue cominus ordiaris exclamationem. Iam verò thoro os imprimit Dido, ne eiulatus erumpat ac doloris ſignificatio: ſic enim fortes viri quos imitatur Regina:ſic etiam apud Ouidium Lucretia,

Vtque thorum preſſit, ferrum Lucretia mecum eſt.

quin apud Virgilium ipſum inuenias fortes viros bello occumbentes terram momordiſſe qua os obſtruerent ne gemitus emitterent vllos. Itaque crediderim hoc ipſo temporis articulo ſe ſe Didonem trãſuerberaſſe,ac ne doloris vox erumperet, os thoro impreſſiſſe. vbi mireris cur Poëta de inflicto vulnere ne verbum quidem:nam cauẽdum fortaſſe Tragico ne quis in Theatro atque ante oculos ſpectatorum ſe ſe transfuerberet (quamquam neque id cauent omnes,neque omnes prohibent:de qua re vide quæ ſcripſimus in Poëticam Ariſtotelis)& interimat,ſed dum tale quid narratur, diligenter narrandum, & locus & tempus quo ſe quis interfecerit declarandum. Sed de hoc paulò poſt vbi canit

——atque illam media inter talia ferro
Collapſam adſpiciunt comites ——

interim illud obſerues nutaſſe adhuc Didonem,quæ adiecit,

989 *—— Moriemur inultæ?*

ſed non tam mortem indolet quàm quòd interim moriatur inulta, vbi continuò etiam hæſitantiam animo pellit omnem pergens,

ſed moriamur ait: ——

quo in loco ne non deſperationis quoque exprimat ſenſum & affectũ,audacter pergit,

——Sic ſic iuuat ire ſub vmbras:

quaſi diceret etiam inultam mori iuuat & ad vmbras concedere. Quin vt deſperationis affectum & mortis contemptum magis adhuc ac magis oſtendat, ne ſiquidem Aeneas ex alto ſpectet incendium & mortis omen inde hauriat,ſibi ſuperſedendum putat:& ideo audacter(vt in deſperatione fit) pergit

Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto
Dardanus & noſtræ ſecum ferat omina mortis:

cui egregiè reſpondent quæ continenter ad Quinti initium canit Poëta de Aenea

——fluctúſque atros Aquilone ſecabat,
Mœnia reſpiciens quæ iam infelicis Eliſæ
Collucent flammis. quæ tantum accenderit ignem
Cauſa latet:duri magno ſed amore dolores

Polluto

Digitized by Google

Polluto, notúmque furens quid fœmina poſſit
Triſte per augurium Teucrorum pectora ducunt.

At enim idipſum ſubuereri potuiſſet Aeneas aut mirari, quantumuis Dido ſe nequaquã
interfeciſſet: quid enim prohibet quò minùs ex alto accenſam pyram intueretur, nec ta-
men Didonis mortem perciperet? Rectè: & hac de cauſa ait *ferat omina mortis*, quia ſcili-
cet ignis indicium offerebat mortis (cadauera enim igne cremare conſueuerant) ac pro-
inde omen, certi nihil, attuliſſet: & idcirco augurium tantùm inde hauſit ac ſuſpicionem 990
Aeneas.

Partic. 89. Dixerat: atque illam medio inter talia ferro
Collapſam aſpiciunt comites, enſémque cruore
Spumantem, ſparſáſque manus it clamor ad alta
Atria: concuſſam bacchatur fama per Vrbem.
Lamentis gemitúque & fœmineo vlulatu
Tecta fremunt, reſonat magnis plangoribus æther:
Non aliter, quàm ſi immiſſis ruat hoſtibus omnis
Carthago, aut antiqua Tyros: flammǽque furentes
Culmina pérque hominum voluantur, pérque Deorum.

Incertum videri adhuc poſſit quandonam ſe ſe tranſuerberauerit Dido, cum poſtquã os
impreſſit thoro, ſi non eiulatum ac doloris verba, expreſſit, locuta ſit tamen. Sed cũ nunc
iam collabatur, ſatis intelligitur ante verba illa ferrum in ſe conuertiſſe, paucula illa verba
expreſſiſſe, tum collapſam eſſe; etſi non inficior potuiſſe Virgilium rem planiorem effice-
re. quamquam cum eſſet in more poſitum vt viri fortes os ſibi obſtruerent morituri, id-
que argumentum eſſet inflicti vulneris, apud cordatos viros quibus maximè canit Virgi-
lius, & apud Romanos quibus propoſitus mos compertus erat, dubitatio oriatur nulla.
Paulò difficiliùs videri poſſit intellectu quando aut a qua ſuccenſa fuerit pyra. Nam ſuccẽ-
ſam fuiſſe non modò ex Quinto conſtat vbi canitur de Aenea Mœnia reſpiciens quæ iam
infelicis Eliſæ

Collucent flammis quæ tantum accenderet ignem
Cauſa latet ——

verùm etiam ex Quarto dum ait Dido

—— *ſic ſic iuuat ire ſub vmbras;*

nam ſtatim ſubdit *Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto Dardanus*. Et tamen quî exci-
tatus fuerit hic ignis percipi nequit: nam conſtat quidem pyram tecto interiori ſub
auras erectam ab Anna; nam cum id ei præcepiſſet Dido, pergitur de Anna ergo iuſſa pa-
rat: ſed nuſquam interim legitur pyræ ſuppoſitos ignes: quin, quod rem efficit difficilio-
rem, de Anna canitur, 991

—— *ſic fata gradus euaſerat altos:*
Semianimémque ſinu germanam amplexa fouebat
Cum gemitu;

quod tamen canitur poſtquam Dido ſe in rogum coniecit ſéque diuerberans dixit

Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto
Dardanus ——

quî igitur cum iam accenſa eſſet pyra in quam ſe coniecisſet Dido, potuit Dido illam com
plecti ſemianimem, fouere, extremóſque halitus lambere? ſanè nihil eſt quòd eò confu-
giamus vt dicamus Didonem ſtatim atque Anna parauit iuſſa *incendiſſe locum*: nam omnes
legunt *Intenditque locum ſertis & fronde coronat*: vt omittam adhuc dubitari poſſe quî An-
na conſcenderit ſuccenſam pyram ibíque fouerit ſororem, vel igitur dicendum eſt Dido-
nem imæ pyræ lentum ſubmiſiſſe ignem qui, niſi multò poſt, ſummam pyram non atti-
gerit in quam ſe coniecit (nam illud *tædis atque ilice ſecta Intendit locum* indicat fomi-
tem quoque igni miniſtratum, etſi exiguum prout ilice excudentibus ignem contingit)
atque ita ignis ſummas pyræ ſedes ſeriùs attigiſſet quàm Anna ibi procubuiſſet: ita qui-
dem nauiganti Aeneæ auctus ignis ſeſe in conſpectum dediſſet: vel dicendum ignes pyræ
fuiſſe

Digitized by Google

fuiſſe ſubiectos,poſtquam Dido penitus extincta eſſet;ita ut Anna illam abluerit,cruorem
ſiccauerit,ac tandem,cum penitus expiraſſet,ignes ſubiecerit vt cremaretur. Nam fortè,
hoc ordine cremabantur corpora;ita ſcilicet vt priùs abluerētur,aliquid etiam temporis,
vt fit,interponeretur,denique pyra ſuccenderetur.Sed profectò cum cecinisset Dido iam
antea , *Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto Dardanus* , indicare videtur iam antea
iniectæ pyræ ignem:niſi commodè interpreteris Hunc qui breui ſe ſe attollet, hauriat
ignem. Certè illud *Dardanijque rogum capitis permittere flammæ.* *Eſt animus* ——
non obſcurè indicat rogo fuiſſe quidem inijciendos ignes, iniectos adhuc nullo mo-
992 do: itaut Virgilius receptum in morem intuens , grauis Poëtæ inſtar ſuperſederit eo-
rum narratione quæ lectori induſtrio & nauo aut etiam erudito propria obſeruanda
eſſent induſtria. Difficillimum tamen illud eſt quî ſecum ipſe planè conſentiat, dum
hinc Barcen videtur obligare Dido atque ad Annam tranſmittere vt ne impedimento eſ-
ſet iam iam ſe transfixuræ, & tamen ſtatim ac ſe diuerberat ac collabitur, adſunt comites
quæ ſpectant id totum; itaque canitur , *Dixerat , atque illam medio inter talia ferro Col-
lapſam aſpiciunt comites* . Sed fortaſſe Barcen ablegauit ad Annam non tam vt remotis
arbitris ſe ſe transfigeret (neque enim Reginæ id conſuetum vt non aſtent comites ali-
quæ) ſed vt Anna properaret ſpargere lympha corpus : etſi quale corpus propriúmne an
victimæ non explicat ; ſed agnoſcendum relinquit vbi aduenerit. Fortaſſe etiam Dido
cum Barce dimiſſa interiora domus irrupiſſet & altos rogos cōſcendiſſet, ſubſecutæ ſunt
comites ſenſim, & collabenti illi aſtitere, non verò opportunè diuerberanti affuere,quòd
Dido furibunda irruperit interiora,rogos conſcenderit,enſem recluſerit; illæ nihil tale ſu-
ſpicantes, lento gradu eam ſint conſectatæ. Iam igitur fama ſpargitur Vrbe tota , quam
tamen exaggerat Poëta ac Tragico more exaggerat: itaut quantumuis Didonem ſe ſe in-
terficientem aut comites lamentis ac gemitibus aulam omnem implentes , non cernas
oculis, cernas tamen animo. Et huc pertinet quòd poëta,vt poſt multa rem veluti in con
ſpectum adducat,ſubijcit,

Non aliter quàm ſi immiſſis ruat hoſtibus omnis
Carthago,aut antiqua Tyros,flammaéque furentes
Culmina pérque hominum voluantur, pérque Deorum.

Vbi non alieno ſanè loco quod ſecutum eſt Carthaginis incendium, tacitè vaticinatur,
& quas Dido a Carthaginienſibus inferendas Romanis clades vaticinata fuerat, compen-
ſat abundè ſatis. Quamquam ad rem magis adhuc magíſque declarandam exaggeran-
993 dámque, addit *aut antiqua Tyros* ; quibus verbis a Carthagine, rem augens, ad antiquio-
rem patriam contendit, in qua orti eſſent & educati ; quid enim funeſtius quàm Patriam
ruentem cernere ac vorari flammis? præſertim verò quæ toto orbe terrarum claruiſſet ;
ſiquidem ab ea, vt nauigandi arte excellebant Tyrij ; Coloniæ ductæ ſunt longè ac latè.
Appellat verò illam antiquam cum ob germanam antiquitatem (vt enim Orienti pro-
xima fuit ac regioni in qua primùm creuit humanum genus, priſcis temporibus condita
eſt) vel vt ſignificet non Tyrum intelligendam in qua recens dominaretur Pygmalion,
ſed in qua priùs Dido eiúſque Maiores regnaſſent. Fuit verò Inſula antequam ab Alexan-
dro Macedone , qui eam continenti iunxit operibus, & peninſulam fecit , expugnaretur.
Atque hic inprimis Alexandri percrebuit fama in re militari , cum ſeptimeſtri obſidione
eam Vrbem ſua virtute expugnaſſet quæ nullo modo expugnari poſſe videbatur. Cuius
etiam ruina & euerſio eò aptiùs figuratur ac fingitur,quòd reuera in Tyrum magnopere
deſæuiit Alexander.

Part.90 Audijt exanimis,trepidóque, exterrita, curſu,
Vnguibus ora ſoror fœdans,& pectora pugnis,
Per medios ruit,ac MORIENTEM nomine clamat ,
Hoc illud germana fuit? me fraude petebas ?
Hoc rogus iſte mihi,hoc ignes araéque parabant ?
Quid primùm deſerta,querar?comitémne ſororem
Spreuiſti moriens? éadem me ad fata vocaſſes:
Idem ambas ferro dolor,atque éadem hora tuliſſet,

His etiam ſtruxi manibus, patrióſque vocaui
Voce Deos, ſic te vt poſita crudelis abeſſem?
Extinxi te, méque ſoror, populúmque, patrémque,
Sidonios, vrbémque tuam: date vulnera lymphis
Abluam: &, extremus ſi quis ſuper halitus errat,
Ore legam.

Dum per mediam turbam curſu properat atque adeo ruit Anna, hoc eſt Reginæ ſoror, videri poſſit decoro minùs ſeruire: multò minùs dum ora fœdat vnguibus & pectora pugnis. Sed, vt omittam non deeſſe ex Homero exempla quæ proferri poſſint; non tam heroica maieſtas ſpectanda in præſens quàm Tragicum facinus, in quod conuerſatio, luctus, pectoris quoque tunſio, comæ dilaceratio ac vultus, aptè cadere ſolet: adde impotentem eſſe fœminam, rem atrocem, itaut percellat animum: denique in re tali ac tanta non ſeruare ordinem, ordo eſt; decorum obliuiſci, decorum eſt. Itaque apud Sophoclē & Euripidem paſſim ſe ſe dilacerantem fœminarum chorum offendas: ſic Ariadna apud Catullum, ſic Briſeis apud Propertium, de qua canitur. 994

Nec non exanimem amplectens Briſeis Achillem,
Candida veſana verberat ora manu.

Quin apud Ouidium Acroides multæ ſibi manus in comas inferunt quas dilacerant. Quamquam ſtatim ex humilitate Virgiliana emergit, (ſi tamen humilitatem refert quæ tum poëmati variando ac ſtylo tum veriſimili effingendo ſeruit mirificè) ſéque attollit oratio, ſiquidem mox Anna

—— morientem nomine clamat;

vbi pietas apparet & amor erga ſororem ac iuuandi ſtudium ſi quis ſit locus: explorat enim num ſenſus, num vita ſuperſit adhuc ſed luctuoſa oratio in primis attollit ſe ſe & cū Tragica querimonia Epicum iungit ſplendorem: quapropter dum ex abrupto canit

Hoc illud germana fuit? me fraude petebas?
Hoc rogus iſte mihi? hoc ignes aráeque parabant?

decori & eloquentiæ plenum eſt initium, quo cum conſentit oratio reliqua, in qua rei ſeriem, & qua decepta ſit ratione exponit: ſed ſuauitatis illud pleniſſimum

—— eádem me ad fata vocaſſes:
Idem ambas ferro dolor, atque eádem ora tuliſſet. 995

Sic Electra in Oreſte

O ſi gladius nos idem, id ſi fas eſſet, interficeret?
O ſi ſepulcrum idem acciperet?

ſic Euripides ex Interprete. Denique non modò affectibus ſed grauitate plena eſt oratio: atque ob id maximè quòd ita ſe ſe illam extinxiſſe clamat Anna vt ſororem, populum, Sidonios, Patres (Carthaginienſem nimirum Senatum) propemodum extinxerit atque Vrbem vniuerſam euerterit. Quibus quid excogitari potuerit magnificētius non video. Niſi tamen Euryali matrem proferas cuius lamentatio pleniſſima eſt affectibus ac ſuauiſſima: ſed nimirum Virgilij eſt. Tu ſi vtramque coniunxeris atque contuleris, nihil habeas vnde non in hoc genere Virgilium Homero anteponas. Iam verò ut extremum illi perſoluat officium, appoſitè comites affatur atque ait

—— date vulnera lymphis
Abluam: & extremus ſi quis ſuper halitus errat,
Ore legam ——

vbi incredibilem declarat beneuolentiam cum vel extremum halitum excipere ac lambere cupiat, ſi quis ſuperſit. Ita quidem videtur mihi Poëta in Annæ oratione & officio admirabilem præferre induſtriam

Partic. 91. —— ſic fata, gradus euaſerat altos;
Semianimémque ſinu germanam amplexa fouebat
Cum gemitu, atque atros ſiccabat veſte cruores.

Egregiam

Egregiam ſorori nauauit operam querimonijs Anna, nunc obſequiis: etſi nec a querimonijs nec ab obſequijs ſeiunxit vnquam lachrymas ac gemitus: quos tamen inter querimonias deſignat poëta, húc exprimit dum ait

—— amplexa fouebat

996 *Cum gemitu ——*

Atque vtrobique ſanè horrori, commiſerationíque in primis ciendæ ſeruit Poëta: vt quam Tragici dramatica imitatione excellenter commouent, hanc ipſe epica imitatione partim, partim narratione, excitet: denique dum Anna ad ſororem aduolat, ac tam præclaris beneuolentiæ & pietatis officijs eam proſequitur, ita vt celeritate, intimo doloris ſenſu, lachrymis, laudatione, complexu, extremum quoque ſpiritum excipiens ac veluti lambens, cruorem tergens ac vulnera, animam quoque cum illa effundere exoptans, nullam non terat viam poëta noſter vnde hoc tempore affectus excitari & augeri poſſint. Nũ verò gradus pyræ intelligat quibus ad eius culmen, vt in funebri pompa vſu venit, aſcenderetur, ſiue Regiæ in qua ad culmen per gradus deueniretur, ſeu certè vtrumque (nam ſub dio extructa fuerat pyra ac facilè in ſuperiore ædium parte) non magnoperè laborarim: ſat ſit Annam ſic locutam eſſe cum eodem tempore conſcendiſſet pyram ac ſemianimem ſinu foueret germanam non ſine gemitu: quo tempore tergebat etiam cruorem: quibus omnibus cumulat poëta Annæ pietatem officiúmque. Sed cur Didonem diſeris nec animam exhalanti ſaltem præſto es? ea igitur ad eam ſe ſe conuertit poëta noſter.

Par.92. Illa graues oculos conata attollere, rurſus
Deficit: infixum ſtridet ſub pectore vulnus.
Ter ſe ſe tollens, cubitóque innixa, leuauit:
Ter reuoluta thoro eſt, oculíſque errantibus alto
Quæſiuit Cœlo lucem, ingemuítque reperta.

Vt qui morti proximus oculos ſéque totum attollere moliatur, naturæ eſt, quæ ſe ſe è languore illo optat eximere, & in meliorem ſtatum vindicare: quod rurſus relabatur & ſuc-
997 cumbat, morbi eſt, præſertim grauis: quare & graues appellat oculos qui relabuntur, & infixum ſub pectore vulnus, vt languoris ac morbi grauitas deſignetur, & huc pertinet quòd *ſtridet vulnus*: cum enim abundaret ſanguis, inter prorumpendum quemdam veluti ſtridorem emittebat. Iam verò vt ter quis hæc enitatur, itaut ter & lucem requirat ac ter ſe ſe attollat, eò reuocandum quòd ſæpiùs naturæ conatu id nitamur, itaut numerus pro numero accipiendus ſit, alioquin ſuperſtitioſum eſſet ternario rem numero inuoluere. Quamquam quod phyſicè ſuperſtitioſum eſſet, poëticè cadit eleganter. Sic in ſecundo

Ter conatus ibi collo dare brachia circum,
Ter fruſtra comprenſa manus effugit imago.

ſic non ineleganter illud

Ter fari nixus, ſed vox ter faucibus hæſit:
Ter cecidit calamus quem mea dextra tulit.

Quamquam ſi quis ter hæc contigiſſe dicat cum Seruio vt tria Punica bella deſignentur in quibus ter rebellarint Carthaginienſes ac ſe ſe veluti erexerint, ter deuicti fuerint ac ceciderint, non magnoperè altercabor. Illud tamen monebo, ita ſe erexiſſe Carthaginienſes, vt Romani victis priùs fuerint quàm victoribus ſimillimi; itaut non ij fuerint Carthaginiẽſes qui ſtatim relapſi ſint; ſed ingentibus cladibus Romanos affecerint & oppreſſerint diu. Ingemit autem Dido naturæ impulſu, etſi nil prohibet quin aut caram ſororem aut ſuum decus ingemiſcat; niſi tamen dicas ingemiſcere reperta luce quòd eam iam pœniteret deſeruiſſe. Experientia enim compertum eſt, multos qui perturbatione abrepti ſibi mortem intentarunt, in mortis articulo cum morte ipſa pugnaſſe, ac ſaltem ſignum dediſſe ſe iam lucem inuitos ac mœrentes deſerere.

Par.93. Tum Iuno omnipotens, longum miſerata dolorem,
998 Difficiléſque obitus, Irim demiſit Olympo,
Quæ luctantem animam, nexóſque reſolueret artus.

Digitized by Google

Nam,quia nec fato,meritâ nec morte peribat,
Sed miſera ante diem,ſubitóque accenſa furore,
Nondum illi flauum Proſerpina vertice crinem
Abſtulerat,ſtygióque caput damnauerat Orco.
Ergo Iris croceis per cœlum roſcida pennis,
Mille trahens varios aduerſo ſole colores,
Deuolat, & ſupra caput adſtitit; hunc ego Diti
Sacrum iuſſa fero,teque iſto corpore ſoluo.
Sic ait,& dextrâ crinem ſecat: omnis & vnà
Dilapſus calor,atque in ventos vita receſſit.

Quod iamdiu monuimus, Heroicum poëma eſſe Deorum hominúmque actionem, id in præſens etiam cernitur dum poëta ab Anna & Didone ad Iunonem Iridémque diuertit:ſed ſuperſtitioſè tamen:etſi vt poëtico ſeruiat ſplendori, inprimíſque librum nobili aut ſaltem admirabili terminet euentu. Iunonis verò nomine cur Proſerpinam, Plutonis inquam coniugem,intelligant aliqui,non ipſiſſimam Iouis vxorem,non video, cum hãc & omnipotentem appellet Virgilius, quemadmodum non multò antea magnam dixerat,& verò Iridem ei tribuat adminiſtram,quæ ab Homero paſſim ac Virgilio tribuitur Iouis vxori. Denique Dido in Iunonis tutela erat,& Iunonem ſigillatim inuocauerat. Quin ideo Iuno(ſi Poëtam audias)mittit Iridem vt fatalem auferat crinẽ,quia Proſerpina quippe quæ crinem fato tantùm ac merita morte obeunti,detruncabat,ſuperſederet,ac luctãtem Didonis quippe immeritò morientis,animam relinquebat. Illud faciliùs crediderim mitti a Iunone quod iras ſpiraret adhuc & inimicitias. Certè Virgilius Mercurium conciliandæ paci maximè,Iridem odijs excitandis & bello,adiungit Deorũ miniſterio. Sed cur obſecro vt Didoni crinem auferat vertice? nam vt longum Didonis dolorem miſerata, dif 999
ficiles obitus præcidi iuſſerit, luctantémque ſolui animam, haud mirum: hæc enim vt mors cum natura pugnat è veſtigiò,contigiſſe poterat,præſertim in homine florentis ætatis cui caloris ineſt plurimum;ita ut eſſet cur Iuno Didoniani doloris miſereſceret, & per Iridem opem ferret,ſed vt hanc mittat ad crinem euellendum vel eradendum,quaſi hinc ſoluatur anima & pugna,id verò ſuperſtitioſum videri poteſt. Nam quod de Samſone legimus,cui Dalila crinem abradendum curauit(quamquam ſeptem crines non vnum) diuinitus accidit,ita ut nec ordinarium cenſendum ſit (& tamen Homerus & Virgilius fatalẽ crinem morituris auferunt paſſim) nec niſi fortitudinem continebat, cum Virgilius moriendi ſeu animæ diſſoluendæ vim in eo collocet: ita vt Samſon fortitudinem amitteret, ac morti cæterorum inſtar eſſet obnoxius, non inde ſtatim diem clauderet ſuum. Sed hęc mitto libenter,ne cum ſacris profana miſceamus: Samſon enim Liberatoris noſtri imago fuit ac typus. Quamquam,vt ne anilem planè fabulam introduci cenſeamus a Virgilio; nihil prohibet quin Græci quemadmodum alia multa ab Hebræis deriuarunt ſic quod de crine iſto peruulgarunt,etſi rem ad ſuperſtitionem traduxerint, & fabulis de more implicarint. Profectò Samſon ante Troianum bellum floruit,itaut Homerus inde fortaſſe hauſerit auditione ſaltem. Denique aniles fabulas tot ac tantas in Poëſim inuexit Homerus, vt non difficile fuerit reliquos poëtas in aliquibus imitatores habere:nam Euripides, Ouidius atque alij in eadem cum Virgilio ſunt naui. Adde Epicum ita admirationi cĩedæ ſtudere, vt a veriſimili ſæpè diſcedat. At enim quid eſt quod ait Proſerpinam nondum crinem Didoni abſtuliſſe?

——quia nec fato, meritâ nec morte peribat,
Sed miſera ante diem,ſubitóque accenſa furore?

Iis (quantum quidem ſentit Virgilius vel potiùs Poëtarum more ludit) præſto erat 1000
Proſerpina ad ſecandum crinem, qui vel fato obirent, fatalem ſcilicet dierum curſum implentes, vel ante fatale quidem tempus obirent, ſed merita morte: quod tamen vtrumque negat de Didone, quam & ante diem fatalem & non merita morte, ſed cupidinis face ac fraude ac proinde furore accenſa, peribat. Quo fit vt

triplex

triplex illud mortis aut vitæ genus quod Seruius peruulgauit, cum Virgilio non conſen-
tiat: ſiquidem tempus a Deo & Fatis: quæ nihil aliud ſunt quàm rerum ſeries in di-
uina mente, conceſſum vnum idémque eſt, itaut illud *Dum fata Deúſque ſinebant* in
idem recidant. Maiorem dubitationem habet quòd rurſus triplicem mortem ſubindicat.
Virgilius cui ſubijciantur mortales variè, nimirum fatalem, meritam, quam ſcelere & cul
pa concludere ac fatali quæ naturalis eſſet, opponere videtur: denique immeritam quæ &
fato & merito opponatur; fato quia non expleatur naturale tẽpus, meritæ quia nulla cul-
pa contingat ac merito, quemadmodum Didoni contigit quam dicit ſubito furore accen
ſam & ad mortem adactam eſſe. Sed profectò inutile eſſet perſequi omnia, præſertim verò
quia ſi rationem in conſilium adhibeamus mors vno eodémque tempore & fatalis & na-
turalis quia fatale tempus ac naturale expletur, videri poſſit vnde quadripartitam quiſpiã
introducat formam mortis. Quid quod merita mors & ſcelere & ignauia & belli caſu &
repentino morbo, & intemperantia & ſexcentis huiuſmodi vijs obiri poteſt & in immen-
ſum propemodum variari formis? Itaque ſcitè M. Tullius multa impendere aiebat præ-
ter naturam prætérque fatum: atque hæc mortis genera quæ præter naturam ac fatum
contingunt ſcitè Plato ad violentam reuocauit, & hac Homerus multos etiam Heroës ce
cidiſſe ait. quos ante tempus Orco traditos dicit: & eodem nomine nolite iudices (inquit
alibi) hunc vulnere veſtro potiùs quàm ſuo fato extingui Quamquam an quælibet mors
1001 ad fatum ſit reuocanda cum niſi Deo volente inferri nequeat, videant viri docti: nos cer
tè humano more ſæpè loquimur & ita fortaſſe locutus eſt Cicero: quî cum an illud con-
ſentiat Virgilij

——etſi fata fuiſſent
Vt caderem, meruiſſe manu viderint item docti uiri.

Atque hæc de Didonis morte: nam Iris quæ interim pulcherrima deſcribitur ad mira-
culum, adſtitit iam Didoni, ſecuit crinem, itaut calor ac vita (ſpirabilem intelligit, non
quam ſuprà imaginis & vmbræ adumbrauit nomine) in ventos abierit. Nunc quinque
veluti Theoremata explicanda eſſent vt huic libro commodus veluti colophon impone-
retur. Primum num verè ſe ſe interfecerit Dido, & ſi interfecit, num ob Aeneæ amorem
& per impotentiam ac deſperationem. Alterum num eiuſmodi actio, qualis qualis ſit, ac-
commodatum nobili Tragędiæ ſuppeditet argumentum. Tertium qua diſponendum
ſit ratione: cum enim intra vnius Solis curſum ad ſummum peragenda ſit Tragica fabu-
la, quî tanta rerum ſeries vnius diei vel potiùs decem horarum ſpatio concludi poteſt?
Quartum in quo ſtatu verſetur hæc Aeneidis pars: Epopeïa enim a Tragœdia longè dif-
fert, cum nullis certis concludatur temporis ſpatijs, vel certè in annos multos (quod Ilia-
di, Odiſſeæ, & Aeneidi contigit) fluere poſſit. Et idcirco ad eam dilatandam, quoniam
gaudet magnitudine, Epiſodia inſeruntur multa. Quærimus igitur num in Epiſodio ver-
ſemur interim in hoc quarto libro ob Didonianam eiuſmodi actionem, an verò in præ-
cipua fabula. Denique antequam ad quintum progrediamur, par eſſet vt de tota qua-
1002 tuor decurſorum librorum conſtaret ſerie & artificio vniuerſo, præſertim & intelligen-
ter ad quintum cæteróſque progrederemur. Dicamus igitur primùm de Primo. Dido
interfecit ſe illa quidem, ſed non Aeneæ amore perteſa. Nam præterquam quod Iuſtinus
Sichæi coniugis amore ac dolore, & ne Iarbæ nubere cogeretur, ſibi mortem conſciuiſſe
affirmat, ſanè Aeneas trecentis annis quin quadringentis propè floruit ante Carthaginem
conditam. Quapropter egregiè illa apud Auſonium

Quinquè Theoremata ponitur explicãda ut commodus & libro huicim ponatur finis & quĩto aperiatur aditus.
I.
II.
III.
IV.
V.
Explicatur I.

Illa ego ſum Dido, vultu quam conſpicis hoſpes,
Aſſimilata modis púlchraque mirificis.
Talis eram, ſed non, Maro quam mihi finxit, erat mens,
Vita nec inceſtis læta cupidinibus.
Namque nec Aeneas vidit me Troïus vnquam,
Nec Libyam aduenit claſſibus Iliacis.
Sed furias fugiens atque arma Procacis Iarbæ
Seruaui, fateor, morte pudicitiam.
Pectore transfixo, caſto quod pertulit enſe
Non furor, aut læſo crudus amore dolor.
1003 *Sic cecidiſſe iuuat: vixi ſine vulnere famæ,*
Vlta virum poſitis mœnibus oppetij.

Inuida cur in me ſtimulaſti Muſa Maronem,
Fingeret vt noſtræ damna pudicitiæ?

Sic Auſonius ex græco Epigrammate, etſi interdum ad Virgilij alludit carmina. eodémq; modo luſerunt alij nonnulli. Quare Italicorum Princeps lyricorum de illa cecinit

E veggio ad vn lacciuol Giunone e Dido, In triũp. Caſtit.
Ch'amor pio del ſuo ſpoſo a morte ſpinſe,
Non quel d'Enea com'è publico grido.

& hac de cauſa Arioſtus etiam

Eliſſa ch'hebbe il cor tanto pudico: Can. 35. ſt. 28.

Denique Tertullianus cum alibi ſæpètum in exhortatione ad caſtitatem ſcribit Didonẽ ſe interemiſſe ne ſecundas nuptias ſubire cogeretur. Sed quàm aptè huc tranſtulerit Didonis factum quæ ſe ipſam interemit alij viderint. Certè & Lucretiam & alias multas profert Tertullianus non ſine commendatione, quæ a B. Auguſtino reprehenduntur. Qui tamen, Didonis mortem Sichæi amori ac fidei indicat acceptam eſſe referendam, ac ſummatim, *Doctores negabant* (inquit) *Aeneam aliquando Carthaginem veniſſe*. Quamquam non ego ſtatuerim Didonem a Virgilio infamia veriùs notatam quàm vindicatam. quandoquidem ait interim 1003 libr. 1. Conf. ex. cap. 13.

—— —— meritâ nec morte peribat:

quod affirmat quia (vt ſtatim ſubdit) ſubito fuerit accenſa furore: eò nimirum ſpectans quod clam Venus & Cupido incautam amoris flammis incenderint & ad furorem adegerint, vnde mortem, cum ſui compos non eſſet, ſibi conſciuerit. An non turpius fuiſſet ob Sichæi deſiderium ſe ſe illam volentem ac prudentem interfeciſſe, quàm per furorẽ, vnde imprudens ac nolens ſe interfecerit? Iuſtiùs fortaſſe reprehendas Virgilium qui talem ac tantam vim Veneri tribuerit & Cupidini vt crediderit potuiſſe Didonem etiam nolentem amoris flammis incendere & ad furorem impellere. Sed Ethnicus erat Virgi-

II. lius & Poëta, cui conceduntur multa. Iam verò de Secundo ſic ſtatuerim, Futurum fuiſſe vt ſi pro Sichæo interierat, hinc argumentum optimæ Tragædiæ ſe ſe offerret ex Didonis morte: debet enim Tragædia in hiſtoria niti, atque inde haurire argumentum. Etſi enim variari & poteſt & debet ad actionem illuſtrandam & fabulam Tragicam omnibus numeris abſoluendam, argumentum tamen haud fictum eſſe debet quemadmodum vſu venire ſolet in Comœdia, ſed e re geſta deriuari. Ita quidem ſi mortem ſibi conſciuiſſet ne Iarbæ nubere aut Sichæo fidem frangere cogeretur, & commiſerationi, & terrori, & affectuum purgationi (qui hæc requirantur in Tragædia quiue peragãtur, in Ariſtotelcæ Poëticæ commentarijs declaraui) exiſteret locus: perſona quoque vnde iſthæc petuntur, regia eſſet & mediocris probitatis, quæque per errorem peccaſſet & humano more. Quòd 1004
ſi quæras de Virgiliano argumento, quo fingitur interempta Aeneæ gratia, crediderim præclarè item Tragædiæ eſſe locum, quia fama obtinuit vt Aeneæ cauſa ſe interfeciſſe & credatur vulgò & dicatur. Quo tempore illud Flacci, *ſequere famam*, colendum eſſet ac retinendum: ſatius eſt enim famam ſequi & veriſimile, quàm hiſtoriæ penetralia veritatémque ipſam curioſiùs perſcrutari. Difficile eſt Tertium: nam vnico Solis curſu non videtur concludi poſſe Virgilianum hoc argumentum. Sed tamen ſic concludi poſſe cenſuerim. Læta poſt prandium & egregiè ornata prodeat cum Anna (nam a læta & proſpera fortuna ducendum eſt initium) idque extremò ferè hyeme quo ſe iam Aeneæ amore oblectauerat ſæpè, atque eo planè die qui primum Mercurij ad Aeneam aduentum eſt conſecutus: atque hic inter colloquendum cõgerenda ſunt & commemoranda quæ vel ad Aeneæ decus & pulchritudinem pertinent, vel ad eius fortitudinem ac genus: quæ tum in Primo libro obijciuntur ab illis verbis: *Reſtitit Aeneas, claráque in luce refulſit*, tum in Quarto vbi canitur: *Multa viri virtus animo multúſque recurſat Gentis honos, hærent infixi pectore vultus Verbáque*: hæc & id genus alia quæ continenter ſe ſe offerunt in Quarto erunt commemoranda, amplificanda, ſuſpicienda, eloquentia etiam extollenda; nihil denique niſi aureum & admirabile in eo obſeruandum; ita tamen vt nihil interim Veneris aut Cupidinis agnoſcatur fraus qua Aeneæ pulchritudo & decus tantopere aucta eſſent. Hinc occaſione arrepta eam Anna ad ſummam ſpem prolis Regni, felicitatis, euehat & ad legitimas nuptias curandas ac celebrandas inflammabit. Interim Anna cui præſidebat Aeneas, ad colloquium illam traducet cum Aeneas ſpe plenã; Contra tamen

Aeneas,

1005 Aeneas, quippe qui ſuperiore nocte reprehenſus fuerat a Mercurio Iouis nomine ac na-
uigare iuſſus tergiuerſabitur, conſilium tegens ſuum, quod tamen ſubinde ſtatim cum
Mneſtheo aliiſque Ducibus communicabit, eos de Mercurij aduentu, de Latij regno al-
tiùs edocens, & ad claſſem primo quoque tempore expediendam incendens; quo in loco
licebit ex Virgilio haurire dum canit *Ardet abire fuga*. Interim Dido ſuſpicata de Aenea
id quod erat, turbetur, vigilet, indoleat; atque huc conijcias quæ habentur in Quar-
to ab eo carmine *At Regina dolos (quis fallere poſſit amantem)* proinde ad colloquium
redeat cum Aenea ſuſpicione ingraueſcente; cúmque illum refractarium offendat, ad
ea deſcendat *Diſſimulare etiam ſperaſti perfide* & quæ ſequuntur; vbi argumentum
affectibus plenum ſuppeditat Virgilius quod ad finem vſque progrediaris, ita ſcilicet
vt inſequenti die prima luce Dido e ſpecula Aeneæ claſſem ſpectet vela facien-
tem, ac propterea ea omnia curet quæ a Virgilio offeruntur poſt carmen illud
Ergo vbi concepit furias euicta dolore ad finem vſque Libri Quarti. Ita quidem py-
ram conſcendat ac ſororem decipiens ſe ſe trucidet prout Virgilius canit. Sic
ſanè ad breuem ſolis curſum hæc omnia reuocentur: quia, ne ſpectatores ſi duo-
decim horis conſtiterint, Plautinum illud inclament, lumbi ſedendo dolent; quod
inter Quartum & Quintum Actum interijcitur tempus noctem abſorbeat illam quam
Dido inſomnis egit (id enim vſitatiſſimum eſt in ſcenicis ſpectaculis) itaut quamuis
duodecim minimùm horarum interſtitio videatur fabula digeri, ſex tamen horis re-
citetur & abſoluatur. Cauendum tamen erit vt Epiſodium nobile interponatur quo
1006 actio producatur & illuſtretur: Chorus etiam inſeratur quo de more Tragædia affectus
& commiſerationem augeat. Denique ſi diligenter Italico carmini, rimis tamen quas
vocant, ſoluto, vel ſolutæ orationi (commodiùs enim res peragetur) mandentur ea quæ
offert Virgilius in Primo & in Quarto & Ouidius in Didonis Epiſtola, non magno labore
pulcherrimam confles Tragediam. Quòd ſi ea Tragœdiæ præcepta percurras quæ nos
in Ariſtotelicæ poëticæ Commentarijs explicauimus, omnibus planè illam & partibus
& numeris & coloribus abſoluas. Nam quæ Tragico planè more obeunda ſint ac ſpecta-
torum oculis obijcienda quæ per nuntium enarranda & auribus committenda, hæc ve-
rò diligenter ſunt reputanda cum ab Epopeia ad Dragmaticum poëma eiuſmodi actio ſit
traducenda & ex Epiſodio actio Tragica integra ſit conſtituenda. Quòd pertinet ad Quar IV.
tum nihil eſt quod dubitemus Quartum hunc librum merum eſſe Epiſodium: quin idē
dicendum de poſteriore Primi Libri parte: nam ſtatimatque iactari deſinit Aeneas (iacta-
tiones enim obtinent priorem argumenti partem) & in Didonis congreſſum a Venere ſol
licitatur, Epiſodium interponitur quod deinde abſoluitur in Quarto. Nam quæ interim V.
in 2. interponuntur (iubet enim ad Quintùm properare) quibus Epiſodium præciditur,
mea quidem ſententia pertinent ad fabulam: quæ in 3. nectuntur multò maximè: Secun-
dus enim cauſas cõtinet errorum & iactationum, Tertius iactationes ipſas, itaut in Quar-
to Epiſodium reſumatur abſoluatúrque, a quo ſtatim in Quinto ad fabulam ipſam &
Actionem regreditur poëta noſter quemadmodum iam iam conſtabit.

Quarti Libri Finis.

P. VIRGILII MARONIS ÆNEIDOS

Liber Quintus.

Quinti huius libri œconomica: qui Actionem, qui Epiſodium contineat: & quadripartitò distribuitur.

CVM III. librum abſoluiſſet Virgilius in quo anteactas nauigationes commemorauit Aeneas ac perorauit, ſimúlque nobile Didoniani amoris epiſodium interpoſuiſſet in IV. tandem ſub IV. fine ad intermiſſam nauigationem reuocauit Aeneam, & ad actionem ipſam rediit. Igitur in V. hoc libro inſtitutam actionem proſequitur & fabulam; breui tamen nauigationem rurſus intermiſſurus, vt vnum atque alterum epiſodium ſubijciat, donec ad extremùm nauigationem actionémque ipſam reſumat & proſequatur. Ex quo fit vt quadripartitus ſit hic liber. primò enim nauigat Aeneas in Latium intendens curſum; tametſi tempeſtate ac vētis aduerſis in Siciliam cogitur declinare. deinde cum annus recurriſſet ex quo è viuis deceſſerat Anchiſes pater, inferias (atque hinc redit ad epiſodia) & iuſta illi perſoluit, ludos varios in eius honorem celebrans ac lætitia ſumma diem traducēs. Tum verò, cum Iunonis opera Troianæ mulieres claſſi ſubieciſſent ignes, huic occurritur malo, etſi non ſine quatuor nauium deflagratione. Ad extremùm Vrbs deſignatur, & imbelli turba ibi relicta atque Aceſti Regi commendata, iterum conſcendit Aeneas (atq; hîc ad actionem tantiſper reuertitur Poëta) & in Latium rurſus curſum intendit. Atq; ex his animaduertere licet quale ſit in hoc libro Poëtæ conſilium, quis eidem libro cum ſuperiore intercedat nexus (quamquam de hoc planiùs non multò poſt) quis ſit ordo rerum ac ſeries, inprimis verò quæ ad fabulam pertineant, quæ ad epiſodia. Nunc, vt primam partem aggrediamur, Poëtam audiamus qui ſic canit. 1007

Partic. I.

Interea medium Aeneas iam claſſe tenebat
Certus iter, fluctúſque atros Aquilone ſecabat,
Mœnia reſpiciens, quæ iam infœlicis Eliſæ
Collucent flammis. quæ tantum accenderit ignem 1008
Cauſa latet. duri magno ſed amore dolores
Polluto, notúmque furens quid fœmina poſſit:
Triſte per augurium Teucrorum pectora ducunt.

Prima Pars. De Epicæ imitationis opportunitate.

Is eſt Epicus qui (quod Hiſtorico etiam accidit) dum multa vno eodémque geruntur tempore, niſi vnum narrare aut imitari haud poteſt. itaut quæ vno eodémque tempore geruntur, alia ratione ad tempus idem reuocare cogatur, cum eâdem narratione concludi nequeant. Cum igitur, dum infœlix Dido, Aeneæ diſceſſu conſpecto, dolori ac mœrori ſe dediſſet, ac tandem pyra præ furore conſcenſa, manus ſibi intuliſſet, Aeneas contra iam vela feciſſet atque in altum ferè perueniſſet; id noſter Vates qua poteſt ratione indicat, canens

Interea medium Aeneas iam claſſe tenebat
Certus iter, ——

quaſi diceret, dum ſol diem referret, ac Dido, è ſpeculis Aeneam diſcedentem ſpectaret; dum lamentaretur, fureret, diras illi imprecaretur, pyram conſcenderet, in exuuijs Aeneæ moraretur, vltima verba funderet, gladio ſe tranſuerberaret, ab Anna complexu exciperetur, cum morte luctaretur, fatalem ei crinem Iris ſecaret, animam efflaret, defleretur, ac denique cremaretur; Aeneas medium claſſe tenebat iter. Quapropter qui ſcribunt Aeneidis libros perinde atque in catena annulos necti, & hac de cauſa Virgilium coniunctione aliqua & aduerbio (ſic enim iſti) libros exordiri, vt dum canit. *At Regina, Interea mediū, Sic fatur lachrymans:* mihi quidem non planè diſplicent. tametſi veriſſimè affirmare licet talem nexum non vbique cerni, nec talem libros ordiendi rationem eſſe perpetuam. Itaque *Conticuere omnes*, canit aliquando, *Poſtquam res Aſiæ*, *Tu quoque littoribus noſtris*, & ſimilia, 1009
quibus

Digitized by Google

quibus in narratione aut imitatione pergitur tantùm, ita vt non tam certo aliquo nexu liber cum libro nectatur, quàm inſtituta oratio ac veluti repreſentatio continuetur.

Quin etiam hoc in loco, in quo ſine dubio vſitato illo temporis aduerbio librum cum ſuperiore (quod iſti obſeruant) nectit, id non tam ea de cauſa fecit, quòd tanquam annuli ſint libri, quàm vt nos quoad eius fieri poſſit de ijs admoneat quæ vno eodémque tempore geſta ſunt, etſi non vna eadémque narratione fuerint decantata: ſic in IX. rurſus

Atque ea diuerſâ penitus dum parte geruntur
Irin de cælo miſit Saturnia Iuno,

ſic in X.

Panditur interea domus omnipotentis Olympi.

ſic in XI.

Oceanum interea ſurgens aurora reliquit.

in poet. p. 129. ſubijcit enim, vt poteſt, noſtris oculis aut intelligentiæ quæ ſimul geſta ſunt quidem, ſeorſim tamen narrantur. Vt mirum ſit Ariſtotelem affirmare non dubitaſſe Epicum cõtra quàm Dramaticum varia vno eodémque tempore imitari poſſe. Nam poteſt quidẽ Tragicus & Comicus id efficere; cum & voce & geſtu, & multitudine perſonarum actiones imitentur: Epicus certè qui vna voce vtitur id efficere nullo modo poteſt. Sed de hac re copioſiùs in ijs quæ in Ariſtotelis poëticam ſcripſimus commentarijs, atque illo planè in loco in quo de Epopœïa diſſerens, eámque comparans cum Tragœdia, ſic ſcriptum reli-
1010 quit. *Habet verò multum quiddam Epopæïa, & quidem proprium, vt extendere magnitudinem poſſit. Propterea quòd non contigit in Tragædia imitari multas partes, quæ eodem tempore gerantur, ſed eam ſolùm quæ geritur in ſcena, & hiſtrionum eſt. At in Epopæïa, quia narratio exiſtit, licet efficere, vt ſimul multæ partes ad finem perducantur.* Nunc ad Virgilium redeo totus, aduerſus quem dubitari poteſt cur dicat Aeneam iam claſſe medium tenuiſſe iter, cum paulò poſt canat

Num ſecũ pugnet qui ait Aeneam iam claſſe mediũ tenuiſſe iter, & quale ſit hoc mediũ iter.

Vt pelagus tenuere rates, nec iam amplius vlla
Occurrit tellus, cælum vndique & vndique pontus.

certè modò iter medium tenuiſſe veriſimile eſt quidem, antea cum Carthaginẽ, id quod ibi ſubijcitur, cerneret, nullo modo. Verùm non mathematica ſubtilitate ſed poëtica ac ciuili ratione medium iter æſtimandum eſt, quia nimirum cum hinc a Carthaginenſi littore, illinc a Latio, quæ duo loca è regione opponuntur, abeſſet, medium quoquo modo tenere videretur. Denique ſi quis tripartitò illud diſtribuat, æquis tamẽ partibus, is intelliget Aeneam, quoniam diem integrum nauigauerat (id docebo paulò poſt) & noctis partem aliquam, facilè primam interualli partem ſuperare (præſertim verò quòd fuga ſibi ſuorúmque ſaluti conſulendum dicente Mercurio, veriſimile eſt acriter vrſiſſe fugam) ac mediam iam attingere potuiſſe. Cum enim Latium Carthagine ducenta paſſuum millia diſtet, ſi Plinio credimus, aut ad ſummum trecenta; ita vt Cato recentes ficus Carthagine Romam triduana delatas nauigatione intulerit in Senatum vt Carthaginem non longè abeſſe oſtenderet; nihil prohibet quo minùs iam octoginta aut etiam centum
1011 milliaria confecerit integro illo die & noctis addita hora aliqua. Nam cum ante lucẽ ſoluiſſet, quemadmodum conſtat ex quarto, iámque reſpiceret Pyræ ignes ac flammas, ſatis conſtat diem euaſiſſe ac noctem ſucceſſiſſe: neque enim niſi ſub noctem aut funereus rogus incendebatur, aut ignes illos ſpectare potuiſſet Aeneas, cum per diem fumus appareat quidem, ignis nequaquam. Id certè cum alibi ſæpè tum in noſtrarum Alpium traiectu experiaris, vbi per noctem ignes offendas ingentes, qui aduentante luce apparent nuſquam. Sed cur dicitur certus Aeneas? *Aut quia indubitabiliter pergeret, inquit Seruius, aut certus id eſt ſolers, ſtrenuus, velox.* Donatus autem ſecurum, inquit, debemus accipere quòd iam longè eſſet, nullum aduerteret ſequi. ac Monfortius certus, inquit, nauigandi in terrã fatalem a qua ſeptem propè annos excluſus fuit. Sic iſti, contra quos tamen exclamat Naſcinbænus, qui nimiùm, inquit, mihi moroſi, ac pluſquàm ſat eſt curioſi videntur interpretes in veſtiganda huius vocis ſignificatione: cum ſatis quidem per ſe perſpicua ſit, atque dilucida: nam Aeneas ideo certus dicitur, quia omnino nauigare decreuerat. vnde illud eſt Ouidianum in Didonis Epiſtola ad Aeneam,

Aeneas cur dicatur certus.

Certus ab ire tamen, miſerámque relinquere Dido.

Huius certi, ac decreti Aeneæ conſilij poëta ſignum oſtendit, cum ait, eum iam medium iter tenuiſſe. Sed allucinatur bonus hic Author, dum tam facilè e Donato & Seruio diſcedens, futilem ſententiam ſectatur. nam ſi nondum diſceſſiſſet Aeneas, ſed tantùm diſcedere

dere

Digitized by Google

dere omnino decreuiſſet, rectè quidem diceretur certus: quia omnino nauigare decre uiſſet. id quod facit Virgilius in IV. dum canit 1012

Aeneas celſa in puppi iam certus eundi,
Carpebat ſomnos, rebus iam ritè paratis:

ſed cum iam diceſſiſſet, ac medium fermè iter peregiſſet, ineptè diceretur certus, quia omnino diſcedere ac nauigare decreuiſſet. itaque Ouidius dum canit

Certus abire tamen miſeránque relinquere Dido,

lluſit ille quidem ad Virgilianum quod nos retulimus carmen

Aeneas celſa in puppi iam certus eundi
Carpebat ſomnos ———

ad hunc quem explanamus locum, nullo modo. vt mirum ſit id non animaduertiſſe Naſcimbænum. quod igitur Seruius (barbarè tamen & obſcurè) ſignificauit cum diceret, certus id eſt indubitabiliter pergens, & Donatus antea planiùs docuerat, ſecutum exponens, idque quia iam longè aberat & nullum ſequentem videbat, id ſine dubio cum Virgilij mente conſentit. nam paulò ante a Mercurio eas voces audierat:

Nate Dea, potes hoc ſub caſu ducere ſomnos
Nec quæ circumſtent te deinde pericula cernis
Demens? nec Zephyros audis ſpirare ſecundos?
Illa dolos, dirúmque nefas in pectore verſat,
Certa mori, varióque irarum fluctuat æſtu,
Non fugis hinc præceps, dum præcipitare poteſtas?
Iam mare turbari trabibus ſæuáſque videbis
Collucere faces, iam feruere littora flammis,
Si te his attigerit terris aurora morantem.
Eia age rumpe moras: ———

& ideo ſtatim ſtricto enſe funem abſciderat, & fugam ceperat cum ſociis (idcirco enim canebat Virgilius

——— Vaginâque eripit enſem
Fulmineam, ſtrictóque ferit retinacula ferro.
Idem omnes ſimul ardor habet, rapiúntque ruúntque) 1013

itaque cum medium propè iter confeciſſet, nec inſequentem vllum reſpiceret, iurè dicitur certus, id eſt ſecurus ac tutus, medium tenere iter. nam certum bonis Authoribus ſignificare interdum ſecurum & tutum ex Plauto conſtat dum ait *certus ſum ex hoc metu.*

Cur dicatur ſecare fluctus Aquilone atros, cum modò ſpiraret Zephyrus.

Itaque Terentius non dubitauit aliquando incertum pro non tutum dicere. At cur fluctus ſecare dicitur Aquilone atros, cum paulò ante Mercurius vt Aeneam ad nauigādum impelleret, illud protuliſſet

——— Nec Zephyros audis ſpirare ſecundos?

certè Aquilo minimè omnium fauet, quin maximè omnium obſtat, Carthagine ſoluentibus in Latium. Ergo vel Zephiri iam ceciderant, ac ſucceſſerat Aquilo (facilè enim fuit vt hyberno tempore, qui ſummo mane ſpirarent Zephyri ſeu ſecundi venti, cecidiſſent ſub noctem) & in eorum loco Aquilo ſuffectus eſſet; vel certè cum antea ſpiraſſet Aquilo, & diu ſpiraſſet, adhuc mare præ Aquilonibus æſtuabat, quantumuis Zephyrus ſucceſſiſſet, aut commodior ventus; ac propterea atros fluctus referebat. ſanè Dido non multò ante, vt Aeneam diſcedere molientem retardaret, illud commemorabat

Quin etiam hyberno moliris ſydere claſſem,
Et medijs properas Aquilonibus ire per altum.

vt propterea non a veriſimili abſit fluctus fuiſſe adhuc Aquilone atros qui tamen cecidiſſet. talem enim ac tantum concipit æſtum mare ex Aquilonibus, vt etiam abſcedente Aquilone aliquam æſtus partem retineat dies integros, ac niſi paulatim non conquieſcat.

Qui atrum colorem referat fluctus.

& ideò rectè Seruius, *Nouimus tempeſtatis hanc eſſe naturam vt reliquias venti teneant etiam in alterius flatu.* refert autem atrum colorem fluctus, quia vt aqua ex ſe eſt coloris expers, ita extrinſecus facilè coloratur, ſigillatímque a luce tum albus & argenteus tum cæruleus, tū 1014
ater redditur: albus & argenteus, dum quieſcit; quia ſcilicet ſuperficies, quippe læuis, lucē ac nitorem excipit tota: tametſi ob ſpumam quoque interdum albus dicitur, vnde illud

Fluctus vti primo cœpit cum albeſcere vento.

cæruleus, dum quieſcit quidem, ſed exigua completur luce: ita ut aqua, quippe vtcunque diapha-

Digitized by Google

diaphana, oculis ſe ſe peruiam offerat. ater denique, dum ventis atque æſtu agitatus, aſperè ſuperficiei partes aut lacunoſæ, vno verbo inæquales, lucis nitore ſpoliantur & inuoluũtur fermè vmbra: ita vt ſpecie potiùs quàm re ipſa ater ſit ille fluctus. Dum igitur fluctus ſecabat Aeneas, & oculos, vt interdum fit, ad littus vnde diſceſſerat conuertiſſet (id quod facere quoque potuit vt adhuc obſeruaret num hoſtilis claſſis eum inſectaretur & vt cautiſſimè nauigaret: alioquin Carthagini terga dederat) ecce tibi mœnia reſpexit Carthaginis quæ collucerent infœlicis Eliſæ flammis. nocte enim (vt dicere cœperam) ingruente commodè ignes illi conſpici poterant, quin ex alta puppi mœnia etiam quæ ingenti illo ſplendore collucerent, ſic ſanè, cum Dido quaſi Vates illud pronunciaſſet in IV.

Qui factũ, vt Carthaginem ſpectaret Aeneas.

De flãmis Eliſæ.

Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto
Dardanus ———

nunc infauſtis optatis reſpondet euentus: ſiquidem Aeneas eius ignem oculis haurit in præſens. Quamquam interim ex propria perſona potiùs quàm ex Aeneæ ſenſu ait Virgilius mœnia ſplenduiſſe Eliſæ flammis, nam Aeneas rem planè compertam habere haud poterat. id quod intelligitur dum addit Poëta

Quæ tantum accenderit ignem
Cauſa latet ———

Qui lateret ignis cauſa.

Crediderim verò non tam Aeneam (tametſi Aeneam quoque) quàm Troianos reliquos
1015 latuiſſe cauſam tanti ignis, nam Aeneæ, vbi diſcederet, ſe morituram prædixerat Dido. quare

Nec te noſter amor, nec te data dextera quondam,
Nec moritura tenet crudeli funere Dido?

dixerat Aeneam compellans. cui tamen, vt amantes faciliùs ſe deuouent morti quàm eã ſubeant, facilè fuit Aeneam minùs illi adhibuiſſe fidem. & idcirco in VI.

——— *nec credere quiui*
Nunc tantum tibi me diſceſſu ferre dolorem.

ita vt Troianis de cauſa ambigentibus, Aeneas etiam utcumque potuerit dubitare. Quãquam ſic dubitant vt cauſam coniectura ſtatim attingant. nam ideo pergit Vates

——— *Duri magno ſed amore dolores*
Polluto, notúmque, furens quid fœmina poſſit.

Coniectura aſſequũtur cauſam & quid amor aut furor poſſit in fœmina.

quibus verbis ſignificat non latuiſſe illos quantum poſſint in fœmina duri & graues dolores, qui concipiantur ex amore, eóque magno & ardenti, præſertim polluto amore ac violato, ita ſcilicet vt ea ſpernatur ac deſeratur. fœmina enim cum in alijs inpotens eſt, tum maximè in ira & amore, vnde in furorem interdum vertitur, quemadmodum Didonem verſam facilè illi perceperant: Aeneas verò oculis ipſis obſeruauerat. & ideo illud inſuper reputabant quod erat notum, quid nimirum furens fœmina poſſit. vbi videtur ad Medeã alludere & ſi quæ huiuſmodi quæ ob amorem in furorem conuerſa ſit. Sed qualis qualis eſſet tanti cauſa ignis, non poſſunt Troiani non aliquid ominoſum ac triſte concipere animo & infœlix aliquid de Regina, quam alioquin, vt par erat, diligebant, ſuſpicari. Atq; hactenus de Didone Virgilius. Etſi enim pauca quædam de illa ſubijciet adhuc in VI. vbi in
1016 eius vmbram apud inferos incidet Aeneas, nunc tamen ad Troianos redit totus ſic pergẽs.

Par. 2.

Vt pelagus tenuere rates, nec iam ampliùs vlla
Occurrit tellus, cœlum vndique vndique pontus:
Olli cæruleus ſupra caput aſtitit imber.
Noctem hyemémque ferens: & inhorruit vnda tenebris.
Ipſe gubernator puppi Palinurus ab alta,
Heu quia nam tanti cinxerunt æthera nimbi?
Quídue pater Neptune paras? ſic deinde locutus,
Colligere arma iubet, validiſque incumbere remis:
Obliquátque ſinus in ventum: ac talia fatur:

Tria ſunt hoc loco diligenter obſeruanda. primum eo conſilio hîc Virgilium nouam inducere ac deſcribere tempeſtatem, vt commodè ſibi aditum aperiat vnde Aeneam rurſus

Digitized by Google

CVR hic nouam inducat tempeſtatē, & de toto poeta artificio in epiſodijs.

rurſus in Siciliam impellat. hinc enim præclaris epiſodijs inſerendis occaſionem arripiet, quibus fabulam actionémque amplificet, exornétque mirificè. vt enim in 1. tempeſtatem excitat quò in Africam compellat Aeneam, ac Didoniani amoris epiſodio in quo Romanos etiam tantopere extollit, amplificet, nobilitétque poëma, útque rurſus in 3. tempeſtate iactat Aeneam vt ad Strophades delatus, inde per medios Græcos non ſine magna gloria in Italiam traijciat, (& ideo non modò

—— Iuuat euaſiſſe tot Vrbes
Argolicas, medióſque fugam tenuiſſe per hoſtes:

verùm etiam Clypeum

Poſtibus aduerſis figit, & rem carmine ſignat
Aeneas hæc de Danais victoribus arma;

ſore indicans vt euerſam Troiam vlciſcatur, Græcóſque ſuæ poſteritatis ſubijciat Imperio) ſic in præſens aditum ſibi ad ludos ſternit quibus & poëma rurſus illuſtret amplificétque, ac Romanis canat quorū fermè exprimit ludos. ſed de his ſuo loco. Alterū quod 1017

De Tempeſtate propoſita, & authoris in illa deſcribēda artificio.

obſeruari velim, eſt, hîc poëtam reuera paucis vel certè multò minore verborum amplitudine quàm in 1. aut in 3. tempeſtatem referre: ſed tamen ſic ingentis vim tempeſtatis nobis ante oculos ponere, vt hæc quoque admirabilem referat Authoris induſtriam: nā tempeſtas repente excitatur, & tunc planè excitatur cū cœlum vndique & vndique pontus apparet, ita vt in proximi alicuius portus aut loci perfugio ſpes adſit nulla: imber etiā, quippe cœruleus, ac propterea ferè denſus ac multus, eam auget: præſertim cū non præuiſus fuerit, aut eminus adhuc appareat, ita vt caueri poſſit, ed repentè erumpens ſupra caput aſtiterit Troianorum, ſimúlque noctem attulerit. ex qua fit vt ſcopuloſa loca & ſyrtes ac breuia ægrè vitari poſſint: quid plura? hyemem ac frigus, horrorem ac tenebras induxit, vt ne cœli quidem aut ponti aſpectus, qui vnus in pelagi meditullio erat reliquus, non priuentur orbentúrque miſeri. vt minimè mirum videri debeat Palinurum, hoc eſt gubernatorem experientiſſimum, exclamaſſe

Heu quinam tanti cinxerunt æthera nimbi?
Quidue pater Neptune paras?

ſic ſane quam in ampla veluti tabula ſemel atque iterum nobis probauit induſtriam, dū tempeſtatem deſcriberet, hîc in exiguam refert; ac parem, fortaſſe etiam maiorem, laudem meretur. Tertium ac poſtremum eſt Virgilium interim, etſi alioquin egregiè tempeſtatem deſcribat, carmina tamen, quibus eam ferè abſoluit, neſcio quo pacto hinc ad tertiam tempeſtatem referre tota. cum hîc cecinerit

Virgilium quatuor integra carmina repetere ex quarto, & an culpandus.

Poſquam altum tenuere rates, nec iam amplius vlla
Apparent terra, cœlum vndique & vndique pontus.
Tum mihi cæruleus ſupra caput aſtitit imber,
Noctem hyemémque ferens, & inhorruit vnda tenebris:

ecce tibi iiſdem ferè verbis canit 1018

Vt pelagus tenuere rates, nec iam ampliùs vlla
Occurrit tellus, cælum vndique, & vndique pontus:
Olli cæruleus ſupra caput aſtitit imber,
Noctem hyemémque ferens, & inhorruit vnda tenebris.

itaque crediderim id ei contigiſſe, quòd dum in hoc poëmate properaret (frequentibus enim poſtulatis Aeneidem non tam rogabat quàm extorquebat Auguſtus) quædam interdum occurrerent, & è calamo tanquam exciderent, quæ fermè vſurpaſſet alibi: ſed tantiſper dum per otium Aeneidem emendaret, ſibi ipſe cōniuinendum putaret. ita ut hæc non tam poëtæ quàm morti, vnde Aeneidem emendare prohibitus eſt, accepta ſint referenda. Et tamen, ſiquis pugnet hæc duo loca ſic variari vt non ſit cur magnopere poëtæ memoria & induſtria requiratur; habeat quò confugiat. ſiquidem tria priora carmina vtcunque diſſident: plus etiam diſſidere fatendum ſit ſi dum legimus

Ad Palinurum in tempeſtate deuenitur, qui quantū poteſt obnititur.

—— cælum vndique & vndique pontus,

reponamus (ſic enim libri aliqui) maria vndique & vndique cœlū. Certè ſi non magnoperè variaſſet carmina, eadem ſaltem (quod in Homero accidit paſſim) non eſſent.

Sed ad Palinurum redeamus, qui cum appoſitè vim tempeſtatis indicaſſet dum exclamaret, ac Neptunum compellaret, noluit priùs tempeſtati cedere quàm quid ars ſua poſſet expertus, muneri ſatisfeciſſet ſuo. Itaque

Collige-

Colligere arma iubet, validiſque incumbere remis:
Obliquátque ſinus inuentum: ac talia fatur:

Colligere arma iubet, nautica nimirum: cum enim ſingularum artium inſtrumenta, ar-
1019 morum nomen inuenerint, ita vt coquinaria, cerealia, tonſoria, & id genus alia offerantur apud bonos Authores (docuimus id in 1. prolixè) quid ni nautica etiam inſtrumenta hoc gaudeant nomine? quamquam non omnia, vt opinor, colligi iubet Palinurus, ſed quæ laxari ſolent aut deponi, cuiuſmodi ſunt rudentes, antēnæ, vela & ſimilia. quin ne hæc quidem ſic colliguntur vt penitus contrahantur omnia: vela enim ſtatim in ventum obliquat (id verò fit dum cornua antemnarum tranſuerſa ducuntur) ſed quæ aduerſo ſpirante Aquilone inſtitutum impediunt curſum, ea partim omnino colliguntur partim remittuntur. ita quidem remi qui curſum non retardabant, expediuntur ac torquentur impelluntúrue multò magis. & ideo canit

——*Iubet validis incumbere remis.*

Quamquam mox gubernator optimus animaduertit fruſtra præſidia quæri ad ventos tēpeſtatémque ſuperandam. & ideo, ne audax ac temerarius videatur, Aeneam continuò ſic alloquitur.

Part. 5.

Magnanime Aenea, non ſi mihi Iuppiter Auctor
Spondeat, hoc ſperem Italiam contingere cœlo.
Mutati tranſuerſa fremunt, & veſpere ab atro
Conſurgunt venti: atque in nubem cogitur aër.
Nec nos obniti contrà, nec tendere tantùm
Sufficimus. ſuperat quoniam fortuna, ſequamur:
Quóque vocat vertamus iter, nec littora longè
Fida reor fraterna Erycis, portúſque Sicanos:
Si modò ritè memor ſeruata remetior aſtra.

Palinurus ad Aeneā.

Laudatur prius Palinurus: mox verò coarguitur ita ut Poeta quoque nō nihil exagitetur: obiter que de Luciani licentia quedā.

Rectè facit Palinurus, qui, vbi quicquid ars poſſet, tentauit, ſentítque illam imparem eſſe tempeſtati, Aeneam properè admonet, & opportunè, conuertendam eſſe proram, & obſecundādum ventis. par enim eſt id quod licet, ſequi, vbi quod velis, non poſſis. Sed ta-
1020 men impiè loquitur dum negat ſe Italiam, ne ſi Iuppiter quidem id affirmaret ſpondерétque, ſperare ventis & hoc cœlo attingi poſſe. Crediderim verò Poëtam ſic loquentem feciſſe Palinurum tum vt hoc dicendi genere id quod erat, nimirum ſibi deſperatam rem videri, etiam atque etiam declararet, tum vt mores exprimeret nautarum qui procaces & in Deum contumelioſi plerique eſſe dicuntur (id quod paulò antè indicauerat etiam dum diceret Palinurus, *Quidue pater Neptune paras?* quaſi verò eum increparet: & ideo breui pœnas dabit graues) tum denique vt popularem quemdam loquendi morem arriperet interim: nā vulgus per hyperbolem ſic interdum loquitur dum quid vel deſperat, vel agere planè recuſat: alioquin blaſphemus eſt ſine dubio, qui hac in re ne Ioui quidem haberet fidem; quædam enim, etſi non repugnent, in eius poteſtate ac voluntate abnuit eſſe poſita. Tametſi quoniam in Iouem, hoc eſt in commentitium fictúmque Deum, blaſphemus eſt, hanc ei contumeliam per me illi ignoſcere licet. Ipſe enim dum Lucianum video in cœleſtes, terreſtres, marinos, inferos Deos contumelioſum eſſe, atque illos deridere, non, quod aliqui faciunt, perturbor, ſed cordatum illum & generoſum exiſtimo, qui monſtra illa & chimæras deridere non dubitat, & id quod eſt, fateri: non enim hinc religionem violat ſed ſuperſtitionem damnat. denique vbi verum Deum verámque religionem polluto ore ſugillat ac lineam ſine dubio egreditur, explodēdus eſt ille quidem atque impius habendus, in cæteris ad Ethnicorum ſuperſtitionem coarguendam retinetur ac lectitatur vtiliter. Sed redeo ad Palinurum, qui quam de ſuſcepta nauigatione dixit ſententiam, confirmat rationibus: quas ſanè ducit tum a ventis qui mutati eſſent ac trāſuerſi flarent.
1021 imò fremerent: tū a loco & regione, quòd ab occidēte cōſurgerent: tū ab effectu quòd in nubem cogeretur aër: tū ab arte quæ contra talē ac tantū ventorū impetum obniti haud poſſet atq; contendere. & ideo monet ventis ac fortunæ cedendum & obtemperandum,

De Palinuri ſententia, & quibus eam cōfirmat.

Rr proin-

Eiuſdē modeſtia & cautio.

Qua ratione obſeruari aſtra & remetiri poſſint: quiue hinc regionum diſtantia dignoſcātur. Vbi prius obiter obſeruatur quantopere ſuperet. Grammaticorum induſtriam Virgiliana explanatio

proíndeque proram in Siciliam conuertendam. in quam ſententiam vt Aeneam adducat
faciliùs,commemorat non abeſſe procul fraterna, ac proinde fida, Erycis littora & pro-
pterea Aceſtis Vrbem, ac Siciliæ portus: ſi tamen memor (inquit) quæ obſeruaui a-
ſtra, ritè ac ſine errore remetior: quibus verbis ſine dubio temeritatis declinat ſco-
pulum, ne, ſi fortè minùs aptè remetiretur aſtra ſed deciperetur, temerarius habere-
tur. qui rem planè aſſeueraſſet. Et ſanè hac in re cùm alijs de cauſis aberrare potuiſſet
(has attingemus continenter) tum maximè ob memoriæ imbecillitatem quæ priorem
aſtrorum obſeruationem non ſatis retineret ac fideliter obijceret reputanti. Hîc verò
obſeruari velim quantopere Virgiliana explanatio tum Grammaticorum ſuperet facul-
tatem tum Philoſophorum exercere poſſit ingenium. verè enim ſine diligenti Aſtrolo-
giæ ſtudio, aliqua etiam nauticæ peritia, explicari hic nequit locus: quid eſt enim meti-
ri aſtra? quid remetiri? ac propterea quid eſt priùs obſeruaſſe, & metitum eſſe, quid rur-
ſus obſeruata repetere ac ritè repetere? Sed eſto non difficilè hæc intelligantur, quî
hinc littora, portus, regiones denique, veluti luſtrantur, ita vt intelligere liceat quan-
tum diſtent? certè Palinurus tanquam certum arripit ex ritè remetitis aſtris intelligi poſ-
ſe quàm longè diſtaret Sicilia, Aceſtiſque Vrbs, denique portus ac littora ipſa Siciliæ quā- 1022
tùm abeſſent. quòd ſi dicas, obſeruaſſe Palinurum ortus aſtrorum, ſitus, altitudines, diſtā-
tias & interualla, atque inde terrarum ſitus ac diſtantias quæ ad aſtrorum ſitus interuálla-
queconformentur, calluiſſe: iam hoc opus, hic labor. quî enim ampliſſima illa ſtellarum
interualla anguſtis terrarum tractibus reſpondere poſſunt, aut harum diſtantias pateface-
re? quî obſeruari tutò hęc poſſunt, cum ſtellæ non eundem planè tenorem ſeruent, ſed pro
anni tempore ſitum, altitudinem, aſpectum, curſúſque varient rationem? quin Planetæ tū
inter ſe, tum ad fixa ſydera, tum ad nos, interuallum, & proportionem varient perpetuò?
Itaque Seruius, qui tamen vnus huius rei attigit rationem (cæteri enim ſilent) rem tentare
quidem potuit; perficere haud potuit: niſi tamen dum ſcriberet, *Dixit, ſi ritè remetior aſtra, ſcilicet paulò antè ſeruata ante tempeſtatem. colligit autem vicinitatem (Siciliæ intellige) ex ratione curſus, quem periti ex horis colligunt quas indicant aſtra,* hac ſiccitate rerum & paucitate verbo
rum rem talem ac tantam explicaſſe velis: præſertim alijs adhuc dubitationibus (attingen
tur hæ paulò poſt) iíſque nō leuibus, impeditam. Ergo (vt rem pro mea tenuitate explicē)
nequaquam exiſtimandum eſt Virgilium ſpectaſſe in priſca Troianorum tempora dum
Palinurum induceret dicentem

Si modò ritè memor ſeruata remetior aſtra,

ſiquidem rudiores erant priſci illi mortales quàm vt ex aſtrorum obſeruatione, regionū
ac locorum diſtantias & interualla dignoſcerent. Spectauit igitur poëta noſter in ſuum
æuum: in quo ex fixis, quas vocant, aſtris cœperant temporis & locorum obſeruare inter-
ualla. Quamquam id non tam conſtanti arte aut ſcientia quàm iudicio quodam & expe- 1023
rientia faciebant: quia ſcilicet diurno cœli motu recurrentibus aſtris (eodem præſertim
anni tempore) ſéque per noctem obijcientibus, inde obſeruarunt diei ac noctis ſiue initia
ſiue incrementa: ſenſim etiam climata & regiones peruestigarunt, oculorum tamen iu-
dicio & experientiæ innitentes, nō (quemadmodum hoc tempore) certis præceptis & ſciē
tia. Etenim poſterioribus ſæculis magnetis & pixidis vſu factum eſt vt poli ſtellas obſeruā-
tes earúmque altitudinem agnoſcentes, interualla locorum ac diſtantias dimetiamur: prę
ſertim verò aſtranomicis adhibitis inſtrumentis: eodémque modo ex charta nautica ſeu
nautico planiſphærio in quibus & venti deſignantur & maria illorúmque interualla, re-
giones & loca deſcripta ſint, licet nautis regiones inter nauigandum obſeruare & inter-
ualla locorum: quin ſtellis, qua dicebam ratione, notatis, horas agnoſcere & nauigationē
dimetiri. Quamquam haud ita facilè loca, regiones & interualla dignoſcere poſſunt, quin
venti quo impelluntur, vis & magnitudo, ac nauis agilitas, curſus, celeritas æſtimanda ſint
diligenter; quin operæ pretium fuerit tum diei horam qua è porta ſoluas notare, tum poli
altitudinem, tum quantum ab Aequatore diſtet ſol, & quam in partem vergat; ita vt nau-
tæ, niſi longo vſu, hæc ſatis diſcere nequeant. Potuit igitur Palinurus, quippe experientiſſi-
mus & diligens, oculorum iudicio obſeruaſſe aſtra quæ illi imminerēt in eo climate dū è
Sicilia in Africā īpelleretur: potuit rurſus dū ex Africa in Siciliā repelleretur a vētis, ea ipſa
ſpectare ſidera ac proinde illorū altitudinē, diſtantiā, ſitum remetiri, atque inde conijcere
quantū ab Sicilia diſtaret claſſis; ſed ea facilitate & cōſtantia id reſcire, aut ea metiri & re-
metiri & obſeruare, qua nūc ob pixidis & planiſphęrij vſū cōtingit, nullo modo. itaut iurè
mode-

Digitized by Google

1024 moderationem verbis adhibeat, illúdque pronunciet (*ſi modò ritè memor.*) Quamquam (vt ea ſubijciam quæ Seruio atque adeo Virgilio ipſi negotium adhuc faceſſunt) cum in vtraque tempeſtate nox atra illos occupaſſet, quî potuit Palinurus aſtra ipſa cernere, nedum metiri aut remetiri?

Noctem hyemémque ferens, & inhorruit unda tenebris,

canit Virgilius de præſenti tempeſtate. Et in primo item

Eripiunt ſubitò nubes cælúmque diémque
Teucrorum ex oculis, ponto nox incubat atra.

qui igitur fieri potuit, vt iſthæc præſtaret Palinurus? Vt omittam non fuiſſe committendum vt Aeneas illud è Matre, vel potiùs ab ignota puella, requireret,

Et quo ſub Cælo tandem, quibus orbis in oris
Iactemur, doceas: ignari hominúmque locorúmque
Erramus, uento huc vaſtis & fluctibus acti;

cum enim ex Palinuro, qui tam diligẽter regionem exploraret, de illa doceri poſſet, quid, obſecro, id a puella requirit? imo verò cum pari nauticæ peritia inſtructus deſcribatur Aeneas (id quod inſequens declarabit locus) cur tanta regionum ac rerum ignoratione occupatur, vt ex fœmina, eáque ignota, hæc ſciſcitari cogatur ac diſcere? Quamquam induſtrius Palinurus ac diligens multò antea obſeruare potuit aſtra quàm nocte illa aut caligine obrueretur; præſertim quia aliquot ſaltem horas nauigauerant ſereno adhuc cœlo, ita ut ante eas tenebras, perueniſſent in altum. idcirco enim cecinit Poëta

Vt pelagus tenuere rates, nec iam ampliùs vlla
Occurrit tellus, cælum vndique, & undique pontus:
1025 *Olli cæruleus ſupra caput aſtitit imber,*

& in prima etiam nauigatione, antequam iactarentur, multa geruntur, ita ut non exiguũ interceſſerit tempus; quo etiam fit vt per noctem, præſertim ſi veſpere ſoluiſſent, aut aliquam noctis partem, nauigare potuerint, ita vt quemadmodum pyræ flammas, ſic aſtra, obſeruare quiuerit Palinurus. Nam Aeneam in illam percunctationem deſcendiſſe, haud mirum; cum per idem tempus nautica peritia (qualis qualis eſſet) non tam gentium atque habitatorum, aut etiam climatum regionúmue nomina, quàm locorum interualla ventorúmque vim, prodere poſſet. Nũc planiſphærij præſidio nautæ regionum quoque ac gentium appellationes dignoſcunt. quin eò prouecta eſt bonorum nautarum induſtria, vt ex planetis etiam, dum quotidie recurrunt: quantumuis ſitum varient, horas, interualla, altitudines, perdiſcant: præſertim ex Luna & Venere.

Part. 4. Tum pius Aeneas. Equidem ſic poſcere ventos
Iamdudum & fruſtra cerno te tendere contrà.
Flecte viam velis. an ſit mihi gratior vlla,
Quòque magis feſſas optem dimittere naues,
Quam quæ Dardanium tellus mihi ſeruat Aceſten,
Et patris Anchiſæ gremio complectitur oſſa?

Aſſentit Aeneas Palinuro: ídque non modò quia hac in re gubernatorem optimũ par eſt audire, verùm etiam quia ipſe, vt erat nauticæ peritus (ob id enim Palinuro occumbẽte munus fœliciter impleuit) hoc ipſum obſeruauerat quod cenſet Palinurus. & ideo, Equidem, inquit, *ſic poſcere ventos, iamdudum cerno* Addit verò *Aeneæ benignitas et cura qualis & quanta.*

—— Et fruſtra cerno te tendere contra,

non vt Palinuri detrahat induſtriæ, aut è contrariò eum quaſi audacem carpat, ſed potiùs
1026 vt declaret id quod eſt, ac Palinuri comprobet ſententiam. quare quemadmodum dixerat Palinurus

Nec nos obniti contra, neque tendere tantum
Sufficimus ——

quod eſt non poſſumus diutiùs cum ventis contendere, aut arte tantam ventorum vim ſuperare, ita Aeneas fatetur ſe obſeruaſſe illum fruſtra cum ventis contendere. Quapropter rectè Seruius illud

—— Fruſtra cerno te tendere contra,

Digitized by Google

ad illud reſpondet

Nec nos obniti contrà nec tendere tantùm
Sufficimus ———

eodémque modo, quoniam dixerat Palinurus

——— *Quóque vocat vertamus iter,*

ſubijcit Aeneas

——— *Flecte viam velis.*

Denique vt Palinurus ſuadebat vt in Siciliam & ad Aceſtem rediret, ita Aeneas Palinuro mirificè aſſentiens ait

——— *An ſit mihi gratior vlla,*
Quóque magis feſſas optem dimittere naues
Quàm quæ Dardanium tellus mihi ſeruat Aceſtem,
Et patris Anchiſæ gremio complectitur oſſa?

quibus prudens Dux nauo Gubernatori blanditur, tantùm abeſt vt illi detrahat quicquã. Vt omittam cùm optimi Principis induſtriam & in ſuos charitatem exprimere, dum feſſis nauibus ac proinde Teucrorum commodis & ſaluti inuigilat, tum inprimis pietatis ſpecimen dare, qui ſe inter tempeſtates demortui parentis memorem oſtendit, & terram quæ illius oſſa conderet, quaſi matrem agnoſcit cum gremio complecti dicat Anchiſem. Atque hìc obſerua quàm cautè ac diligenter duriores Poëtas euolueret Poëta noſter: etenim ſine dubio poſtrema quæ interpretabar verba ——— *Gremio complectitur oſſa,* deſumpſit leui flexu ex Lucretio qui cecinerat ——— *Tumulo complectitur oſſa;* aurum, ſi non è ſtercore (id quod affirmauerat dũ euolueret Enniũ) ac certè ex ære colligens aut educẽs.

Partic. 5.

Hæc vbi dicta, petunt portus, & vela ſecundi
Intendunt Zephyri: fertur cita gurgite claſſis: 1027
Et tandem læti notæ aduertuntur arenæ.
At procul excelſo miratur vertice montis
Aduentum, ſociáſque rates, occurrit Aceſtes,
Horridus in iàculis, & pelle Libyſtidis vrſæ:
Troïa criniſo conceptum flumine mater
Quem genuit. veterum non immemor ille parentum,
Gratatur reduces, & gaza lætus agreſti
Excipit, ac feſſos opibus ſolatur amicis.

Siciliam petunt, & Aceſtem adeunt. De Aceſte, a quo excipiuntur.

Aquilo qui in Latium nauigantibus aduerſabatur; proram in Siciliam conuertentibus, fit propitius: itaque, *portus petunt*, quod eſt ad Siciliæ quos non procul abeſſe, portus dixerat Palinurus, contendunt claſſe, quæ ſecundis Zephyris ſeu flatibus vela intendentibus, pelago fertur properè; ita vt Troiani tandem læti ad notam arenam, (nam iam antea Siciliæ littus attigerant, & ad Aceſtem diuerterant) deſcendant. Quapropter Aceſtes non pòtuit non admiratione affici ob improuiſum illorum aduentum: cum celſo ex monte etſi longè poſito, amicam agnoſceret claſſem. Itaque occurrit ſtatim, ídque ſine dubio vt eos, quod poſt paulò ſubijciet, exciperet. Interim tamen Poëta ne rem hiſtorico perageret more ac ſimplici, eius deſcribit tum habitum, aítque

Horridus in iaculis & pelle Libyſtidis vrſæ;

tum ortum ac genus, pergens

Troïa Criniſo conceptum flumine mater
Quem genuit ———

Qualis vrſæ Libyſtidis pellis, aut vrſa ipſa.

vbi ſanè, quod pertinet ad pellem Libycæ vrſæ, optaſſem vt Seruius qui dubitat num reuera vrſæ pellis fuerit, an alterius feræ, vt leonis vel pardi (credo quod vereretur hiſtoricos illos qui vrſas in Libya negant reperiri) multò verò magis alij qui vrſinam pellẽ fuiſſe non 1028
modò dubitant ſed negant, contendúntque vrſam Libycam priſcis Romanis ſignificaſſe leonem, docuiſſent alicuius authoritate ſcriptoris verè leonem, quod alioquin abſurdum videri poteſt, ſignificari vrſæ nomine: ac ſaltem in leænam, vt minuerent inuidiã, non in leonem, conuertere vrſam debuiſſent. Ipſe igitur, quoniam alibi docuimus

vrſos

vrſos etiam ali in Libya, quin crediderim vrſam a Virgilio Libyſtidem, hoc nimirum retento nomine, fuiſſe appellatam more maiorum, atque hanc appellationem vt veram ſic tritam fuiſſe, veram vrſam acceperim: præſertim verò cum Orpheus etiam venatorem inducat hiſpida vrſi indutum pelle: ac ſine dubio è Libya huiuſmodi pelles afferebantur. Vt omittam alibi etiam pelles Libyſtidis vrſæ mentionem feciſſe Poëtam quem proptereà imitati ſunt poſteriores non grauatè. Quòd verò pertinet ad Aceſtis ortum ac genus *De Aceſte rurſus & eius ortu.* lubet deſcribere Seruij verba (abſunt enim a vulgatis) quibus hiſtoria ſeu fabula explanatur copioſè. ſic igitur ſcribit, *Hippotes filiam ſuam egeſtam, ne ad certos religaretur, ſuperpoſuit*

Pag. 362 C. in Pariſ. *naniculæ, & miſit quò ſors tuliſſet. Quæ delata ad Siciliam, Criniſus fluuius concubuit cum ea conuerſus in canem, vnde Aceſtes natus eſt. Vel, vt quibuſdam videtur Ageſtes: huius rei vt eſſet iudicium .... * effigiem canis percuſſum Siculi habuerunt. Alij dicunt Laomedontem Regem Troianorum cũ grauiter Ciues ſui ab eo ceto, id eſt bellua marina infeſtarentur, propterea quod mercedem Neptuno ob fabricatos muros negaſſet, ad Templum Iouis Ammonis ſcitatum miſiſſe de mali remedio vel fine, cui cum eſſet reſponſum vt filiam ſuam Heſioniam belluæ offerret, & hoc a ciuibus facere cogeretur, fore reſpondit ſi ante eorum filias belluæ obiecisſet: quo facto cum plures puellæ a ceto aſſumptæ eſſent, plerique parentes filias in longinqua miſerũt ex quibus vna Troia, nomine Siluæ Aegeſta delata * in Sicilia*

1019 *eſt & Criniſo, ſicut dictum eſt, compreſſa edidit Aceſtem. Alij Laomedontem cum ſicut narratum eſt propter filiam ſuam ſeditionem a Ciuibus pertuliſſet, vnum de Troianis auctorem ſeditionis occidiſſe, filiáſque eius mercatoribus exponendas dediſſe, a quibus illæ in Sicilia propè Criniſum amnem relictæ ſunt, quarum illæ vna in cane conuerſus compreſſa * quidam dicũt Aegeſtam reuerſam in matrimonium a Capue ductam ex quibus Anchiſen natum.* Is igitur, qualis qualis reuera fuerit eius *Qui exceperit Troianos.* ortus, aduentum Troianis gratulatur, & agreſtibus diuitijs, fructibus inquam agri ſeu ruſticanis epulis, eos excipit lætus, ac ſummatim amicis opibus quæ inquam ob coniunctam beneuolentiam & animi propenſionem vnde æſtimantur, cariora ſunt, feſſos ſolatur ac reficit. Hæc de Aceſte.

Hîc verò iurè dubitet quiſpiam cur Poëta nõ antea Aceſtis mentionem fecerit, atque *Dubitatur, cur de Aceſte tam ſerò mentionem fecerit, nec antea illum commendarit.* illius humanitatem adde etiam affinitatem, ibi commemorauerit vbi primùm Troiani perhumaniter excepti ab illo ſunt. ſanè vel in I. libro vbi primùm è Sicilia atque Aceſtis & Vrbe & portu ſoluit (id quod in progreſſu colligere licuit) complexúque diſceſſit, aliquam eius mentionem facere debuit, aut certè in fine III. vbi ad eum, quantum quidem nauigationis narratio monſtrat, peruenit. & tamen in I. altum de illo ſilentium: in III. verò

Hinc Drepani me portus & illætabilis ora
Accipit ———

inquit Aeneas; Drepani Regem eſſe aut fratrem ne verbum quidem: tantùm abeſt vt ſe ab illo peramãter & honorificè exceptum & apud eundem diu commoratum, retulerit:

1030 cum tamen officij ratio poſtularet vt de illo honorificam mentionem faceret, non in hũc locum reijceret: ſi tamen hîc honorificam de illo mentionem facit vllam dum eum agreſtem ferè deſcribit & a Regijs moribus procul. Certè Heleni quîcum biduò tantùm fuit, mirum eſt quàm longam & præclaram coniecerit mentionem Aeneas. Ego verò crediderim *Reſpondetur.* in I. dum ſolueret, præterijſſe Aceſtem quòd omnino conſtituiſſet ab vna Carthagine, cuius mentio Romanorum aures atque animos vehementer excitare ac tenere & potuit & debuit, initium facere. in III. verò in quo narrat ſuam Drepani deſcenſionem, nihil erat cur Aceſtis vel affinitatem vel in Troianos liberalitatem humanitatémque exponeret Didoni, cui iam ab Ilioneo, & opportunè quidem, fuiſſet declarata dum diceret

——— *Sunt & ſiculis regionibus Vrbes,*
Armaque, Troianóque a ſanguine clarus Aceſtes.
Quaſſatam ventis liceat ſubducere claſſem,
Et ſyluis aptare trabes, & ſtringere remos,
Si datur Italiam ſocijs & rege recepto,
Tendere, vt Italiam læti Latiúmque petamus:
Sin abſumpta ſalus, & te pater optime Teucrũm,
Pontus habet Libyæ, nec ſpes iam reſtat Iuli:
At freta Sicaniæ ſaltem, ſedéſque paratas,
Vnde huc aduecti, regémque petamus Aceſtem.

Digitized by Google

quarum rerum commemorationẽ eò tutiùs prætermittere potuit in 3. quòd Dido, in 1. ſati indicet ſibi Aceſtem perſpectum eſſe, dum pollicetur ſe Troianos quibus poſſit auxilijs iuuaturum.

Seu vos Heſperiam magnam, ſatúrniaque arua,
Siue Erycis fines, Regémque optatis Aceſten.

Denique cum miſericordiam ſibi conciliare moliretur Aeneas dum ſuos caſus & acerbi- 1031
tates exponeret Didoni, aptè quidem earum narrationem perorauit lugubri illa & pathetica parentis optimi amiſſione,

—— Hîc pelagi tot tempeſtatibus actos,
Heu genitorem, omnis curæ caſúſque leuamen,
Amitto Anchiſen. hîc me pater optime feſſum
Deſeris, heu tantis nequicquam erepte periclis.

at Aceſtis, qui eos hilariter exceperat, mentione, minùs aptè imò ineptè omnino orationem ille concluſiſſet ſuam. Hàc igitur de cauſa hîc, vbi Aeneas nõ Didonem alloquitur cui Aceſtes erat cognitus, quin ne ipſe quidem Aeneas loquitur ampliùs, ſed dicendi ac narrandi munus a poëta reſumitur, egregia illius fit mentio & opportuna. Vt enim illum (ſi quis rectè æſtimet) frugalem deſcribit, atque honeſtæ exercitationi ac Principe dignæ (talis enim eſt venatio) deditum, ſic humanitatis officiíque deſignat pleniſſimum. Vt omittam paulò poſt etiam honorificam de illo mentionem facturum, cum dicat fama fuiſſe celebrem, atque hac etiam de cauſa factum vt ex finitimis plurimi ad ludos confluxerint. Paucis verò concludit Aceſtis conuiuium, fortaſſe vt conuiuij ipſius frugalitatem quadam veluti frugalitate verborum imitetur, ac ſimul qui Didoniani conuiuij magnificentia delectaſſet, nunc frugalitate nos iuuaret & iuſtitueret. Vt omittam poëmatis varietati hac interim ratione conſuluiſſe, breuitati denique ſtuduiſſe, vt ad Anchiſis pompam properaret, de qua ſic pergit.

Quàm cõmode commendetur Aceſtes.

Poſtera cum primo ſtellas oriente fugârat
Clara dies, ſocios in cœtum littore ab omni
Aduocat Aeneas tumulíque ex aggere fatur.
Dardanidæ magni, genus alto a ſanguine diuûm
Annuus exactis completur menſibus orbis, 1032
Ex quo relliquias diuiníque oſſa parrentis
Condidimus terrâ, mœſtáſque ſacrauimus aras.
Iámque dies (ni fallor) adeſt quem ſemper acerbum
Semper honoratum (ſic Dij voluiſtis) habebo.
Hunc ego Getulis agerem ſi ſyrtibus exul,
Argolicóue mari deprenſus, & vrbe Mycenæ:
Annua vota tamen, ſolemnéſque ordine pompas
Exequerer, ſtruerémque ſuis altaria donis.
Nunc vltrò ad cineres ipſius & oſſa parentis,
Haud equidem ſine mente, reor, ſine numine diuûm
Adſumus, & portus delati intramus amicos.
Ergo agite, & cuncti lætum celebremus honorem:
Poſcamus ventos, atque hæc mea ſacra quotannis
Vrbe velit poſitâ templis ſibi ferre dicatis.
Bina boum vobis Troiâ generatus Aceſtes
Dat numero capita in naues: adhibete penates
Et patrios epulis, & quos colit hoſpes Aceſtes.

Præterea

Digitized by Google

Præterea, ſi nona diem mortalibus almum
Aurora extulerit, radiiſque retexerit Orbem,
Prima citæ Teucris ponam certamina claſſis.
Quíque pedum curſu valet, & qui viribus audax:
Aut iaculo incedit melior, leuibúſue ſagittis:
Seu crudo fidit pugnam committere cæſtæ;
Cuncti adſint, meritaéque expectent præmia palmæ.
Ore fauete omnes, & cingite tempora ramis.

Succedit iam ſecunda huius libri pars: in qua Aeneas, poſtera quàm ad Aceſtem perueniſſet die, Anchiſi parenti optimo iuſta quin ſacra etiam perſoluit: demúmque apparatiſſimos ludos ac nobiles in eius honorem inſtituit ac celebrat: vt nimirum Homerum imitetur, qui in ſua Iliade Achillem inducit Patroclo parentantem ac ludos in huius honorem celebrantem. Sed de Homero & Achille infra. Nunc de Aenea, & Virgilio. Igitur nobilem pompam apparatiſſimóſque ludos deſcripturus poëta, vel potiùs Aeneam inducturus qui hæc proponeret celebranda, a lætiſſimi diei ortu ducit initium, ac propterea canit, *SECVNDA libri Pars.* *Lib. 23. ſeruio.* *Ortus deſcribitur diei inqua Aeneas ad concionem conuocat Troianos.*

1033

Poſtera cum primo ſtellas oriente fugârat

Clara dies —— vbi, dum eleganter noui diei ſplendore fugatas ait ſtellas, ad hyperbolen poëtarum more diuertit. ſtellæ enim cœlo ita ſunt infixæ vt inde fugari aut dimoueri haud poſſint. ſed tamen quia eximium ſolis iubar noſtris oculis ſtellarum adimit lucem, eas a diei luce fugari ait. ſtatim igitur ac clara dies illuxit, Aeneas ſocijs è claſſe ac littore vndique, per præconem, opinor, conuocatis, ex tumuli aggere, militari ſcilicet more ac modo, ad eos pro concione verba facit. Ac primùm commemorat iam annum expleri, ex quo Anchiſis oſſa & reliquias ibi condidiſſent, eidémque mœſtas aras conſecraſſent. Tum monet ſe anniuerſarium diem recurrentem omnino recolere ac celebrare decreuiſſe. Si enim ipſe hoc mihi officium parenti optimo perſoluendum ſtatuerem etiam ſi inter Getuliæ ſyrtes agerem, aut in Argolico mari ipsíſque Mycenis deprehenſus eſſem, hoc eſt vbi iactatum & ab omnibus imparatum, imò inter hoſtes detentum, me hic dies offendiſſet, quid obire illud recurſem, cum volens ac lubens eius cineri & oſſibus ſim præſentiſſimus & tuto in loco, hoc eſt inter amicos, poſitus, annua illi vota ſolemnéſque pompas inſtaurare atque altaria ſtruere, hæcque donis cumulare, conceſſū ſit? vt mihi quidem perſuadendum nos non ſine Deorum numine ac voluntate, quin cura & beneficentia, qua ventis obſecundarint ac tempeſtati, huc aduectos, amicum hunc portum tenuiſſe. Mox verò Troianos cohortatur vt velint ipſi quoque lætam hanc pompam & parentis honorem proſequi & celebrare. Itaque poſcamus, inquit, ventos, propitios ſcilicet. quibus optatam terram attingamus tandem, oremúſque vt velit ſacra hæc quot annis in ea inſtaurari Vrbe quam a fatis iubemur condere, idque templis ei a nobis extructis & conſecratis. Iam verò ne forte Troianos illud hærentes haberet quòd victimis carerent quæ ſacris eſſent adhibendæ, has Aceſtis nomine præſto eſſe monet, ac pro nauibus ſingulis binos delatos boues: proíndeque faciendum vt epulis cùm patrij tum quos Aceſtes coleret, penates, adhiberentur. Quanquam vt pōpa lætior eſſet & illuſtrior, pollicetur ſe nona die, ſi tamen læta illuxerit ac ſplendida ludos quoque daturum, ac meritis præmijs victores donaturum. Quin vt ſe interim compararent, de ludis illos admonet quibus pompam cohoneſtare decreuiſſet, primò enim certandum ait nauali curſu, deinde pedeſtri, in quo vires maximè oſtentantur, tum ſagittis ad ſignum, denique duro ceſtu pugnandum eſſe. quapropter concludit. *Quale habuerit concionem.*

1034

Ore fauete omnes & cingite tempora ramis.

Hæc ſummatim Aeneæ concio. in qua nemo expectet vt in eius artificio aperiendo immorer: quandoquidem ea quibus hactenus varias conciones explicauimus, huic, quod attinet tum ad procemium eiúſque munera, tum ad narrationem partiúmque conſtitutionem ac perorationem, vno verbo ad artificium vniuerſum, certa anologia & proportione ſeruire poſſunt. Tantùm dicam Aeneam quippe qui tanquam in deliberatiuo verſatur *De propoſita Concionis artificio pauca quædam.*

1035

ſatur genere(ſuadet enim Troianis vt ſe ad ſacra & ludos parent celebrandos) narrare primùm: inde verò, quoniam narratio eſt veluti argumentorum ſedes aut fons, ex illa ducere argumenta quibus Troiani ad parentandum ac ſacra ludóſque in Anchiſis honorem alacriter obeunda incendantur. Quamquam pauca quædam attingere cogor quibus dilucidetur adhuc oratio ac tandem abditum poëtæ conſilium recludatur in hac ꝓ ōpa: quod ab interpretibus, neſcio quo pacto, etſi prora ac puppis videri poſſit, reticetur.

Notantur quędam ad dilucidandam Conciōnē hanc totam.

Annuus exactis completur menſibus orbis,

I. more maiorum loquitur, vt opinor, quales quales intelligeret menſes quibus annus compleretur; ita vt otioſè requiratur num mēſis ad Lunæ planè ſpatium æſtimaretur, & quot
II. quibúſue menſibus expleretur annus. Eodémque modo verba illa(*Ni fallor*) more maiorum vſurpantur, vt ſcilicet abſit a dicto temeritas, & memoriæ oſtentatio: non quòd alioquin ob anni confuſionem quæ occurreret in eius ratione ſubducenda, hæreri poſſet. quare dū ſcribit Seruius(*Ni fallor*) *non quaſi neſcius dixit, ſed propter anni confuſionem, quæ erat apud maiores. Nam ante Cæſarem qui nobis anni rationem compoſuit, quàm hodiéque ſeruamus, intercalabātur dies: vt etiam in Verrinis legimus, ſcilicet Lunæ non congruente ratione. Annum autem primò Eudoxus: poſt Hipparcus: deinde Tibomomæus: ad vltimum Cæſar deprehendit*; mihi quidem totam 1036
III. hanc rem alieno planè loco attingere viſus eſt. Opportuniùs ſententiam interpoſuit ſuam in illis verbis(ſic Dij voluiſtis.) tametſi dum ſcribit, *ſemper de Dijs ſalua veneratione conqueritur, & cum querimonia ſartam tectam retinere nititur venerationem*: mihi ne in hoc quidem ſatisfacit: videntur enim ea verba amaritudinem quandam animi ſpirare atque adeò loquēdi licentiam, quæ ex amaritudine illa in nobis oriri interdum ſolet; ita vt quoquo modo contineat quidem tacitam Numinis querimoniam, venerationem vix ac ne vix quidem. etſi enim non in contumelias erumpit, haud tamen eam æquitatem ac tolerantiam refert quam par eſſet erga Deum in rebus etiam aduerſis mortales referre. ſic in III.

Poſtquam res Aſiæ Priamique euertere gentem
Immeritam viſum ſuperis ——

vbi ſine dubio humanum quid patitur Aeneas atque adeò tacitè conqueritur, ne dicam accuſat Numen ob Ilij ruinam dum immeritò cecidiſſe ait: par enim eſt quæ a Deo fiunt approbare & æquiſſima reputare, non modò perferre ac tolerare. Quamquam ſi quis dixerit id Chriſtianæ virtuti largiendum potiùs vnde in aduerſis etiam Deo benedicimus, quàm ab Ethnicis magnopere exigendum, non equidem repugnarim: ſed tamen illud affirmarim, multa etiam nos à Natura ipſa doceri in quibus peccare turpe ſit. ſic ſupra cum diceret Palinurus

—— Non ſi mihi Iuppiter author
Spondeat, hoc ſperem Italiam contingere cœlo,

ſine dubio hominis quoque Ethnici lineam vtcumque, aut ego magnopere fallor, prætergreſſus eſt. ita vt niſi Poëtam excuſes quòd nautarum procacitatem exprimere licuerit; 1037
vnde omnino excuſetur non habeam. Quo nomine culpandus eſt etiam hoc in loco, ſed minùs tamen, quia tum in Ethnicum morem ſpectarit, tum Homerum imitatus ſit, qui in non diſſimili calamitate canit οὕτω Διὶ φίλον, ſic Ioui placuit. Plautus etiam facilè offendit in hunc ſcopulum cum diceret (Dijs placitum voluptati vt mæror comes conſequatur.) Nec magnopere diſſimile eſt illud II. Aeneidos

—— Cadit & Ripheus, Iuſtiſſimus vnus
Qui fuit in Teucris, & ſeruantiſſimus æqui.
IV. *Dijs aliter viſum ——*

quamuis hîc minùs appareat querimonia. Illud etiam obſeruauerim, egregiè argumentari Aeneam dum ait

Hunc ego Getulis agerem ſi ſyrtibus exul,
Argolicóue mari deprenſus, & Vrbe Mycenæ:
Annua vota tamen, ſolemnéſque ordine pompas
Exequerer, ſtruerémque ſuis altaria donis.

quamquam enim, rem attentiùs æſtimanti, nihil prohibet cur pietatis & religionis opus quod interiore cultu ac veneratione multò magis cōtinetur quàm externo, exerceatur etiā in ſyrtibus & inter hoſtes, & exteriori quoque ſigno obſeruantia vtcumque declaretur, dum tamen populariter, prout in concione par eſt, loquitur ad externos actus & pompā ſpectare poteſt vel maximè, quæ reuera inter ſyrtes & hoſtes impediri poſſunt; ita vt in externum

Digitized by Google

ternum cultum ſpectans qui victimis ariſque perageretur, differat egregiè. Neque verò
crediderim Virgilium dum caneret

1038 *—— Adhibete penates* V.
Et patrios epulis, & quos colit hoſpes Aceſtes,

non ſpectaſſe in Romanorum lectiſternia & ſacra, in quibus Penates in toris collocabant
Deorum conuiuia celebrantes; atque epulones (Liuio teſte) adhibebant qui pro penati-
bus epulas ederent: quin etiam his reſponderent interim Troiani, ita ut & Deorum conui
lib. 5. & 7. uium & penates & epulones hîc Romano more obſeruari poſſint. Ad extremùm cũ quin VI.
que ludorum genera dederit Aeneas, equeſtre (quod tamen dedit) cur obſecro hîc retice-
tur, dum cætera proponuntur? præſertim verò quia equeſtre omnium nobiliſſimum vide
ri poteſt? Sed de hoc vbi V. eiuſdem ſpectaculum dabitur. Nunc his ſigillatim in hac con
cione declaratis, totam hanc rem ijs concludere lubet quæ ad Anchiſis ἀποθέωσιν, quaéque
hîc poëtæ conſilium, quod tamen ab explanatoribus vix ac ne vix quidem explicatur, con
tinet vel maximè. Ergo Virgilius, quippe qui Romanis (id quod ſæpè commemorare co- *VII. In quo Anchiſis declaratur ἀποθέωσις atque huic tacitè concione hac tota ſtuduiſſe Virgiliũ oſtenditur.*
gor) Auguſtóque in primis canit, ſic Aeneæ deſcribit pietatem in hac parentatione, vt clã
Anchiſem inter Deos referat, ac diuinos illi honores haberi iubeat. nimirum ut Auguſto
diuinitatem affectanti, ſéque ab Aenea & Iulo tanquam a diuina ſtirpe profectum gloriã-
ti, non modò ob Venerem; verùm etiam ob Anchiſem (ne ſcilicet materno tantùm, ſed
paterno etiam, quod plus multò confert ad nobilitatem, genere Aeneam ac proinde Au-
guſtum Dijs progigneret) optatam impertiret diuinitatem. neque Auguſtum modò ve-
rùm etiam Romanos, quippe a Troianis ortos, diuinitate ornandos putauit & cumulan-
1039 dos: ita ut tota hæc concio quæ ad Aeneæ pietatem declarandam inſtituta videri poteſt,
clam ad Romanorum diuinitatem introducendam ſit comparata. id quod iam iam lice-
bit ab concionis initio ad finem vſque breuiter obſeruare. Principiò igitur Troianos cõm
pellans

Dardanidæ magni genus alto a ſanguine diuûm

inquit Aeneas: vt ſcilicet ſtatim atque docuerit (docebit autem paulò poſt) Romanos a
Troianis eſſe profectos, hos (ſi Deo placet) conſtet eſſe diuino prognatos ſanguine, atque
adeò a Ioue per Dardanum, vnde Troiani; procreatos. nam huc etiam ſpectat. quod &
Dardanidas vocat interim Troianos (vt ſcilicet conſtet cur eos faciat diuinum genus) &
magnos & alto a ſanguine diuûm: Iouem enim Authorem deſignat. ita ſanè cum paulò
poſt a Mnneſteo, Gya, Sergeſto, Cloantho quatuor Romanas familias ſeu gentes deriua
bit, has optabit diuinas haberi; vt minimè mirum Romanos ſibi gloriæ duxiſſe Troiuge-
nas appellari. Sed his miſſis, ad Anchiſem & Auguſtum accedo: de quibus ſic ſtatuo; Vir-
gilium dum ſtatim ait annum recurrere ex quo Anchiſis reliquias terræ condiderunt, vi-
deri quidem eniti vt Aeneæ pietatem oſtendat, ſed tamen clam Anchiſis diuinitati ſtude-
re: & ideo pergit —— *Diuinique oſſa parentis* —— vbi non quaſi diuinum opus aliquod &
admirabile celebret, vt cum canit —— *Diuini opus Alcimedontis* —— diuini ait parentis;
ſed quia ex diuino ſit ortus ſanguine & ex Ioue ac Dardano per Troëm & Capyn propa-
gatus: ſimúlque poſt mortem (id quod nunc molitur maximè) inter Deos receptus: &
ideo ait iam antea illi ſacratas fuiſſe aras: mortuis enim non planè ſacrabantur multóque
minus vnà cum templis erigebãtur, quemadmodum de Anchiſe prædicat prædicabítque
1040 in progreſſu. huc pertinet quod anniuerſarium diem ait recurrere, acerbum quidem ſed
qui ſemper honoratus habendus ſit, videlicet propter diuinos honores ac rem diuinam
inſtitutam. huc annua uota: uota enim Dijs debentur. Itaque in Georgicis, vt Auguſtũ
faciat Deum, vota iam offerri iubet poëta. huc donis altaria cumulare: præſertim quia do-
na ſuperis tantùm, ſi quibuſdam credimus, inferis munera, deberentur. huc quod ait

Haud equidem ſine mente reor ſine numine diuûm
Adſumus: ——

tacitè enim parentis quoque volũtate factum ſignificat vt tempeſtas illa exorta ſit, qua ad
ſepulchrũ anniuerſario die cõpellerentur, vt ſepulchro non cenotaphio honores impende
rent. huc quod ait poſcamus vẽtos, propitios, ſ. vt fęliciter nauigemus: quaſi verò aliquam
in ventos ẽt & mare obtineat poteſtatẽ: fortaſſe. n. Deũ maris haberi vult propter Venerẽ
quæ maris quoque ſit Dea. huc quod Troianos hortatur vt inter ſacra precib. ab Anchiſe
depoſcãt, vt velit, hoc eſt cõcedere placeat, ſibi in Vrbe quã cõdituri eſſent in latio, quotã-
nis ſacra, ſacra inquã, renouari ac Tẽpla dicari. Sed & dũ hæc ſacra lectiſternijs iubet cele-
brari

Digitized by Google

brari ac propterea penates ẽt adhiberi, inter Deos relatam indicat. denique huc Nouẽdia lia & Libationes pertinent: huc quod ſanctum, non carum, vt in 3. eum vocat. Ad extremùm anguis id totum confirmat, & ſacra quæ illi perſoluunt, clamant, quemadmodum conſtabit paulò poſt. vt minùs mirum videri debeat iam in 4. libro illud vſurpaſſe 1041

Viſa dehinc cœlo facies delapſa parentis

Anchiſæ ——

nam occupaſſe voluit vt hîc non tam fieret ἀποθέωσιν, quàm ob anniuerſarium vulgaretur. interim dum fugaſſe dicitur ſtellas clara dies, non ab re fuerit obſeruaſſe, idem, nec minùs eleganter, Auroræ tribuiſſe poëtam cum caneret

Iámque rubeſcebat ſtellis Aurora fugatis

id quod Horatius Soli apertiùs acceptum refert dum canit

—— *Rediens fugat aſtra Phœbus:*

& hoc ſibi fortaſſe voluit Pindarus, dum diceret Solem lucere ἐρήμας δι' αἰθέρος, deſerto in æthere; quaſi verò exoriente ſole cœlum deſeruiſſent ſtellæ. Neque verò non eleganter annum integrum annui orbis deſcribit nomine; tametſi poëtæ interdum ex additamento certam anni deſignant partem: ſic canens Tibullus

—— *æſtiuo conuocat orbe niues;*

intelligit æſtiuam anni partem. atque hîc orbis diei aptatur non inuenuſtè: ſic Virgilius

—— *Cœli Sol igneus conſcenderat orbem:*

& rurſus

Medium Sol hauſerat orbem:

qui ſanè non minùs eleganter quàm propriè tribuitur diurnæ ſolis peruagationi. ac fortè hac de cauſa hîc addit, *(exactis menſibus)* ne diem intelligeremus ſed annum. Quod verò ait Aeneas

—— *Quem ſemper acerbum*

Semper honoratum ——

diem habebo, mirum habet leporem propter diſſidentem aut non facilè cohærentẽ acerbitatem & honorem. ſic Euripides vt latinè audiatur: *Vna dies me tenuit, vna perdidit:* ſic Sophocles *Odi amauíque in die vno.* & rurſus, quæ ſententia cum Virgiliana magis conſentit,

—— *Iucundè mihi certè & dolentes ſimul.*

Partit. 7. Sic fatus, velat maternâ tempore myrto: 1042
Hoc Helymus facit, hoc æui maturus Aceſtes,
Hoc puer Aſcanius: ſequitur quos cætera pubes.
Ille è concilio multis cum millibus ibat
Ad tumulum, magna medius comitante caterua.
Hic duo ritè mero libans carcheſia Baccho,
Fundit humi: duo lacte nouo, duo ſanguine ſacro:
Purpureóſque iacit flores: ac talia fatur:
Salue ſancte parens iterum, ſaluete recepti
Nequicquam cineres, animaéque vmbraéque paternæ.
Non licuit fines Italos, fatáliaque arua.
Nec tecum Auſonium (quicunque eſt) quærere Tybrim.

Statim ac perorauit Aeneas, myrto coronauit caput: idque ſiue vt Troiani quibus dixerat

—— *Cingite tempora ramis* ——

planiùs intelligerent quibus ramis coronari oporteret: ſiue vt ſe memorem Veneris filium & gratum oſtenderet (Veneri enim dicata eſt myrtus, & ideo maternam appellat eam) atque illam veneraretur ſiue vt Anchiſis, tanquam Veneris coniugi, faueret Manibus. Cur aũt myrtus Veneri dicata ſit, explicat his verbis Seruius. *Vnde autẽ myrtus Veneri dicata eſt? Fabula autem talis eſt. Mira Cynina filia cum adamaſſet patrem, & eius ſetu pro nocturnis ſus- lo-*

honoris

honoris captata ebrietate paterna ſubieciſſet, grauidaque eadem eſſet facta, prodito inceſtu cum patrem inſequentem ſe ſtricto gladio fugeret, in arborem verſa eſt: quæ cum infantem quem intra vterum habuerat etiam in cortice retineret, percuſſa vt quidam volunt a patris gladio, vt quidam ab apro, paruulũ
1043 *edidit, quem educatum Nymphæ Adonem appellauerunt; hunc venus vehementiſſimè dilexit, & cum ira matris ab apro eſſet occiſus, ſanguinem eius vertit in florem qui nunquam vento decuti dicitur; Arborem quoque mirtum ex qua puer natus fuerat, tutelæ ſuæ adſcripſit; quamuis alij dicunt ideo Mirtũ Veneri dicatam, quia cum è mari exijſſet ne nudus conſpiceretur, conlatuit in mirto, vel quia fragilis eſt arbor ipſa, vt amor inconſtans, vel quia iucundi odores, vt, ſic poſitæ, quoniam ſuaues miſcetis odores. Ecloga* 2. hæc Seruius: quæ tamen an cum ijs conſentiant quæ de myrto & Myrene ſcribit in 3. dum explicat illud, *Horrida myrtus*, & an probanda ſint, alij viderint. Certè aliqui myrtum Veneri dicatam volunt quòd amorem conciliare & conſeruare credatur: alij, Plutarcho teſte, quia ſit pacis ſymbolum quæ Veneri ſit optatiſſima; alij quia planta hæc ſit littoralis & maritima, ac propterea Veneri quæ mari orta dicitur, amica, vt hinc etiam factũ ſit in 6. vt myrtea ſylua amantium ſit domiciliũ. Igitur Aeneas velat caput materna myrto: idémque Helymus (creditur hic in Siciliam cum Aceſte profectus ac regni fuiſſe particeps: vel Erycis fuiſſe frater: vel certè præcipuus erat inter Troianos & Anchiſis comes, quíque ætate grauis cum imbelli populo relictus eſt in Sicilia: vbi fertur deinde condidiſſe aliquot Vrbes: niſi tamen quia non multò poſt videtur hic idem Helymus fieri Aceſtis ſocius, primam ſententiam tutiorem eſſe ſuſpiceris) idem fecit æui maturus Aceſtes: qui ſcitè quidem maturus dicitur æui, vt ſenij quod imbecille & effœtum eſt, nomen declinetur & in commodiore indicetur.
1044 quanquam, cum venationem tractaret, cuius laboribus ſenes & imbecilles impares ſunt, ægrè ijs aſſenſerim qui ad imbecillitatem & effœtã ætatem declarandam, æui maturum appellari opinantur. Crediderim igitur ſignificari matura iam fuiſſe ætate, ita vt in viri adhuc, quoniam latè patet ætas, conſiſteret ſtatu, ſed qui ad ſenium iam inclinaret. cum enim non multò poſt ſenex dicatur, quídni ad ſenium ſaltem inclinaſſe fateamur? Niſi tamẽ dignitatis cauſa ſenex appellatũ exiſtimes, quẽadmodum Senatores ac patres tali nomine, florente etiam ætate appellantur. Certè Aceſtes qui paulò poſt certamen ſubibit, vires penè integras præſeferat oportet non imbecillas. Iam verò (*vt Regis ad exemplum totus componitur orbis*) eâdem ſe ornat fronde Aſcanius ac Troiana pubes reliqua. ita quidem Aeneas ad tumulum multo ac nobili accedit comitatu. vbi Anchiſi libans, humi fundit duas tum meri tum noui lactis tum ſanguinis ſacri, pateras: ut enim hæc obuia erant & non vilia, adhibita ſunt inter multa & varia quæ híſce adhiberentur ſacris: nam aquam etiam, mel, farinam & id genus multa huc referebant interdum, quemadmodũ ex Homero, Aeſchylo, Virgilio item & alijs conſtat ſatis. Quanquam dum ait Seruius, *partim quaſi mortuo, pari numero ſacrificat, partim impari quaſi Deo qui numero gaudet impari*, equidem hanc ſententiã nec ſperno nec magnopere cõplector: nã video quidem tria proferri binaria, ita vt quoquo modo binaria miſceat cum ternario, ſed an in id ſpectet quod ſtatuit Seruius, a poëta ipſo requirendum eſſet. idémque dixerim dũ ait Seruius vmbras ſanguine & lacte ſatiari: hoc enim, quoniam anilem refert fabulam, optaſſem vt, quale quale eſſet, confirmaſſet ex Authore aliquo: a quo etiam requirerem vt idem doceret de vino vt conſentirent omnia. Flores verò iacit de more; nam vel quia
1045 venuſti ſint & grati, vel quia ſunt obuij, paſſim apud omnes ſacris conſtat adhibitos. Addit verò preces quibus ſic eũ ſaluere iubet, vt ſignificet ſe id ſecundò facere: ſpectat enim in eas quas illi ſuperiore anno perſoluerat inferias: & ideo verbis illi aggreditur precationem *ſalue iterum*. quanquam ſi poſtremam hanc vocem cum ſequentibus iungas (id enim fit elegantiùs) ſemel atque iterum iuberet ſalueri nec ad ante actum anniuerſariũ prouocaret. Dum verò ſalutat receptos nequicquam parentis cineres, ſubdurum videri poſſet vt per receptos cineres parentem intelligat ex Troiano incendio receptum ac liberatum, quemadmodum interpretes exponunt: nam præterquam quod tum viuebat ac propterea cineres recepit nullos: contemnentis eſſet eum viuentem, adhuc inter cineres aut cineris nomine deſcripſiſſe. nam quod ait Dido

Nec patris Anchiſæ cineres maneſue reuelli,

id verò mortuum ſepulchróque conditum ſpectat Anchiſem. quapropter vel antequam Siciliam attingeret (id quod tradunt alíqui) Anchiſes fatis cõceſſit, ita ut in Siciliam recepti & aſportati dicantur cineres: vel certè, quoniam in fine 3. clariùs indicat Drepani exceſſiſſe, quàm vt apud Virgilium (ſecus enim apud alios) in cõtrouerſiam vocari poſſit,

recepti cineres, tumulo illo recepti & condicti ſignificantur. ex quo fieret vt quæ ſequuntur carmina

—— Animaéque vmbraéque paternæ
Non licuit fines Italos, fatáliaque arua:
Nec tecum Auſonium (quicunque eſt) quærere Tybrim,

ad animam quin ad parentem eſſent referenda (ideò enim ait, Nec tecum) quòd cum eo, viuente ſcilicet, non licuiſſet latium attingere. & ideo in Tertij fine illud canit 1046

—— Hic me pater optime feſſum
Deſeris, heu tantis nequicquam erepte periclis,

vbi patrem & Anchiſem, non cineres, Ilij excidio ac maris periculi ereptum dicit vel cineres nequicquam receptos, dicit, vt ſignificet ſibi qui viuo parente indigebat, fruſtra ibi cõditos eſſe & nunc remeando receptos ſiue exceptos: cum illum omnis curæ caſúſque leuamen (ſic enim in 3.) ſibi adeſſe optaret, vt eo comite & duce fatalia arua & Auſonium Tybrim requireret ac teneret,

Partic. 8.

Dixerat hæc, aditis cùm lubricus anguis ab imis
Septem ingens gyros, ſeptena volumina traxit,
Amplexus placidè tumulum, lapſúſque per aras:
Cœruleæ cui terga notæ, maculoſus & auro
Squamam incendebat fulgor: ceu nubibus arcus
Mille trahit varios aduerſo Sole colores.
Obſtupuit viſu Aeneas: ille agmine longo
Tandem inter pateras, & leuia pocula ſerpens:
Libauítque dapes, rurſúſque innoxius imo
Succeſſit tumulo, & depaſta altaria liquit.
Hoc magis inceptos genitori inſtaurat honores,
Incertus geniúmne loci, famulúmne parentis
Eſſe putet: cædit quinas de more bidentes,
Tótque ſues, totidem nigrantes terga iuuencos.
Vínaque fundebat pateris: animámque vocabat
Anchiſæ magni, manéſque Acheronte remiſſos.
Nec non & ſocij, quæ cuique eſt copia, læti
Dona ferunt: onerántque aras, mactántque iuuencos.
Ordine ahena locant alij, fuſíque per herbam
Subijciunt verubus prunas & viſcera torrent.

Quò ſpectet Virgilius dum huiuſmodi introducit anguem.

Diu ac multùm mecum ipſe cogitaui, quo tandem conſilio Virgilius, dum Aeneas patris iuſta & ſacra perſolueret, anguem induxerit qui ex ſepulchri egreſſus aditis, aras conſcenderit, dapes libauerit ac deguſtârit, & placidus conuiuio tantiſper interfuerit dum expleretur, atque ita demũ ſine alicuius offenſione ad ſepulchri aditus remigrarit. Quæ res eò maiorem habet admirationem quòd dici vix poteſt quali & quanta induſtria Virgilius huiuſce anguis deſcripſerit pulchritudinem: talis enim eſt ac tanta, vt cũ Iride iurè ac meritò certare poſſit. Lubet igitur meam vel ſuſpicionem vel opinionem vel ſententiam hac de re tota paucis afferre: præſertim verò quòd interpretes vix fortaſſe quicquã in hanc rem ſcripſerunt vnde poëtæ conſilium agnoſcamus. Priùs tamen priorem loci huius partem recenſeamus, vt commodiùs illum & mihi explanare & vobis intelligere liceat. igitur ſic ſe habet. 1047

Dixerat hæc, adytis cum lubricus anguis ab imis
Septem ingens gyros, ſeptena volumina traxit,
Amplexus placidè tumulum, lapſúſque per aras:

Cærulea

Cæruleæ cui terga notæ, maculoſus & auro
Squamam incendebat fulgor, ceu nubibus arcus
Mille trahit varios aduerſo Sole colores.

Sic Virgilius de angue propoſito: de quo intulit,

Libauit dapes, rurſúſque innoxius imo
Succeſſit tumulo, & depaſta altaria liquit.

Très afferuntur vel ſuſpiciones vel ſententia.

Multa verò hac de re legi; multa de eadem venerunt in mentem. Ac primùm quidem ſuſpicatus ſum Virgilium indicare voluiſſe Anchiſis animum cœlitus delapſum, ſacris illis, quoniam illi acciderent gratiſſima, intereſſe voluiſſe: ac propterea ſerpentis forma I.
1048 aram conſcendiſſe, libaſſe dapes, conuiuio & ſacris interfuiſſe: atque hac etiam ratione Aneæ filio declarare voluiſſe eius ſacra & vota ſibi accidiſſe periucunda: præſertim quia hac de cauſa Aeneas & illum inuocauerat canens

Salue ſancte parens, iterum ſaluete recepti
Nequicquam cineres, animaéque, vmbræque paternæ.

& Troianos hortatus fuerat vt parētem optimum honorarent & votis appellarent. Quæ ſuſpicio inde ſuaderi poſſet quòd Virgilius in 6. Platonem ſecutus cecinit humanos animos eſſe coeleſtes atque è cœlo per ſeptem veluti ſpiras ſeu ſeptem ſphæras in oſtreaceum hoc corpus (ſic enim ille) deſcendere, & rurſus eò poſt certum temporis curriculum remigrare. dum igitur hic eiuſmodi anguis

Septem ingens gyros, ſeptena volumina traxit,

quid prohibeat Anchiſis mentem per ſeptem cœli orbes deſcendentem intelligere, quæ bonum filio offerat omen, & ſacra illi grata, vota etiam audita, indicet dum libat dapes ac placidiſſimus adſtat conuiuio? Quamquam (vt verè fatear) lubrica & ruinoſa eſt hæc ſuſpicio: quandoquidem ſi quid tale indicare decreuiſſet poëta, nunquam illud ſubiecíſſet

Incertus geniúmne loci, famulúmne parentis *Eſſe putet* ——

Sed potiùs Aeneam induxiſſet, qui id quod erat ſuſpicatus, ſe ſe in patris veneratione effunderet. certè in libro 1. vbi Venus quæ mentito habitu illi apparuerat, diſcedit, ita vt

Ambroſiaéque comæ diuinum vertice odorem *Spirarint* ——

continuò agnoſcit Matrem & exclamat

1049 *Quid natum toties crudelis tu quoque falſis*
—— *Ludis imaginibus?*

Hac igitur de cauſa in eam ſuſpicionem rurſus ſiue opinionē deueni vt crediderim Virgiliū ſignificare voluiſſe Aeneæ preces ac vota ab Anchiſe ac cœlitus a Dijs audita fuiſſe, II.
ac propterea hos viciſſim hoc portento & omine illi veluti reſponſum dare, & ſuam voluntatem declarare voluiſſe. Sanè Homerus in 2. Iliados, dum in Aulide conueniſſent Græci & in Troianos conſpiraſſent, ſerpentem induxit qui nouem pullos vnà cum matre vorauit: quod Calcante interprete, ſignum fuit Ilij Decennio poſt expugnandū. quid igitur prohibeat hinc Virgilium portendere voluiſſe ſeptennio poſt Aeneam in Latium peruenturum atque hoc illi omen cœlitus immiſſum oſtenſúmque? ſanè Aegyptij ſerpētem adhibebant anno deſignando: quem ſerpentem ore caudam apprehēdentem ac gyrum effingentem efferebant: ita vt ſeptem huius ſerpentis ſpiræ (canit enim

Septem ingens gyros, ſeptena volumina traxit)

ſeptem annos commodè referant. ſed tamen adhuc vt cunque hæreo; ſiquidem non ſolùm ventos verùm etiam Vrbis ac Templi ædificationem ab Anchiſe precabantur: quæ tamen niſi decennio pòſt haud expleta ſunt omnia; itaut omen minùs ſit conſentiens. ſed fac etiam nauigationis ac iactationis finis eſſet deſignandus, an non ſeptennium Carthagine peregit cum canat Dido

—— *Nam te iam ſeptima portat*
Omnibus errantem terris ac fluctibus æſtas?

ita quidem cum deinde hyemarit, rurſúſque in Siciliam appulerit, ac menſes aliquot ſubſtiterit, & inſequenti vere vel æſtate ſoluens adhuc plurimum temporis contriuerit antequam Latium attigerit, octauum poſt annum in Latium peruenerit neceſſe eſt. quare Seruius in libro 5. cum illud explanaret

Septima poſt Troiæ excidium iam vertitur æſtas,

Digitized by Google

exclamauit, pugnauítque octauum exceſſiſſe annum nec affirmare dubitauit ſe hunc veluti nodum ſoluere non poſſe, omninóque futurum fuiſſe vt Virgilius hunc emendaſſet errorem ſi Aeneidem, quod inſtituerat, correxiſſet. Quamquam, vt verè fatear, his dubitationibus occurri poteſt: ſed tamen melior ſe ſe obijcit ſententia, quam (etſi ſecundam hāc
III. non ſpreuerim) toto pectore amplectar ac ſequar. Igitur ſic ſtatuo, priſci Ethnicorū mortales, vt erant ſuperſtitioſi, ominibus mirè hærebant; ita vt quicquid ferè domi foríſue gererent, id augurijs ominibúſque captatis gererent: ſic bellum inprimis, pacem, nuptias, nauigationes, Vrbium ædificationes & id genus alia auſpicijs captatis inſtituebant ac peragebant. quod in ſacris maximè ſolemne illis erat ac ratum. Quare nō Poëtæ modò ijs ſcatēt, verùm etiam hiſtorici: inter quos Liuius nuſquam ferè non ad ea dilabitur. cum igitur id vſu receptum eſſet, Virgilius quippe qui Anchiſis diuinitatem etiam atque etiam confirmare nitebatur, cœlitus omen dimittit vnde Anchiſis ἀποθέωσις confirmetur, Aeneæ vota ac preces audita, ſacra parenti gratiſſima, vota denique ipſa implenda demonſtretur. & huc pertinet quod canit Virgilius de Aenea

Incertus geniúmne loci, famulúmne parentis
Eſſe putet ———

ſi enim loci genius, hîc dum è tumulo conſcendit aram, libat dapes, placidus adſtat ſacris, tumulo rurſus ſuccedit placidiſſimus, atque omnium inprimis oculos capit ſplendore & pulchritudine fauſta indicat omnia, ita vt Aneæ nihil non ſperandum propitium. quod ſi famulus ſit parentis, multò maximè, ídque tum eaſdem ob cauſas, tum quia famulus 1051
diuinitatis erat ſignum. ſic enim Ioui Mercurius, Iunoni Iris, Neptuno Triton, Dianæ Vrbius Veneri Adonis, alijs Dijs alij famuli tribuuntur. ita ſanè dum hæret quidem Aeneas geniúſne loci an patris famulus ſit anguis ille pulcherrimus, ſed tamen vnum aut alterum eſſe ſentiebat, non potuiſſet non optimum captare omē, atque agnoſcere Anchiſem verè inter Deos relatum, vota excepiſſe ac preces, futurúmque vt exaudiretur. quin ſeptēplex gyrus ſeptem illi annos quibus iactatio abſoluenda eſſet portenderit oportet: quādoquidem de bello peragendo quod latebat adhuc Aeneam (& ideo a Sybilla aut parente de illo admouebitur in vi.) nil in votis ac precibus, ſed in Latium deſcenſio vnde Vrbem ædificādam ſperabat & quies ſucceſſura laborum, voti precationíſque ſumma erat & cardo; ita ut ſeptemplici anguis volumine iactationis terminus ac ſpes quietis portenderetur. nā Seruium decipi dum exclamat, & octo iactationis introducit annos, & indicauimus ſupra, & confirmabimus opportuniore loco. nunc ſat ſit monuiſſe Aeneam ſub Aeſtatis initio conſcendiſſe primùm, ita vt ſexto expleto anno iámque ſeptimo inchoato peruenerit Carthaginem, itaque illud, *Te iam ſeptima portat Aeſtas*, omnino ſignificet iam ſeptimam æſtatem atque adeo ſeptimi initium anni recurriſſe: nam æſtatem pro anno vſurpari non repugnamus. illud verò *Septima poſt Troiæ excidium iam vertitur æſtas*,
quod in Latium iam è Sicilia poſtremùm nauigaturo Aeneæ profertur, æſtas pro anno item ſumitur qui ad exitum ferè ſpectabat, & ideo dicitur (vertitur) quod tamen nil prohibet quo minus breui, cum ſcilicet ſeptimus iam annus concluderetur imminerétque 1052
Octauus, in Latium traiecerit. Hæc tota ſerpentis œconomia, ſi me audias: atque huc ſpectat totum Virgilij conſilium ab initio ad finem vſque in anguis huius omine. dum. n. cum Iride certat de pulchritudine, atque adeo illam ſuperat nedum æquat, tacitè anguis, quippe Anchiſis adminiſter propitius, Iunonis Iridi, quippe Troiannis infauſtæ, opponitur; vt hoc omine intelligatur fore omnino vt aduerſa Troianorum fortuna in proſperā conuertatur. etſi enim Helenus iuſſerit Aeneæ vt Iunonem perpetua coleret veneratione, Virgilius tamen clam ad Troianorum vnde Auguſtus ac Romani propagandi erant, fœlicitatem tacitè deſignandam anguem quaſi Antiridem introducit.

Atque ex his omnibus intelligere licet inſtauratos genitori honores, mactatáſque victimas, ominis confirmandi gratia & parentis diuinitati Romaníſque proinde Auguſtóque plaudendi cauſa. Quamquam dum ait

Pergitur in explicatu carminum.

——— *Animámque vocabat*
Anchiſæ magni, manéſque Acheronte remiſſos,

addere lubet pauca quædam. Qualis & quanta eſſet Priſcorum Ethnicorum de mortuis eorúmque animis vel ignoratio vel ſuperſtitio, cum ex Homero, Aeſchylo & Tragicis, tum verò ex Virgilio ipſo, intelligere licet: nam & vmbram tribuebant mortuis, & imaginem, & manes, & animam & mentem. nam mentem quidem ab vmbra & imagine

aut

aut manibus quin etiam ab anima eorum opinione ſeperari, docuimus in illud 4.

Et nunc magna mei ſub terras ibit imago.

1053 vel certè id cum Virgilio ſaltem congruere) neque enim omnes in tanta rei huius ignoratione & ſuperſtitione conueniſſe idémque ſenſiſſe aut cantitaſſe affirmauerim) non eſt quod dubitemus, cum in 6. humanas mentes è cœlo in corpus delabi, & poſt certum tēporis curriculum illuc remigrare, Platonem fermè ſecutus, exiſtimarit. Itaque Anchiſis manes & vmbram apud inferos conuenit Aeneas in 6. cum tamen in 4. idem ſibi è cœlo delapſus apparuiſſet. ſic enim canebat

Viſa dehinc cœlo facies delapſa parentis Anchiſæ ——

certè id ad mentem maximè pertinere debet ſiue quia eum admonebat, & inſtituebat: ſiue quia cœlum eſt mentis ſedes, ita vt vna mens è cœlo. etſi Anchiſis ſpeciem referret, dilapſa ſit. itaque viſus eſt vno eodémque tempore mortui parentis vmbram & imaginem apud inferos, mentem in cœlo, collocaſſe. Hîc igitur ſiue manes pro præſidibus corporis & veluti cuſtodibus vſurpet qui ortum alicuius & animam ipſam comitarentur, ſiue animam ipſam quoquomodo intelligat, & per manes deſcribat, videtur ſignificare Anchiſis animam ſeu præſides ſiue vtroſque, ab inferis ad eas dapes vocatos, ab Acheronte remiſſos, aduentaſſe: atque hos ipſos nunc ſacris, quòd verè adeſſent, appellatos & tanquam inuocatos. quaſi verò ſerpente illo qui diſceſſerat inſpecto in eam ſententiam magis ac magis veniſſent, Anchiſis animam & manes Acherōte remiſſos, dapibus interfuiſſe. opinabantur enim animas ab inferis libaminibus euocari. quare Andromache in 4. cum Hectori iuſta perſolueret,

Libabat cineri Andromache manéſque vocabat.

1054 quod ſi cum Seruio manes Acheronte remiſſos non ſolùm euocatos & excitos & ad libamina illa remiſſos, verùm etiam ſolutos ac liberatos dixeris, quod iā planè diuinus factus eſſet, & in Deos relatus Anchiſes, non magnoperè repugnarim: nam ἀποθέωσιν hîc celebrat. tametſi videndum erit quî tandem in 6. illum rurſus apud Erebum Aeneas offendat niſi tamen illuc Anchiſem è cœlo deſcendiſſe dixeris, vt ibi Aeneam filium conueniret admoneretque. nam ea carmina.

At pater Anchiſes penitus conualle virenti
Incluſas animas, ſuperúmque ad limen ituras,
Luſtrabat ſtudio recolens; omnémque ſuorum
Fortè recenſebat numerum, caróſque nepotes,
Fátaque fortunáſque virûm, moréſque, manúſque.

id ſuadent: præſertim verò quod in 5. ſe Tartareis ſedibus atque vmbris liberatum dixerat Anchiſes cum Aeneam ſic admoneret.

Infernas accede domos: & Auerna per alta
Congreſſus pete nate meos. Non me impia namque
Tartara habent, triſtéſque vmbræ: ſed amœna piorum
Concilia, Elyſiúmque colo. Huc caſta Sybilla
Nigrantum multo pecudum te ſanguine ducet.
Tum genus omne tuum, & quæ dentur mœnia diſces.

nam cur cœlo dilabi dicatur, cum Elyſios coleret, alia ratio mihi quidem occurrit nulla, niſi quòd animæ ab Elyſijs, quod canit in 6. tandem in cœlum remigrarent. Sed iam ſuperſtitioſæ huic conquiſitioni ſit modus: ſiquidem Maroniana iſthæc carmina ſuperſtitionem ſpirant vndique: etſi vnum excipio. Dum enim anguis egreditur è ſepulchro, id cum cadauerū Natura conſentit. Nam è cadaueribus angues gigni ſcribunt multi. Quapropter, Anguem ex medulla hominis gigni & ſpina, accepimus a multis, inquit Plinius.

1055 Id quod præter Ethnicos multos, inter quos eſt Plutarchus in Cleomene & Philoſtratus in Heroicis, Iſidorus refert, Pythagoram teſtem producens & Ouidium qui cecinit

Sunt qui cum clauſo putrefacta eſt ſpina ſepulchro,
Mutari credant humanas angue medullas.

Nam quod rurſus ſerpentes Heroibus ſacros eſſe dictitant aliqui, eamdem refert ſuperſtitionem. Neque verò non commodè excipi poteſt quod de loci illius canit genio. cum enim Regionibus atque Vrbibus ſeu Populis Angelos præſidere fatendū ſit, nil prohibet quò minus Genios quos Ethnici tū bonos tū malos faciebāt, pro bonis Angelis capiamus. Videtur.n. ad Ethnicos ēt primigeniæ veritatis fama quædā permanaſſe: ita vt Regnorū,

Vrbiũ, ac Populorũ, quin Regum atque adeo ſingulorum hominũ cuſtodes cęlites non ignorarint. Tametſi & nominum varietate, (quod turpe eſt) ſuperſtitione ac mendacijs primigeniam veritatem illam fœdarint aut denigrarint. De qua re quoniam memini me alibi ſcripſiſſe quædam, præſertim in Catilinaria, vbi lares introduceret Salluſtius, hæc ſatis inpræſentia. Nam eũdem Serpentem Anchiſis famulum eſſe potuiſſe, ad ſuperſtitionem poëticáſue fabulas pertinere ſatis conſtat. Vt enim Heroës iſti ficti ſunt & commẽtitij, ita illorum famuli: qui tamen a Plutarcho atque alijs Heroum famuli memorantur. Sed nimirum ab antiquo & veternoſo ſerpente ac ſuperſtitionis Authore manauit Serpens quoque iſte.

Partic. 9.

Expectata dies aderat, nonámque ſerena
Aurora Phaëtontis equi iam luce vehebant:
Fámaque finitimos, & clari nomen Aceſtæ
Excierat: læto complerant littora cœtu
Viſuri Aeneadas, pars & certare parati.
Munera principio ante oculos circóque locantur
In medio: ſacri tripodes, viridéſque coronæ, 1056
Et palmæ, pretium victoribus, ármaque & oſtro
Perfuſæ veſtes: argenti auríque talenta:
Et tuba commiſſos medio canit aggere ludos.

Deſcribitur ſereni diei aduentus.

Edixerat Aeneas pro concione ſe nono die, ſi tamẽ ſerenus illuxiſſet ac ſplendidus; (neque enim pluuio cœlo ac triſti committenda erant ſpectacula) ludos daturum, vt ſcilicet parentatio lætis ſpectaculis clauderetur. & hac etiam de cauſa crediderim Aeneam ludos ad nonum diem reieciſſe, nimirum vt magis ac magis vulgarentur, externíque proinde ad eos confluerent, quò frequentiores eſſent & apparatiores. Nunc igitur expectata aduenit dies, ac propterea optata; ita vt fortaſſe tardior videretur: quæ enim expectantur optantúrque, tarda ferè videri ſolent. Quamquam quid cauſæ eſt cur expectatum hunc

Dubitatur

diem deſcripturus, Phaëthontis equos luci afferendæ adhibeat, cum non Phaëthon ſed ſol hanc attulerit lucem? & ſanè Auroram iurè aduentantem fecit ſerena luce, cum ab initio dixiſſet Aeneas

—— *Si nona diem mortalibus almum*
Aurora extulerit ——

ſed Phaëthontis ibi mentio nulla. quid plura? infauſtum quid ſpirat Phaëthon & exitioſum; ſol fauſtum & ſalutare: itaut ſoli non Phaëthonti committendum eſſet aurigandi munus, nec filius ſed pater diei præſes optandus. Ea, opinor, de cauſa Phaëthontis fit men-

Reſpondetur.

tio, vt ſupra morem ſerena deſignaretur dies: conſtat enim Phaëthontem ſic deſeruiſſe
patris aurigationem, vt ad Terras propiùs acceſſerit quàm par erat, itaut admirabilem lu-
cem primùm & ſplendidiſſimam, vnde etiam Phaëthontis manauit nomen; pernicioſam 1057
ad extremum, obtulerit mortalibus: igitur vt ſplendidiſſimam fuiſſe oſtenderet hodiernã
lucem, Phaëthontis mentionem fecit. tametſi alioquin ijdem erant ſolis equi, ac pater ipſe, hoc eſt auriga optimus, non filius reuehebat diem, ita vt abſit infauſtum omen. Nec fortaſſe poëta noſter non blanditur Auguſto, qui ludos poſt nimboſam noctem tam ſerena luce dedit vt diſticho illi locus fuerit

Nocte pluit tota: redeunt ſpectacula mane.
Diuiſum imperium cum Ioue Cæſar habet.

ſed vt vt ſit, cum dies illuxiſſet ſplendidiſsimus, licuiſſétque externis etiam ludorum famã audire, ſéque ad viſendum, quin vt publicè erant, ad certandum quoque, conferre, iurè pergit Virgilius,

Fámaque finitimos & clari nomen Aceſtæ
Excierat: læto complerant littora cœtu,
Viſuri Aeneadas, pars & certare parati.

Præmia proferuntur.

Quanquam mùnera inprimis requiri videntur vt læta vndique & omnibus numeris abſoluta ſint ſpectacula. Etſi enim Aeneas pro concione monuerat, ſe præmia daturum

victoribus,

victoribus, quæ tamen futura eſſent, non declarauerat, tantùm abeſt vt ea oſtentaſſet. Sed ecce tibi publicè exponi iubet in præſens, vt ſiue pulchritudine & artificio delectent, ſiue pretio & vtilitate alliciant: denique vt ſpectantibus, & certãtibus ſatisfaciant, ipſius quoque Aneæ liberalitati ac magnanimitati reſpondeant. vt propterea iurè & principio & medio in circo (Romano ſcilicet more: tametſi circum pro loci opportunitate deſignatum crediderim: cum in præſens extra Vrbem certandum ſit) & ante oculos omnium col
1058 locentur. At enim quæ tandem erant propoſita munera?

—— Sacri tripodes, viridéſque coronæ,
Et palmæ pretium victoribus armaque & oſtro
Perfuſæ veſtes: argenti aurique talenta:

itaut honor & vtilitas alliciat homines: honoris appetentes coronæ & palmæ: reliquos pretium & quæſtus: pleroſque verò vtraque. & idcirco etiam tum arma tum veſtes in præmij item exponuntur loco. Hîc verò per tripodes non lebetes, ſed menſas, (hæ verò tribus pedibus tanquam columnis ſuſtentabantur) quibus milites inprimis ac duces donarentur, intelligo: quandoquidem has video apud Homerum Achilli tũ ab Agamẽnone tum a Priamo dono oblatas: eaſdem Niſo ab Aſcanio, ſi re benè geſta rediiſſet, promiſſas. quo nomine Horatius etiam alicubi tripodes appellauit fortium Graiorum præmia: ita vt cur lebetes fuiſſe credam non habeam: cur militares menſas, habeam. ſacri verò dicuntur vel quia ſacris adhibiti fuiſſent (ex quo fieret, vt qui illis donaretur, intelligeret ad profanum vſum non fuiſſe ampliùs referendos) vel quia ſacris Ilij ruinis aut fortaſſe hoſtibus, vt alia multa, ſubtracti eſſent. Nam paſſim Aeneas profert multa tanquam ex penu quæ incendio ſubtraxerat aut hoſtibus ademerat: vt fortaſsè ex eodem adytu cum penatibus ſubducti eſſent incendio. coronæ verò dicuntur virides propter laurum: nam hac tandem coronatur Cloanthus victor. qualia verò fuerint auri talenta, non facilè ſtatuerim ex verbis: tametſi par eſt exiſtimare quod pertinet ad aurum
1059 minora fuiſſe. quamuis enim crediderim Aeneam ingentem auri vim ſecum attuliſſe dum Ilium dereſeret (id quod Halicarnaſſeus indicat) tamẽ maiora talenta auri fuiſſe expoſita ludis, ægrè conceſſerim. alioquin Cloanthus qui primus extitit victor, magnis auri talentis fuiſſet donandus (pretioſiora enim præmia illi ſine dubio debebãtur) quod ſecus accidit. ita vt cum magnum argenti talentum retuliſſe dicatur, aurum nullo modo, coniectare liceat argenteum tantùm fuiſſe magnum: præſertim cum Helenus, etiam exigua argenti vi ſuperiore anno donaſſet Aeneam. hæc verò ſunt munera quæ primò tantùm certamini proponuntur: certamina enim reliqua ſeorſim præmia habebant ſua. Dum verò ait

Et tuba commiſſos medio canit aggere ludos,

ſine dubio tubam introducit non vt interim det certaminis ſeu naualis curſus ſignum; de hoc enim poſtea dum canitur

Intenti expectant ſignum ——

& rurſus

Inde vbi clara dedit ſonitum tuba, finibus omnes
(Haud mora) proſiluere ſuis;

ſed vt edicat certaminis leges, oſtentet præmia, vno verbo, edicti locum iubeat, vt quî cuique certandum & ſuo muneri ſatiſfaciendum intelligeret quiſque, ne ſiue inter decertantes, ſiue inter ſpectatores, perturbatio accideret vlla: inprimis verò vt peruulgati certaminis tempus adeſſe conſtet: hoc enim in præſens eſt canere ludos. itaque videat Lypſius ne præpoſterus ſit qui in Saturnalibus hoc profert carmen vt doceat tubam dando certaminis ſigno fuiſſe olim adhibitam: par enim erat vt hîc tubam legibus promulgandis adhibitam intelligeret: reliqua duo loca quæ ipſi attulimus ad ſententiam referret ſuam. Interim ne ab re putes nono die celebratos ludos, aut ad nonum diem reiectos & promulgatos; quandoquidem Veteres nono die cineres condebant vrnæ aut ſepulchro,
1060 ſeptem enim dies ſeruabatur cadauer, octauo cremabatur, nono cineres cõdebantur. hinc cineres ab Horatio nouendiales dicuntur: ſic ludi nouendiales dicti, ſacra ipſa nouendialia appellata.

Part. 10 Prima pares ineunt grauibus certamina remis
Quattuor ex omni delectæ claſſe carinæ.

Digitized by Google

Velocem Mneſtheus agit acri remige Priſtin,
Mox Italus Mneſtheus, genus a quo nomine Memmi:
Ingentémque Gyas ingenti mole Chimæram,
Vrbis opus: triplici pubes quam Dardana verſu
Impellunt, terno conſurgunt ordine remi.
Sergeſtúſque domus tenet a quo Sergia nomen,
Centauro inuehitur magna: Scylláque Cloanthus
Cærulea: genus vnde tibi Romane Cluenti.

Sorte an electione nauale certamen inſtituatur primò, haud declaratur: ſed electione
id factum conijcere licet tum quia eo planè ordine dantur ludi quo ab Aenea pro con-
cione fuerant propoſiti ſinguli, tum quia ratio poſtulat vt perturbationi occuratur. cum
enim magnus hominum cõcurſus factus eſſet, par erat vt loca complerent ex ordine, nec
penderent animo num littora priùs an verò colles aut alia occupanda eſſent loca. Igitur
cum littora tenuiſſent priùs, quis non intelligat nauticum certamen primò fuiſſe à præ-
cone propoſitum? ſorte. igitur loca obtinebant ſingulæ naues: nauticum certamen ele-
ctione primum eſt. Proferuntur igitur quatuor naues, nimirum Priſtis, Chimæra, Cen-
taurus, Scylla; quatuor etiam Duces, qui ſinguli nauibus præſideant ſingulis: ſed in pri-
mis quatuor Romanorum familiæ ſeu gentes recenſentur, quæ a quatuor propoſitis Du- 1061
cibus profectæ ſint, ita ut nullam non arripiat anſam Virgilius vnde Romanos celebret ac
ſibi conciliet. Tametſi reuera ſecundam familiam deſignat potiùs (eſt hæc Gegania ſi Ser
uio credas) quàm exprimat. Id quod efficiet etiam non multò poſt dum equeſtre deſcri
bet certamen, vbi alias quaſdam Romanorum deſignabit familias quæ à Troianis profe-
ctæ ſint. Vt enim hac Auguſtum gloria ornauit primùm, quem ab Aenea & Iulo, hoc eſt
ex Troianorum Ducibus, propagauit; ita Principes Vrbis familias, quoniam ſe a Troianis
ortas libenter audirent, a clariſſimis Troianorum proceribus deriuabit & optata laude cu
mulabit, Tria verò ſunt quæ non immeritò requirat aliquis in præſentia. Primum eſt qui
pares dicantur naues iſtæ, cum in progreſſu impares declarentur: nam Chimæram cæte-
ris magnitudine præſtitiſſe nemo non fateatur, qui eam ſic deſcribi audiat,

Tres grauiſſimæ dubitationes proponuntur.

I.

Ingentémque Gyas, ingenti mole Chimæram
Vrbis opus ——

& tamen canit Virgilius

Prima pares ineunt grauibus certamina remis
Quatuor ex omni delectæ claſſe carinæ.

II. Alterum quale nauigij eſſet genus quod in præſens ad certandum inducitur: nam trire-
mes quas deſcribere viſus eſt interim dum canit

—— *Triplici pubes quam Dardana verſu*
Impellunt, terno conſurgunt ordine remi,

nondum inuentas Thucydides teſtis eſt, qui Animocli Corinthio circa Peloponneſiaci
III. belli tempus triremis inuentionem aſcribit. Tertium pertinet ad ſpatij decurrendi, ac me
tæ inſuper vſum, nam certum veluti ſtadium ſeu curriculum nauibus etiam præſcriptum
Explicatur fuerit neceſſe eſt. Quod igitur pertinet ad primam dubitationem, crediderim pares fuiſſe
I. carinas, non mole, non grauitate, ſed ne agilitate quidem, ſed fama & virtutis opinione & 1062
exiſtimatione: quia cum viginti nauium claſſe diù nauigaſſet Aeneas, quatuor illæ inter
omnes præſtantiſſimæ exiſtimarentur, ac tales vt nec Gubernator Gubernatori, nec Dux
Duci, nec miles, militi, aut remex remigi cederet experientia aut virtute: præſertim verò
quia cũ maior hic agilitati eſſet locus, illic eſſet minor, pro loci varietate moles, pondus,
agilitas, figura & forma prodeſſet interdum aut obeſſet: maximè verò ventis, ſcopulis, flu
ctibus, altitudine ſpectatis: quæ modò huic modò illi fauere aut obeſſe ſolent. vt non fa-
cile ſit rem adamuſſim ſtatuere, ſi moles, agilitas atque huiuſmodi alia ſpectentur. ſint
igitur pares opinione, exiſtimatione, profeſſione virtutis: nam qui exiſtimant ſic ſuis quaſ-
que locis fuiſſe conſtitutas vt prora pares eſſent nec vlla alteram collocatione antegrede-
retur, aut pares numero ponderéq; remorum, ij ſanè non mihi omnino ſatisfaciunt quòd
videam

videam poëtam ſic quatuor haſce naues deſcribere vt videatur interim eas commendare
voluiſſe. quæ verò commendatio duci inde potuiſſet quòd prorâ æquales conſtitutæ eſ-
ſent? certè ſic omnes & æquâre facilè potuiſſent & celebrari. præſertim quia antequam
diſcedendi fieret illis poteſtas, proras de more æquatas fuiſſe in certis ponendū erat. Nec
tamen ita pares virtute ſtatuuntur, quin in certamine virtute impares, vt fit, declarari
1063 potuerint aut caſu aliquo tales euadere. Itaque paulò poſt agilitate, remige huiuſmodi-
que alijs impares vulgabuntur. Quòd verò pertinet ad nauigij genus, ſic ſtatuo. Græci, vt II.
belli paciſque artibus floruerunt, doctrináque ferè omnes mirificè coluerunt, non dubi
tarunt multarum ſibi rerum inuentionem vindicare. quam tamen ab aliis gentibus deri-
uaſſent. Itaque Plato ipſe, hoc eſt Græcus author, vt hūc veluti Græcorum tumorem cō
peſceret, Aegyptum ſacerdotem induxit qui Solonem & Græcos inter pueros referre nō
dubitauit tum ob antiquitatis ignorationem, tum quòd canam artem atque doctrinam
haberent nullam. Quid multa? Clemēs Alexandrinus cum alia multa commemorat quæ
Græci ab alijs gentibus accepiſſent, tum triremis vſum: eam enim a Sydonijs & Phœni-
cibus deſumptam, & ad Græcos traductam docet. Itaque Virgilius, quippe antiquitatis
ſtudioſiſſimus, in peruetuſtam Phœnicum gentem & antiquiſſimam triremis inuentio-
nem ſpectauit facilè, ac propterea triremes cum iam in vſu eſſent, Troianorum claſſi attri
buit. ex quo fieret vt non in anacroniſmum incidiſſet, ac temporis rationem perturbaſ-
ſet, quod aliqui pugnant, ſed eam conſeruaſſet egregiè. Quamquam non poſſum nō hîc
commoueri, dum aliqui tam facilè ex propoſitis poëtæ verbis colligunt naues iſtas fuiſſe
triremes. nam præterquam quod illud

—— Triplici pubes quam Dardana verſu
Impellunt, terno conſurgunt ordine remi.

de vna Chimæra pronuntiatur, atque vni Chimæræ terni remiges pro remis ſingulis vidē-
tur tribui, profectò triremes ac nauigij genus non tam ex remige, quàm ex alijs condi-
1064 tionibus in primis verò ex forma & figura, ſpectanda eſſet. Ita quidem in gentem iſtam
Chimæram, ac ſummatim quæ ob magnitudinem cum Vrbe cōferatur, non modò Ami-
nodis triremes, verùm etiam quadriremes & quinqueremes, prætorias ipſas, quibus nulla
maior viſa apud Romanos, ſuperaret. At enim cum terni remis ſingulis adhiberentur re-
miges, qui vaſtiſſimam nauem impellere poterant, cui modò quini haud ſatis eſſent? Acu
tè: ſed tamen olim, quin non antiquiſſimis temporibus, remiges non coacti erant ſed vo
luntarij: nec ex quiſquiliis hominum quíque flagitijs eſſent cooperti, ſed ex fortiſſimorū
honeſtiſſimorúmque militum numero deligebantur ac ſocij & comites appellabantur:
itaque paulò poſt Mneſtheus ad remiges

—— Nunc nunc inſurgite remis
Hectorei ſocij, Troiæ quos ſorte ſuprema
Delegi comites ——

ita vt cum fortes & lacertoſi tum honoris cupidi laboríſque peramantes, eſſent remiges,
terni etiam ſufficerent remis. Huc accedit quòd cum magnitudine ac proinde longitudi-
ne triremes haſce noſtras ſuperaret, has tranſtris quoque ſuperabat; ita ut remigum nume
ro aucto, faciliùs impelleretur. quin crediderim Phrygias quoque biremes fuiſſe noſtris
maiores: quæ tamen pluribus tranſtris inſtructæ eſſent, ac propterea commodè impelle-
rentur quantumuis bini tantùm remiges vni tranſtro aut remo adhiberentur. Sic fieri po-
tuit, vt Phrygiæ biremes noſtras triremes æquarēt magnitudine: triremes item illæ, qua-
driremes noſtras, & æquarent & ſuperarent; ita ut prætoriæ potiùs quàm ordinariæ vi-
deri poſſent naues: Itaque, niſi de nomine certemus, (quamquam ne id quidem expri-
1065 mitur interim) præſens nanis a Corinthiaca illa vix diſcedit. Neque verò illud nos pertur-
bet quod pro miraculo ferè Liuius memorat ſexdecim remorum ordine inſtructam fuiſ-
ſe prætoriam, quam propterea non ſemel inhabilis magnitudinis ne dum ingentis appel-
lat: nam hæc ſine dubio, vt erat ingentis altitudinis, non demiſſa, triremium aut quadri-
remium noſtrarum inſtar erat, ſed ſublimis & ſub tranſtris tali remigum ordine ageba-
tur, vbi anguſtior eſt Carina. Quapropter Bucentauro veneto, quòd pertinet ad remorū
ordinem ac ſitum, erat aſſimilis. quo fit vt cum demiſſo in loco & anguſto vtrinque ſex- III.
decim remorum ordinibus inſtructa eſſet, non poſſet non eſſe maxima. Nunc de curricu- *Reiicitur*
lo & interuallo. quamquam commodiùs ſequentibus carminibus auditis. *in ſequentē particulā.*

Partic. 11.

Eſt procul in pelago ſaxum,ſpumantia contra
Littora,quod tumidis ſubmerſum tunditur olim
Fluctibus,hyberni condunt vbi ſydera Cori:
Tranquillo ſilet,immótaque attollitur vnda
Campus,& apricis ſtatio gratiſſima mergis.
Hic viridem Aeneas frondenti ex ilice metam,
Conſtituit,ſignum nautis,pater:vnde reuerti
Scirent,& longos vbi circumflectere curſus.

Curriculi interuallum non planè commemorat;ſed tamen cum procul conſtituat metã,
ſatis intelligitur non perbreue fuiſſe:præſertim verò cum nauibus eſſet conſtitutum: ita
vt veriſimile ſit duodecim minimùm aut quindecim ſtadijs a portu & littore abſuiſſe ſa-
tis tamen intelligitur metam & interuallum ſpectatoribus fuiſſe obuia,ita ut commodè
ab omnibus remigatio vniuerſa & certamen cerni poſſet:ſiquidem meta tum poſita erat
contra ſpumantia littora ad quæ ſpectatores confluxerant, tum attollebatur ſéque obij- 1066
ciebat ſpectatoribus ipſis:præſertim verò quia ſaxum ſeu ſcopulus qui pro meta erat, trã-
quillo cœlo & pacatis vndis eminebat facilè.Denique ita ſaxum illud pro meta fuerat con
ſtitutum vt virentibus frõdibus emineret. Hoc igitur ſaxum,quale quale eſſet nubilo aut
ſereno cęlo,turbato aut pacato mari,a Coro & cæteris ventis,a mergis etiam ducta priùs
deſcriptione,ponitur ante oculos dum canitur

Conſtituit,ſignum nautis,pater:vnde reuerti
Scirent & longos vbi circumflectere curſus.

ita quidem intelligitur metam tripliciter variari ac ſtatui conſueuiſſe, interdum enim qui
illam attigiſſet primus,ille victor declarabatur.hinc illud Horatij

—— *Optatam curſu contingere metam.*

quo nomine & mors & ſepulchrum dicitur vitæ meta:quare apud Ouidium moriens di-
citur vitæ metam tangere: ac propterea factum eſt vt cuiuſcunque rei terminus dicatur
meta.ſic apud Virgilium

His ego nec metas rerum nec tempora pono.

interdum non modò non attingebatur meta ſed cauebatur. cum enim ſiue a naui ſiue a
bigis ſiue a quadrigis eſſet circum obeunda, idque aliquando iterum ac tertiò, quin ſe-
pties interdum (ideo enim canit Ouidius

Aut priùs infecto depoſcit præmia curſu
Septima quàm metam triuerat ante rota.

non antea quis victor declarabatur quàm metam circum nauigaſſet (Paterculi voce vtar)
conſtitutis vicibus, eámque in orbem ſine offenſione obijſſet. Interdum verò ſic erat in
gyrum obeunda,vt ad carceres aut portum, vno verbo, ad locum vnde curſus inſtitutus
fuerat,nauibus aut equis redeundum eſſet.Id quod accidit in præſens:nam Cloanthus tũ 1067
demum victor apparuit,cum tandem primus in portum regreſſus eſſet.Itaque in præſens
meta iſta conſtituitur vt inde naues curſum circumflecterent; & interuallum, quantum
quantum fuerat,aduerſo curſu peragrarent ac remetirentur. Atque hîc ſanè haud inficias
ierim Donato Circenſes ludos ſpectaſſe Virgilium in nauali hoc certamine.Sic enim Do
natus; *Ad imaginem ludorum Circenſium compoſuit naualе certamen. Naues habuit pro quadrigis,*
pro aurigis verò eos quorum nomina ſuperiùs comprehendit;ſpatium pelagi pro circi ſpatio; ſaxum ad
*vicem metæ:*quin illud addiderim in Circenſibus ſigillatim vſitatum vt a meta ad carceres
regrederentur equi, quemadmodum hîc iubentur naues. Verumtamen nihil eſt quod
hæc eadem ex Iliados XIII.clariùs expreſſa fateamur, vbi Achilles Patroclo dum paren-
tat,ita planè inſtituit certamina.Denique in Patrocli parẽtatione Solis ortus deſcribitur,
Achilles Græcos hortatur,ludos proponit, præmia,quæ etiam diſtribuit poſt certamina;
ita ut hic Virgilij liber omnino reſpondeat Iliadis XXIII.Tametſi non eſt diſſimulandũ
otioſa multa prætermiſiſſe, multa addidiſſe,ita ut Homerum Poëta noſter non exiguo ſu
perauerit interuallo.Certè ſuos ludos Homerus compleuit colloquijs inanibus ac lõgio-
ribus;aridum ſtipitem pro meta conſtituit: multa incredibilia interpoſuit: quæ omnia
declina-

declinauit Virgilius; itaut hi ludi apparatiſſimi & Romanis ſplendore ac dignitate affines videri poſſint.

Part. 12. Tum loca ſorte legunt: ipſíque in puppibus auro
Ductores longè effulgent oſtróque decori.
Cætera populeâ velatur fronde iuuentus
1068 Nudatosque humeros oleo perfuſa niteſcit.
Conſidunt tranſtris, inténtaque brachia remis
Intenti expectant ſignum: exultántiaque haurit
Corda pauor pulſans, laudúmque arrecta cupido.

Electione primus nauibus obuenerat certandi locus: ſorte tamen collocantur ne ſit de loco contentio: nam fieri poteſt vt alter altero ſit commodior. cum verò ſuo quæque loco diſpoſita eſſet nauis, pro ſortione continuò ductores, quippe proceres, oſtro & purpura conſpicui apparent in puppi vt & munus expleant ſuum & ſpectatorum oculos oblectent aſpectu. idem pro ſua vice præſtat iuuentus reliqua, quæ & populea coronatur fronde, quaſi Herculeos ſubitura labores ac decertatura ſtrenuè, (populus enim Herculi dicata eſt) & nudos humeros oleo perfundit vt membra magis ac magis firmarentur. oleũ enim mirificè confirmat vires. Quamquam & Herculea fronde coronantur vt oblectẽt, & oleo perfunduntur vt niteant. etſi quoniam delectare pulchrum eſt, ſed acriter certare neceſſarium, idcirco

Conſidunt tranſtris, intentaque bracbia remis
Intenti expectant ſignum ——

ita ut ſtrenuè quisque ſe ſe comparet, vix ut primo tubæ inflatu audito nauem impellat atque adeo cum tuba ipſa ueluti certet. illud tamen interim eis accidit quòd non ignobili remigi & in uniuerſum gloriæ cupidis uſu uenire ſolet: vt nimirum exultantia corda quẽadmodum ſpe eriguntur, ſic timore pulſentur, quod ob rei difficultatem euenit. denique cupido laudis cordatum uirum excitat quidem atque erigit, ſed tamen dedecoris etiam timor inſinuat ſe ſe, cum victoria in incerto ſit poſita. Sic Homerus in XXII

1069 ——*Palpitabat autem animus uniuscuiusque*
Victoriæ cupidorum ——

ſed corda meliùs Poëta noſter. ſic in III. Georgicorum

—— *Ruúntque effuſi carcere currus*
Cum ſpes arrectæ iuuenum, exultántiaque haurit
Corda pauor pulſans ——

Part. 13. Inde vbi clara dedit ſonitum tuba, finibus omnes
Haud mora, proſiluere ſuis: ferit æthera clamor
Nauticus: adductis ſpumant freta verſa lacertis:
Infindunt pariter ſulcos, totúmque dehiſcit
Conuulſum remis roſtríſque ſtridentibus æquor.
Non tam præcipites bijugo certamine campum
Corripuere, ruúntque effuſi carcere currus:
Nec ſic immiſſis aurigæ vndantia loca
Concuſſere iugis, pronique in verbera pendent.
Tum plauſu fremitúque virûm, ſtudiíſque fauentum
Conſonat omne nemus: vocémque incluſa volutant
Littora, pulſati colles clamore reſultant.

Nihil prætermittit quod opportunum videri poſſit ad ſpectaculi huius tum vim exprimẽdam tum amplitudinem dignitatémque augendam: tum fortaſſe Romanorum morem, quoad locus pateretur, imitandum. itaque tubam illi adhibet primùm quæ claro ſonitu

certa-

certaminis dederit ſignum : mox inducit naues quæ tuba vix audita repentè è ſuis quæq; proſiliunt.finibus · vbi quemadmodum appoſitè,effundunt ſeſe, inquiet de ijs qui pedeſtri certant curſu,ſic aptè quidem in maritimo curſu proſiliunt inquit:addit, *Ferit æthera clamor Nauticus*,vt eos ſeſe mutuò pro ſingulis nauibus cohortantes & ad laborem victoriámque incendentes exprimat. quamquam fortaſſe ad æmulos tanquam hoſtes ſubito 1070
clamore percellendos, emittebant clamorem. Certè in bello clamorem pugnæ initio ad hoſtes perterrendos excitari conſueuiſſe teſtatur Cæſar. ſubdit freta adductis lacertis ſpumaſſe,vt remigum vis atque impetus intelligeretur:ob vim enim & celeritatem qua fluctus concutiuntur,fit vt aërem concipiant plurimum & ſpumam emittant. nec ab re addit,*Infindunt pariter ſulcos*: vt impreſſio remorum multò verò magis proræ totiusque nauis intelligatur quæ ſulcos relinquat ipſos.nam quemadmodum mare arari dicitur apud Poëtas,proſcindi,ſulcari;ſic in illud ſulcos infindi aptè canitur: præſertim verò quia mare cœruleum quoque campum,maria rurſus Neptuni campos,appellant non inuenuſtè.itaque non immeritò addit

—— Totúmque dehiſcit
Conuulſum remis roſtríſque ſtridentibus æquor:

quæ ad rem magis illuſtrandam in expolitionis loco adhibentur. Tametſi dum in ea voce(ſtridentibus)præter morem corripitur prima,non ſanè illos reprehenderim qui ruentibus libentiùs legunt(qui enim ridentibus reponunt, ridendi ſunt, cum metrum id non ferat) nam pro (*roſtriſque ſtridentibus*) ineptè fortaſſe (quod pace aliquorum dixerim)roſtríſque ſtridentibus reponeretur.licet enim contigiſſet aliquando,vt roſtra nauium triſida viſa eſſent,ac propterea Flaccus cecinerit

—— Et ſpumas vomit ære tridenti,

quod eſt trifido roſtro,tamen roſtris tridentibus pro tridentatis ſeu tridentiferis aut tridẽtigeris durè nimis & impropriè caneretur,quo fit ſanè vt in VIII.libentiùs legam

Conuulſum remis,roſtris ſtridentibus,æquor,

quàm tridentibus,vt legunt aliqui.ſed vt vt ſit,ſatis intelligitur ſtridentibus retineri ſignificantiùs & verò tutiùs quàm ridentibus aut tridentibus:quin ſuſpicor Virgilium minùs 1071
grauatè longam ob mutam & liquidam corripuiſſe (etſi hoc ijs tantùm concedi ſoleat quæ corripiuntur natura) vt duritiem & ſtridorem augeret. vt omittam apud Græcos eiuſmodi licentiam inter minimas poſſe numerari. Sed redeo ad deſcriptionem certaminis: quod ſimili illuſtrat & nobili & perſimili: quod ſanè ex bigis certantibus ducitur quæ præcipites corripiunt campum & effusè ruunt carcere: ac præcipitem hũc curſum bigæ ſeu currus ait ſuperatum nauium curſu.ex quo fit vt dum pergit

Nec ſic immiſſis aurigæ vndantia lora
Concuſſiſſe iugis,pronique in verbera pendent,

hinc etiam intelligere liceat gubernatoris,remigum,ac reliquorum nautarum clamores, ardorem, induſtriam,omnem aurigarum induſtriam ardorémque ſuperaſſe. dum verò addit Virgilius

Tum plauſu fremitúque virûm,ſtudijſque fauentum
Conſonat omne nemus: vocémque incluſa volutant
Littora pulſati colles clamore reſultant,

Echo tripliciter deſignat, triplicémque veluti campum hic illi attribuit, nemus, littora, colles: ita ut & ſingulis reſpondeant ſingula,plauſus,fremitus,fauentum ſtudium;ſonus rurſus,vox,clamor. Atque hic equidem illos adeſſe peruelim qui dictitant Virgilium eſſe nimis preſſum ac veluti ſiccum:neque enim paſſim redundare debet oratio (quod vtinã 1072
non Homero acciderit ſæpè)ſed exultare interdum,& opportunè rem amplificare, expolire, illuſtrare: quod non raro facit Virgilius quemadmodum obſeruauimus quoque alibi.

Partic. 14. Effugit ante alios,primúſque elabitur vndis
Turbam inter fremitúmque Gyas:quem deinde Cloanthus
Conſequitur,melior remis,ſed pondere pinus
Tarda tenet.poſt hos æquo diſcrimine Priſtis
Centaurúſque locum tendunt ſuperare priorem:

Et

Digitized by Google

Et nunc Priſtis abit,nunc victam præterit ingens
Centaurus,nunc vnà ambæ,iunctíſque feruntur
Frontibus,& longæ ſulcant vada ſalſa carinæ.

Par omnibus fuit egrediendi poteſtas: quin omnes ſine dubio eodem veluti momento atripuere curſum:& ideo cecinit

Inde vbi clara dedit ſonitum tuba finibus omnes,
Haud mora proſiluere ſuis——

ſed tamen, vt conſtet quæ nauis poſt ſuſceptam nauigationem apparere cœperit prior, quaéue ſecunda, Gyas inquit,éffugit ante alios,primúſque elabitur vndis:ſic ſanè cū Gyas cernatur ante alios,ſatis conſtat Chimæram hactenus principem obtinere locum; etſi alioquin ingenti ſit mole atque Vrbi perſimilis,vno verbo Chimæra. Et ſanè quantumuis mole ac proinde pondere & grauitate facilè retardaretur, impetus tamen maiorem impreſſionem facere potuit vnda fluctus cederet,ac nauis,cedentibus fluctibus,procliuis ſuc cederet celeriórque progrederetur:pręſertim verò quia velis etiam maiora ventorum(nā his quoque inſtructam conſtabit paulò poſt) ſubſidia captare potuit. At quis ſecundus? Cloanthus,inquit:qui ſanè,vt erat melior remis,(remigibus,opinor, quia robuſtiores eſſent ac fortaſſe inſtructiores,ſic enim aptiùs cum Gya Cloanthus,ſi viri cum viris compa
1073 rantur;quamuis nil prohibet remis quoque ipſis præſtitiſſe) Gyam quoque æquaſſet, fortaſſe etiam ſuperaſſet,niſi pondere pinus tarda teneret,niſi nauis,inquam,eum morare tur ac retardaret propter pondus: duæ reliquæ interim ſic certant, vt neutra ſatis appareat ſuperior. itaque eleganter poëta

Et nunc Priſtis habet,nunc victam præterit ingens
Centaurus,nunc vnà ambæ, iunctiſque feruntur
Frontibus, & longæ ſulcant vada ſalſa carinæ;

quibus nihil ſanè experi potuit venuſtius & accomodatius ad incertum duarum nauium certamen,ac mutuam contentionem declarandam. Interim verò obſeruare licet & confirmare id quod iamdiu monebam:nimirum pares non fuiſſe aut mole aut virtute remi-
in part. 10. gum,ant agilitate quæ ex pondere oriretur:quemadmodum nec celeritate pares apparuerunt. ex quo fit vt illud

Prima pares ineunt grauibus certamina remis
Quattuor ex omni delectæ claſſe carinæ.

de fam., celebritate,& in vniuerſum virtute(quod ſcilicet in tam multis nauigationibus neutra ſe adhuc inferiorem declaraſſet ac propterea pares haberentur) intelligendā. Atq; hîc ſanè illud (iunctis frontibus) quod alibi æquatis velis,tutiùs etiam æquatis roſtris, dicitur a Poëta, Priſtíne an Centauro faueat,dubitari poſſit,cum Centaurus, quippe mole ac longitudine maior,in poſtremo loco conſiſtere videretur, Priſtis in medio:cum tamen hæc ne tantillum quidem anteiret Centaurum.Sed tamen cum æquatis frontibus ac roſtris inijſſent curſum,profectò dum æquatis frontibus apparent, pares cenſendæ ſunt. At-
1074 que hinc eſt vt Poëta in frontem ſpectans nunc Priſtin vict icem,nunc victam dicat, prout vna aut altera præteriret: pares illas ex frontis paritate æſtimandas relinquens. Sed fortaſſe Priſti ,etſi Chimæræ(quod Poëta ſatis indicat) cederet magnitudine,Centaurum tamen æquabat & magnitudine & longitudine; ita vt quæ iunctas frontes offerrent, pares eſſent mole ſeu longitudine reliqua.Sed cum a marina bellua Priſtis nomen inuenerit, videndum eſſet quantum hæc ſe ſe efferret mole vt nauium proportio ſeruaretur:quod nō tam neceſſitatis eſſet quàm curioſitatis.

Part.15 Iámque propinquabant ſcopulo,metámque tenebant,
Cum princeps medióque Gyas in gurgite victor
Rectorem nauis compellat voce Menœtem,
Quò tantum mihi dexter abis? huc dirige curſum:
Littus ama,& læuas ſtringat ſine palmula cautes,
Altum alij teneant. dixit:ſed cæca Menætes

Saxa

Saxa timens, proram pelagi detorquet ad vndas.
Quò diuerſus abis? iterum pete ſaxa Menœte,
Cum clamore Gyas reuocabat: ——

Cum Drepanum ſitum ſit in ea Siciliæ ora quæ vergit ad Meridiem ſcopulus ſanè qui pro meta erat in gurgite, ad Meridiem item vergeret neceſſe eſt, cum littori, & ſpectatoribus eſſet obiectus. Ex quo etiam fit vt cum ad ſcopulum iam accederet Gyas atque adeo teneret metam, hanc ſiniſtrorſum ſpectaret: alioquin nihil erat cur Gyas Menœtem appellans exclamaret

Quò tantum mihi dexter abis? ——

ita quidem Menœtes cui (ſi Gyam audiamus) ſiniſtrorſum radenda & circum nauiganda erat meta, vt citiùs flecteret & in portum remigraret, proram tantiſper ad dextram Occidentémque intendebat, vt a ſcopulo in altum recedens, tutiùs deinde ad ſiniſtram flecteret & ſcopulum ſine offenſione circum nauigaret. Hac igitur de cauſa Gyas quippe iuuenis & victoriæ cupidus ac gloriæ, optabat ut Menœtes primo quoque tempore flecteret ac circum nauigaret metam, & ideo cum dixiſſet, *Quò tantum mihi dexter abis*? perge- 1075 bat, *huc dirige curſum* (hoc eſt ad ſiniſtram & ſecus ſcopulum quem manu oſtendebat) ideo etiam è veſtigio addebat, *Littus ama*, Littus appellans ſcopulum quem oſtendebat. & ideo Seruius, *Littus* (inquit) *eſt omne quod aqua alluitur. vnde & ſaxum littus vocauit.* quamuis enim hîc Seruius perperam littus id omne appellat quod alluitur aqua, cum ripa fluminis alluatur aqua, nec tamen propriè appellari littus poſſit, rurſúſque vocem (vnde) ineptè vſurpet ac barbarè; ſaxum tamen ſeu ſcopulum, vel certè extremam ſcopuli illius orã, qualis qualis eſſet, hic littus vocari, non eſt quod dubitemus. *littus* igitur, inquit, *ama*, hoc eſt ad ſaxum accede propiùs, vt citiùs flectas. & quia ſatis intelligebat Menœtem ideo recedere quòd latentia extremi ſcopuli timeret ſaxa & cautes, idcirco ait

—— *& læuas ſtringat ſine palmula cautes*

quod eſt inter cautes nauis curſum obeat ſine palmula (eſt hæc latior remi pars, atque illa extrema, ſed pro remo vſurpatur interim) atque adeo ſine remis, vt eodem tempore & flectere & cautes cauere liceat. ſic Gyas, illud addẽs ad extremùm, *altum alij teneant*, quod dixit vel quia id alij facerent, nec tamen eorum ſequi exemplum vellet, ac proinde tacitè hac etiam in parte Menœtis prætextum euertere niteretur, vel certè, quoniam alij eius inſectabantur terga, hoc dixit quaſi altum iis relinqueret, quos victos relinqui cuperet. Sed dum Gyas hoc (prudénterne magis quàm audacter, haud ſcio) imperat Menœti, Menœtes contra, quippe, ſenex, & plùs fortaſſe timens quàm par eſſet, magíſque de naue ſeruanda cogitans quàm de victoria, non obtemperat, ideo

—— *Sed cæca Menœtes*
Saxa timens, proram pelagi detorquet ad vndas.

ſubdit Virgilius. itaque rurſus clamare cogitur Gyas)

Quò diuerſus abis?
—— *iterum pete ſaxa Menœte,* 1076

ſed ecce tibi dum quod præceperat rurſus præcipit & clamat, Cloanthum

Reſpicit inſtantem tergo & propiora tenentem.

dum enim dextram tenet Menœtes, Cloanthus vel quia minùs vaſta quin leuiore naui certaret, vel quia aqua, quidquid Menœtes vereretur, altior eſſet, inter nauem Gyæ & ſcopulum proram & curſum intendit, ſiniſtrúmque inprimis iter & ſaxum, interior, (metæ ſcilicet factus propior) radens ac ſine offenſione ſaxum metámque præteriens ſuperat, quoque Gyam, & relicta meta (reliquit verò flectens & ad portum regrediens) tenet æquora tuta, quod eſt tuto æquore quódque iam ſcopulos aut impedimentum obijceret nullum, regreditur. Hîc verò nemo putet iam Cloanthum peregiſſe curſum ac victorẽ planè habendum quòd dicatur *& reliquiſſe metas*, quod eſt eas iam ſuperaſſe, *& æquora tuta tenere*, & (quod infra canitur) vnum Gyam ſuperandi ſpem reliqui, ac proinde ad primam palmam & victoriam locum non ſupereſſe; nam ſpe quidem victor eſt ita vt primæ palmæ deſperationem fermè incuſſerit cæteris, curſum tamen non dum abſoluit: nam portum certaminis terminum eſſe & illum adhuc ſubeundum Cloantho, metámque illam eo tantùm nomine conſtitutam eſſe; vt inde circumflectendum eſſet ad deſtinatum portum,

portum, tum conſtitit iam antea, tum rurſus conſtabit non multò poſt, cum Mneſtheus
ad extremùm Cloantho etiam faceſſet negotium, ita ut tunc ſolùm Cloanthus fuerit tu-
1077 tus, cum (vt canit Virgilius) *portu ſe condidit alto.* Hîc verò appoſitè conferas Gyam cum
Homeri Menelao in XXIII. Iliados: nam hic quoque ab Antilocho non diſſimili planè
conatu ſuperatur.

Part.16.

Tum verò exarſit iuueni dolor oſſibus ingens,
Nec lachrymis caruere genæ: ſegnémque Menætem,
Oblitus decoríſque ſui, ſociúmque ſalutis,
In mare præcipitem puppi deturbat ab alta.
Ipſe gubernaclo rector ſubit, ipſe magiſter:
Hortatúrque viros, clauúmque ad littora torquet.

Quantum vel cupiditas gloriæ vel timor ignominiæ poſſit in nobilis iuuenis pectore,
oſtendit noſter Vates dum Gyas nō modò ingenti exarſit dolore ita ut ne a lachrymis
quidem penitus temperarit, verùm etiam ad iniurias delapſus eſt: ita ut oblitus tum de-
coris ac propriæ dignitatis (hæc enim ſine dubio poſtulabant vt cum gubernatore con-
ſultiùs ac mitiùs ageret) tum ſalutis ſocium (talem enim credendum eſt fuiſſe Menætem
qui ſeptēnio toto ad nauis ſociorūque ſalutē incubuiſſet) hunc in mare ab alta puppi de-
turbare ac præcipitē dare nō dubitarit. quāquam ſi quis fortaſſe ſocium pro ſociorū vſur
pari velit, fatendū erit Gyā nō ſocij, hoc eſt Menætis ſalutē obliuioni tradidiſſe ſeu Menæ-
tis perinde ac ſuæ dignitatis oblitum dici, ſed ſalutē ſociorum omnium. nam vbi guber-
natore ſpoliaſſet nauē, quid ni obſecro nauē ad ſocios in ſalutis diſcrimen adduxerit? & ſa
nè cū Gyas dicatur oblitus decoris ſui, ſociorum quoq; ſalutis rectiùs q̄ ſocium ipſum ſa-
lutis, id eſt Menætē, dicatur oblitus. ſed quicquid ſit, exarſit dolore iuuenis: quod, opinor,
cecinit poëta non tam vt vim declararet doloris (neque enim dolorem eſſe igneum facilè
dixerim, præſertim cum animi eſſet potiùs quàm corporis) & dolorem ad ignem quo-
1078 quo modo reuocaret, quàm vt doceret, dolorem repentè ac flammæ inſtar corripuiſſe
iuuenem illum: vel vt intelligeremus ab ira inprimis profectum eſſe, quæ, vt eſt ſangui-
nis accenſio in corde, verè eſt ignea. & huc etiam pertinet quòd dolor oſſibus exarſiſſe
ait: crediderim enim ſignificare voluiſſe intimè illum atque altiùs dolore occupatum eſ-
ſe: quod ſignificat dum ſubdit *nec lacrymis caruere genæ.* etſi enim dolor non ſummus ac ve-
hementiſſimus fuit (hic enim lacrymis obſtruxiſſet aditum) magnus tamen fuit: & ideo
iuueni oſſibus dolor exarſit, quod eſt intimè, & vt alij, in medullis & viſceribus, hæſit.
Nam oſſa alioquin dolore propriè aut non afficiuntur, præſertim in robuſto iuuene in
quo ſoliditatem adepta ſunt, aut ægrè & leuiter. quare ſi phyſiologiæ ratio habeatur, iu-
ſtiùs cecinerit (id quod facit in 1.) *atque oſſibus implicat ignem* (oſſium enim natura ſic-
ca eſt & ignem concipit facilè: quamuis hic quoque tranſlatus, amoris inquam, eſt ignis)
quàm, *Iuueni exarſit dolor oſſibus ingens.* Sed, vt dicebam, magnum hinc dolorem indicat:
ita vt aptè omnino ac poëticè inprimis canat Virgilius. Interim tamen haud ita dolori &
lachrymis ſuccūbit Gyas, quin generoſo animo gubernaculum ipſe arripiat ſtatim ac re
gat; ſocios cohortetur: clauum ad ſcopulum & littus conuertat, denique pro virili parte
ſua Menœtis ac gubernatoris munus obeat. quod egregiè expreſſit poëta dum caneret

Ipſe gubernaclo rector ſubit, ipſe magiſter:
Hortatúrque uiros, clauúmque ad littora torquet.

quibus verbis magis adhuc & magis iuuenilis ardor & cupiditas gloriæ declaratur. Ne-
1079 que verò non ſimiles lachrymas offendas in Homerico certamine,

Huius autem ab oculis fundebantur lachrymæ irati,

& rurſus,

eius oculi implentur lachrymis ——

canit de Diomede.

Part.17.

At grauis vt fundo vix tandem redditus imo eſt.
Iam ſenior, madidáque fluens in veſte Menœtes

Summa petit ſcopuli, ſiccáque in rupe reſedit.
Illum & labentem Teucri & riſere natantem,
Et ſalſos rident reuomentem pectore fluctus.

Ad hilaritatem traducit primum hoc certamen: idque vel quia ludi hilaritatis gratia comparantur & animo relaxando deſtinantur, vel quia epopœiæ quoq; ſeueritas interdum eſt relàxanda, iucunditáteque temperanda: id quod faciet item in ſecundo ludo dum Nyſus tandem conciderit. Quamquam enim ridicula ſic ſunt iucunda vt a turpitudine proficiſci videantur (eſt enim ridiculum quod ex turpitudine aliqua eáque iucunda proficiſcitur) ipſa tamen turpitudo patet quam latiſſimè: ita vt ad ea etiam pertineat in quibus leuis quædam decori iucunda occurrit perturbatio. itaque Plato affirmare non dubitauit turpitudinem in receſſu ab naturæ ſtatu ſiue ab eo quod congruit poſitam eſſe. & hinc eſt vt cum late pateat turpitudo & iucunditas, aliud comœdiæ, aliud epopœiæ, ridiculum attribui & poſſit & debeat: illa enim præter quam quod ridiculis conflatur maximè, & cum a maledicentia fuiſſet reuocata ad ridicula. viſa eſt ijs maximè gaudere; ita vt ſcurrilia excipiat non grauatè: epopœia quoniam admirationem inprimis captat, ſcurrilia arcet longiùs, ac tantum vrbanitatem interdum excipit vel eutrapeliam ac iucundos ſales: denique leporem ac venuſtatem non ſpernit, & idcirco leuem aliquam decori perturbationem non iniucundam, interdum admittit, cæteras turpitudines quantumuis iucunditatem ha 1080
berent, cuiuſmodi ſunt ſcurrilia & mimica, valere iubet. Hac igitur de cauſa Virgilius in præſens rem poëmatis ſeueritati admiſcuit quę riſum excitaret, & vt decorum leuiter nec ſine iucunditate perturbabat, ſemel, iterum ac tertiò riſum (honeſtum tamen ſiue non obſcœnum) excitatum ſignificauit, quare cum infœlix ſenex Menœtes & in mare proiectus eſſet & imo pelago tandem eſſet redditus, iámque ſcopulum natãdo tenuiſſet, & madida veſte fluens, ſummum petiſſet ſcopulum, ſiccáque reſediſſet in rupe,

Illum & labentem Tercri & riſere natantem,
Et ſalſos rident reuomentem pectore fluctus,

inquit poëta, terno vt dicebam expreſſo riſu. vbi tamen, quoniam a periculo abeſſe debet turpitudo quæ excitet riſum, crediderim Troianos Menœtem labentem quoque riſiſſe, quòd ſat ſcirent eum, quippe natandi peritum & ſcopulo proximum, a periculo abeſſe longiùs. nam cum tandem ad ſcopulum perueniſſet & fluida maderet in veſte, ac ſumma peteret ſcopuli, ſiccáque in rupe reſideret, id periculo vacaſſe omni, ac riſum excitare ſatis potuiſſe, non eſt quòd dubitemus, ſalſos verò fluctus euomentem Vlyſſem in V. Odyſſeæ, quin priùs è mari emergentem, non vulgariter exprimit Menœtes. De naufrago enim Vlyſſe ſic Homerus. *Tandem emerſit: ex ore autem euomuit ſalſuginem amaram, quæ ei copioſa a capite defluebat.* Quamquam qui euomeret a capite defluentem ſálſuginem, non ſanè video an ita vt cautè poëta noſter pectore dixerit reuomentem.

Partic. 18. Hic læta extremis ſpes eſt accenſa duobus 1081
Sergeſto Mneſtheóque, Gyam ſuperare morantem.
Sergeſtus capit ante locum, ſcopulóque propinquat
Nec totá tamen ille prior præeunte carina:
Parte prior, partem roſtro premit æmula priſtis.
At mediá ſocios incedens naue per ipſos
Hortatur Mneſtheus. Nunc nunc inſurgite remis
Hectorei ſocij, Troiæ quos ſorte ſuprema
Delegi comites: nunc illas promite vires,
Nunc animos, quibus in Gætulis Syrtibus vſi,
Ioniéque mari, Maleaéque ſequacibus vndis.
Non iam prima peto Mneſtheus neque vincere certo;

Quam-

(Quamquam ò) ſed ſuperent, quibus hoc Neptune dediſti:
Extremos pudeat rediiſſe: hoc vincite ciues,
Et prohibete nefas ——

Cum Sergeſtus & Mneſtheus, quippe extremi, primam palmam cui proximum cernebant Cloanthum, iam deſperare cœpiſſent, eò mentem cogitationémque conieccerunt vt ſaltem Gyam ſuperarent ac ſecundam palmam obtinerent. ad quam rem ſpes læta tanquam fax pulcherrima illis affulſerat, quòd Gyas ob amiſſum gubernatorem moraretur ac tardior appareret. Itaque Sergeſtus qui præerat Centauro, *iam capit ante locum*, & Gyam Chimærámue antegreditur: vel potiùs (ſi me audias) ſic capit ante locum, vt non Gyam Chimærámue prægrediatur, ſed Mneſtheum quîcum paulò antè pari ſorte certabat: & ideo canebat Virgilius

Et nunc Priſtis abit, nunc vitam præterit ingens
Centaurus, nunc vnà ambæ, iunctiſque feruntur
1082 *Frontibus* ——

alioquin nihil erat cur paulò poſt Sergeſto in ſcopulum impingente, caneret Virgilius de Mneſtheo

Et primum in ſcopulo luctantem deſerit alto
Sergeſtum, breuibúſque vadis, fruſtráque vocantem
Auxilia, & fractis diſcentem currere remis.
Inde Gyan, ipſámque ingenti mole Chimæram
Conſequitur: cedit quoniam ſpoliata magiſtro eſt.

Igitur non Gyam & Chimæram ſed Mneſtheum ac Priſtin ſuperat Sergeſtus: ita tamen vt Mneſtheus Sergeſtum non longè conſequatur, cum mediam Centauri partem Priſtis roſtro premat ac prora. Quare Sergeſto ſpes affulſerat quidem ante Gyam ſuperandi quòd tardior factus eſſet, quem etiam pòſt paulò ſuperabit; nunc tamen Mneſtheo tantùm præripuit locum Sergeſtus. Quamquam cum Mneſtheus contra Sergeſti nauem, Centaurum ſcilicet, mediam roſtro (vt dicebam) & prora conſecutus, eandem ſuperari poſſe ſperet, a puppi ad proram mediam naui progrediens, optimi ducis more, cohortatione, breui illa quidem ſed egregia & nobili, ſtimulat remigum atque adeò ſociorum omnium virtutem, vt vim exerant omnem & ad palmam contendant. itaque

—— *Nunc nunc inſurgite remis*
Hectorei ſocij, Troiæ quos ſorte ſuprema
Delegi comites: nunc illas promite vires,
Nunc animos, quibus in Getulis ſyrtibus vſi,
Ioniόque mari, Maleæque ſequacibus vndis,

inquit Mneſtheus. vbi eos excitat tum egregia appellatione illa, *Hectorei ſocij*, quod eſt ſtrenui ac generoſi, vno verbo, Hectoris imitatores & gloriæ cupidiſſimi (qua ſanè appellatione illuſtrior proferri poterat nulla) tum quòd a ſe delectos ſocios & comites memorat, vnde beneuolentia erga illos ac de illorum virtute opinio ſignificatur. Sed & voce
1083 illa toties iterata, (Nunc) eoſdem incendit: cum præſertim anteactos illorum in remigatione labores magna cum eorumdem dignitate commemoret: ſiue Getulię ſyrtes, ſiue Ionium mare, ſiue Maleæ fluctus, in memoriam reuocentur. iis enim maximè in locis cum ventis, ſcopulis ac tempeſtatibus pugnantes, ſuam virtutem declarauerant: itaut propriæ illos virtutis exemplis incendat non alienis. Quamquam, quoniam obiicere potuiſſet aliquis, eum rem longè arduam quæque fieri vix vllo modo poſſet poſtulare, cum iam Cloanthus metam ſuperaſſet ac toto æquore ad portum remearet; ideo pergit

Non iam prima peto Mneſtheus, neque vincere certo:
(Quamquam ò) ſed ſuperent, quibus hoc Neptune dediſti.
Extremos pudeat rediiſſe. hoc vincite ciues
Et prohibete nefas ——

quibus ſignificat primùm ſe iam nō requirere primam palmam, quod dum illis vocibus declarat. *Non iam prima peto Mneſtheus*, non ſanè ſine tacita quadam & honeſta ſui commendatione declarat qui prima petere conſueuiſſet: deinde verò planiùs docet ſe non tam certare pro victoria, quàm ad vltimi loci ignominiam vitandam. & ideo ſubdit

Extremos pudeat rediſſe: hoc vincite ciues.

quaſi verò hanc vnam in præſens requirat victoriam, & ideo ad extremùm *hoc(* addit*) prohibete nefas*; quaſi verò extremus locus tanquam nefarius ſit fugiendus. & verè apud nobiles genere, ac Romanos præſertim, quibus gloria inprimis erat propoſita in certamine, ignominioſum erat extremum tenere locum & ab omnibus ſuperari: ita ut in prouerbium (id quod Horatius indicat) illud abijſſet, *occupet extremum ſcabies*. Dum verò illud pronunciat 1084

—— Neque vincere certo,

ſanè, quoniam id ægrè faciebat ac niſi grauatè victoriæ ſpem haud deponebat, illud ſubdit è veſtigiò

(Quamquam ô) ſed ſuperent quibus hoc Neptune dediſti,

hæc interponit antequam addat

Extremos pudeat rediſſe ——

vt nimirum ſignificet ſibi adhuc tantillum ſpei ſupereſſe ad palmam ſéque cupiditate ſaltem eam adamaſſe conſtet. Tametſi ad Neptunum conuerſus, *ſed ſuperent*, inquit, *quibus hoc Neptune dediſti*: quaſi diceret, par eſt vt tuæ voluntati Neptune acquieſcam cuius eſt maris imperium, ac victorias in tuo imperio concedere ac diſtribuere. quibus verbis videtur etiam clam Neptuni ſiue beneuolentiam captare ſiue numen incuſare, & tamen adhuc vtcumque ad primam palmam aſpirare (dum enim certatur, adhuc ſperatur) quam ferè obtinuit: cum tandem Cloanthum in ſummum diſcrimen adduxerit, ita ut ad primam quoque palmam acceſſerit propè, tantùm abeſt vt extremus redierit. Atque hîc dum canitur

At mediâ ſocios incedens naue per ipſos
Hortatur Mneſtheus: nunc nunc inſurgite remis
Hectorei ſocij, Troiæ quos ſorte ſuprema
Delegi comites: nunc illas promite vires
Nunc animos, quibus in Getulis Syrtibus vſi,
Ioniòque mari, Maleæque ſequacibus vndis,

etiam atque etiam confirmare licet quod iamdiu diſputabam, olim remiges non coactos fuiſſe ac ſeruos ſed voluntarios & ex militibus delectos: quos par eſt ex robuſtis fortiſſimíſque delectos: id quod illud clamat oſtendítque ſatis, *Hectorei ſocij*: quin nulla vox eſt in his carminibus quæ non huic ad ſtipuletur ſententiæ; præſertim dum ſocij comitéſque 1085 appellantur a Mneſtheo. Quo nomine (ne quis pugnaret a duce ſic appellari vt eis adderet animum) a poëta ipſo nuncupantur: & hoc nomine illos paulò ante Dardanam pubem appellauerat. Neque illud eſt prætermittendum Virgilium dum Mneſtheum inducit hortantem ſocios, imitari Neſtoris filium Antilochum, vel potiùs hunc Homerúmque ſimul apertè ſatis caſtigare. Antilochus, enim in non diſſimili diſcrimine vt quadrigis currúue Menelaum Diomedémque ſuperaret, ſuos ille equos vehementi oratione hortatur: vbi præter quam quod ineptè ſermonem atque eum benè longum facit equis, eos ſeruilem in modum cohortatur, minas, verbera, necem illis obtendens, cum tamen Mneſtheus ſocios alloquatur & ab eximia illorum virtute & liberalem in modum eos incendat ad laborem. Tu præſentem locum cum Homerico conferre ne graueris, ac Virgilianum ſenties paucis egregiè multa complecti, Homericum eſſe puerilem; quem etiam ex non malo poëta latinè expreſſum lubet ſubijcere

Emicat ante alios Diomedes victor, at ipſi
Addidit & vires, & laudem Pallas honeſtam.
Proximus hunc ſequitur Menelaus: tertius ibat
Neſtorides, affatus equos hac voce paternos.
Currite, ferte citi currum, properate, quid obſtet
Quò minùs Atriden ego conſequar axe citato?
(Nam neque Tydiden, cui vires innuda Pallas
Sufficit, & decus hoc tribuit, ſuperare laborem)
Dedecus hoc tantum ne vos contingat, ut iſthac
Fœmina deuictos Aethe poſt terga relinquat.
Quod niſi victores eritis (mihi credite) poſthac 1086
Ampliùs haud quaquam caros vos Neſtor habebit.

Quin

Digitized by Google

Quin etiam ferro interimet ſi præmia tardi
Vltima nos referamus, & hoc vincamur honore.
Accelerate igitur, volucri præuertite curſu,
Et loca præcipite ante alios anguſta viarum,
Per quæ ego vos ducens celeres moderabor habenas,
Doctus equûm domitor: nec me via fallet euntem.

Sic Antilochus ſapientiſſimi Neſtoris filius, ſiue Homerus pueriliter ac nulla veriſimilis ratione habita. Vt propterea iurè de Homero dici poſſit, ſæpè non tam canere quàm pueriliter ludere aut aniles fabulas commentari. Certè vt equos quaſi famulos atque adeo mancipia hortaretur, obiurgaret, atque aſperis increparet dictis, mortis etiam pœnam minitans illis, ridiculum eſt. nec abeſt longiùs à ſimili culpa quòd paſſim Vlyſſem, ſecum ipſum prolixè ita, loquentem inducit, vt Poëtæ nil ferè ſuperſit.

Part.19. —— Olli certamine ſummo
Procumbunt: vaſtis tremit ictibus ærea puppis
Subtrahitúrque ſolum. tum creber anhelitus artus
Arídaque ora quatit: ſudor fluit vndique riuis.

Quam egregiè Mneſthei iuſſa ſiue optata curent remiges, & ſuis conatibus Ducis cohortatione reſpondeant, declarat Vates hoc in loco; ídque primùm quia ipſi remiges ſtatim certamine ſummo & conatu improbo procumbunt, remos, inquam, toto conatu atque impetu propellunt, ita ut proni efficiantur & ad ſolum vſque procumbere videantur. ex quibus intelligitur Troianos impellere conſueuiſſe remos, non eorum more qui humeris in proram, oculis in puppim coniectis, remos contrahunt: hi enim ſupini fiunt (id quod fit etiam in particula decima tertia, & ex decima quoque intelligitur ſatis) non procumbunt ſeu proni efficiuntur. itaque ſic remigabãt vt oculis in proram conuerſis (minora fermè nauigia ſic impelluntur hoc tempore) impellerent remos, non ad ſe contraherent. II.

Remigum conatus declaratur multis. I.

1087 Ad hæc remigum iſtorum conatus magnos ex eo declarat quòd ob remigandi ardorem atque impetum ærea puppis contremiſcit atque adeò vaſtis ictibus & immoderatis concutitur. vbi vel puppis pro naui vſurpatur, ita vt ærea nauis tremere dicatur, quòd ſaltem pars aliqua ærata eſſet, vel certè ærea dicitur puppis quia ære ornata eſſet ac perpolita. alioquin prora quippe quæ mare ſecat ac ſæpè aliquid offendit quod obſiſtat ærata eſſe ſolet atque æreum geſtat roſtrum. Sed & illud eorumdem declarat conatus quòd ſubtrahitur ſolum; nauigij ſcilicet quod immenſis ictibus cederet, vel certè ſubſtrati maris quod ſe ſe ſubtrahere videretur dum cederet ac ſcinderetur. Eadem inſuper declaratur induſtria quia frequentior anhelitus, & vehemens reſpiratio, quatiebat illorum artus atque arida ora. cum enim ſummopere laborarent pectore & corpore toto, ita vt reſpiratio eſſet frequentior & tumidior, neceſſe profectò erat vt pectus vultúſque ipſe contraheretur attolleretúrque vehementiùs, ita ut ora quoque, etſi alioquin præ labore arida, quaterentur. quid plura? *ſudor fluit vndique riuis*, concludit poëta vt ingentes horum labores & conatus exprimat. vbi facilè ad illud homeri ſpectauit in XVI. Iliados. III. IV. V.

Vndique ex membris fluebat ſudor multus.

quamquam Ennianum illud imitari potuit

Totum ſudor habet corpus, multúmque laborat.

Sed ſiue iſtos ſecutus ſit, ſiue communem loquendi morem, quò breuiùs, eò ſignificantiùs cecinit, riuorum metaphora, ne dicam hyperbole, rem augens more maiorum. Sed ecce tibi dum ſtrenuè certant, ſorte quadam præſto fit eis nouum auxilium, de quo ſtatim poëta ſic pergit,

Part.20. Attulit ipſe viris optatum caſus honorem.
1088 Namque furens animi dum proram ad ſaxa ſuburget
Interior, ſpatióque ſubit Sergeſtus iniquo,
Infœlix ſaxis in procurrentibus hæſit.
Concuſſæ cautes, & acuto in murice remi

Digitized by Google

Obnixi crepuere, illiſaque prora pependit.
Conſurgunt nautæ, & magno clamore morantur:
Ferratáſque ſudes & acuta cuſpide contos
Expediunt, fractóſque legunt in gurgite remos.

De Sergeſti infortunio vnde iuuatur Mneſtheus

Cum rem Mneſtheus hortatione, ſocij conatibus promouent, horum diligentiam & la-
borem iuuit ſors: ita vt caſus tandem eis optatum honorem attulerit. Dum enim Serge-
ſtus furens animi, hoc eſt immoderato conatu ac minùs cautè, ad ſcopulum & metam
intendit impellítque proram, ac proinde ſaxis fit interior (vt ſcilicet quamprimùm fle-
ctat, Gyanique, quin Cloanthum etiam, ſi fieri poſſit, anteuertat) iniquo ſubit ſpatio, in
anguſtum inquam aut impeditum ſe ſe ſpatium conijcit, vnde

Infælix ſaxis in procurrentibus hæſit.

quæ enim ab imo ſaxo & ſcopulo ſaxa cautéſque procurrebant & protendebantur, hæc
proram nauémque ipſam hærentem habuere. ſiue enim cæca eſſent ſaxa nec oculis eſſent
peruia, ſiue Sergeſtus gubernatórque præ nimio animi ardore ac tanquam furore illa nõ
animaduerterit, in illis miſerè hæſit Centaurus. Quo tempore factum eſt etiam vt remis
vnde percuſſæ ſunt cautes, obnitentes, acuto in murice, fracti ſint: illiſa verò prora, quippe
altior & cautes ſuperans, pependerit ſuſpenſa. & quamuis nautæ conſurgentes opitulari
nituntur, clamore tamen, vt fit; magno ſeſe impedientes, moram afferunt. expediunt tamẽ
ac proferunt ferratas ſudes & contos acuta cuſpide inſtructos, vt ſcilicet nauem ſubleuent 1089
& è ſaxis eximant: ita demum fractos colligunt remos, quibus etiam paulò poſt tentabũt
curſum. Hic, inquam, fuit caſus: qui optatum Mneſtheo honorem attulit. & ideo ſequi-
tur Poëta.

Partic. 21.

At lætus Mneſtheus, ſucceſſúque acrior ipſo,
Agmine remorum celeri ventiſque vocatis
Prona petit maria, & pelago decurrit aperto.
Qualis ſpelunca ſubitò commota columba,
Cui domus & dulces latebroſo in pumice nidi,
Fertur in arua volans, plauſúmque exterrita pennis
Dat tecto ingentem; mox aëre lapſa quieto
Radit iter liquidum, celeres neque commouet alas;
Sic Mneſtheus, ſic ipſa fugâ ſecat vltima Priſtis
Aequora, ſic illam fert impetus ipſe volantem.
Et primùm in ſcopulo luctantem deſerit alto
Sergeſtum, breuibúſque vadis fruſtráque vocantem
Auxilia, & fractis diſcentem currere remis.
Inde Gyan, ipſámque ingenti mole Chimæram
Conſequitur: cedit quoniam ſpoliata magiſtro eſt.

De læto Mneſthei ſucceſſu.

Lætatur Mneſtheus remigum ſuorum ardore alacríque labore, vnde iam non medio-
criter, opinor, prouehebatur nauis: ſed tamen Sergeſti inprimis ſucceſſu & caſu animum
ſumit, ita vt acrior factus, idque ſine dubio cum ſociis omnibus, magis ac magis ad opta-
tum decus contendat. Itaque celeri remorum agmine (cum enim remiges ipſi conflarent
agmen, quidni agmen ad remos quoque referatur?) ac ventis inſuper vocatis (ventorum,
inquam quos optauerat ac facilè etiam inuocauerat, ope iam accedẽte) prona & ad aper-
tum ſaxíſque liberum ſpatium declinantia, fortè etiam aquarum procliuitate & curſu cò
vehentia, petit ſulcátque maria. & ideo ſubdit, *ac pẽlago decurrit aperto.* Vbi cum iam metã, 1090
opinor, circumnauigaſſet, expedito æquore ac patenti (perinde ferè ac Cloanthus, qui cũ
flexiſſet, æquora ſecabat tuta) decurrit remetitúrque decurſum iter. Id quod eleganti co-
lumbæ explicat ſimili: in quo columbæ quæ ſubitò commota & præterrita ſpeluncam
egre-

egrediatur, Priſtis reſpondet, quæ cum extrema eſſet, ignominiæ timore concuſſa, curſũ acriùs intendit, cæteris, quæ fœliciter ſuccedunt columbæ, ea reſpondent quæ fœliciter ſuccedunt Priſti. ita fit vt quemadmodum columba poſtquam commota fuit & timore agitata

Fertur in arua volans, plauſúmque exterrita pennis
Dat tecto ingentem: mox aëre lapſa quieto
Radit iter liquidum, celeres neque commouet alas.

ita Mneſtheus, ac Priſtis fœliciter reliquum teneat curſum, & ideo ait Vates,

Sic Mneſtheus, ſic ipſa fugâ ſecat vltima Priſtis
Aequora, ſic illam fert impetus ipſe volantem.

nam quod ait de columba

Cui domus & dulces latebroſo in pumice nidi,

id verò optatis reſpondet Mneſthei præmijs quæ illum, vbi celeriter ſubijcerit portum, manent apud Aeneam. Quamquam dum Mneſthei fœlicitatem vniuerſim ferè proſequitur, ac multa ſimul complectitur, requirat facilè quiſpiam num tandem Sergeſtum (id quod maximè nitebatur) ac Gyam vel prætererit vel conſecutus ſit. Igitur ſic poëta,

Et primùm in ſcopulo luctantem deſerit alto
1091 *Sergeſtum, breuibúſque vadis fruſtráque vocantem*
Auxilia, & fractis diſcentem currere remis.

quibus ſergeſtum iam ſuperatum declarat: mox verò pergens

Inde Gyan, ipſámque ingenti mole Chimæram
Conſequitur: cedit, quoniam ſpoliata magiſtro eſt,

Mneſtheum Gyæ parem factum, Priſtim Chimæræ æquatam, mox etiam hanc ſuperatam, indicat, quòd ſpoliata eſſet magiſtro: etſi enim Menœtis officium implere niteretur Gyas, verumtamen tantùm obeſt bono carere magiſtro, ut nauim magiſtro ſpoliatã dicere non dubitauerit Virgilius. Videtur autem Poëta noſter columbæ ſimile aut metaphoram ex Homero deſumpſiſſe, qui in XXI. Iliados Dianam fugientem inducens, vt ſe Iunonis ſubtraheret iræ, eam comparat cum columba, ídque (vt latinè audiatur) his verbis

—— Dea fugit, velut columba,
Quæ quidem ab accipitre in cauam volauit petram
In latebram (neque enim illi capi fatale erat)
Sic hæc lacrymabunda fugit ——

ſic Homerus, vbi obſerua commodè Virgilium cum aue nauem conferre cui vtrique, vt ſe nominis affinitate attingunt, volatus tribuitur: inprimis verò rem dilatat, exornátque eleganter: cur autem uolantem faciat Mneſthei nauem, ex dictis conſtare poteſt. ſic Antias, *Volitat ſuper æquora claſſis*, & Ennius, quem fortè imitatus eſt Poëta noſter,

—— Labitur vncta carina, —— volat ſuper impetus vndas.

itaque alibi Virgilius.

—— Pelagóque volamus.

Part. 22 Solus iámque ipſo ſupereſt in fine Cloanthus,
1092 Quem petit, & ſummis adnixus viribus vrget.
Tum verò ingeminat clamor, cunctíque ſequentem
Inſtigant ſtudijs: reſonat clamoribus æther.
Hi proprium decus & partum indignantur honorem,
Ni teneant, vitámque volunt pro laude paciſci.
Hos ſucceſſus alit: poſſunt, quia poſſe videntur.
Et fors æquatis cepiſſent præmia noſtris,
Ni palmas ponto tendens vtraſque Cloanthus
Fudiſſétque preces, diuóſque in vota vocaſſet:

Succedit Cloanthus quem ſuperare nitatur Mneſtheus. etſi enim tantum haud ſperauerat antea, ac propterea ſecundum aut tertium requirebat locum, verumtamen in præſens

ſens fœlici ſucceſſu elatus, ad primam quoque palmam aſpirat. quare quemadmodum ab initio illud protulit

(Quamquam ô) ſed ſuperent quibus hoc Neptune dediſti;
Extremos pudeat rediſſe: hoc vincite ciues:

vbi, etſi omnino ferè deſperabat primam palmam, indolebat tamen; ita inpræſens, cũ ſpes affulſerit conſilio mutato, de illa certat pro virili. Vrget igitur elaborátque vt Scyllam, etſi iam curriculi finem penè attingat, ſuperet. quod dum fit, augetur clamor ac geminatur: præſertim quia cuncti ipſum Mneſtheum inſtigant plauſu ac ſtudijs. ita quidem æther clamoribus impletur ac reſonat. Quod dum fit, Cloanthus & ſocij ſic afficiuntur, vt proprium decus (quidni enim proprium videatur cum in manibus habeant ferè palmam?) & honorem hactenus partum indignè ferant, niſi illud retineant ac primam palmam conſequantur. itaque vitam ipſam pro laude paciſci volunt, vitam, inquam, ſibi pro honore in diſcrimen vltimum adducendam, atque adeò cum morte commutandam, proponunt. 1093
Mneſtheus contrà & ſocij fœlici ſucceſſu eriguntur ac ſpe fouentur & veluti nutriuntur. cum enim iam, contra quàm ab initio, ſe Cloanthum ſuperare poſſe opinentur & confidant, re etiam ſuperare poſſunt. tanti enim refert in certamine ſpes & fiducia, vt qui fidenter ſperet, poſſit etiam interdum ac ſæpè quod molitur conſequi. Quid plura? iam iam eò perueniunt vt cum Cloantho ſeu Scylla æquato roſtro, huic palmam erepturi eſſent, ni Cloanthus vtramque palmam in pontum protendens

Fudiſſet preces, diuósque in vota vocaſſet.

vbi ſanè in pontum ſupplices manus conuertit Cloãthus, quòd marinos inuocaret Deos. ſic cœleſtes inuocantes tendebant ad ſydera palmas: ſic inferos appellantes Tellurẽ quatiebant pede, vt admonuimus. Quibus omnibus indicat Poëta cùm ſpem non facilè abijciendam, aut demittendum animum in rebus gerendis, tum maximè in Numinis poteſtate eſſe victorias & ab eo petendas ac ſperandas. Sed Cloanthi preces euentúmque omnem audiamus.

Partic. 23.

Dij quibus imperium pelagi quorum æquora curro,
Vobis lætus ego hoc candentem in littore taurum
Conſtituam ante aras, voti reus: éxtaque ſalſos
Porriciam in fluctus, & vina liquentia fundam.
Dixit: eúmque imis ſub fluctibus audijt omnis
Nereidum Phorcéque chorus Panopaéaque virgo:
Et pater ipſe manu magnâ Portunus euntem
Impulit. illa Noto citiùs volucrique ſagitta
Ad terram fugit, & portu ſe condidit alto.

Rectè Cloanthus vno ferè verbo marinos inuocauit Deos: quandoquidem ſi eos de nomine appellare omnes voluiſſet, antea Mneſthens portum ac palmam tenuiſſet: præſertim 1094
verò quia Dearum quoque habenda fuit ratio; ita vt Dij interim in voto, vniuerſim comprehendant Deos Deáſque: & hinc eſt vt mox Nereides etiam Panopaéaque virgo illi præſto fuerint. Denique cum Poëta eſſet paulò poſt ex marinis hiſce Dijs commemoraturus non paucos, hac etiam de cauſa Cloanthum induxit qui eos inuocaret in vniuerſum, & vno eos nomine complecteretur omnes. Sic verò eos precatur Cloanthus vt ſe, ſi vicerit, voti, candentis ſcilicet tauri, reum faciat, obſtrictúmque fateatur: quem ſimul lætus (læto enim animo ſunt Numini ſoluenda vota) & in ipſo littore ac propterea primo quoque tempore cum littus iam ferè attigerit; atque ante illorum aras, quas ibi etiam facilè ſibi erigendas decernit, conſtituet, ſacrabítque: ídque ea etiam lege vt exta taurorum porriciat in ſalſos fluctus, liquentia etiam fundens vina. Ita quidem eius preces audijt marinus Deorum grex, inprimíſque Portunus, qui Cloanthi nauem propria, eáque magna, ac propterea robuſtâ, impulit manu. Quocirca Cloanthi nauis

—— Noto citiùs volucríque ſagitta
Ad terram fugit & portu ſe condidit alto.

quibus

Digitized by Google

quibus ſatis intelligitur ei qui primus tenuiſſet portum, ac nauem, quanta quanta eſſet: citiùs in portum condidiſſet, principem palmam conſtitutam fuiſſe.

Part 24. Tum ſatus Anchiſa cunctis ex more vocatis
Victorem magna præconis voce Cloanthum
Declarat viridique aduelat tempora lauro:
1055 Múneraque in naues ternos aptare iuuencos,
Vínaque & argenti magnum dat ferre talentum.
Ipſis præcipuos ductoribus addet honores.
Victori chlamidem auratam, quam plurima circum
Purpura Mæandro duplici Melibœa cucurrit:
Intextúſque puer frondoſâ regius Ida
Veloces iaculo ceruos currúque fatigat,
Acer anhelanti ſimilis: quem præpes ab Ida
Sublimem pedibus rapuit Iouis armiger vncis.
Longæui palmas nequicquam ad ſydera tendunt
Custodes: ſæuítque canum latratus in auras.
At qui deinde locum tenuit virtute ſecundum,
Leuibus huic hamis conſertam auróque trilicem
Loricam, quam Demoleo detraxerat ipſe
Victor apud rapidum Simoënta ſub Ilio alto.
Donat habere viro, decus & tutamen in armis.
Vix illam famuli Phegeus ſagaríſque ferebant
Multiplicem, connixi humeris: indutus at olim
Demoleus, curſu palantes Troas agebat.
Tertia dona facit, geminos ex ære lebetes
Cymbíaque argento perfecta, atque aſpera ſignis.

Præmijs iam victores ornat Aeneas. quod dum commemorat Vates, obſeruanda ſunt pauca quædam. Ac primò videndum eſt an reſpondeant vltima primis: num, inquam, ea quæ primo huic certamini propoſuit præmia dum caneret *Præmiorũ examinatur diſtributio.*

Múneraque in naues ternos aptare iuuencos
Vinaque & argenti magnum dat ferre talentum:

ea Cloantho ac cæteris victoribus diſtribuat Aeneas. Et ſanè dum

Victorem magna præconis voce Cloanthum
1096 *Declarat: viridique aduelat tempora lauro,*

Satis intelligitur viridi corona donatum quam expoſuerat à principio. At iuuenci quibus donat naues; & vina inſuper, vbi nam fuerunt propoſita? Nuſquam, opinor: nam ne generali quidem nomine tauros ac vina in præmij loco propoſita obſerues. extra ordinem igitur præ liberalitate his primùm victrices naues donauit, vt remiges ac nautæ feſſas vires primo quoque tempore reficerent ac recrearent. Secus dixerim de magno argenti talẽto: quandoquidem reuera argenti talenta expoſuerat Aeneas inter præmia. vt enim naui potiùs quàm ſigillatim Cloantho, quin (ſi quis rectè æſtimet) tribus primis nauibus ſingulis ſingulos tauros, vina, argentíque talentum attribuit, ſic præmia illa nauibus, hoc eſt nõ ductoribus modò, verùm etiam remigibus ac nautis fuiſſe propoſita, non eſt quod dubitemus. At enim ſint iſta: verùm cum auri quoque talenta propoſuerit, cui nam reddantur in præſens? certè ſi cui, Cloantho ac primis, non ſecundis aut tertijs, tribuuntur. & tamen dum ad ipſos ductores præmijs ornandos deſcendit canens

Ipſis

Digitized by Google

Ipſis præcipuos ductoribus addit honores,

& Cloãthum primò aurata donat clamyde, Mneſtheum verò lorica, licet quidem vel affirmare vel opinari hæc ex propoſitis præmijs fuiſſe, cum arma & veſtes fuiſſent propoſita: ſed de aureis talentis nil tale licet ſuſpicari. Imò verò ſacri illi qui primò inter præmia numerantur tripodes, nemini videntur obueniſſe. niſi tamen (quod iã antea inficias iuimus) tripodes dixeris eſſe geminos quibus tertium, Gyam inquam & Chimæram, ornauit lebetes: quod ſanè eo minùs conceſſerim, quòd minùs veriſimile ſit ſacros tripodes poſtremis, quaſi armis & veſtibus eſſent poſthabendi, fuiſſe attributos. vt propterea lebe- 1097
tes quoque extra ordinem illati, tripodes contrà perinde atque auri talenta, prætermiſſi videantur. Vel igitur dicendum ea quæ prætereuntur ijs ſtetiſſe qui inuſitatum ac ſummum aliquod virtutis ſpecimen dediſſent, vt verbi cauſa ſiquis primus antequam cæteri flecterent, victor in portum rediiſſet: (id quod ſuſpicari poſſumus per præconem fuiſſe promulgatum: neque enim ſigillatim refertur quid proclamaſſet præco dum poneret præmia:) ex quo fieret vt cùm tale ſpecimen datum eſſet nullum, aurei talenti erogandi defuiſſet occaſio: vel fortaſſe ſplendoris ac fidei cauſa fuerant expoſita, quemadmodum in militibus conſcribendis fit apud aliquos, qui magnã argenti atque auri vim exponunt propalam tanquam oppignoratæ fidei ſignum (tametſi dum pretium victoribus dicuntur, vix id crediderim) vel fortè exiſtimandum eſt poëtam, vbi recognoſcere & emendare opus licuiſſet, curaturum fuiſſe vt propoſita præmia fideliter diſtribuerentur. præſertim verò quia quæ ad extremùm diſtribuit nauibus, ea; niſi ab initio veſtium aut armorũ nomine comprehenſa pugnes, ac propterea in diſtributione eleganter tanquam expolitione deſcribi ac declarari, pléraque dùm exponerentur; prætcrita fuiſſe liceat ſuſpicari. id quod de cymbijs quibus donantur tertij, non grauatè conceſſerim. Vt omittam palmas etiam fuiſſe propoſitas, de quibus in diſtributione ipſa ne verbum quidẽ. Iam verò illud 1098
quoque videndum; quo conſilio, quatuor tantùm certantibus nauibus, tres primas & victrices & præmio afficiendas ſtatuerit, vnam tantùm victam habendam: par enim erat vt ad virtutem excitandam res è contrario peragerctur, ita vt prima tantùm aut ſecunda ad ſummum expectaret præmium. denique ſi non quatuor ſed multò plures certaſſent, fortaſſe tertium quoque præmium non ſine dignitate fuiſſet additum; ſed in tam paucis, ægrè id conceſſerim. certè in pedeſtri curſu ſic tria, non dico curſoribus, ſed victoribus, proponuntur præmia, vt innumeri propemodum certamen ſubeant. Quamquam ſecundos & tertios liberalitate potius præmijs donatos crediderim quàm ex condicto. nã præterquam quod ab initio præmia proponuntur in vniuerſum, nec triplex ille præmiorum ordo indicatur, qui tamen indicatur in pedeſtri ludo (quia ſcilicet quam plurimi certant pedeſtri curſu) ſanè in progreſſu Mneſtheus, quoniam primum deſperat locum reuera non pro victoria certat. & ideo ait.

Dubitatur cur quatuor certãtibus, tres ſtatuantur victores.

Reſpondetur.

—— *Neque vincere certo*

ſed ad vitandum dedecus, quia ſcilicet pudet redire extremum. denique Aeneas vnum Cloanthum declarat victorem. quod ſi deinde

Ipſis præcipuos ductoribus addit honores,

(id quod tribus prioribus facit) adhuc tamen Cloanthus dicitur victor, cæteri ægrè hoc appellantur nomine, quare cum ceciniſſet

Ipſis præcipuos ductoribus addit honores,

ſubijciebat è veſtigio

—— *Victori clamydem auratam.* 1099

vt propterea coniectare liceat atque adeo ſtatuere nõ tria ex ordine quatuor illis nauibus propoſuiſſe, ſed liberalitate poſtremùm diſtribuiſſe, præmia. Et hinc etiam intelligere licet reuera tauros, vina, talenta tribus illis nauibus, (id quod ſignificare cœperam a principio) liberalitate ac magnificentia fuiſſe attributa, non ex cõdicto reddita. ac fortaſſe magnum argenti talentum ſingulum ſingulis perinde ac taurus redditum eſt: vt quoniam remigum ac nautarum magna erat multitudo, liberaliter proſpiceretur omnibus. Ita quidem non ab re fortaſſe diximus pléraque ſplendoris gratia fuiſſe expoſita. tametſi dũ ab initio, *victoribus pretium* appellantur, id fortaſſe ſcrupulum alicui ingerat adhuc. Sed iam ſigillatim obſeruemus clamydem qua donatur Cloanthus, miro deſcribi artificio, & Ganymedem referre qui Phrygio opere fuerit expreſſus dum vt venaretur & raperetur, ita vt pictoribus exemplo eſſe poſſit, ac fabulæ effingendæ præbere normam. tametſi vt

latratus

Digitized by Google

latratus pictor ſatis exprimat,canum anhelitus,etſi quid huiuſmodi,fieri nullo modo po-
teſt.Quamuis enim pictura exprimere quædam fœliciùs poteſt quàm poëſis,vt colorem
figuram, & ſi quid tale,in multis tamen deficit pictura & Epopœiæ cedit inprimis. Inte-
rim tamen dum præſens clamys phrygio elaboratur opere,tu,ſi placet, de huiuſce operis
excellentia, & quàm egregiè cum pictura & ſculptura certet, ex Italica epiſtola quadam
noſtra obſeruato.hanc nos amici rogatu confecimus dum de phrygio opere libellus exē-
1100 plis præclaris inſtructus lectiſſimæ fœminæ dicaretur, & libello ipſi præfigi non grauatè
tulimus. Dum verò lorica ornat Mneſtheum, equidem Seruio nequaquam aſſenſerim *De Mneſtheí lorica.*
qui edifferens illud

At qui deinde locum tenuit virtute ſecundum,

virtute ſecundum,inquit,*quia primus fauore vicerat Numinum.vnde & Præmia dantur congrua; il
lis clamys; Deorum continens fabulam; huic lorica:id eſt virtutis inſigne*. non inquam aſſentior,
quia multa tanquam Vates aut Hiſtoricus narrat Poëta,quæ ipſe vnus habet cognita:cæte
ros latent:ac tale eſt Portuni factum.Quapropter Aeneas Cloanthi nauem Portuni manu
impulſam haud perſpectum habuit:& idcirco non eo conſilio potuit ornare Cloanthum
clamyde,quòd præcipuo numinum viciſſet auxilio.Adde quod Cloanthus virtute adhuc
par erat Mneſtheo:ita ut quantumuis Aeneas animo peruidiſſet Cloanthum (quod tamē
affirmaretur temerè)victoriam Portuni opere tuliſſe,non tamen Mneſtheo,inferior erat
virtute reputandus.Itaque dum canit Virgilius

At qui deinde locum tenuit virtute ſecundum,

potiùs eò ſpectat vt Mneſtheum Cloantho inferiorem virtute faciat, quia ſcilicet talis re
ipſa omnium oculis publicè apparuiſſet, quàm vt primùm inprimis fauore Deorum, ſe-
cundum in ſecundis virtute, indicat conſtituiſſe. Hanc verò triplicem loricam triplici fer-
rea lamina,ſeu ſquama compactam crediderim & cōglutinatam.nam certè Statius dum
de lorica item canit

—— Ter inſuto ſeruans ingentia ferro
Pectora ——

1101 triplici lamina,ad hunc locum facilè alludens,eam conflat:eodémque nomine multipli-
cem illam appellat Virgilius.quòd ſi eandem dicit Trilicem,quæ vox telæ propriè conue-
nit ac veſti(ideo enim aliquæ dum tribus filis & coloribus variantur,trilices appellantur)
Poëtæ eſt voces analogia quadam ad alia deriuare. Conſerta verò erat lorica hamis auró-
que,ſiue quia aureis hamis necteretur vt indicat Seruius,ſiue quia hamis & auro conſer-
ta inſtrúctaque eſſet ac variata:quæ omnia efficere poterant vt tum ingentis eſſet ponde-
ris,tum decus & tutamen afferret, quemadmodum canit. Illud tamen ſine dubitatione
addiderim,dici conſertam leuibus hamis, id eſt politis & lenibus annulis in catenæ morē
ingeſtis:ita ut pro leuibus, quod habent libri omnes,ſine dubio reponendum ſit leuibus:
nam præter quam quod hoc conſentit cum ingenti pondere, quod leuibus ægrè conce-
das;carmen alioquin falſum eſſet,cum in leuibus prima quoque corripiatur.Deniq.dum
Gyas tertia refert dona, nimirum geminos ex ære lebetes, ægrè conceſſerim hos ſacros
fuiſſe tripodas quos expoſuit a principio, ſed potiùs crediderim extra ordinem huic con-
ceſſos.de qua re ſatis ſupra. Cymbia verò ſeu pocula in nauiculæ morem ficta quibus itē
donatur Gyas,aſpera dicuntur ſignis, quia eſſent cælaturis eminentibus & imparibus fi-
cta:& ideo non leuia ſed aſpera appellātur;& hoc ſibi voluit Seruius dum illa ἀνάγλυφα nun-
cupauit.

Part.25 Iámque adeo donati omnes,opibúſque ſuperbi
Puniceis ibant euincti tempora tænis:
Cum ſæuo è ſcopulo multa vix arte reuulſus,
Amiſſis remis,atque ordine debilis vno,
1102 Irriſam ſine honore ratem Sergeſtus agebat.
Qualis ſæpè viæ deprenſus in aggere ſerpens,
Aerea quem obliquum rota tranſijt, aut grauis ictu
Seminecem liquit ſaxo lacerúmque viator:

Nequic-

Digitized by Google

Nequicquam longos fugiens dat corpore tortus,
Parte ferox, ardénsque oculis, & ſibila colla
Arduus attollens: pars vulnere clauda retentat
Nexantem nodis, ſéque in ſua membra plicantem.
Tali remigio nauis ſe tarda mouebat:
Vela facit tamen, & plenis ſubit oſtia velis.

Cum victores ijs quæ commemorata ſunt præmijs ac muneribus, donati fuiſſent omnes, ſimúlque *puniceis irent euincti tempora tænis*, quod eſt puniceis ſeu roſeis faſciolis tempora coronati capútque ornati; (lemniſcatis coronis exponit Seruius: nam & palmæ, vt ſcribit Cicero, & coronæ, vt Plautus & Plinius, lemniſcatæ, hoc eſt faſciolis ornatæ imponebantur victoribus) ita ut honoribus conſpicui ac ferè ſuperbi incederent (id quod de ducibus libentiùs acceperim, de quibus modò habebatur oratio, vel de ijs maximè) ecce tibi

—— Sæuo è ſcopulo multa vix arte reuulſus,
Amiſſis remis, atque ordine debilis vno,
Irriſam ſine honore ratem Sergeſtus agebat.

vbi ſanè cum in ſcopulum non dextro remorum ordine impegiſſet ſed ſiniſtro, ſic ait amiſſis remis vt rem ſtatim veluti expolitione declarans ad vnum contrahat ordinem: & ideo ait

—— Atque ordine debilis vno.

amiſſis enim ſiniſtris remis, factum erat vt vno tantùm ordine debilis eſſet: debilis verò, non penitus ſpoliatus, quia iam fractos ſaltem recuperaſſet remos (ob id enim cecinit

Fractóſque legunt in gurgite remos) 1103

atque ijs prout poterant agebant nauem. Id quod egregiè ſtatim declarat ſerpentis ſimili, qui in altera corporis parte, cauda ſcilicet, rota preſſus aut ſaxo percuſſus, debilis ac fractus, ægrè trahit corpus

Nequicquam longos fugiens dat corpore tortus,

quod eſt inceſſus ac motus vnde ſerpere ſolet, tentat fruſtra. quamuis enim reliqua parte, capite ſcilicet ac pectore, ſit integer, ac propterea hinc ferocem ſeſe oſtendat, ita ut ardeat oculis, ſibilet, colla extollat, extrema tamen pars vulnere, veluti clauda ac debilis, retinetur ac premitur. quamquam haud cunctatur fractam ac penè diuulſam (etſi hæc retentat, retardat inquam impedítque, vel potiùs iterum tentat motum) corpori attexere & nectere atque in ſpiras, vt membra & partes faciliùs muniat ac foueat ſe totum redigere. hoc, inquam, ſimili declarat qua ratione affecta eſſet, & in quo ſtatu verſaretur Sergeſti nauis: quod eſt fuiſſe altera parte fractam ac veluti claudam & debilitatam: ſiniſtra ſcilicet quæ vna in cautes impegerat: cum alioquin pars altera eſſet integra. & hac etiam de cauſa cum ſuprà dixiſſet

—— Ordine debilis vno ——

hîc ſubdit

Tali remigio nauis ſe tarda mouebat.

ex quo intelligitur illud

Nequicquam longos fugiens dat corpore tortus,

ſignificare ſerpentem non omnino fruſtra tortus & inceſſum omnem tentaſſe, ſed longos tortus nequicquam tentaſſe (& ideò ait fugiens, vnde motus deſignetur aliquis & progreſſus) ita ut tardiùs ſerperet tantùm quemadmodum tarda ſe remigio mouebat nauis. 1104 & quamuis potuiſſet Cloanthus integros remos cum fractis miſcere, & nauigij latera æquore ad mediocritatem quandam remigationem illius redigens, ex quo minùs incommodè remigare licuiſſet, id tamen tum propter anguſtias temporis non tentauit, tum fortaſſe non decuit ne innoxij remiges inde aliquod contraherent dedecus. denique ſecundi venti, quæ ſeſe in redeundo offerebat opportunitas, ea fuit quæ mox remorum ſarciuit incommodum & iacturam, ita vt cum iam, ſecundis flantibus ventis, non magnopere indigeret remis, potiùs vela fuerint pandenda quàm in æquandis remis immorandum. & ideo pergit

Vela facit tamen, & plenis ſubit oſtia velis.

rectè

Digitized by Google

recte verò ait *ſubit oſtia*, quòd vlteriorem portus ſinum iam & occupaſſet Cloanthus, qui portu ſe condidit alto, & cæteri ſubinde tenuiſſent quos item portum ſubire neceſſe fuit vt ſaltem extremum dedecus effugerent.

Part. 26

> Sergeſtum Aeneas promiſſo munere donat,
> Seruatam ob nauem lætus, ſociósque reductos.
> Olli ſerua datur operum haud ignara Mineruæ,
> Creſſa genus, Pholoë, geminíque ſub vbere nati.

Sat pœnarum dederat Sergeſtus, qui repentino caſu primæ palmæ ſpe deiectus, & non ſine dedecore extremus factus, deinde etiam irriſus, redierat. Itaque magnanimus heros ac prudens Dux Aeneas cùm ſeſe lætum illi oſtendit atque hilari eum fronte excipit; quod ſanè magnam ſolatij partem in re afflicta Sergeſto afferre poterat; tum
1105 vt eius honori proſpiciat, ac ſuam erga illum beneuolentiam declaret, præmio ipſum donat nobili. cui rei peragendæ, vt id non temerè facere videatur, prætextum adhibet nobilem; nimirum

—— *Seruatam nauem ſociisque reductos.*

ſed quale eſt hoc præmium? aut cur promiſſum dicitur? *Promiſſo*, inquit Seruius, *aut magno aut ante promiſſo* κατὰ τὸ σιωπώμενον (ſic enim in Pariſino) *vt intelligamus in omnibus ludis illud eſſe ſeruatum. Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit. Quod etiam in Pedali ait certamine, Victori velatum auro vitiſque iuuencum: Enſem atque inſignem galeam ſolatia victo. Aut certè promiſiſſe eum intelligamus, quando vidit nauem periclitantem.* Sic Seruius. tametſi, mea quidem ſententia, ſatius eſt promiſſum intelligere in vniuersùm, quia ſcilicet Aeneas antequam curſum inſtituerent, ſe illos, vbi ſtrenuè certarent atque ab extremis abeſſent, præmijs & muneribus donaturos recceperat, ac promiſerat. itaque licet Sergeſtus; non expleuiſſet quod oportuerat vt præmium aſſequeretur aut munus, ita ut promiſſi reus non eſſet Aeneas, tamen pro ſua munificentia eum quoque promiſſo munere ornare voluit. præmium verò

mendoſus locus.

> *Olli ſerua datur operum haud ignara Mineruæ,*
> *Creſſa genus, Pholoë, geminique ſub vbere nati;*

nam ſerua quoque & mancipia perinde atque aurum & argentum in ære ponebantur, & honori vtilitatíque ſeruiebant: præſertim verò ſi ætate & fœcunditate florerent, & artem aliquam non inutilem callerent: quod de ipſa Pholoë canit Poëta. Acutè verò Author quidam non ignobilis ſcribit, *Feſtiue Aeneas Sergeſto obſeruatam*
1106 *nauem dat ſeruam, cum ſerua a ſeruando nomen habeat.* ſed acutè magis quàm verè. ſiquidem ſerui non a ſeruando dicti ſunt quòd aliquid ſeruent, ſed quia ſeruentur (bello enim captis parcebatur & ſeruabantur) cum tamen oportuiſſet vt a ſeruando, quia aliquid ſeruaſsent ipſi, dicerentur, vt Sergeſto qui ſeruaſset nauem, plauderetur. Quare dum ſcribit Aſcenſius *Conueniens profectò negotio merces: nam, ut illa operoſa & induſtria eſt, ita Sergeſtus, quia nauem ſeruauit: unde matrem meruit, & ſocios, unde & filios eius* non improbo. Verùm dum pergit è veſtigiò, *Sed ſerua erat, ut ſignificet ignobilem fuiſſe Sergeſti uirtutem, quæ non laudem meruit, ſed ſolùm dedecus quantum potuit, uitauit. Idem in cæteris donis ſeruatum eſt, ut in duo prioribus declarauimus, tertium autem coquinarum & poculentis aptum cerebroſo quadrat, qui rectorem excuſſerat; Oblitus decoriſque ſui ſociúmque ſalutis*: hæc verò quàm ineptè dicantur, nemo non videt: cum Aeneas ſibi propoſuiſset vt ſociorum dignitati faueret, ſuámque illis beneuolentiam declararet, non vt tacitè illos notaret & deturparet. ex quo fit vt non libenter quoſdam audiam qui Sergeſto poſtremam laudem tributam vel potiùs dedecus ignominiámque irrogatam dicunt ut tacitè Catilinæ qui a Sergeſto duxerat originem (erat enim è Sergia familia) renouaretur infamia: & hoc nomine irriſum. etſi enim ſerpentis ſimile, commodè aptari potuiſſet Catilinæ dum ex Vrbe pulſus, retentat fortunam bello, in qua verè ferox, ardens oculis, dici potuit, ſibila colla

extollens; quemadmodum ſub idem tempus licuiſſet illum grauiter ictum, ſeminecem lacerúmque appellare, verumtamen cætera non conſentiunt, cum deinde muneribus 1107 ornetur & honoribus aſſiciatur: ita ut veriùs eorum more honoretur qui ciuem ſeruaſſet: nam ſocios ipſe quoque reduces obtulit cum naui. Ac profectò cum è Sergia familia tam multi Rempublicam ſtrenuè adminiſtraſſent, aliqui etiam pro illa ſanguinem effudiſſent, ineptè atque adeo turpiter feciſſet Poëta, ſi Sergiæ gentis authorem Sergeſtum, tali, etſi tacitè, notaſſet infamia quæ vni Catilinæ deberetur. Fauet igitur Sergiæ familiæ Poëta noſter: quemadmodum honoris cauſa illam a Sergeſto Troiano perinde atque Auguſtum a Iulo deriuârat; tantúmque hilaritatis cauſa riſu illum excipit, quòd ab illo, vt poſtremus erat (aliquis enim ſine dubio poſtremus ſtatuendus fuit) commodè hilaritatis captari poſſet occaſio, quemadmodum a Gya; non vt hinc iſti dedecore afficiantur vllo. Pholoë verò tribuitur illi Homerica imitatione.

Partic. 27

Hoc pius Aeneas miſſo certamine tendit,
Gramineum in campum, quem collibus vndique curuis
Cingebant ſyluæ, mediáque in valle theatri
Circus erat, quò ſe multis cum millibus heros
Conſeſſu medium tulit, extructóque reſedit.
Hîc qui fortè velint rapido contendere curſu,
Inuitat pretijs animos, & præmia ponit.
Vndique conueniunt Teucri, miſtíque Sicani:
Niſus & Euryalus primi.
Euryalus forma inſignis, viridique iuuenta
Niſus amore pio pueri. quos deinde ſecutus
Regius egregiâ Priami de ſtirpe Diores
Huc Salius ſimul & Patron, quorum alter Acarnan, 1108
Alter ab Arcadiâ Tegeæ de ſanguine gentis.
Tum duo Trinacrij iuuenes Helymus Panopéſque,
Aſſueti ſyluis, comites ſenioris Aceſtæ.
Multi præterea, quos fama obſcura recondit.
Aeneas quibus in medijs ſic deinde locutus:
Accipite hæc animis, lætáſque aduertite mentes.
Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit.
Cnoſia bina dabo læuato lucida ferro
Spicula, cælatámque argento ferre bipennem.
Omnibus hîc erit vnus honos: tres præmia primi
Accipient, flauáque caput nectentur oliua.
Alter Amazoniam pharetram plenámque ſagittis
Treïcijs, lato quam circumplectitur auro
Baltheus, & tereti ſubnectit fibula gemma.
Tertius Argolicâ hac galeâ contentus abito.

II. *Ludus.* Iam ad ſecundum ludum ſeſe confert noſter Vates, vt ſcilicet maritimo certamini terreſtre

reſtre ſubijciat, in quo non remorum ſed pedum celeritate pugnetur. Igitur Aeneam cum primo certamini finem impoſuiſſet, ex undoſo campo ſe ſe transfert ad gramineum ſic canens

Hoc pius Aeneas miſſo certamine, tendit
Gramineum in campum, ——

mox verò tum huiuſmodi campum tum Aeneæ conſeſſum deſcribit: inde verò promulgat ludum, continentérque addit qui nomina dederint, & quæ cuique propoſita ſint præmia. Et campum quidem deſcribit ſic canens

—— *Quem collibus vndique curuis* — *Deſcribitur, certaminis campus.*
Cingebant ſyluæ, mediáque in valle theatri
Circus erat. ——

1109 Aeneæ verò conſeſſum dum ſubdit — *Aeneæ cõſeſſus.*

—— *Quò ſe multis cum millibus heros*
Conſeſſu medium tulit, extructóque reſedit.

at ludum promulgat pergens — *Ludi ſeu certaminis promulgatio.*

Hîc, qui fortè velint rapido contendere curſu,
Inuitat pretijs animos, & præmia ponit.

eorum verò nomina qui certaturi eſſent exponit addens — *Nomina antagoniſtarum.*

Vndique conueniunt Teucri, miſtique Sicani:
Niſus & Euryalus primi.
Euryalus forma inſignis, viridique iuuenta,
Niſus amore pio pueri. quos deinde ſecutus
Regius egregiâ Priami de ſtirpe Diores.
Huc Salius ſimul, & Patron, quorum alter Acarnan,
Alter ab Arcadia, Tegeæ de ſanguine gentis.
Tum duo Trinacrij iuuenes Helymus, Panopéſque
Aſſueti ſyluis, comites ſenioris Aceſtæ.
Multi præterea, quos fama obſcura recondit.

Denique præmia his proponit verbis,

Aeneas quibus in medijs ſic deinde locutus: — *Præmia.*
Accipite hæc animis, lætáſque aduertite mentes:
Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit.
Gnoſia bina dabo leuato lucida ferro
Spicula, cælatámque argento ferre bipennem.
Omnibus hic erit vnus honos: tres præmia primi
Accipient, flauâ caput nectentur oliua.
Primus equum phaleris inſignem victor habeto,
Alter Amazoniam pharetram plenámque ſagittis
Treicijs, lato quam circumplectitur auro
Baltheus, & tereti ſubnectit fibula gemma.
Tertius Argolica hac galeâ contentus abito.

1110 His inquam campus conſeſſus, certaminis genus, antagoniſtæ, præmia deſcribuntur. In quibus, quoniam perſpicua videri poſſent, tria tantùm obſeruabo. Primum eſt certaminis campum ſic deſcribi vt tum dimicaturis opportunitatem, tum ſpectaturis voluptatem, tum ludo vniuerſo dignitatem, afferre poſſit: exprimit enim Theatrum pulcherrimum, & quale fortaſſe huiuſmodi ludo adhiberent Romani: quod tacitè videri poſſet indicare dũ circi vſurpat nomen. Quin etiã dum Aeneas multis cum millibus ſe ſe mediũ in eum tulit circũ, & extructo in loco ſeu conſeſſu reſedit, fortè Auguſti Senatúſque cõſeſſum adumbrauit qui in circo maximo ludorũ tempore obſeruaretur. Tametſi nõ inficior hîc à Virgilio Naturæ potiùs quàm artis, Theatrũ deſignari; ita ut Romanũ arte, noſtrũ hoc Natura, cuius pulchritudinem & naturale artificium Ars ipſa imitatur, conſtet totũ. Alterũ eſt Niſum & Euryalum qui primi dedere nomen, eos eſſe quibus nobilis & honeſtiſſima duorum iuuenum beneuolẽtia deſcribitur. Cum.n. Homerus Achillem & Patroclũ protuliſſet amicitiæ laude claros, Plato Pyladem & Oreſtem, Damonẽ & Pytiam celebraſſet, Cicero Scipionem & Lælium, Virgilio placuit Niſum & Euryalum in medium producere: de quorum honeſta beneuolentia & conſtanti amore plura in IX. hîc tamen

Obſeruantur tria. I. II.

Vu 2 primùm

Digitized by Google

primùm nobili amicitiæ præconio introducuntur dum canitur

Euryalus forma inſignis viridique iuuenta,
Niſus amore pio pueri.——

vbi ſignificat ab Euryalo amatum Niſum, ſed honeſto tamen amore ac pio, ita vt in filij propè loco eum habuiſſe credendum ſit. Sed de mutuo illorum amore copioſiùs alibi. III. Poſtremum eſt ſic ſuam nobis induſtriam probare Virgilium dum eorum recenſet nomina qui ad certamen deſcenderent, vt affectatam quoque nimiámque diligentiam declinet: & ideo concludit

Multi præterea quos fama obſcura recondit.

cum enim eos deſcriberet ludos, qui multis antè ſæculis fuiſſent celebrati, par erat vt multorum nomina antagoniſtarum vetuſtas obruiſſet. nam qui id dictum volunt quod nomine obſcuriores eſſent nec præclari quicquam geſſiſſent; ij mihi quidem non ſatisfaciunt: cum haud deceret niſi honeſtos iuuenes & aliquo nomine claros regijs hiſce ludis excipere: tantùm abeſt vt eo eſſent inſimulandi nomine. His verò non immerito addideris, tum hoc quoque certamen (quicquid de Circo maximo ſit & Circenſibus) germanum Homerici imitamentum eſſe ex XXIII. Iliadis, vbi curſorum certamen quartum eſt, vt Vlyſſi, Antilocho, Aiacíque Oileo committitur: tum hîc Helymum qui comes ſit Aceſtis, ab Troia profectum, in Siciliam deueniſſe ibíque conſediſſe; ita vt illius nomine Helyma gens dicta fuerit Thucydide teſte in ſexto: tum inde

Addũtur quędam.

Multi præterea quos fama obſcura recondit,

Famam rurſus deturpari: iamdiu enim cum fama immortalem inimicitiam exercet Poëta noſter.

Partic. 18.

> Hæc vbi dicta, locum capiunt: ſignóque repentè
> Corripiunt ſpatia audito, liménque relinquunt
> Effuſi, nimbo ſimiles: ſimul vltima ſignant.

Committitur ſecundum certamen.

Paucis multa complectitur Virgilius tribus hiſce carminibus. Cum enim properaret ad certamen ipſum ea ſanè quæ huic inſtituendo ſeruiunt, libuit ſtrictim attingere: præſertim verò quia non poſſent non magna ex parte iis videri affinia quibus primo certamini dedit initiũ, quæq. publicis ludis conuenire ſolẽt. Itaque locum capiunt, inquit Virgilius; datur ſignum; repentè corripiunt ſpatia; effuſi ac nimbo ſimiles relinquunt limen; vltima ſignant. Quæ tamen quippe cæteris fermè ludis communia, iámque in primo copioſè expreſſa; ſic perſtringit paucis ut ordine & perſpicuitate non careant. Tametſi dum priùs narrat corripuiſſe ſpatia, mox reliquiſſe limen, videri poteſt ὕστερον πρότερον, nec ſine venuſtate quadam, ad amuſſ.: ſiquidem priùs limen reliquerint, tum ſpatia corripuerint; neceſſe eſt. nam limen appellat, opinor, curriculi quaſi limen quod ad lineam deſignatur: & æquè tanquam regula omnibus proponitur, vt inde corripiant iter. Hi verò, dum locũ capiunt, quemadmodum in primo quoque certamine: alioquin cum non loca omnia eandem curſui offerrent opportunitatem, fuiſſet cur aliquis conqueri potuiſſet. Signum verò de more prout in primo certamine tuba datum, non eſt quod dubitemus, & ideo ait ſigno audito. Aptè uerò de curſoribus ait, repentè corripiunt ſpatia, quemadmodum ſupra de ijs qui maritimo curſu certabant dixit *Finibus haud mora proſiluere ſuis*: utrobiq. tamẽ ſignificatur momento ferè temporis aliquam curriculi ſeu ſpatij partem decurriſſe: etſi non pari fœlicitate & progreſſu. id quod eleganter rurſus de curſoribus docet quos nimbo facit ſimiles: nimbus enim effundit ſeſe ac diſpari ſorte diſſipatur. denique ideo ſignare dicuntur vltima, quia ad metam ſeu terminum principiò oculos veluti collimantes dirigunt, ne a recto curſu deflectant, ſed metam recta & breui pertingant. Nam hic non quamadmodum euenit in nauali certamine, circumobeunda eſt meta & ad carceres redeundum, ſed meta ipſa attingenda uel ſuperanda tantùm. ita ut alterum hic metæ vſum exprimat ex gemino uel etiam tripartito quem deſcripſimus multò ante.

Partic. 19.

> Primus abit, longéque ante omnia corpora Niſus
> Emicat, & ventis, & fulminis ocyor alis,

Pro-

Digitized by Google

Proximus huic,longo ſed proximus interuallo,
Inſequitur Salius:ſpatio poſt deinde relicto
Tertius Euryalus.
Euryalúmque Helymus ſequitur,quo deinde ſub ipſo
Ecce volat,calcémque terit iam calce Diores.
Incumbens humeris,ſpatia & ſi plura ſuperſint
Tranſeat elapſus prior ambiguúmque relinquat.

Plurimi quidem nomen dederunt ac ſine dubio curſum ſubinde inſtituerunt: ex quibus alios de nomine promulgauit Virgilius, alios quaſi temporis diuturnitas ac vetuſtas eorum obruiſſet nomina,eo carmine complexus eſt

Multi præterea quos fama obſcura recondit.

nunc tamen in certamine quinque nominat ac celebrat qui cæteros ſunt antegreſſi: inter quos primus eſt Niſus:quem proximus,ſed longo proximus interuallo,inſequitur Salius: Salium Euryalus:hunc Helymus,cui imminet Diores.Primi verò,Niſi inquam,celerita-
1114 tem cum ventis confert: mox etiam, vt orationem augeat, cum fulmine,ventis fulmen ſubijciens quòd hoc cenſeatur velociſſimum.Tametſi qui illud cecinit

Quid leuius vento?fulmen:quid fulmine?flamma:
Quid flamma?mulier:quid muliere?nihil.

viſus eſt flammam & mulierem fulmini anteponere,quamuis(ſi quis rectè æſtimet)reuera mulier non tam celeritate quàm leuitate (ſed leuitate animi, quæ reuera in multis eſſe ſolet)præſtat vento ac fulmini;eleganter enim a leuitate & celeritate corporis ad leuitatē tandem muliebris animi quaſi ludens,progreditur. Fecit autem emicantem Niſum ante omnia corpora,ſpectans,opinor,in florentia curſorum illorum membra, quæ, vt erant a ſuperiore parte nudata, nitorem qui ex viuidis membris oritur, non vulgariter referebant, ita ut emicare viderentur; quamquam ſunt qui id referunt ad celeritatem: quæ, quod in ſerpentis lingua atque alijs conſimilibus vſu venire ſolet, dum magna celeritate agitantur, emicant. Illud tamen mirum, fulmen alatum;imò alitem planè vocari: nam ſine dubio non mediocre inter hæc duo intercedit diſcrimen. Sed tamen cum Auſter etiam ac venti alati & dicantur & pingantur, quin alites appellentur (hinc enim illud, *Et alitis Auſtri*) nil mirum ſi fulmen etiam, quippe velociſſimum, ales appelletur. alibi tamen Ocyor Euro dicitur Caccus,iaculum etiam cum vento confertur, eodémque modo ſagitta. Iam verò Helymus qui quarto numeratur loco, an is ſit qui coronatus indu-
1115 cebatur & ante Aceſtem nominabatur,dum canetetur

Hoc Helymus facit,hoc æui maturus Aceſtes,

non facilè ſtatuerim.ſuſpicor tamen diuerſum eſſe: idque ea de cauſa quòd primi ætas ac dignitas(præponitur enim Aceſti: quod propter ætatem ac nobilitatem ſimul accidiſſe crediderim)cum pedeſtri curſore ægrè conſentit. itaque in quibuſdam libris primum ſine aſpiratione legi nil mirum. ex quo fieret vt primus Helymus non immerito Anchiſis ſocius aut Aceſtis comes crederetur.qui verò

——————— *Sub ipſo*
Ecce volat calcémque terit iam calce Diores,

ſic Helymi calcem terit calce,vt calx non eâdem planè vſurpetur notione, ſi Seruium audias: voce enim conueniunt,ſignificatione diſſident. Hinc Seruius *Calcem dicimus vnde terram calcamus. Ergo non propriè dixit calcem calce terit. Plantam enim calce potuit terere. vnde a parte totum accipiendum, id eſt calce pedem terebat, quod dum facit, enititur elabi prior*. Qua tamen in re malim Homericam imitationem agnoſcere dum Vlyſſes Antilochi premebat ueſtigia & calcem calce,quàm ſcrupuloſè rem diſceptare.nam qui a tergo incumbit & humeris,Diores, ſimilis eſt Vlyſſi de quo Homerus

Inq́; eius caput fundebat halitum diuus Vlyſſes,

ſed quî enititur vt ambiguum quoque relinquat? ea opinor, de cauſa,quia dum illū calce premit eiúſque incumbit humeris, ſic ferè æquat, vt ambigua videri iam poſſit inter eos victoria:& ideo nititur elabi antea & anteuertere longiùs vt ambiguum illum, quòcum, inquam,abiguitas ſibi intercedit,ſine dubitatione vlla poſteriorem relinquat.Ita quidem

Digitized by Google

quinque priores curſores enumerauit deſcripſitque, vt quoniam duos iam iam poſter-
nere meditabatur,tres ſupereſſent qui tribus præcipuis quæ enumerauerat præmijs (fue- 1116
runt hæc Phaleratus equus,Amazonia pharetra,Argolica galea) donarentur.Interim ni-
hil eſt quod dubitemus a poëta noſtro decorum ſeruari multò meliùs quàm ab Home-
ro. Nam Homerus principes duces curſus certamine occupat & inter hos Vlyſſem quē
diuinum appellat. Cum tamen Virgilius mediocris ordinis iuuenes exponat curſui. Ne-
que enim principes viros decet ea ſubire munera quæ robuſtos æthletas decent magis
quàm prudentes viros. Sed nimirum Homerus Vlyſſem cum pannoſo Iro incertamen
adducit,quod turpius eſt: ſcitum illud Alexandri: Quidni curſu certem, ſi Reges adſint
quibuscum certem?

Iámque ferè ſpatio extremo, feſsique ſub ipſum
Finem aduentabant leui cum ſanguine Niſus
Labitur infælix, cæſis vt fortè iuuencis
Fuſus humi, virides ſuper madefecerat herbas.
Hic iuuenis iam victor ouans, veſtigia preßo
Haud tenuit titubata ſolo, ſed pronus in ipſo
Concidit, immundóque fimo, ſacróque cruore
Non tamen Euryali, non ille oblitus amorum
Nam ſeſe oppoſuit Salio per lubrica ſurgens,
Ille autem ſpiſſâ iacuit reuolutus arena.
Emicat Euryalus, & munera victor amici
Prima tenet, plauſúque volat, fremitúque ſecundo
Poſt Helymus ſubit, & nunc tertia palma Diores.

Properat Virgilius ad certamen abſoluendum,& ideo propoſitos curſores ad extrema 1117
ferè deducit ſpatia,ac feſſos. Niſum quoque labentem inducit: vbi etiam nonnihil ad hila
ritatem traducit certamen:neque enim fieri potuit vt cum caderet Niſus,idque ſine peri-
culo,ſpectatores plerique non in riſum inciderent, præſertim cum animaduerterent eum
turpiter fœdatum immundo fimo. Denique maritimum caſum Menœtis vnde riſerant,
terreſtri hoc ludo,veluti renouatum,ſubire potuit intuentium animos. Quæ res maiorē
adhuc riſum excitauerit neceſſe eſt,quòd Niſus,etſi proſtratus,Saliū,callidè ſe ſe obijciēs,
ſpiſſa reuoluit arena: vtinam immundo fimo, vt pares eſſent, ac parem excitarent riſum.
Interim Troianis ſaltem Niſi in Euryalum amor obuerſari animo potuit, dum ita Saliū
deijceret Niſus;& Euryalo,quē vnicè diligebat,certum ad palmam ſterneret iter.id quod
indicauit poëta dum caneret Niſum Euryali amore,ſe ſe oppoſuiſſe Salio, eūdémque de-
ieciſſe. & hinc eſt vt Euryalus ſtatim primum occupet locum, Helymus obtineat ſecun-
dum,Diores, qui optatis potiùs quàm re ipſa prior elapſus erat & Helymum ſuperauerat
poſtremam palmam tantummodo aſſequatur. Nec ſanè tam ex proprio ingenio quàm
ex Homeri officina id prodijt vt immundo fimo ſacróque cruore inuolueretur Niſus.
Aiax enim apud Homerum in 23. & cecidit & bouino fimo reuolutus eſt turpiter. Sic
enim Homerus ex Interprete

Sed cum iam mox erant aſſecuturi præmium,
Tunc Aiax quidem lapſus eſt currens, læſit enim Minerua: 1118
Vbi boum fuſus erat fimus interfectorum, valde mugientium,
Quos ob Patroclum mactarat pedibus velox Achilles.
Ibi fimo bouino impletus eſt óſque naréſque.

Sic Homerus. qui tria peccat ſine dubio. primum quòd lapſum Aiacis Mineruæ aſcribit:
quæ enim magna eſt illius ſapientia,cum inſidias ſtruat mortalibus; illos deijciens? Alte-
rum eſt quia inducit Aiacem qui Mineruæ agnoſcat aſtum ac fraudem. quî autem in lu-
brico loco illo quíque tali periculo eſſet obuius Minerua immentem venire potuit? Po-
ſtremum quia immundo fimo turpiſſimum in modum complet deturpátque Aiacem,
ac ſordidis rem verbis ſic deſcribit,vt ſtomachum moueat magis quàm riſum Sed nimi-
rum, vbi peccandum,nauiter turpitérque peccandum exiſtimauit.Hęc tamen omnia de-
clinauit poëta noſter,qui fortè & caſu Niſum cecinit lapſum: nec numini inſidias affinxit
vllas. Sed & rurſus Niſum fimo ſic dehoneſtauit, vt non illius óſque naréſque compleue-
rit aut completa affirmauerit fimo,quod fecit Homerus: riſum enim non ſtomachum
ſibi mouendum propoſuit.

Hic

Par. 31. Hîc totum caueæ conſeſſum ingentis, & ora
Prima patrûm magnis Salius clamoribus implet,
Ereptúmque dolo reddi ſibi poſſit honorem.
Tutatur fauor Euryalum, lacrymaéque decoræ,
Gratior & pulcro veniens in corpore virtus
Adiuuat,& magna proclamat voce Diores,
Qui ſubijt palmæ: fruſtráque ad præmia venit
Vltima, ſi primi Salio redduntur honores.

Non ſine decoro ac venuſtate Salij Euryalíque contentio interponitur,quæ tamen de 1119 more ex Homero deriuatur: ſiquidem eodem modo Aiax & Idomeneus altercantur: quæ tamen diſſenſionis occaſio inter Salium & Euryalum,aut Diorem,qui Euryalo ſibíque patrocinatur, plena eſt ingenio, quod abeſt ab Homerica: præſertim verò dũ in curſu ipſo longiùs protrahitur ſermo,& contumelioſis verbis ad nauſeam. Interim, licenter ſanè ſed eleganter,curriculum & ſpectantium campum appellat caueam Virgilius;in Romanum ſcilicet morem intuens & theatrum: & ideo conſeſſum patréſque huc introducit. egregiè verò notat fauorem & lachrymas tutari Euryalũ, maximè verò virtutẽ quæ cum pulchritudine cõiuncta ſit. Nam,vt de lachrymis ſileam quæ ſi in pulchro ore appareant,miſericordiam conciliant facilè,pulchritudinis certè hoc eſt præcipuum ,quâ Natura impellente conciliat beneuolentiam. quòd ſi pulchritudini virtus accedat comes, gratiam & beneuolentiam auget mirificè. Quapropter quàm iurè Seneca in epiſtola ſexageſima ſexta hanc vatis noſtri ſententiam & carmen iſtud

Gratior & pulchro veniens in corpore virtus Adiuuat —

reprehendat,non video. ſed Stoicus nimirum fuit. Rectiùs Ariſtoteles qui pulchritudinem ad gratiam conciliandam commendatitijs literis antepoſuit: quin cum ex eo quæreretur cur pulchritudo conciliaret beneuolentiam,Cœci (reſpondit) percunctatio eſt iſta quaſi diceret Natura duce id fieri. Fœliciùs etiam Maximus Tyrius Platonicus, qui, *Vt exoriens* (inquit) *Sol fulgorem præmittit, qui cacumina montium illuſtrans, intuentium oculos maximè oblectat. vberioris lucis afferens ſpem: ita ſplendeſcenti animo præfulget in ſuperficie corporis decor,qui quòd ſpem affert multò melioris,plurimùm exhilarat aſpectum.* hæc Maximus ex interprete. ita fit vt cum pudici mores ſint in pulchro corpore, commendentur maximè. & ideo iure canit

Gatior & pulchro veniens in corpore virtus.

qua ſententia, mea quidem ſententia, nulla pulchior

Par. 32. Tum pater Aeneas,veſtra,inquit,munera vobis
Certa manent pueri,& palmam mouet ordine nemo:
Me liceat caſum miſerari inſontis amici.
Sic fatus,tergum Gætuli immane leonis
Dat Salio,villis oneroſum,atque vnguibus aureis.
Hic Niſus, ſi tanta, inquit,ſunt præmia victis,
Et te lapſorum miſeret: quæ munera Niſo
Digna dabis, primam merui qui laude coronam,
Ni me quæ Salium,fortuna inimica tuliſſet?
Et ſimul his dictis faciem oſtentabat, & vdo
Turpia membra fimo. riſit pater optimus olli:
Et clypeum efferri iuſſit, Didymaonis artes,
Neptuni ſacro Danais de poſte refixum.
Hoc iuuenem egregium præſtanti munere donat.

Pruden-

Digitized by Google

Prudentia non minùs quàm liberalitate occurrit ſuorum diſſidio ſociorum Aeneas. Etenim Euryalum, Helymum, Diorem, tribus propoſitis præmiis tanquam victores afficit vel afficiẽdos declarat nimirum phalerato equo Euryalum, Pharetra Amazonia Helymũ Argolica Galea Diorem. & ideo —— *Veſtra (inquit) munera vobis*

Certa manent pueri: & palmam mouet ordine nemo.

Quamquam ne interim Salius qui clamoribus impleuerat caueam totam, atque ereptũ ſibi honorem ac proinde præmium reddi poſtulauerat, ſe contemptum exiſtimaret & ſpe præmij deiectum, Aeneas priorum illorum ſedata diſcordia, ſtatim ſuam erga Salium oſtendit benignitatem, ſic pergens, 1110

Me liceat caſum miſerari inſontis amici.

ſtatímque illum honorifico donat munere in præmij loco: & ob id pergit poëta

Sic fatus, tergum Gætuli immane Leonis

Dat Salio, villis oneroſum atque vnguibus aureis:

vbi illum ornat indumento ac thorace tum per ſe nobili, ita vt viri fortis more decoretur, tum arte perpolito atque auro exculto. At verendum ne Niſus cõqueratur interim, quin conqueritur omnino. nam idcirco poëta ſubdit è veſtigio,

Hic Niſus: ſi tanta, inquit, ſunt præmia victis,

Et te lapſorum miſeret: quæ munera Niſo

Digna dabis, primam merui qui laude coronam:

Ni me quæ Salium, fortuna inimica tuliſſet?

Itaque Niſus tum ab Aeneæ bonitate qui lapſum Salij ſeu caſum vehementer miſeratus eſt (in eâdem enim ipſe cum Salio erat naui, cum cecidiſſet) tum a ſuo merito, qui niſi fortuna & caſus obſtitiſſet, primum præmiũ meruiſſet, ducit ſiue ratiocinationẽ ſiue querimoniam; ſtatímque, vt magis adhuc & magis perhumani Principis moueat animum, ſimo corpus oſtentat vdo deturpatum, ac faciem inprimis: non enim fateri id veretur & oſtentare vt Aeneam tutiùs flectat: quod etiam non ſine riſu (bonum grati animi ac fauentis omen) ſpectauit Aeneas: qui propterea nobili illum quoque ornandum putauit munere. Nam hac de cauſa pergit Poëta

Et clypeum efferri iuſſit Didymaonis artes,

Neptuni ſacro Danais de poſte refixum.

Hoc iuuenem egregium præſtanti munere donat.

quo in loco vel artes dixit pro arte, vt rem augeret, vel varias indicauit artes quòd clypeus depictus, cælatúſque eſſet, fortaſſe etiam auro condecoratus. Hic verò dum poëta Salij ac Niſi litem ſedat ſeu dirimit Aeneæ liberalitate, quis obſecro iuſtiùs petat præmium? Sanè vtrimque multa dici poſſent. etenim videtur omnino certandum fuiſſe ſine fraude, ac bonis artibus properandum ad metam & ad victoriam: alioquin virtus minùs appareat, aut etiam lateat & deturpetur. Contrà tamen quid ſi Niſus ſtrauiſſet Salium vt ſibi integrum eſſet adhuc ad palmam contendere quam ſpe fuerat aſſecutus? Certè ludi ſunt belli imagines, ita ut cum in bello aduerſus hoſtes uis ac ſtratagemata inſuper adhibeantur, in ludo etiam cum andagoniſtis exercenda ſint. Iurè igitur poëta rem tranſigit Aeneæ liberalitate. quamquam videtur mihi Salio cauſam tacitè adiudicare dum canit 1121

Tutatur fauor Euryalum, lachrymæque decoræ,

Gratior & pulchro veniens in corpore virtus:

vbi indicat fauorem potiùs & lachrymas, inprimis verò collectam ex pulchritudine gratiam & conceptam de illius virtute ſpem, quàm rationem illi opitulari. Niſi tamen dicas Euryalum niti quidem pulchritudine, lachrimis, gratia, ſed virtute in primis iuuari: atque hac tutiſſimum reddi, cum virtus gratiæ acceſſerit comes.

Partic. 33.

Poſt, vbi confecti curſus, & dona peregit:
Nunc ſi cui virtus animúſque in pectore præſens,
Adſit, & euinctis attollat brachia palmis.
Sic ait, & geminum pugnæ proponit honorem
Victori velatum auro, vittiſque iuuencum:
Enſem, atque inſignem galeam, ſolatia victo.

Ter-

Digitized by Google

Tertium, etſi durum illud quidem & crudum, vt alibi canit, ludi proponit genus, nimirum pugillatum, qui duris atque adeo plūboſis cæſtibus peragebatur. Et idcirco Aeneas
1122 illo vtitur loquendi genere

—— *Si cui virtus animúſque in pectore præſens*

Adſit ——

quaſi dicat ſi cui ingentes illæ tum animi tum corporis vires præſto ſunt quæ in hoc periculoſo certamine requiruntur. Hîc igitur poſtulet aliquis vt dilucidè exponatur qua planè ratione obiretur & peragerethur huiuſmodi certamen. Verùm ne actum agere videar eos adeat qui de Gymnaſtica ſcripſerunt: inter quos eſt Paulus Manutius de quæſitis per epiſtolā libro I. capite VIII. Turnebus Capite IV. libri XIV. Mercurialis libro II. Gymnaſticæ capite IX. vbi de pugillatu & cæſtibus ex optimis authoribus verba facit, cæſtuúmque figuras & imagines proferr. Ipſe tantùm dicam non vno planè modo certaſſe pugiles, nec cæſtus eiuſdem generis adhibuiſſe omnes: hîc tamen inſerta & vincta cæſtibus brachia extuliſſe (credo vt arctiùs pilas conſtringerent atque arma quibus inſtruebantur) & immane pondus. Et hoc eſt quod ait Poëta

—— *& vinctis attollat brachia palmis.*

Itaque Homerus etiam cum proponeret pugillatus certamen ſic canebat, *Cæterum ille* (Achillem intelligit) *pugillatus difficilis propoſuit præmia* —— quem locum eleganter alter interpres ex Virgilio ferè, ſic expreſſit,

Hîc qui fortè velint crudo contendere cæſtu

Inuitat pretijs animos & præmia ponit

Victori ——

& rurſus Achillis, quaſi alterius Aeneæ, nomine

Nunc quibus & virtus, animúſque in pectore præſens

Adſit, & euinctis attollat brachia palmis

In medium duo procedant: ——

Quo ſanè in loco multis Homero ſimilis eſt Virgilius, præſertim dum aut inſtituitur aut clauditur certamen: multis etiam diſſimilis, præſertim dum prouehitur pugna: prolixior
1123 tamen Virgilius, quod mirum eſt. Quamquam cum huiuſmodi ludus & congreſſus ieiunè & hiſtoricum in morem potiùs quàm poëticis ornamētis exprimeretur ab Homero, faciendum fuit Virgilio vt illum nobilitaret & illuſtraret, quod fecit egregiè in primis verò ſimilibus & comparationibus. Conſtituit autem perinde atque Homerus non victori modò; verùm etiam victo præmia: quæ victi ſolatia iurè appellat, cum ad ſanguinem vſque plecteretur qui viribus & arte eſſet inferior. id quod non multò poſt apparebit. qua in re ſuam quoque laudem meretur Homerus, qui primus victo etiam præmium ponendum cenſuit. Quamquam hic vnicum. Virgilius geminum.

Part. 34. Nec mora, continuò vaſtis cum viribus effert
Ora Dares, magnóque virûm ſe murmure tollit:
Solus qui Paridem ſolitus contendere contra:
Idémque ad tumulum, quo maximus occubat Hector,
Victorem Buten immani corpore (qui ſe
Bebryciâ veniens Amyci de gente ferebat)
Perculit, & fuluâ moribundum extendit arena.
Talis prima Dares caput altum in prælia tollit:
Oſtendítque humeros latos altérnaque iactat
Brachia protendens, & verberat ictibus auras.

Prodit primò apud Homerum Epeus. prodit apud Virgilium Dares, glorioſus vterque ac magnificis ſe ſe verbis extollens. Sed conſultior Virgilius, qui Entellum ſenem ſed pugilem fortiſſimum producit tandem in medium: qui Daretis iuueniliter inſultantis frangat audaciam ac vanitatem. Nam Homerus ad finem vſque fortiſſimum ac victorem effinxit glorioſum Epeum, quod decoro ſanè caret, cum fortitudinis virtus non alazoniam deſideret comitem ſed moderatricem prudentiam. Sed redeo ad Virgilianum Daretem totus.

hic

Digitized by Google

hic vnus Paridi par promulgatur, de quo illud iactabatur Hecuba mater in ſomnis ſibi fa- 1124
cem parere viſam eſt, qua Ilium combureretur. itaque fœtum quem geſtabat aluo clam
aſportari & nutriri inter paſtores iuſſit ſtatim ac fuiſſet expoſitus. Cúmque adoleuiſſet,
paſtoris forma ad agonales ludos acceſſit pugnaturus: cúmque eſſet cum Hectore con-
greſſus & pari audacia decertaret, atque adeò fratri periculum crearet, ferunt Hectorem
exclamaſſe, *fratrem agnoſco*: quod deinde alijs indicijs exploratum, pro comperto habitū
eſt. hac igitur de cauſa Dares ſe ſolùm cum Paride contendiſſe iactabundus memorat.
Hæc vt intelligatur cur illud canat poëta de Darete.

Solus qui Paridem ſolitus contendere contra:

cætera iactabundi iuuenis moribus exprimendis ſeruiunt: inter quæ elegans illud

—— *Et verberat ictibus auras.*

Vt enim qui intempeſtiuè gloriatur, inſano eſt ſimilis quemadmodum ait Pindarus; ſic qui auram verberet & cum laruis luctetur, non diſſimilem oſtendit inſaniam.

Partic. 35.

Quæritur huic alius: nec quiſquam ex agmine tanto
Audet adire virum, manibúſque inducere cæſtus.
Ergo alacris, cunctóſque putans excedere pugna,
Aeneæ ſtetit ante pedes; nec plura moratus,
Tum læuâ taurum cornu tenet, atque ita fatur.
Nate deâ, ſi nemo audet ſe credere pugnæ:
Quæ finis ſtandi? quò me decet vſque teneri?
Ducere dona iube. cuncti ſimul ore fremebant
Dardanidæ, reddíque viro promiſſa iubebant.

Glorioſum atque adeo arrogantem ſe ſe magis adhuc magíſque oſtendit Dares, qui
præmia depoſcit impatiens moræ. Et tamen certaminis ratio poſtulat vt dum dies ac cer- 1125
tandi occaſio adeſt & tempus, andagoniſtam expectet. itaque nō ſatis probandus eſt Dar-
danidum fremitus ille, dum reddi viro promiſſa iuberent. ſed turba imperita eſſe ſolet ac
præpoſtera: quemadmodum fortaſſe fuerat aliqua ex parte dum faueret Euryalo. Sed
ecce tibi Entellus qui Daretis curabit tumorem: nam ideo pergit poëta

Partic. 36.

Hic grauis Entellum dictis caſtigat Aceſtes,
Proximus vt viridante toro conſederat herbæ.
Entelle, heroum quondam fortiſſime fruſtra,
Tantáne tam patiens nullo certamine tolli
Dona ſines: vbi nunc nobis deus ille magiſter
Nequicquam memoratus Eryx? vbi fama per omnem
Trinacriam, & ſpolia illa tuis pendentia tectis?

Gentis ſiculæ dignitati conſulit & ſuæ Rex Aceſtes, ac propterea vrget Entellum vt pugnam ſuſcipiat: ad quam illum laudibus & virtutis mentione incendit: quæ ille ſtrenuè geſſerat vniuerſim indicans. Vbi (ſi quis rectè æſtimet ariete illo Entelli expugnat tarditatem, quòd cum fortiſſimi Herois gloriam pugnando aſſecutus eſſet, & Erycem, hoc eſt eum qui cum Hercule pugnare non dubitaſſet, Magiſtrum habuiſſet, quin Sicilia tota pugilis fortiſſimi gloriam eſſet adeptus, & interim pro foribus victoriarum referret ſpolia, nunc pateretur vt ab externis præmia illa, eo præſente & torpēte, tollerentur. Entellus igitur contra, vt audietur,

Partic. 37.

Ille ſub hæc. Non laudis amor nec gloria ceſſit
Pulſa metu: ſed enim gelidus tardante ſenecta
Sanguis hebet frigéntque effœtæ in corpores vires
Si mihi, quæ quondam fuerat, quáque improbus iſta
Exultat fidens, ſi nunc foret illa iuuenta,

Haud

Digitized by Google

Haud equidem pretio inductus, pulchróque iuuenco

1126 Veniſſem: nec dona moror. ——

Tangitur gloriæ ſtimulis Entellus: qui tamen antequam pugnam ſuſcipiat, cauſam aſfert propter quam non vltrò ſe obtuliſſet: qua perbellè modeſtiam tuetur, ætatis grauitatem & effœtas vires excuſans. ſic apud Homerum Neſtor aliquando. Sed egregiè inprimis Torquatus noſter

Et io, benche à gir curuo mi condanni
La graue età, non ſia, che ciò ricuſi,
Schiuino gli altri i martiali affanni;
Mè non vò già, che la vecchiezza ſcuſi.
O' foſs'io pur ſu'l mio vigor de gli anni,
Qual ſete hor voi, che quì temendo chiuſi,
Vi ſtate, e non vi moue ira, ò vergogna.
Contra lui, che vi ſgrida, e vi rampogna.
E quale al'hora fui, quando al coſpetto
Di tutta la Germania à la gran corte
Del ſecondo Corrado aperſi il petto
Al feroce Leopoldo, e'l poſi à morte.
E fù d'alto valor più chiaro effetto
Le ſpoglie riportar d'huom coſì forte,
Che s'alcun' hor fugaſſe, inerme, e ſolo,
Di queſta ignobil turba vn grande ſtuolo.
Se foſſe in mè quella uirtù, quel ſangue,
Di queſto altier l'orgoglio haurei già ſpento,
Mà qualunque io mi ſia, non però langue
Il cor in mè, ne vecchio anco pauento;
E s'io pur rimarrò nel campo eſſangue:
Ne il Pagan di vittoria andrà contento;
Armarmi i vò; ſia queſto dì, ch'illuſtri
Con nouo honor tutti i miei ſcorſi luſtri.

1127 ſic Torquatus noſter ex Neſtore & Entello multa, multa ēt ex proprio penu, depromens.

Par. 38. —— Sic deinde locutus,

In medium geminos immani pondere cæſtus
Proiecit: quibus acer Eryx in prælia ſuetus
Ferre manum, duróque intendere brachia tergo.
Obſtupuere animi: tantorum ingentia ſeptem
Terga boum plumbo inſuto, ferróque rigebant.
Ante omnes ſtupet ipſe Dares, longéque recuſat:
Magnanimúſque Anchiſiades, & pondus & ipſa
Huc illuc vinclorum immenſa volumina verſat.

Hic illud —— *duróque intendere brachia tergo,* ſatis declarat brachia cæſtui implicari ac veluti inſui conſueuiſſe: id quod indicauerat etiam poëta verbis illis

—— *Manibúſque inducere cæſtus.*

Quamquam eiuſmodi qui ab Entello proferuntur cæſtuum, texturam operoſiorem fuiſſe; itaut moles ac pondus accederet præter morem, plumbo etiam ferróque ſupra morem compleretur, planiùs declarat illud

———— *Ingentia ſeptem*
Terga boum plumbo inſuto ferróque rigebant,

itaut reuera cæſtus ij ex ſeptemplici boum tergore ſeu corio conflarentur, & plumbo ac ferro munirentur. Quod tamen haud moris erat paſſim. Atque hinc Daretis audacia comprimitur, de quo canitur

Ante

Ante omnes ſtupet ipſe Dares longéque recuſat.

vbi recuſat libentiùs legerem, ne non ſaltem vtcunque timorem diſſimulaſſe videretur glorioſus miles: atque id ſanè indicant quæ ſequuntur, dum Aeneas quoque immenſa volumina verſat. Quamquam paulò poſt (*recuſat*) canitur, dum Dares inſimulatur.

Partic. 39.

Tum ſenior tales referebat pectore voces.
Quid ſi quis cæſtus ipſius, & Herculis arma
Vidiſſet, triſtémque hoc ipſo in littore pugnam?
Hæc germanus Erix quondam tuus arma gerebat:
Sanguine cernis adhuc, ſparſóque infecta cerebro. 1128
His magnum Alciden contrà ſtetit: his ego ſuetus,
Dum melior vires ſanguis dabat, æmula, necdum
Temporibus geminis canebat ſparſa ſenectus:
Sed ſi noſtra Dares hæc Troïus arma recuſat,
Idque pio ſedet Aeneæ, probat auctor Aceſtes:
Aequemus pugnas. Erycis tibi terga remitto:
Solue metus, & tu Troianos exue cæſtus.

Quam liberaliter & modeſtè Entellus; etſi ſuo iure cæſtus iſtos retinere poſſet, cum iam probati & nobilitati eſſent fortiſſimorum athletarum vſu. Niſi tamē dicas arma fuiſſe ab illo proferenda qui prouocaret ad certamen: quod non indicat Poëta. Sed vt vt ſit, videndum eſſet quî ſatis haberetur temporis ratio dum Eryx cum Hercule paulò ante cōgreſſus eſſet (fuit enim Entelli magiſter) cum tamen in ſeptimo antiquior videatur Hercules cuius inſtituta deſcribuntur illi ſacra. Nam præterquam quod Caci qui ab Hercule necatus eſt, latrocinia ſuſpiceris antiquiora, cum canat poëta noſter.

Attulit & nobis aliquando optantibus ætas
Auxilium aduentúſque Dei ——

pergit tandem *Ex illo* (tempus intelligit ſeu diem) *celebratus honos, lætique minores*

Seruauere diem, primúſque Potitius author
Et domus Herculei cuſtos Pinaria ſacri
Hanc aram luco ſtatuunt; ——

Sed diſſimulanda eſt leuis iſta, quæ ſeſe offert, temporis varietas vel potiùs varietatis ſuſpicio. ſiquidem euinci nequit penitus. Interim illud —— *Sed ſi noſtra Dares hæc Troïus arma recuſat*, non ad Troianos inſimulandos effertur, ſed ad Siculorum dignitatem retinendā, & ideo ait noſtra arma. Quamquam ea verba *Solue metus*, vtcunque Daretem perſtringunt. Contra verò dum Aeneæ & Aceſti rem committit totam, atque illorum iudicio & arbitrio, modeſtiam item tuetur & colit. Satis verò intelligitur exitialis periculi pleniſſimū fuiſſe hoc certamen, nec ludi meruiſſe nomen cum canat

Sanguine cernis adhuc, ſparſóque infecta cerebro.

Et idcirco prudenter Lycurgus ſuſtulerat apud Lacedæmonios eiuſmodi certamen, quemadmodum refert Plutarchus in eius vita: Plato etiam libro ſexto de legibus impro- 1129
bat illud.

Partic. 40.

Hæc fatus, duplicem ex humeris reiecit amictum:
Et magnos membrorum artus, magna oſſa, lacertóſque
Exuit, atque ingens mediâ conſiſtit arena,
Tum ſatus Anchiſâ cæſtus pater extulit æquos,
Et paribus palmas amborum innexuit armis.
Conſtitit in digitos extemplò arrectus vterque,
Bráchiaque ad ſuperas interritus extulit auras.
Aduxere retro longè capita ardua ab ictu:

Immi-

Immiſcéntque manus manibus, pugnámque laceſſunt.
Ille pedum melior motu, fretúſque iuuenta:
Hic membris & mole valens: ſed tarda trementi
Genua labant, vaſtos quatit æger anhelitus artus:
Multa viri nequicquam inter ſe vulnera iactant:
Multa cauo lateri ingeminant, & pectore vaſtos
Dant ſonitus: errátque aures, & tempora circum
Crebra manus, duro crepitant ſub vulnere malæ.
Stat grauis Entellus, niſúque immotus eodem,
Corpore tela modò, atque oculis vigilantibus exit

In inſtituto certamine obſeruātur quadā.

Perſpicuè ſatis ponit nobis ante oculos Entellum ſe ſe exuentem & ad certamen cum Darete deſcendentem, cum ab Aenea pares accepiſſent cæſtus; perſpicuè item certamen ipſum deſcribit; etſi non illud adhuc perducit ad exitum. ſunt tamen obſeruanda quædā. Primum eſt conſueuiſſe nudos cœſtibus decertare, ita vt artus, oſſa, lacértaque oſtenderent: magnos autem artus oſtendebant fermè quòd eiuſmodi certamini minùs eſſent idonei, nec ſe facilè exponebant, qui membrorum magnitudine carerent, nec lacertoſi dici poſſent. I. Hinc Milo Croto neates magnus ille athleta & pugil, cum ſenuiſſet, aſpexiſſe fertur, lacertos ſuos, illacrymātémque dixiſſe At hi quidem iam mortui ſunt. Alterum ſit hinc etiam intelligi Priſcos ſubuculæ vſu caruiſſe, cum gemino reiecto amictu, artus II. apparuerint ſtatim. nam amictus nomine non ſanè ſubuculam intelligere potuit quam induimus ſed veſtem quam in togæ aut chlamydis loco adhibemus. Et hinc eſt vt veteres thermas tantopere frequentarent, ad ſudorem nimirum & labem extergendā quam ex amictu contraherent, cui nos incommodo occurrimus recentis ſubuculæ vſu & frequētia. Interim ſit Aeneam, quippe certaminis æquum moderatorem ac nauum, æquos III. cæſtus obtuliſſe illis. par enim eſt vt arma omnino paria dimicaturis tribuantur, quin forte inſuper ſunt diſtribuenda lux ſolis, ſitus, & ſi quid huiuſmodi quod obeſſe quicquam poſſit aut prodeſſe. Crediderim autem nec Erycis nec Daretis cæſtus probaſſe, ſed mediocritatem adamaſſe: nam idcirco Entellus cum dixiſſet

—— *Erycis tibi terga remitto,*

ſubiecerat

Et tu Troianos exue cæſtus:

ita vt mediocritatem ſecutum eſſe Aeneam, credendum ſit & hoc eſt

—— *Cæſtus pater extulit æquos;*

& hac de cauſa Aeneas *Huc illuc vinclorum verſabat volumina*, vt ſcilicet mediocritatē agnoſceret. IV. Quartum ſit, eorumdem propterea palmas ſeu manus inſuendas cæſtibus æquis curaſſe; ídque ſine dubio præſentem, (ſic enim decet grauiſſimi Moderatorem certaminis) præſtitiſſe. Poſtremum ſit non modò caput, ſed latus, brachia, quicquid denique obijceretur, contundi cæſtibus contigiſſe, quo fiebat vt non minor cautio tuendo corpori eſſet adhibenda quàm aduerſario cædendo aut percutiendo. id quod in vtroque athleta iſto ſeu pugili poëta noſter indicat ſatis, dum vterque erectus digitis pedum exprimitur, capite abducto, & id genus alia ſubiungit

Par. 41. Ille velut celſam oppugnat qui molibus vrbem,
Aut montana ſedet circum caſtella ſub armis:
Nunc hos nunc illos aditus, omnémque pererrat
Arte locum, & varijs aſſultibus irritus vrget
Oſtendit dextram inſurgens Entellus, & altè
Extulit: ille ictum venientem à vertice velox

Xx Præuidit,

Præuidit, celeríque elapſus corpore ceſſit:
Entellus vires in ventum effudit: & vltró
Ipſe grauis, grauitérque ad terram pondere vaſto
Concidit: vt quondam caua concidit aut Erymantho,
Aut ida in magna radicitus eruta pinus.
Conſurgunt ſtudijs Teucri, & Trinacria pubes.
It Clamor cœlo: primúſque accurrit Aceſtes, 1131
Aequæuúmque ab humo miſerans attollit amicum.

Rem ſimili ornat poëta noſter, atque illo pulcherrimo, imò gemino: cum apud Homerum areſcat eiuſmodi certamen. Illud tamen probarim in Homero quòd cum Euryalus aduerſarius cecidiſſet, ab Epeo ipſo ſubleuatur. & tamen cum illum ipſe proſtrauiſſet Epeus ictu, ſuo iure illum opprimere potuiſſet. Hic contra ab Aceſte ſubleuatur Entellus. ſed quid ſi Euryalus Epeum deinde ſuperaſset? an non temerarius fuiſset Epeus? ſed vt glorioſus ac vanus ad finem vſque deſcribitur, ſic imprudens ac vanus cenſere potuiſſet, ſi (quod Dareti interim accidit) victus ac proſtratus deceſſiſset. Cur autem non iniurius Dareti eſt interim Aceſtes? certè hinc factum eſt vt Dares deinde ſuccubuerit. ſed illud ſaltem compenſauit Daretis damnum, quòd Aeneas etiam illum ſubtrhaxit letho & gemino illum affecit munere. Denique Entelli ætas, fortaſse etiam conſuetudo aliqua, requirere videbatur vt ſubleuaretur: quod facilè Dareti etiam largitum eſset, ſi fortè ſuccubuiſset primus. Eleganter verò Torquatus noſter ſimile expreſſit quod a carmine illo orditur poëta noſter,

Ille velut celſam oppugnat qui molibus vrbem;

ſic enim de Raymundo canit in VII.

Qual Capitan, ch'oppugni eccelſa torre
Infrà paludi poſta, ò in alto monte,
Mille aditi ritenta, e tutte ſcorre
L'arti, e le vie; cotal s'aggira il Conte,
E poi che non può ſcaglia à l'arme torre,
Ch'armano il petto, e la ſuperba fronte,
Fere i men forti arneſi, & à la ſpada
Cerca trà ferro, e ferro aprir la ſtrada.

Partic. 42. At non tardatus caſu, neque territus heros
Acrior ad pugnam redit: & vim ſuſcitat ira. 1132
Tum pudor incendit vires, & conſcia virtus:
Præcipitémque Daren ardens agit æquore toto,
Nunc dextra ingeminans ictus, nunc ille ſiniſtra.
Nec mora, nec requies. quàm multa grandine nimbi
Culminibus crepitant, ſic denſis ictibus heros
Creber vtrâque manu pulſat, verſátque Dareta.

Acrior redit ad pugnam Entellus pudore victus, ſed ira imprimis excitatus & incenſus. ſed cur non antea talem ac tantam exerebat vim, aut ſaltem non tarditatem deſerebat, vt victoriam primo quoque tempore obtineret? crediderim boni pugilis inſtar & cauti obſeruaſse aduerſarij artem, vt eum deciperet faciliùs; & hoc ſignificauit poëta dum caneret,

Oſtendit dextram inſurgens Entellus ——

Tametſi Dares artem eluſit arte, itaut Entellus in ventum effuderit ictum, & lapſus ſit. quod item expreſſit Virgilius concidentis pinus ſimili. Entellus igitur ira incenſus quæ eſt cos fortitudinis, viribus iam auctus, Daretem agit æquore toto: (ſic enim campum appellat certaminis) quod ira maiores ſuppeditet vires. Ait verò poëta

Nunc

Nunc dextra ingeminans ictus, nunc ille ſiniſtra,

non quòd hinc dextra pugnaret, illinc ſiniſtra, nam vtramque manu cæſtui inſuerat & colligauerat: ſed quia cæſtu modò dexterum, modò ſiniſtrum, Daretis petebat latus; idque ictus ingeminans: & ideo canit poëta *Nec mora nec requies*. quam rem ſimili illuſtrat grandinis:& ideo de illo concludit

Creber vtrâque manu pulſat verſátque Dareta:

vbi ait vtrâque manu, ad exprimendam maiorem ictuum vim. Quare errant qui modò
dexteram modò ſiniſtram Dareti intentaſſe credunt crebris ictibus: ſiquidem poëta, vt
conſtaret Entellum ira percitum ictus & numero & pondere geminaſſe, ait creber vtrâ-
1133 que manu, quod eſt ictus multitudine ac pondere ſeu magnitudine tales fuiſſe vt Dare-
tem grauiter afficeret,& vt poëta loquitur, pulſaret varſarétque.

Par. 43 Tum pater Aeneas procedere longiùs iras,
Et ſæuire animis Entellum haud paſſus acerbis:
Sed finem impoſuit pugnæ, feſſúmque Dareta
Eripuit,mulcens dictis, at talia fatur.
Infœlix, quæ tanta animum dementia cepit?
Non vires alias, conuérſaque numina ſentis?
Cede Deo. dixítque,& prælia voce diremit.
Aſt illum fidi æquales genua ægra trahentem,
Iactantémque vtroque caput,craſſúmque cruorem
Ore eiectantem,miſtóſque in ſanguine dentes,
Ducunt ad naues: galeámque,enſémque vocati
Accipiunt: palmam Entello,taurúmque relinquunt.

Rectè facit ſiue poëta ſiue Aeneas qui Daretem imminenti mortis ſubtrahit periculo: poëta,ne tragicum exitum ludis attribuat quibus hilaritatem captabat. Aeneas, ne crudelitatis ac ſæuitiæ nomine inſimularetur, qui ſocij morte oblectaretur. Et idcirco quemadmodum Lycurgus & Plato periculoſum certamen iſtud prohibuere,ita poſterioribus temporis cum periculoſis certaminibus alijs vbîque ferè ſublatum eſt. vbi dum Aeneas increpat Daretem verbis illis

Non vires alias,conuérſaque numina ſentis?
Cede Deo. ——

reuera non tam illum obiurgat quàm ſolatur, quaſi verò numine aduerſo pugnet, ſiue Deus pro Entello decertet,cui reſiſtere non liceat mortali, quo fit vt iurè dicatur eũ mulcere dictis, ſic ſanè dirimit pugnam ac victoriæ præmium Entello relinquit,Dareti enſem & galeam,victi nimirum ſolatium, comportari iubet. etſi ægrè hoc frui poterat ſolatio, dum *vtrôque*, hoc eſt huc illuc demortuo ſimilis,iactaret caput,ac declinaret.

Par. 44 Hîc victor ſuperans animis,tauróque ſuperbus,
Nate deâ,vóſque hæc, inquit, cognoſcite Teucri:
1134 Et mihi quæ fuerint iuuenili in corpore vires,
Et qua ſeruetis reuocatum à morte Dareta.
Dixit,& aduerſi contra ſtetit ora iuuenci,
Qui donum adſtabat pugnæ. duróſque reducta
Librauit dextrâ media inter cornua cæſtus,
Arduus,effractóque illiſit in oſſa cerebro.
Sternitur, exanimiſque tremens procumbit humi bos
Ille ſuper tales effudit pectore voces.

Digitized by Google

Hanc tibi Eryx, mediorem animam, pro morte Daretis
Perſoluo: hic victor cæſtus, artémque repono.

Satius profectò eſt ex fumo flammam dare quàm ex flamma fumum. certè iactabundus Dares ex flamma fumum dedit moderatus Entellus, qui effœtis penè viribus iacebat, ex fumo flammam: ita quidem ille temeritatis pœnam, hic moderationis ac virtutis præmium, refert. Quòd ſi nonnihil ſeſe ipſe commendat, opportunè id facit, cum factis iliam ille declarârit virtutem quam etiam egregia rurſus fortitudinis ſignificatione perſpicuam fecit, dum percuſſit cæſtu inter cornua taurum, ſtatímque proſtrauit exanimem quæ omnia eò gerit opportuniùs quòd interim Siculæ gentis dignitati fuerat conſulendum: hoc enim nomine viſus fuerat Aceſtes illum ad pugnam incitare. Sed opportuniſſimè dum ait

—— *Hic victor cæſtus artémque repono.*

prudentis enim eſt tunc certaminibus & periculis renũciare (ſunt enim aleæ pleniſſima) cum non ſine gloria & dignitate id efficere poſſit. quod ſanè perbellè Entello accidit, qui tum propter ingraueſcentem ætatem, tum propter adeptas anteacto tempore palmas, tum propter nouiſſimam hanc præclariſſimámque victoriam, magno cum honore potuit pugilatui nuntium remittere. Certè Annibal, Lucullus, Pompeius, Mithridates, 1135
alijque multi Imperatores ſummi magna cum gloria conquieuiſſent, niſi aleam rurſus ſubire voluiſſet. Itaque M. Tullius exclamat, longè optimum futurum fuiſſe Pompeio ſi è viuis deceſſiſſet, cum, tribus præclariſſimis tryumphis de tribus Orbis Terrarum partibus conſecutis, ægrotaret, ac pro eius ſalute vota funderet Italia vniuerſa. Quapropter ſcitè (vt ad Athletas redeam) fortunatus ille athletarum parens atque Magiſter Diagoras, cum vno eodémque die tres filios, ſingulos ſingulis in certaminibus, victores renunciari & coronis ac præmijs ornari perſpexiſſet, illud pronunciauit: Morere Diagora: neque enim aſcendes in cœlum. Et huc pertinet quod rude donabantur Athletæ cum ſeneſcerent: milites emeriti omnibus oneribus ſoluebantur: alicubi etiam è publico alebantur. Sic apud Athenienſes in Pritanæo alebantur qui de Patria benè meriti eſſent, & pro illa fideliter deſudaſſent: id quod magna etiam cum laude facit hoc tempore Veneta Reſpublica quæ non modò emeritis militibus, verùm poſteris etiam ſtipendia ſæpè attribuit. atque hic abſoluitur tertium certamen: in quo, ſi Virgilium cum Homero conferas, intelliges eſſe quidem cur Virgilius nonnihil debeat Homero: ſed tamen illi anteponendus ſit longo interuallo: præſertim verò dum canit,

Hanc tibi Eryx meliorem animam pro morte Daretis
Perſoluo ——

ſiquidem rectè Homerus qui Euryalum ſubtraxit neci dum ab Epeo proſtratus eſſet, ſed dum Achillem inducit qui duodecim Troianos adoleſcentes mactat Patrocli ſepulchro, id verò barbarum in morem facit, nec ſine ingenti ſæuitia: quem tamen caſtigat poëta noſter dum Darete ſubtracto, meliorem animam pro Daretis morte perſoluit bouem, vbi, quaſi execretur hominis litationem, bouem ſubſtituit & non inſuetam victimam. neque tamen negauerim poëtam ad eorum morem alludere qui ſecundas oſtias mediores & dicerent & precarentur: quem morem expreſſit etiam in XII. cum caneret

Hoc habet, hæc melior magnis data victima diris.

& huc ſpectauit etiam Ouidius cum caneret

Cor pro corde precor, pro fibris ſumite fibras:
Hanc animam vobis pro meliore damus.

Hæc vt conſtet hîc Homericam illam hominis litationem non probari. Nam eũdem Homerum, dum canes etiam mactat ſepulchro Patrocli, non modò barbariam ſed ſtultitiam quandam præſeferre nemo non videt. 1136

Partic. 45.

Protinus Aeneas celeri certare ſagitta
Inuitat, qui fortè velint, & præmia ponit.
Ingentíque manu malum de naue Sereſti
Erigit: & volucrem traiecto in fune columbam,

Quò

Quò tendant ferrum, malo ſuſpendit abalto.
Conuenere viri: deiectámque ærea ſortem
Accepit galea,& primus clamore ſecundo
Hyrthacidæ ante omnes exit locus Hippocoontis.
Quem modò nauali Mneſtheus certamine victor
Conſequitur,viridi Mneſtheus euinctus oliua.
Tertius Eurytion, tuus ó clariſſime, frater,
Pandare,qui quondam iuſſus confundere fœdus,
In medios telum torſiſti primus Achiuos.
Extremus,galeáque ima ſubſedit Aceſtes,
Auſus & ipſe manu iuuenum tentare laborem.

Quartum certamen.

Quartum ſiue ludum ſiue certamen proponit Aeneas: quod ſanè ex Homero item deriuatur, qui ante poſtremo loco,ſagittariorum certamine propoſito, columbam item nauis malo transfigendam affixit. Mirantur nonnulli cur Aeneas columbam transfigi iuſſerit quæ Veneri Matri dicata eſſet. cui dubitationi reſpondent aliqui, volucres omnes alicui numini ſacras eſſe,ac propterea quamcunque auem præfixiſſet in ſigni loco, de hac idem quæri potuiſſe.Et acutè quidem. nec aliter Ariſtarchus cum quæreretur cur nauiū catalogum a Bœotia incæpiſſet Homerus. nā idem quæri potuiſſet, (inquit Ariſtarchus) qualem qualem Vrbem aut Regionem præpoſuiſſet. Quamquam reuera huiuſmodi reſponſum (quicquid ſit de auibus, dum eas numini alicui dicatas affirmant) non excuſat Aeneam: quandoquidem cæteræ aues haud ſacræ erant Matri. Ergo placuit columbam

Obſeruantur quædam. I.

1137 ſagittis obijcere tum quia Homerus idem fecerat,tum quia facilè erat in more poſitum vt ſagittariorum certamen pro ſcopo haberet columbam. Atenim cur eſt matri iniurius? ſed ne quæſo curioſiores ſimus nos quàm vel Aeneas vel poëta ſit ſuperſtitioſus.Iam verò qui obſeruant poëtam præter morem reticuiſſe eorum quæ victoribus præmia proponebantur nomina; ſat ſit cùm propoſita fuiſſe,tum victoribus reddita. cur enim non vtrūque liceat? præſertim ad ſtylum orationémque variandum.Quamquam redditum aut attributum Aceſti præmium exprimitur & deſcribitur eleganter. Magis cōmoueor quòd poëtam immemorem faciunt ac ſuimet oblitum dicunt,dum canit

II. *III.*

Quem modò nauali Mneſtheus certamine victor
Conſequitur ——

Cloanthus enim victor fuit ac victoris nomine proclamatus, inquiūt iſti,nō Mneſtheus. Sed hi quoque orandi ſunt ne tam facilè obliuioſum eodem ferè in loco faciant poëtam. Ergo Mneſtheum modò Nauali certamine victorem fuiſſe ait, quia ſecundum obtinuit præmium, cum Gya & Sergeſto ſuperatis ſtatim poſt Cloanthum portū ſubijſſet. Certè non primo tantùm ſed ſecundo ac tertio præmium deſtinauerat Aeneas. Fateor igitur victorem omnium proclamatum Cloanthum: ſed Mneſtheus quoque præmio ornatus eſt. Et idcirco Cloanthus lauri coronam accepit, Mneſtheus Oliuæ. Atque hinc eſt vt hic memoret Mneſtheum victorem oliua coronatum, cum Cloanthum viridi lauro cohoneſtaſſet. Dum verò Homerus duos tātum è galea extrahit ſagittarios, Virgilius quatuor,quibus addit Aceſtem quinto loco, facilè intelligas aridiorem Homeri orationem, Virgilij ampliorem,præſertim propter ea quæ commemorat de Aceſte: hunc enim ima galea cum ſubſediſſet,nobile ſpecimem tandem dediſſe oſtendit optimi ſagittarij. ſed au-

IV.

1138 diamus quid quiſque ſagittarius egerit ante Aceſtem

Part.46.

Tum validis flexos incuruant viribus arcus
Pro ſe quiſque viri,& depromunt tela pharetris:
Prímaque per cœlum neruo ſtridente ſagitta
Hyrthacidæ iuuenis volucres diuerberat auras.

Digitized by Google

Et venit, aduerſíque infigitur arbore mali.
Intremuit malus: timuítque exterrita pennis
Ales, & ingenti ſonuerunt omnia plauſu.
Poſt acer Mneſtheus adducto conſtitit arcu,
Alta petens, paritérque oculos, telúmque tetendit.
Aſt ipſam miſerandus auem contingere ferro
Non valuit: nodos, & vincula linea rupit,
Queis innexa pedem malo pendebat ab alto.
Illa Notos, atque atra volans in nubila fugit.
Tum rapidus iam dudum arcu contenta parato
Tela tenens, fratrem Eurytion in vota vocauit.
Iam vacuo lætam cœlo ſpeculatus, & alis
Plaudentem nigrâ figit ſub nube columbam.
Decidit exanimi, vitámque reliquit in aſtris
Aërijs, fixámque refert delapſa ſagittam.

Mira rerum varietate ſagittariorum exornat certamen: ſed in qua plurimum debeat Homero, qui columbam, quaéque columbæ acciderunt, obtulerat. de quibus, quoniam plana ſunt in vtroque, non faciam longiùs: præſertim vt ad Aceſtem deueniamus. Nam Sereſtum hîc a Sergeſto diſtinguendum, Hyrtacidam quoque Hippocoontis filium haben dum, & ab Homerico hinc diſtinguendum, non eſt quod dubitemus: quemadmodum Pindarum confudiſſe fœdus inter Menelaum ac Paridem iritum, ac ſagitta ipſum Menelaum vulneraſſe, ex tertio Iliados & quarto ſatis conſtat. Sed iam ad Aceſtem, qui poſtremus exijt è galea, vel tanquam poſtremus in ea relictus eſt. de hoc igitur ſic Virgilius.

Partic.37. Amiſſâ ſolus palmâ ſuperabat Aceſtes:
Qui tamen ætherias telum contorſit in auras,
Oſtentans artem pariter, arcúmque ſonantem. 1139
Hic oculis ſubitò obijcitur, magnóque fututrum
Augurio monſtrum, docuit pòſt exitus ingens:
Séraque terrifici cecinerunt omina vates.
Namque volans liquidis in nubibus arſit arundo,
Signauítque viam flammis, tenuéſque receſſit
Conſumpta in ventos: cœlo ceu ſæpè refixa
Tranſcurrunt, crinémque volantia ſidera ducunt:
Attonitis hæſere animis: ſuperóſque precati
Trinacrij, Teucríque viri: nec maximus omen
Abnuit Aeneas: ſed lætum amplexus Aceſtem,
Muneribus cumulat magnis, ac talia fatur.

Mirum videri poterat quod paulò ante cecinerat, nimirum Eurytium volantem colũbam in aëre transfixiſſe telo: quí enim telum dirigere ad ſcopum potuit cum aperto cœlo præteruolaret columba, ſéque conderet nubibus? ſed nequaquam inuſitatum eſt vt in aëre quoque præteruolantes aues periti ſagittarij aſſequantur, vſque adeo vſus & exercitatio, adhibito tamen iudicio acri, valet. quin multi ex arcu ternas quaternáſque ſagittas vno eodémque tempore excludentes & eiaculantes, facilè binas ac ternas præteruolantes aues, magnas præſertim, qualis eſt columba, feriunt, cor etiam ipſum transfigentes. ſed tamen

tamen mirabilius videri poteſt vt telum emiſſum incendatur & comburatur: quod tamē naturaliter contingere poteſt. vt enim ex confricatis lapidibus quin ex vitreo vaſe aqua pleno, ſed Solis radiis obiecto, excitatur ignis, nec diſſimili ratione accenduntur nubes; ſic incendi ob celerrimam motum poteſt arida ſagitta &, vbi plumbo munita ſit, liquefieri: id quod iaculandi peritiſſimus Aceſtes experientia comprobauit. Cum tamen imperiti hoc in portenti & monſtri loco habuerint, ita vt inde omen auguriúmque calamitoſum captarint: ſiquidem

Séraque terrifici cecinerunt omina Vates;

inquit Poëta vbi ſera valent grauia & triſtia. Sic Salluſtius, *Serum bellum in anguſtijs futurum*:
1140 & Virgilius ipſe de Noctua *Serum canit importuna per vmbras.* ac fortaſſe quoniam, quæ ſerò ac tardiùs accidunt, vehementiora ſunt & grauiora, ſera omina pro grauibus ac triſtib. fermè dirìſque vſurpantur a Vatibus: niſi tamen dicas matutina bonum, veſpertina ac ſera, malum obtuliſſe omen; tanta enim erat vel augurum verſutia vel imperitæ plebis inſcitia, vt hinc vanas & ſuperſtitioſas deriuarent ſuſpiciones: quibus Poëta etiam, quoniam vulgi opiniones ſectatur aliquando, accomodat ſtylum. Neque idcirco eiuſmodi omina ſuperſtitione vindicantur quòd euentus reſpondeat; id quod accidit in præſentia, cū paulò poſt igne naues deflagrarint aliquæ (ideo enim Canit poëta

—— magnóque futurum

(Augurio monſtrum docuit poſt exitus ingens)

nam & raro euentus reſpondet, & caſu reſpondet; itaut inde etiam ſuperſtitio imperitæ plebis per inſcitiam foueatur. Quanquam fieri poteſt vt Arioli iſti quippe qui dęmones ſæpe conſulunt & cum ijs paciſcuntur, Dæmonis arte & diros illos euentus procurent ac gignant, quos etiam prædicunt. Neque enim non multa naturæ præſidijs patrare poteſt Dæmon quæ deinde ominoſa vel admirabilia reputantur. Sed ad Virgilium qui cum comete confert incenſam ſagittam illam & crinito ſidere. Etſi poëta interim ſaniorem prudentiſſimo Aeneæ tribuit mentem, qui læta & fauſta hinc omina interpretatur, & vulgat. Sed eum dum muneribus ornat Aceſtem, audiamus.

Part.48. Summe pater (nam te voluit res magnus Olympi
Talibus auſpicijs exortem ducere honorem)
Ipſius Anchiſæ longæui hoc munus habebis:
Cratera impreſſum ſignis, quem Thracius olim
Anchiſæ genitori in magno munere Cyſſeus
Ferre ſui dederat monumentum, & pignus amoris.
1141 Sic fatus, cingit viridanti tempora lauro,
Et primum ante omnes victorem appellat Aceſten.
Nec bonus Eurytion prælato inuidit honori,
Quamuis ſolus auem cœlo deiecit ab alto.
Proximus ingreditur donis, qui vincula rupit:
Extremus, volucri qui fixit arundine malum.

Prudentis & ſagacis viri ac ducis eſt mali ominis famam aut opinionem ſuſpicionémue tollere, ne milites ac populi terrore percellantur & munus ſuum vel deſerant vel timidè ac præpoſterè exerceant. Scitè igitur Virgilius Aeneam inducit qui arte periculo occurrat, ac læta auguretur, quantumuis fortaſſe mali aliquid ipſe quoque ſubuerteretur. Sic in primo

Spem vultu ſimulat: premit altum corde dolorem.

ob id igitur ſtatim lætitiam præſeferens, ex prodigio, illúdque fauſtum promulgans, Aceſtem cumulat magnis muneribus. At quî obſecro magnis muneribus, cum eum ſolo donet cratere? minimè verò. nam & Cratere & laurea corona & victoris laude primum & ante omnes illum ornat declarátque, nec niſi Iouis voluntate (quod munera vehementer augebat) omē contigiſſe affirmat; quaſi Iuppiter Aceſtis virtuti plauderet. Iam verò cęteri etiam

Digitized by Google

ri etiam præmijs afficiuntur, quo fit vt magis adhuc & magis Aneæ liberalitas ac prudentia declaretur.

Partic. 49.

At pater Aeneas, nondum certamine miſſo,
Cuſtodem ad ſe ſe, comitémque impubis Iuli
Epytiden vocat, & fidam ſic fatur ad aurem:
Vade age, & Aſcanio, ſi iam puerile paratum
Agmen habet ſecum, curſúſque inſtruxit equorum·
Ducat auo turmas & ſe ſe oſtendat in armis.
Sic ait: ipſe omnem longo decedere circo
Infuſum populum, & campos iubet eſſe patentes.

Quintum Seu poſtremum certamen.

Ad poſtremum certamen quod inter ludos etiam meritò referre poſſis, deſcendit noſter Vates: in quo reuera mirificè enitet illius induſtria; ita vt apud Homerum, quantumuis 1142
ſeptem proferat certamina, nihil tanti leporis ac venuſtatis occurrat: niſi tamen certes aurigarum certamen, quo ſuperſedet Virgilius excellere in Homero: quod tamen propter longiores quæ interponuntur collocutiones, eáſque a veriſimili alienas, affirmare haud auſim. Denique Naumachia quam vnus excogitauit, Virgilius & ab initio celebrauit, ſatis erat quæ Homero palmam in hoc certamine adimeret: ſed admirabilis quem poſtremo loco profert equeſter ludus, quique item a Poëta noſtro, etſi omnium nobiliſſimus, videri poterat prætermiſſus, longo illum relinquit interuallo. Ergo cum nondum quartũ certamen abſolutum eſſet, hoc eſt peropportunè omnino Epytiden accerſit Aeneas quẽ Aſcanio cuſtodem comitémque adiunxerat, ſecretóque iubet, vt Aſcanio renunciet

——ſi iam puerile paratum
Agmen habet ſecum, curſúſque inſtruxit equorum,
Ducat auo turmas, & ſe ſe oſtendat in armis

quibus verbis ſatis intelligitur multò antea Aneã cũ Aſcanio priuatim egiſſe vt puerile agmen ad equeſtrẽ curſum inſtrueret. & hacde cauſa interim circo turbam infuſámque populum ſemoueri iubet, ut campus pateat equeſtri ludo. Hic verò ſine dubio ad Romanam conſuetudinem alludit Virgilius, apud Romanos enim erat in more poſitum vt adoleſcentibus, præſertim nobilibus, domi militiaéque comites cuſtodéſque adiungerentur. de qua re Cicero, Suetonius, Plutarchus & alij multi. Et in eundem morem ſpectat dum turmas appellat, tres, quos iam iam introducet, equorum ordines. tametſi iuſta turma nõ duodecim equis continebatur, ſed duobus ſupra triginta: ac turmæ præerat Decurio, quẽ modò exprimet Aſcanius. quamuis enim turmis ſingulis princeps adiungitur, Aſcanius tamen turmarum omnium dux ac Princeps apparet. Sed rem totam ex aurea poëtæ Muſa audiamus.

Partic. 50.

Incedunt pueri, paritérque ante ora parentum 1143
Frenatis lucent in equis: quos omnis euntes
Trinacriæ mirata fremit, Troiaéque iuuentus.
Omnibus in morem tonſâ coma preſſa coronâ:
Cornea bina ferunt præfixo haſtilia ferro:
Pars leues humero pharetras: it pectore ſummo
Flexilis obtorti per collum circulus auri.
Tres equitum numero turmæ, terníque vagantur
Ductores: pueri bis ſeni quémque ſecuti,
Agmine partito fulgent, paribúſque magiſtris.
Vna acies iuuenum, ducit quam paruus ouantem
(Nomen aui referens Priamum) tua clara, Polite,

Pro-

Digitized by Google

Progenies, auctura Italos: quem Thracius albis
Portat equus bicolor maculis; veſtigia primi
Alba pedis, frontémque oſtentans arduus albam.
Alter, Atys, genus vnde Atyi duxere Latini:
Paruus Atys, pueróque puer dilectus Iulo.
Extremus, formáque ante omnes pulcher Iulus
Sidonio eſt inuectus equo: quem candida Dido
Eſſe ſui dederat monimentum & pignus amoris.
Cætera Trinacrijs pubes ſenioris Aceſtæ
Fertur equis.
Excipiunt plauſi pauidos, gaudéntque tuentes
Dardanidæ, veterúmque agnoſcunt ora parentum.

Multis de cauſis ſpectaculum hoc delectaſſe & intuentium oculos ad ſe quodammodo rapuiſſe crediderim: ac primùm quia repentè apparuerant adoleſcẽtes, ac fortaſſe ne Aceſte quidem conſcio: deinde quia equites mira pompa & elegantia inſtructi erant ſiue equos ſpectes & phaleras ſiue equitum ipſorum quæ geſtarent arma. Denique ordo etiã quo in campum procedunt, oculos capiat delectétque animos neceſſe eſt. Quamquam de ordine quo campum peragrabunt certantes déque certamine ipſo, paulò poſt. iurè igi- *Spectaculi huius pulchritudo.*
1144 tur interim canit poëta

—— Quos omnis euntes
Trinacria mirata fremit Troiaéque iuuentus.

Quamquam verò per ſe perſpicua videri poteſt narratio qua nobis illos ponit ante oculos Vates, multa tamen ſunt quæ interim requiri poſſent. Ac primò num Trinacrij fortè quartam conſtituerent turmam cum canat poëta *Dubitatur & explicãtur quadã.* I.

Cætera Trinacrÿs pubes ſenioris Aceſtæ
Fertur equis. ——

cui percunctationi omnino reſpondeam; nullo modo conſtitutam nouam turmam, ſed potiùs Aceſtis pubem illam, quippe Troianam genere, ſeſe libenter Troianis hoſpitibus adiunxiſſe, eidémque equis etiam fauiſſe. Et ideo iùrè Troiæ ludus dicitur quíque à Troianis detur: eodémque nomine Troiani tantùm (quantumuis Siculi equites ſubſequantur aliqui) ad certamen introducuntur. Quæ res ſecundò quos intelligat parentes dum II.
canit —— *Ante ora parentum.* crediderim fieri potuiſſe vt ex Trinacrijs equitibus aliqui parentibus ſe ſe in coſpectum dederint: ſed tamen Troianos parentes intelligit maximè. Sed qualis erat illorum coma, aut cur canitur III.

Omnibus in morem tonſâ coma preſſa coronâ? *vbi locus difficillimus dilucidatur.*

Sanè metri ratio poſtulat vt (tonſa) ſit ſextus caſus, alioquin vitioſum eſſet carmen, ac propterea cum corona iungenda eſt: Coronáque rurſus, pro galea (ſic enim interdum apud Homerum στεφάνη) vſurpabitur, vt egregiè notat Seruius. ac propterea ſenſus erit, omnibus preſſa erat coma vel premebatur coma a tonſa corona quod eſt a tonſa galea, vbi tonſa non ineleganti metaphora diceretur galea quòd criſta plumíſque & ornamentis, quibus interdum completur, careret. At enim quid tandem ornamenti conferebat tonſa galea, cum interim eſſet ſine honore? vel quid valebat ad equitum aſpectum exornandum? non ne aptius illud & ornatius *cui triplici crinita iuba galea alta Chimæram Suſtinet?* Minimè verò; ſiquidem cum Auguſtus iam antea huiuſmodi certamen Troianorum pue-
1145 rorum dediſſet, ac ſingulos binis haſtilibus galeáque, non criſtata illa quidem & pennigera, ſed ærea tantùm, ſeu conſueta, donaſſet, placuit Virgilio id totum in præſenti certamine ac ludo exprimere, vt tacitè caneret Auguſto. Adde vix ludum iſtum in quo tanquam in labyrintho certatur, poſſe criſtatis galeis quæque operoſis ornamentis inſtructæ ſint, celebrari, præſertim propter pondus, ita vt tonſa galea opponatur criſtatæ & ſuperbis ornamentis excultæ. ita quidem a galeis, pharetra, ſagittis, torque commendat illorum ſplẽdorem. quòd ſi malis vitium in quarto metri pede admittere, & vocem (tonſa) cum co-

ma

Digitized by Google

ma copulare qua gaudere ſolet,& locum reiectâ metaphora omni, propriè explicare, ita ut dicas hunc eſſe ſenſum omnibus fuiſſe comam tonſam quæ premeretur corona, hoc eſt ſorte,íſque factum,vt & ornatior appareret ludus dum viridantem coronam gererēt, reclamabunt ſanè multa. nam præter metri vitium illud,obſtat.primò quia niſi galea mu nirent caput,belli imaginem vix ac ne vix quidem effingebant vllam. Deinde quia cum paulò poſt ſe ſe pueri laceſſerent iaculis,verendū fuiſſet ne vulneribus quoque ſe ſe tranſfoderet; ita vt cum canatur

—— Infeſtaque tela tulere,
Et rurſus,pugnaéque cient ſimulacra ſub armis,
Nunc ſpicula vertunt infenſi,

fatendum ſit galea muniiſſe caput.Quid plura? paulò poſt Aſcanius ſic fatur

—— En ego veſter
Aſcanius, galeam ante pedes proiecit inanem,
Qua ludo indutus belli ſimulacra ciebat.

Quid clarius vt intelligatur coronam illam fuiſſe conſuetam galeam,ac proinde priorem lectionem & explicationem omnino eſſe retinendam; Itaque fateor ego quidem hunc locum inter illos numerandum quem poëta,ſi licuiſſet poëma per otium recognoſcere & emendare,mutaſſet, vt tolleret ingentem illam cacophoniam —— *Tonſa coma, preſſa corona, cornea bina, præfixa haſtilia* qua cacophonia nulla maior: ſed aliam eſſe ſententiam, omnino pernego,nam qui dicunt poëtam de induſtria tot ac tantas voces vno eodémque in loco eâdem littera terminaſſe,vt eorum ſimilitudinem & æqualitatem exprimeret,mihi quidem pro nauo inertem faciunt poëtam:quíque pueriliter veriùs ludat quàm auribus quæ ſuperbiſſimæ ſunt,& cacophoniam grauatè ferunt,ſeruiat vllo modo. fateamur igitur coronam pro galea vſurpari,ita vt galea premere comā. & ideo vt de re tota, quod ad Auguſti munificientiam attinet pleniùs conſtaret,pergit: —— *Cornea bina ferunt præfixo haſtilia ferro*:quibus tacitè indicatur reliqua pars Auguſti munificentiæ & caritatis. Singuli verò Ductores ſingularum familiarum Romanarum authores commendantur; inter quas Atys vnde Actia familia,ex qua materno genere eſt ortus(ſi credere fas eſt) Auguſtus:cuius mater Actia vocabatur.

Partic. 47 Poſtquam omnem lęti conſeſſum,oculóſque ſuorum
Luſtrauere in equis,ſignum clamore paratis
Epytides longè dedit,inſonuítque flagello. 1146
Olli diſcurrêre pares;atque agmina terni
Diductis ſoluêre choris: rurſúſque vocati
Conuertêre vias, infeſtaque tela tulere.
Inde alios ineunt curſus,alióſque recurſus,
Aduerſis ſpatijs,alternóſque orbibus orbes
Impediunt: pugnaéque cient ſimulacra ſub armis.
Et nunc terga fugæ nudant, nunc ſpicula vertunt
Infenſi: factâ pariter nunc pace feruntur.

Satis conſtare poteſt tria iſta tantùm agmina Troianorum certamini fuiſſe adhibita.Nam fieri nullo modo potuiſſet vt Siculi adoleſcentes tanta celeritate diſcere ac ſine perturbatione ordinum tot taléſque conuerſiones exercere potuiſſent,ac tam varias obire vices:id quod Troiani pueri vſu edocti perficere potuerunt quidem.Hîc verò longè præſtaret oculis perſpexiſſe equitum agilitatem,& certaminis elegantiam ac pulchritudinem,quàm illam ex verbis diſcere aut coniectare. Nam ſi quando factis imparia ſunt verba,certè in pulcherrimis ludis,præſertim equeſtribus,ſunt imparia; ſpectatores enim requirunt non auditores,oculos non aures tantùm, Verumtamen ſic rem totam deſcribit poëta noſter, vt quoquo modo eā oculis obijcere videatur.Quòd ſi impar eſt adhuc tanto muneri deſcriptio propoſita,ecce tibi author ſimilibus rem illuſtrat ac pergit

Vt

Digitized by Google

Part.47 Vt quondam Cretâ fertur Labyrinthus in alta
Parietibus textum cæcis inter, ancipitémque
Mille vijs habuiſse dolum, quà ſigna ſequendi
Falleret indeprenſus, & irremeabilis error.
Haud aliter Teucrûm nati veſtigia curſu
Impediunt, texúntque fugas, & prælia ludo:
Delphinum ſimiles, qui per maria humida nando
Carpathium Libycúmque ſecant, ludúntque per vndas.

Senſerat Poëta atque oculis etiam facilè perſpexerat aliquando quàm difficilis eſſet hic ludus, rem igitur explicat primò Cretenſis Labyrinthi ſimilitudine quæ item plana eſt: quemadmodum etiam Labyrinthi iſtius forma peruulgata & a multis decantata. potuiſſet verò Choream aliquam in exempli loco adhibere: ſed fortaſsè minùs æquaſſet inuolutam ludi iſtius rationem: quam propterea Delphinorum comparatione illuſtrat magis: quæ comparatio aptiſſima item videri poteſt.

Part.48. Hunc morem, hos curſus, atque hæc certamina primus
Aſcanius, longam muris cum cingeret Albam,
Rettulit, & priſcos docuit celebrare Latinos:
Quo puer ipſe modo, ſecum quo Troïa pubes
Albani docuere ſuos. hinc maxima porrò
Accepit Roma & patrium ſeruauit honorem.
Traiáque nunc, a pueri, Troianum dicitur agmen
Hac celebrata tenus ſancto certamina patri.

1147 Crediderim ludos iſtos ſub Auguſti tempus fuiſſe vſitatos apud Romanos (de poſtremis loquor & equeſtribus) & idcirco ſuam huc induſtriam retuliſſe Virgilium vt perſuaderet a Troianis, & ab Iulo inprimis, ad Romanos permanaſſe. & idcirco hanc non contẽnendam excogitauit [illegible]ionem, ſtatuens a Troianis ad Albanos, ab Albanis ad Romanos certamen hoc eſſe deriuatum: quod, cum Troianum diceretur agmen, perquamuerisimile videri poterat. Atque hîc claudit Poëta ludos quos in Anchiſis demortui honorem ac parentationem inſtituerat. Crediderim autem quinquepartito illos deſcribuiſſe vt Græcorum penthatlos & Latinorum Quinquertiones exprimeret aut etiam ſuperaret: qui.n. ludi in Olympicis celebrabantur, ferè exprimũtur interim: qui etiam Quinquertionibus reſpondent. Quamquam Naumachiam hîc profert qua mirificè ſuperat Olympicorum atque adeo Homericorum ludorum præſtantiam: qui tamen quadrigis quas hîc omittit Virgilius, illuſtres erant; ita ut Horatius in quadrigarum certamen intuens Pindarum ſecutus canat

——Métaque feruidis euitata rotis
Terrarum dominos euebit ad Deos.

Sed nimirum ſolertiſſimus Poëta noſter nauium certamen bigis aut quadrigis ſubſtituit magna cum dignitate; & verò vt loci, quantum exiſtimo, rationem haberet: cum Drepanum minùs idoneum offerret campum huic ludo. Sed vt vt ſit, equeſtri certamine ſic illuſtrauit pompam, vt Olympici omnino impares videri poſſint. Hoſce verò ludos etiã ante Auguſti tempus fuiſſe in more poſitos apud Romanos, declarat illud M. Tullij in ſecundo de legibus, vbi. *Ludi publici* (inquit) *cum ſint cauea circóque diuiſi, ſint corporum certationes, curſu & pugilatione, luctatione, curriculiſque equorum:* vbi caueam circúmque aliáque multa ex recepto Romanorum more in ludos iſtos introduxiſſe Virgilium ſatis conſtat. tametſi non eſt diſſimulandum luctationem ex quatuor iſtis ludis prætermiſiſſe, diſcum item ac ſaltum quæ duo certamina penthatli ſubibant, præterijſſe, Naumachiam contrà & iaculationem addidiſſe. cur autem luctationem prætermiſerit, quæ tamen & in Homero obuia eſt & colitur paſſim, cur item diſcum & ſaltum omiſerit, non facilè ſtatuerim, niſi

tamen

Digitized by Google

tamen trita nimis eſſe dixeris, aut habendam exiſtimaſſe rationem temporis, quod tot cer- 148
taminibus opportunitatem minimè præberet: præſertim dum ad equeſtrem ludum, vt Auguſto plauderet, properaret, & hinc intelligere licet cur carminibus illis

Ante Vrbem pueri, & primæuo flore iuuentus
Exercentur equis, domitántque in puluere currus, li.7.
Aut acres tendunt arcus, aut lenta lacertis
Spicula contorquent, ictu curſúque laceſſunt,

complexus ſit Homericos ludos omnes, vno diſco prætermiſſo: nam agi ab Aenea continenter & ex ordine ludi illi vix poterant omnes vno die: referri hîc commodè poterant: aut etiam peragi, cum vno eodémque tempore, ac promiſcuè peragerentur omnes. Denique cum trahat ſua quemque voluptas, non magis quærendum eſſet cur Virgiliani non planè reſpondeant Homericis, quàm cur Homerus ad ſeptennarium illos redegerit.

Partic. 49.

Hic primùm fortuna fidem mutata nouauit,
Dum varijs tumulo referunt ſolemnia ludis,
Irim de Cœlo miſit Saturnia Iuno
Iliacam ad claſſem: ventóſque aſpirat eunti,
Multa mouens, nec dum antiquum ſaturata dolorem.
Illa viam celerans per mille coloribus arcum,
Nulli viſa, citò decurrit tramite virgo.
Conſpicit ingentem concurſum, & littora luſtrans,
Deſertóſque videt portus, claſſémque relictam.
Ac procul in ſola ſecretæ Troades acta
Amiſſum Anchiſen flebant: cunctaéque profundum
Pontum aſpectabant flentes: (heu) tot vada feſſis,
Et tantum ſupereſſe maris. vox omnibus vna.
Vrbem orant, tædet pelagi perferre laborem.

TERTIA PARS. IN qua nauibus ignes ſubijciuntur & extinguuntur.

Succedit iam tertia pars, in qua, expleta ludorum hilaritate, læta Troianorum fortuna in 149
calamitoſam commutatur. & ideo eleganter poëta fortunam mutatam, nouaſſe ait fidē, quod eſt Aeneam & Troianos non in eodem reliquiſſe ſtatu & tranquillitate, ſed fidē mutaſſe & infidelem (vt ſolet) euaſiſſe. Quod totum canit poëta noſter propter claſſis incendium quod non ſine detrimento reſtinguitur maximo. Vbi obſeruo quam oppoſitè Virgilius cum rebus lætis miſceat mœſtas & humanæ vitæ aleam deſcribat: cum enim tempeſtati ſucceſſiſſet commodus euentus ac fœlix, ecce tibi fœlici, nunc claſſis ſuccedit calamitas: quibus ſanè admonemur vt ad omnem fortunam pectus præparemus. Hic verò quæras in quo rerum ſtatu verſemur. Certum eſt enim tempeſtatem ad fabulam & actionem pertinuiſſe, cum ab Iunonis procedat ira, quæ Troianos a Latio arcet longiùs: id quod ad propoſitum pertinet argumentum, in quo canitur,

—— *Multum ille & terris iactatus & alto*
Vi ſuperum, ſæuæ memorem Iunonis ob iram,

& ideo hic canitur de Iunone,

Multa mouens; nec dum antiquum exaturata dolorem.

Certum quoque eſt parentationem & ludos iſtos pertinere ad Epiſodium, & a Poeta citra argumentum propoſitum excogitatos ad actionem amplificandam exornādámque. Nunc igitur ab Epiſodio ad fabulam regreditur: ad quam tamen ita regreditur, vt a ludis & Epiſodio arripiat occaſionem: Iuno ſiquidem atque Iris captans ex ludis opportunitatem, nauibus molitur incendium, vt a deſtinato Latij itinere & nauigatione Troianos auertat. Ob id igitur ad actionem rediens poëta canit

Irim de Cœlo miſit Saturnia Iuno
Iliacam ad claſſem ——

Interim

Digitized by Google

Interim tamen dubites quî Iunoni in præſentia in aërem ac ventum poteſtas tribuatur, cui ad Aeolum paulò antè confugiendum fuit. Reſpondeo tamen aliud eſſe ventos ſæuos in mare impellere tempeſtatémque ciere, aliud in aëre ventum commouere & igni exci-
1150 tando aſpirare: Quo circa ibi maritimam tempeſtatem ſupplex requirit ab Aeolo quòd in alieno ſit Regno: hîc ignes excitat in proprio. Sed quoniam Iris adiuta ventis, celeriter peruenit ad Iliacam claſſem, quam opportunè claſsi incendium ac ruinam ſtruat, videamus.

Par. 50. Ergo inter medias ſe ſe haud ignara nocendi
Conijcit, & faciémque deæ veſtémque reponit.
Fit Beroë, Iſmarij coniux longæua Dorycli,
Cui genus, & quondam nomen, natíque fuiſſent:
Ac ſic Dardanidûm mediam ſe matribus infert:
O miſerę, quas non manus (inquit) Achaica bello
Traxerit ad lethum patrię ſub mœnibus: ô gens
Infelix, cui te exitio fortuna reſeruat?
Septima poſt Troię excidium iam vertitur ęſtas,
Cùm freta, cùm terras omnes, tot inhoſpita ſaxa,
Síderaque emenſæ ferimur, dum per mare magnum
Italiam ſequimur fugientem, & voluimur vndis.
Hîc Erycis fines fraterni, atque hoſpes Aceſtes:
Quis prohibet muros iacere, & dare ciuibus vrbem?
O patria, & rapti nequicquam ex hoſte penates,
Núllane iam Troię dicentur mœnia? nuſquam
Hectoreos amnes, Xanthum, & Simoënta videbo?

Cum deſertos videat portus claſsémque relictam, hinc rei benè gerendæ arripit occaſionem. ſumit igitur, dum mœſtas videt mulieres Troianas, & longa nauigatione pertæſas, Beroes faciem: quod eſt matronæ longæuæ, quæque tum ob ætatem tũ ob nobilitatem authoritatis haberet plurimum. At enim, quo conſilio Beroes faciem ſumit quæ in cœtu eſſe credebatur? Certè Iris ſic alloquitur Troianas vt Beroën in cœtu eſſe veluti exploratum ſumat. & ob id ait *Italiam ſequimur*, & huiuſmodi alia multa quæ præſentem deſi-
1151 gnant Beroën. omnino igitur indicare debuiſſet Poëta Irim nõ modò obſeruaſſe vacuas naues & tædio pertæſas mulieres, verùm etiam Beroën abeſſe: id enim multò maximè ſeruiebat Iridis ſeu diligentiæ ſeu verſutiæ declarandæ. Sed nimirum Virgilius adamat ingenioſam breuitatem, inprimíſque Homericas repetitiones deuitat. Cum igitur inducturus eſſet Pyrgon quæ affirmaret Beroën abeſſe a cœtu, atque inde colligere poſſet ingenioſus lector Iridem ea planè de cauſa Beroes faciem ſumpſiſſe, quòd abeſſet, & authoritate præſtaret, reticendum putauit interim, id ab Iride obſeruatum: quod tamen euentus oſtendit & comprobauit. Atque hic priuſquã vlteriùs progrediar, illud monuerim, haud committendum vt vllo vnquam tempore claſſis ſine optima cuſtodia relinquatur: habet. n. miras opportunitates tum ad bellum tum ad pacem, vno verbo ad vitam priuatim ac publicè: ſed in primis ad Regni ac Reipublicæ potentiam dignitatémque tuendam. vt mirũ ſit Aeneam, hoc eſt prudentiſsimum ducem, permiſiſſe vt ſine optimo præſidio relinqueretur: ſed ludorum ſplendor ac nouitas id effecit. itaque hinc ętiam diſcendum, nunquã vbi celebrandi ſint ludi & magnus populi concurſus faciendus ſit, portas, męnia, claſſem, arces ſine cuſtodia relinquenda, quin maiore præſidio munienda. Iam verò quàm graues aculeos habeat Iridis oratio, & quàm facilè feſſas mulieres illas ad claſſis incendium moliendum impellere poſſit, nemo non videt. vbi inprimis eas incitat ex Andromaches quam inſpexerant fœlicitate. nam id ſibi volunt ea carmina

Digitized by Google

Núllane iam Troiæ dicentur mœnia? nuſquam
Hectoreos amnes, Xanthum & Simoënta videbo?

Sic ficta Beroë: quæ mare magnum illis obijcit non ſine aſtu, cum eas maris tædio mœrẽtes aſpexiſſet. perinde enim eſt ac ſi diceret, cum tot tantíſque calamitatibus iactatæ ac preſſæ fuerimus in anguſto pelago, qui vnquam magni maris & vaſti pericula incolumes euademus? Magnum verò mare appellat mediterraneum, quia Oceani magnitudo igno ta erat per idem tempus, ita vt mediterraneum mare magnum appellaretur.

Partic. 51. Quin agite, & mecum infauſtas exurite puppes. 1152
Nam mihi Caſſandræ per ſomnum vatis imago
Ardentes dare viſa faces: Hîc quærite Troiam:
Hîc domus eſt, inquit, vobis. iam tempus agi res:
Nec tantis mora prodigijs; en quattuor aræ
Neptuno: deus ipſe faces animúmque miniſtrat.
Hæc memorans, prima infenſum vi corripit ignem:
Sublatáque procul dextrâ connixa coruſcat,
Et iacit. hîc vna è multis, quæ maxima natu
Pyrgo, tot Priami natorum regia nutrix,
Non Beroë vobis, non hæc Rhœteïa, matres,
Eſt Dorycli coniux. diuini ſigna decoris,
Ardentéſque notate oculos, qui ſpiritus illi,
Qui vultus, vociſque ſonus, vel greſſus eunti.
Ipſa egomet dudum Beroën digreſſa reliqui
Aegram, indignantem tali quòd ſola careret
Munere, nec meritos Anchiſę inferret honores.
Hæc effata ——

Cum ſatis ſupérque incenſas ad claſſis incendium Troianas cernat Iris, haud amittit rei peragendæ occaſionem: Itaque diuinum veluti reſponſum humanis argumentis adiungens, facem arrepit & claſſi prima intentat ignes. Vbi primùm obſerues geminam vel potiùs triplicem hîc apparere imitationem. Cum enim poëta dicendi munus conceſſiſſet Iri di quam mittebat Iuno, Iris Caſſandram loquentem rurſus fecit dum clamaret

—— Hîc quærite Troiam:
Hîc domus eſt. ——

quamquam ad omnem hæſitantiam tollendam, continuò Iridi dicendi munus reſtituit poëta, quæ claſſem ſine dubio in cineres conuertiſſet, niſi Pyrgo fraudem Iridis agnouiſſet, ac Beroën ob incommodam valetudinem abeſſe demonſtraſſet. Quamquam ne id quidem impedire ſatis potuit quò minus claſſis detrimẽto maximo afficeretur. ſed quærat aliquis cur Neptuno quatuor excitatæ eſſent aræ. nam ſat video hinc Iridem clam occaſionem arripuiſſe vnde perſuaderet humana diuínaque iura incendium illud ſuadere. quatuor enim illis mœſtiſsimis fœminis oſtendit aras vt exiſtimarẽt diuinos veluti ignes 1153
ſubminiſtrari quibus optatum incendium abſolueretur & claſsis illa in cineres conuerteretur. Sed cur tot aræ Neptuno extarent id verò incompertum. crediderim igitur Cloanthum de quo ſupra cecinit poëta, hunc ponto tẽdiſſe palmas, ac ponti numina in vota vocatis, dixiſſe

Vobis lætus ego hoc candentem in littore taurum
Conſtituam ante aras ——

haſce aras ſtatim erigi iuſsiſſe voti reum. at cur quatuor? aras enim vouiſſe ſatis conſtat. Quatuor quia omnia ponti numina inuocauerat, quæ quatuor in vniuerſum credebantur: & idcirco pergebat poëta

Dixit

Digitized by Google

Dixit: eúmque imis ſub fluctibus audijt omnis
Nereidum Phorcique chorus, Panopoeáque virgo;
Et pater ipſe manu magna Portunus euntem *Impulit.* ——

En totum marinorum numinum, ſeu Deorum numerum quaternario comprehendi. quis igitur non ſuſpicetur quatuor aras iſtas ſtatim a Cloantho victore votíque reo extruendas curatum? Nam ſi quis obijciat Neptunum adhuc ſupereſſe inter numina ponti, illíque inprimis tanquam Principi, etſi reticeatur, de nomine, quintam aram, vel potiùs primam, fuiſſe erigendam, vnde numerus perturbaretur, iam Portunum eundem eſſe cũ Neptuno, proindeque nullum maris numen relictum, compertum eſt. & ideo M. Tullius in libro II. de natura deorum ait hunc Deum & Neptunum & Portunum dictũ, Neptunum a nando, Portunum a portu, & hinc fit vt hoc in loco pater & magna manu nauim impuliſſe dicatur a poëta. appellat enim illum patrem, non tam vt indicet Oceanum fuiſſe Primum rerum corporatarum elemẽtum, quàm vt marinorum numinum primus ac Princeps cenſeretur. Quod ſi vix credis intra breuiſſimum illud paucarum horarum ſpatium potuiſſe erigi aras illas (quod tamen in tanta victoris lætitia & gloria mihi quidem fit veriſimile) affirmare poſſumus quatuor aras iam antea fuiſſe conſtitutas Neptuno, vt Troianæ fœminæ quæ interim totæ erant in hoc numine exorando atque huic omnes vo-
1154 ta precéſque offerebant, percommodè poſſent hoc obire munus, ob id igitur placuit quatuor extruere aras, & mulierum illarum pietati, vel potiùs ſuperſtitioni, opportunum offerre locum.

At matres primò ancipites, oculíſque malignis
Part. 52. Ambiguæ ſpectare rates, miſerum inter amorem
Præſentis terræ, fatíſque vocantia regna:
Cum Dea ſe paribus per cœlum ſuſtulit alis,
Ingentémque fugâ ſecuit ſub nubibus arcum.
Tum verò attonitæ monſtris, actaéque furore
Conclamant, rapiúntque focis penetralibus ignem:
Pars ſpoliant aras, frondem, ac virgulta, facéſque
Conijciunt. furit immiſſis Vulcanus habenis
Tranſtra per & remos, & pictas abiete puppes.

Sæpè contingit vt meliora conſilia ſpernamus, deteriora ſequentes, idque tum maximè cum aliqua nos inuaſerit animi perturbatio. id quod accidit in præſentia: præſertim verò cum Iris ſe ſe illarum oculis eripuiſſet. verendum eſt enim ne, cum illam intueri haud poſſent, nec quæ Pyrgo dixerat, proprijs oculis cernere, hanc deliram iudicarint, & diuinitus factum exiſtimarint, vt Beroë, & ſi ægrotaret abſens, ſe ſe in coſpectum dederit, quæ illarũ proſpiceret calamitati. Sed vt vt ſit, certum eſt Poëtis vſitatum, vt eludendis mortalibus numina inducant; quæ mulierculartum cultum ſumant ac formam. ſic apud eundem poëtam *Alecto ſe ſe in vultus transformat aniles ac* fit Calibe: Iuno ipſa apud Ouidium Semelis ſumit faciem. ſic Pallas Aracnis induit vultum. eodémque modo ſæpè apud Homerum videas Iridem, Palladem & apud alios Cererem aniles vultus ac perſonas ſuſcepiſſe. Neque verò exiſtimandum eſt poëtam non ex hiſtoriis anſam huius incendij deriuaſſe, Nam proditum eſt literis Ilienſem quandam fœminam (id quod ex vetuſtate recenſuit
1155 Halicarnaſeus Dionyſius) nomine Romã huiuſmodi incendium ſuaſiſſe Troianis fœminis. ac facilè ventorum opportunitatem captarunt ad huiuſmodi incendium virorúmque abſentiam obſeruarunt: quæ deinde eleganter poëta noſter Iridi de more aptauit ad Iunoni.

Part. 53. Nuntius Anchiſæ ad tumulum, cuneóſque theatri
Incenſas perfert naues Eumelus, & ipſi
Reſpiciunt atram in nimbo volitare fauillam.
Primus & Aſcanius, curſus vt lætus equeſtres

Ducebat,ſic acer equo turbata petiuit
Caſtra:nec examines poſſunt retinere magiſtri.
Quis furor iſte nouus,quò nunc,quo tenditis?inquit
Heu miſeræ ciues:non hoſtem,inimícaque caſtra
Argiuûm,veſtras ſpes vritis.en ego veſter
Aſcanius. galeam ante pedes proiecit inanem,
Qua ludo indutus belli ſimulacra ciebat.

Ad tumulum properat Nuncius,& incendij mentione, cui adſtipulatur atra in nimbo fauilla(talis enim per diem eſt noſter ignis, qui ardens fumus eſt veriùs quàm purus ignis)ludos ac lætitiam in ſerium dolorem trepidationémque conuertit. hinc egregiè poëta occaſionem arripit bellicoſam,ſeu generoſam Aſcanij indolem declarandi, qui nulla interpoſita mora contendit ad caſtra,vbi quam igni extinguendo non poteſt manu operam adhibere vnus,nobilem adhibet orationem qua oſtenditur non defuiſſe illi eloquentiam,& in iuuenili pectore iam radices egiſſe prudentiam. id quod ea verba declarãt, *quis furor iſte nouus?* vbi ſic furoris illas accuſat, vt tacitè nouum eſſe fateatur, ac propterea probet anteactam illorum vitam vnde faciliùs in ſuam illas ſententiam trahat ac retardet ab incepto.& idcirco pergit, *Quò nunc, quo tenditis?* Sed illud præclarum

Heu miſeræ ciues:non hoſtem,inimicaque caſtra
Argiuûm, veſtras ſpes vritis.

quaſi dicat faces iſtæ ac flammæ Argiuorum claſſi fuerant adhibendæ: quòd ſi per erro- 1156
rem id planè vobis in animo erat,ſciatis vos veſtras ſpes vrere, quod eſt contra proprium commodum laborare & optatas Regni ſedes ſperatúmque regnum flãmis iſtis euertere. Sic Tibullus, *Quid meſſ.s vris acerbe tuas?* Atque hinc ſatis conſtat de Romano Regno ſeu Latio iam cogitare Aſcanium,& puerum grauia meditari,quibus omnibus Auguſto canit egregiè poëta noſter. Atque hinc intelligitur preſſam illam coronam fuiſſe galeam, cum galeam exuat Aſcanius vt ſe amicum & vultu & galeæ proiectu declaret, ſi fortè lõgiùs eum armatorum equitum tumultum audientes,ſuſpicatæ eſſent miſeræ,hoſtes aduẽtaſſe aliquos. vt enim apud Ilium longa illa hoſtium præſentia eas olim concuſſerat, ita fortè nunc armatorum illorum conſpecto vel audito aduentu, inermes mulieres in veterem trepidationem(id quod per ſomnium fieri ſæpè ſolet) recidere potuiſſent. Sed quoniam non poteſt non magis ac magis vrgere magnanimi Aeneæ præſentia, illum aduentantem agnoſcamus.

Partic. 54.

Accelerat ſimul Aeneas, ſimul agmina Teucrûm.
At illæ diuerſa metu per littora paſſim
Diffugiunt,Syluáſque & ſicubi concaua furtim
Saxa petunt. piget incepti,lucíſque:ſuóſque
Mutatæ agnoſcunt excúſaque pectore Iuno eſt.
Sed non idcirco flammæ,atque incendia vires
Indomitas poſuere: vdo ſub robore viuit
Stupa,vomens tardum fumum:lentúſque carinas
Eſt vapor,& toto deſcendit corpore peſtis.
Nec vires heroum,infúſaque flumina proſunt.

Accelerat Aeneas vt occurrat igni,auertátque calamitatem. bona igitur ſpe ſimus: nam non mittit ſed proficiſcitur,& accelerans proficiſcitur ipſe. hinc enim fiet vt eo præſente & laboris partem ſubeunte,cæteri omnes ſuo muneri ſatisfaciant pro virili: alioquin verendum ne Duce abſente, diſfluerent huc illuc in tali tantóque periculo. Diffugiunt ta- 1157
men funeſtæ illæ fœminæ, quas piget facti: ſed ſerò ſepiunt Phryges quoque iſtæ:nõ enim ſine graui claſſis detrimento extinguetur ignis:iurè igitur piget: id.n. eſſe ſolet morbi cui medi-

medicamentum, ſeu calamitatis cui auxilium, ſeriùs affertur. itaque acutè Plautus: pudere præſtat quàm pigere. iurè igitur lucem ac ſuos effugiunt funeſtæ mulieres illæ, præſertim verò excuſſa pectore Iunone ipſa, hoc eſt furore excuſſo quem illarum pectori per Iridem iniecerat Iuno: vbi ea verba —— *Excuſſaque pectore Iuno eſt*, Emphaſim habent magnam, ac ſignificant quaſi bacchātes vel potiùs furiarum inſtinctu percitas, egiſſe tædas in claſsē: ſic in 6. Sybilla. —— *Bacchatur, magnum ſi pectore poſſit Excuſiſſe Deum* —— Quanquam ne ſiquidem mulieres illæ mutant mētem, extinguuntur flammæ, quas propterea deſcribit poëta noſter, ac tandem peſtem appellat quæ graſſetur claſſe tota, ita vt vires Heroū haud ſufficiant tantis ignibus, infuſis aquis (infuſa flumina inquit Vates amplificandi cauſa) reſtinguendis. Itaque ad diuinum auxilium ſeſe conuertit Aeneas.

Part. 55. Tum pius Aeneas humeris abſcindere veſtem,
Auxilióque vocare deos, & tendere palmas,
Iuppiter omnipotens, ſi nondum exoſus ad vnum
Troianos, ſi quid pietas antiqua labores
Reſpicit humanos, da flammam euadere claſſi
Nunc pater, & tenues Teucrûm res eripe Letho,
Vel tu, quod ſupereſt, infeſto fulmine morti,
Si mereor demitte, tuáque hîc obrue dextra.
Vix hæc ediderat, cùm effuſis imbribus atra
Tempeſtas ſine more furit, tonitrúque tremiſcunt
Ardua terrarum, & campi, ruit æthere toto
Turbidus imber aqua, denſíſq; nigerrimus Auſtris,
Implentúrque ſuper puppes, ſemuſta madeſcunt
Robora, reſtinctus donec vapor omnis, & omnes
Quattuor amiſsis, ſeruatæ à peſte carinæ.

1158 Veſtem perinde ac crines dilacerare in ſummo dolore, ethnicorum quoque mos fuit. ſic etiam in XII. Regina hoſtis aduentu cognito

Purpureos moritura manu diſcindit amictus:

ſic Suetonius, Veſte diſciſſa, capite conuerberato, actum de ſe pronunciauit. non tamen in tali fortuna, & ſi afflicta, deſperat Aeneas, dum ad diuinum numen confugiens, ab eo auxilium implorat: quod etiam impetrat, ita vt quatuor exceptis nauibus (fortè quia quatuor Neptuno aras erexerant, Ioui nullam) claſſis conſeruetur incolumis. hîc verò illud —— *ſi quid pietas antiqua labores Reſpicit humanos* —— non hæſitantis eſt ſed acriter deprecantis; quaſi dicat ſi tua pietas reſpicit noſtros caſus, quemadmodum ſine dubio reſpicit (& ideo pietatem Iouis appellat antiquam, quod eſt diuturnis experimentis perſpectam) *da flammam euadere claſſi*: & hac de cauſa ſubdit —— *& tenues Teucrûm res eripe letho*; vbi ab egeſtate Teucrorum qui ab Ioue ipſo ortum duxerant, captat pietatis & clementiæ præſidium. ità vero deſcribit repentini imbris aduentum, vt æſtiuos imbres qui item repētè ingruant, imitetur. nam tonitrua & id genus alia erumpunt. hunc tu locum cum eo conferas in quo Iuno talem immittit imbrem: locus occurret in IV.

Part. 56. At pater Aeneas caſu concuſſus acerbo,
Nunc huc ingentes, nunc illuc pectore curas
Mutabat: verſas, Siculíſne reſideret aruis,
Oblitus fatorum, Italáſne capeſſeret oras.
Tum ſenior Nautes, vnum Tritonia Pallas
Quem docuit, multáque inſignem reddidit arte:
Hæc reſponſa dabat, vel quæ portenderet ira

Digitized by Google

Magna deûm, vel quæ fatorum poſceret ordo.
Iſque his Æneam ſolatus vocibus infit:

Quarta ſeu poſtrema Pars, In qua de Sedibus deliberatur ac feſſis gētibus Vrbs datur.

Ad poſtremam huiuſce libri deuenimus partem: in qua tali ac tanto caſu perculſus Aeneas, æſtuat mirificè ac ferè deſperat Latij regnum deplorátque: vel certè feſſæ gentis illius acerbam miſeratus calamitatem non nihil cogitat, num præſtaret Siculis conſidere terris. Quæ cum ita ſint, haud dubiè in Actione verſamur in præſens, verſabimúrque diu. 1159
dum enim Aeneas ſiue terris ſiue mari iactatur, quod eſt germanum fabulæ ſiue actionis argumentum, in Actione verſemur neceſſe eſt: quin eò magis abſumus hîc ab Epiſodio & Actione occupamur, quòd non mari ſolùm iactatur interim Aeneas vt in ſuperioribus tempeſtatibus, neque in terra tantùm, vt cum in Creta peſtilentia laboraret, aut apud Strophadas harpiis exagitaretur, ſed terra maríque ſæuæ memorem Iunonis ob iram exagitatur & infeſtatur. iam verò, cum ob eiuſmodi calamitatem nutare videatur Aeneas, appoſitè Nautem inducit Poëta qui non veretur Aeneam vel increpare, vel ſolari vt ad optatū regnum contenderet. vbi priùs a ſenectute, ſapientia, qua illum Pallas ornauerat, a peritia multarum artium, a rerum futurarum perſenſione, Vnde Vates habebatur ac reſponſa dabat, &

——— Quæ portenderet ira
Magna Deûm vel quæ fatorum poſceret ordo,

illum idoneum oſtendit qui ſolaretur Aeneam atque illius hæſitantiam depelleret. videtur autem Poëta Nautem introduxiſſe in Nauticorum gratiam, quorum familia Romæ erat illuſtris: talem enim illam appellat Halicarnaſeus Dionyſius in vi. ſed prudentem ac ſuauem Nautis orationem audiamus

Partic. 57.

Nate Dea, quó fata trahunt, retrahúntque, ſequamur,
Quicquid erit, ſuperanda omnis fortuna ferendo eſt.
Eſt tibi Dardanius diuinæ ſtirpis Aceſtes:
Hunc cape conſilijs ſocium, & coniunge volentem
Huic trade, amiſſis ſuperant qui nauibus, & quos
Pertæſum magni incepti rerúmque tuarum eſt:
Longæuósque ſenes, ac feſſas æquore matres,
Et quicquid tecum inualidum, metuénsque pericli eſt,
Delige: & his habeant terris ſine mœnia feſſi.
Vrbem appellabunt permiſſo nomine Aceſtam.
Talibus incenſus dictis ſenioris amici: 1160
Tum verò in curas animus diducitur omnes.
Et nox atra polum bigis ſubuecta tenebat:
Viſa dehinc cœlo facies delapſa parentis
Anchiſæ ſubitò tales effundere voces

Commoda concione vtitur Nautes vt Aeneam in meliore confirmet ſententia dum ancipiti cura diſtrahitur: ſiue enim ex eius ſermone illius hæſitantiam percepiſſet, ſiue, vt erat Vates, eius mentem aliunde deprehendiſſet, nunc pro ſua beneuolentia & ſtudio, ſiue etiam quia Vates deorum ac fatorum ſunt adminiſtri, tacitè illum obiurgat, etſi apertè eundem ſolatur, & ad meliorem ſententiam propellit. De huius verò concionis artificio nihil dicam, quòd quæ in non diſſimili, hoc eſt deliberatiui generis, argumento iam antea diximus non vno in loco, huc reuocari poterunt percommodè dum ſpectatur artificium. Illud tamen monebo eiuſmodi concionem authoritatis (quemadmodum in hoc genere optandum) & conſilij eſſe pleniſſimam: conſilij, quia ad fatorum deorúmque volūtatem conſtanter ſequendam illum adducere molitur, vnde etiam Regnum Latij aſſequatur: authoritatis, quia non modò ſenex eſt ac Vates, optimíſque artibus & prudentia plenus, verùm etiam quia ſatis oſtendit ſe quoque diſcrimini illi ſubeundo paratum eſſe quod proponit

Digitized by Google

ponit Aeneæ; nam ideo ait *ſequamur*. At enim, cur tandem huic nos diſcrimini obijciemus dum fata ipſa videntur nos ab incepto retrahere, & quæ nos illinc trahere videntur fata, eádem nos hinc tam vehementer retrahunt? Minimè verò, inquit Nautes, ſed Quicquid erit, *ſuperanda omnis fortuna ferendo eſt*; Quaſi diceret tolerantia ſuperandam fortunam aduerſam. ex quo intelligitur ad fata referre quòd traherentur, ad fortunam ac tacitè ad Iunonis iram quòd retrahi viderentur. Iam verò Nautes conſilium exponit ſuum: quod
1161 Aneæ arrideat neceſſe eſt. ſiquidem Aeneas non tam ſui cauſa quàm matrum illarum, ſenum, & infirmæ turbæ commouebatur mœrore; ita vt ægrè non illis conniuere poſſet, & de Sicula terra non cogitare. docet igitur Nautes cum ijs conſulendum tum fatis obtemperandum, atque huc ſpectat totum Nautis cõſilium oratióque vniuerſa. ſinas enim (inquit) *ſenes feſſaéque matres, Et quicquid tecum inualidum metuénsque pericli eſt*, his conſideat terris, habeátque mœnia, ac ſummatim ab Aceſte Aceſtam ædificent ac nominent. nos reliqui in Latium contendamus. Hæc ſummatim Nautes, vnde, rem totam vt diligenter æſtimet, in nouas curas adducitur Aeneas, ſed has expediet nox curarum mater.

Part. 58. Nate, mihi vita quondam (dum vita manebat)
Chare magis, nate Iliacis exercite fatis:
Imperio Iouis huc venio, qui claſſibus ignem
Reppulit, & cœlo tandem miſeratus ab alto eſt.
Conſilijs pare, quæ nunc pulcherrima Nautes
Dat ſenior: lectos iuuenes, fortiſſima corda.
Defer in Italiam: gens dura, atque aſpera cultu
Debellanda tibi Latio eſt. Ditis tamen ante
Infernas accede domos: & Auerna per alta
Congreſsus pete nate meos. non me impia námque
Tartara habent, triſtéſque vmbræ: ſed amœna piorum
Concilia, Elyſiúmque colo. huc caſta Sybilla
Nigrarum multo pecudum te ſanguine ducet.
Tum genus omne tuum, & quæ dentur mœnia, diſces.
Iámque vale: torquet medios nox humida curſus,
Et me ſæuus equis Oriens afflauit anhelis.
Dixerat & tenues fugit ceu fumus in auras.

Cum reſumpſiſſet Poëta dicendi munus, & Aeneam ad curarum matrem perduxiſſet, noctémque deſcripſiſſet, vt intelligeremus Aeneam ſe quieti dediſſe, Anchiſem de more inducit qui peruiſum illum ſoletur & vt Ioui fatíſque obtemperet cohortetur. quin ſe ab Ioue qui claſſibus ignem depuliſſet & illius vicem miſeratus eſſet, miſſum ait vt ſignificaret illi omnino faciendum vt Nautis conſilium complecteretur: quod etiam ſtrictim attingit his verbis

Conſilijs pare, quæ nunc pulcherrima Nautes
Dat Senior, lectos iuuenes, fortiſſima corda,
Defer in Italiam ——

1161 & quoniam plurimum referre poterat vt Anchiſes qui ad conſcendendum impellebat Aeneam & Latium petendum, eum admoneret de rebus gerendis atque ad ſuperandam quam Nautes dixerat fortunam, inſtrueret, ecce tibi ſummatim filium edocet de itenere ac nauigatione, déque rerum gerendarum opportunitate: quin poſteritatis nomine, Vrbis ac Regni mentione iniecta, illum incendit, quæ omnia ſe in Elyſijs quos incoleret, enarraturum pollicetur. & idcirco *congreſſus* (inquit) *pete Nate meos*. quo fit vt iis aperiat campum quæ paulò poſt canentur in VI. Quibus omnibus ſibi ſternit aditum Poëta vt de more canat Auguſto. Ita quidem, quaſi verò magna noctis pars decurriſſet, ſibíque propterea diutius morari non liceret, orationem concludit Anchiſes aitque

Digitized by Google

Iámque vale;torquet medios nox humida curſus,

&a filio diſcedit ſtatim.

Partic. 59. Aeneas,quò deinde ruis?quò proripis?inquit.
Quem fugis?aut quis te noſtris complexibus arcet?
Hæc memorans,cinerem & ſopitos ſuſcitat ignes,
Pergameúmque larem,& canæ penetralia Veſtæ
Farre pio & plenâ ſupplex veneratur acerra.
Extemplò ſocios,primúmque accerſit Aceſten:
Et Iouis imperium,& cari præcepta parentis
Edocet,& quæ nunc animo ſententia conſtet,
Haud mora conſilijs;nec iuſſa recuſat Aceſtes.
Tranſcribunt Vrbi matres,populúmque volentem
Deponunt,animos nil magnæ laudis egentes.
Ipſi tranſtra nouant,flammíſque ambeſa reponunt
Robora nauigijs:aptant remóſque,rudentéſque,
Exigui numero,ſed bello viuida virtus.

Cum diſcedentem matrem & complexus pernegantem, conqueſtus eſſet Aeneas,& in eas voces erupiſſet,

Quid natum toties crudelis tu quoque falſis
Ludis imaginibus?cur dextra iungere dextram
Non datur? ——

par erat profectò vt in re non diſſimili pari querimonia proſequeretur parentem ſuauiſſimum. & ideo

—— *Quò deinde ruis?quò proripis?inquit,*
Quem fugis?aut quis te noſtris complexibus arcet? 1163

ſed quoniam querimoniæ mittendæ,vbi rei benè gerendæ ſe ſe offert occaſio, Aeneas initio ducto ab deorum veneratione, mox ſocios imprimíſque Aceſtem conſcios reddit de Iouis voluntate,& quæ nunc illi animo ſententia conſtet iurè autem ait

—— *Quæ nunc animo ſententia conſtet* ——

quia paulò ante æſtu curarum iactabatur Aeneas,nec ſatis animo ſtatuebat num in Sicilia collocaret ſedes,an verò in Italiam nauigaret. Et quamuis Nautes vir prudentiſſimus, eſſ monuiſſet,obtemperandum fatis,ferendam fortunam,ac debilem & meticuloſam Troianorum partem in Sicilia relinquendam & Aceſti commendandam vt Vrbem de ſuo nomine,condētes, Aceſtámque appellantes,tanto bono Aceſtis beneficentia fruerentur,reliqui conſcenderent & in Italiam nauigarent, id tamen in maiorem curarum æſtum illū coniecerat, a quo tamen curarum æſtu eum pater ſuauiſſimus liberauerat; ita ut cum Nautis ſententiam ſequi decreuiſſet,quam pater Iouis imperio comprobauerat,tum cætera ſibi peragenda ſtatuiſſet quæ præceperat Anchiſes.ob id igitur primò Aceſte probāte

Tranſcribunt Vrbi matres populúmque volentem
Reponunt,animos nil magnæ laudis egentes:

vbi verius exonerant naues inutili pondere quàm quidquam detrahant vtilium: interim tamen reficiunt quoad eius fieri poſſit nauigia, florenti ac viuidæ iuuentuti inſtaurantes claſſem ita ut iurè de ijs quibus erat conſcendendum canat Poëta,

Exigui numero ſed bello viuida virtus

verè enim victoria faciliùs ſeſe paucis bellatoribus offert, quàm ingentibus copijs: ita vt maximæ victoriæ a paucis,Sed bello exercitatis, reportatæ fuerint plurimæ. pergit Poëta

Partic. 60. Interea Aeneas vrbem deſignat aratro,
Sortitúrque domos:hoc Ilium,& hæc loca Troiæ
Eſſe iubet:gaudet regno Troianus Aceſtes:

Indi-

Indicítque forum,& patribus dat iura vocatis.
Tunc vicina aſtris Erycino in vertice ſedes
Fundatur Veneri Idaliæ: tumulóque ſacerdos,
Et lucus latè ſacer additur Anchiſeo.

Ad Aceſtinæ Vrbis deſignationem, Aceſte vel maximè probante,deſcēditur: quæ ara-
1164 tro in orbem (atque hinc Vrbis nomen) de more deſignatur;ita tamen vt Ilij inſtar,quā-
tum patitur locus,conſtituatur,quemadmodum Helenus fecerat & Andromache: vt ali
quid ſolatij afferat extorribus,id quo gaudet etiā Aceſtes.Interim verò domus diſtribuū-
tur ſorte,vt nimirum par in omnes Aeneæ & Aceſtis emiteat cura & beneuolētia. Quod
cum primò feciſſent vt iniurias frigoris extérnaque pericula deuitarent, adiungitur ani-
mus ijs quæ ad publicum bonum pertinent multò maximè, nimirum ad iuſtitiæ funda-
menta ſtatuenda,ſine qua Vrbes ac cœtus hominum nutant paſſim. itaque tum forū iuri
dicundo,ac leges ipſæ,conſtituuntur, tum rei diuinæ cura ſuſcipitur quæ eſt vertex iuſti-
tiæ,templúmque conditur & ſacerdotes creantur. quibus ea iunguntur quæ ſuperſtitio-
ſa illa natio Veneri Anchiſíque colendo cenſuit accommodata.

Par 61. Iámque dies epulata nouem gens omnis, & aris
Factus honos: placidi ſtrauerunt æquora venti,
Creber & aſpirans rurſus vocat Auſter in altum.
Exoritur procurua ingens per littora fletus:
Complexi inter ſe noctémque diémque morantur.
Ipſæ iam matres,ipſi quibus aſpera quondam
Viſa maris facies,& non tolerabile numen,
Ire volunt, omnémque fugæ perferre laborem.
Quos bonus Aeneas dictis ſolatur amicis,
Et conſanguineo lachrymans commendat Aceſtæ.
Tres Eryci vitulos,& tempeſtatibus agnam
Cædere deinde iubet, ſoluíque ex ordine funes.
Ipſe caput tonſæ folijs euinctus oliuæ,
Stans procul in prorâ,pateram tenet,éxtaque ſalſos
Porricit in fluctus: ac vina liquentia fundit.
Proſequitur ſurgens à puppi ventus euntes:
Certatim ſocij feriunt mare, & æquora verrunt,

Iam Nouendialia,quæ parētationi deſtinata erant,peregerāt,atque ita peregerant vt ad
extremùm Iunonis iniurijs occurriſſent. cum verò ſecūdi aſpirarent venti è Sicilia naui-
gantibus in Latium, ecce tibi conſcendunt, non tamen ſine illorum quibus ſedes in
Sicilia datæ eſſent,fletu,cum ſe ſe comites Aeneæ dare iam cupidiſſimè optarent: quos
1165 tamen benignus Aeneas dictis ſolatur amicis. ita quidem a mutuis ſe diuellētes comple-
xibus non ſine lachrymis,Eryci quoque vitulis,& tempeſtatis agnalitata,ſoluūt Teucri,&
æquora verrunt. Hîc verò,etſi perſpicua videri poteſt huius loci ſententia,atque ex ijs quæ
iam antea diximus illuſtrior adhuc euadere poſſit,pauca tamen ſunt quæ obſeruemus.

Ac Primùm,vnde nam Nouemdialia deriuaſſet poëta quæ Troianis affingit in Anchi- *Dubitatur*
ſis parentatione: deinde cur tres Eryci mactet vitulos,cur tempeſtatibus agnam. Ad hæc *I.*
cur ipſe Aeneas caput interim,dum conſcendit ac ſoluit, euincat oliua. ſed & non imme- *II.*
ritò rideri non modò quæri poſſet cur exta ſalſos porricit in fluctus ac vina liquentia fun *III.*
dit;num crudis extis veſcitur mare? num vino reficitur? ſed non omnes ſuperſtitioſæ anti- *IV.*
quitatis ſcrutandæ ſordes. Etſi enim in eo probanda eſt Virgilij induſtria, quòd cum Ro- *Reſponde-*
manos ritus in ſacris etiam Aeneadis affingendos ſtatuiſſet, diligentem huic rei nauauit *tur.*
operam,

Digitized by Google

operam, ita vt facilè refelli poſſit Macrobius qui interdum Romanorum ritum non valde Ignarum Virgilium facit in ſacris, verumtamen mirum eſt quantopere graſſetur ſuperſtitio: Sed cum Romani nihil ferè non ſuperſtitioſè gererent, ac propterea Numa primùm authore ac Duce, cæterarum gentium omnium ſuperſtitiones amplexi eſſent, factum eſt vt Virgilius iis ſcateat paſſim, quemadmodum ijſdem, præſertim quod pertinet ad auguria, redundat Liuius: quod in hiſtorico equidem minùs excuſarim quàm in Poëta. interim non prætermittam Nouēdialia à Græcis ad Romanos eſſe profecta: quod tempus ſepulchro condendo interponebant. atque interim in demortui honorem dabantur ludi & epulæ, ac nono die, ſacris peractis, cineres condebantur. Hinc Demoſtheni vitio vertit Aeſchines quòd nono die non expectato, coronatus albatúſque rem ſacram feciſſet. tres verò Eryci mactat tauros quòd certator fortiſſimus fuiſſet & cum Hercule congredi non dubitaſſet: alioquin diuinitate illum affeciſſe qui ab Hercule necatus eſſet, extremæ ſuperſtitionis videri poteſt. Sed & coronatus fingitur lætitiæ cauſa, & boni ominis. ſic 1166
Scipio cum è Sicilia in Africam ſolueret coronatus conſcenderet, quod erat etiam ſuſcipiendæ nauigationis ſignum: & idcirco eodem tempore tuba ſignum dabatur. cruda verò exta eodem tempore, cæſa victima, offerebantur & proijciebantur in mare non ſine ſuperſtitione. vt enim Genethliaci ita ſcrificuli illi quaſi myſterijs deludebant imperitam multitudinem alioquin iſthæc ridenda ſunt omnia & facilè prætereunda. denique ſiue exta illa longè proijcerentur, ſeu valde porrigerentur (vtrinque enim oriri potuit ſuperſtitioſa illa vox quæ ſolemniter vſurpabatur) certum eſt Marinis Dijs ac fluctibus offerri conſueuiſſe & ideo cecinit etiam Poëta

Porriciam in fluctus, & vina liquentia fundam

ſic enim Cloanthus cum marinorum Deorum imploraret auxilium.

Partic. 62.

At Venus interea Neptunum exercita curis
Alloquitur: taléſque effundit pectore queſtus:
Iunonis grauis ira, & inexaturabile pectus,
Cogunt me, Neptune, preces deſcendere in omnes:
Quam nec longa dies, pietas nec mitigat vlla:
Nec Iouis imperio fatíſue infracta quieſcit.
Non mediâ de gente Phrygum exediſſe nefandis
Vrbem odijs ſatis eſt, pœnam traxiſſe per omnem
Relliquias Troiæ: cineres atque oſſa peremptæ
Inſequitur, cauſſas tanti ſciat illa furoris.
Ipſe mihi nuper Libycis tu teſtis in vndis
Quam molem ſubitò excierit. maria omnia cœlo
Miſcuit, Aeolijs nequicquam freta procellis:
In regnis hoc auſa tuis.
Pro ſcelus: ecce etiam Troianis matribus actis,
Excuſſit fœdè puppes, & claſſe ſubegit
Amiſsâ ſocios ignotæ linquere terræ.
Quod ſupereſt, oro: liceat dare tuta per vndas
Vela tibi, liceat Laurentem attingere Tybrim:
Si conceſsa peto, ſi dant ea mœnia Parcæ. 1167

Dubitatur

Hic verò videri poſſet Poëta noſter in ὕστερον πρότερον incidiſſe, qui priùs componit mare placidis ventis & auſtrum nauigationi Troianorum aptiſſimum excitat, ita vt conſcendant ac fœliciter nauigent, tum multò poſt Venus Neptuni beneficientiam implorat Troianis, orátque vt ijs

——*liceat dare tuta per vndas Vela.*

certè

certè antequam ſoluerent, Neptunus adeundus fuerat & exorandus. Sed cum in portu ac tuti eſſent Troiani, vnde Iouis imperio ac ſecundis ventis ſoluebant, vix nauigationis initium ſuſpicari potuit futurum incommodum. Contra verò verendum erat ne vbi auſtris inuitati ſoluiſſent, Iuno, quod ſemel atque iterum fecerat, tempeſtatem excitaret. hac igitur de cauſa ſupplex eſt Neptuno Venus, petítque vt liceat Laurentum attingere Tibrim. & ſanè haud temerè ſuſpiceris ſecundam quoque tempeſtatem vnde ex Africa in Siciliam reiecti ſunt, Iunoni acceptam eſſe referendam, cum in aërem & imbres dominetur. certè Virgilius dum canit

Reſpondetur.

Olli cæruleus ſupra caput aſtitit imber,
Noctem hiemémque ferens & inhorruit vnda tenebris,

videri poteſt Iunonis gratia id protuliſſe, quantumuis Palinurus clamet, *Quid ue pater Neptune paras?* Quod ſi iam antea ad Aeolum confugerat, id ſanè fecerat vt venti omnes veluti è carcere emitterentur qui non tam retardarent, quàm obruerent aut ſaltem diſſiparent claſſem illam: quod aëris ac nimbi ope perficere haud poterat. quocirca illud *Ipſe mihi nuper libycis tu teſtis in vndis*, libentiùs refero ad proximam iactationem & tempeſtatem qua pulſi fuerant in Siciliam: & idcirco addit *Aeolijs nequicquam freta procellis.* quaſi diceret in noua hac tempeſtate non ad Aeolum, quaſi Aeoli ſpes illam decepiſſet; confugiſſe, ſed ipſámet imbres ac ventos excitaſſe, atque ipſius Neptuni regnum perturbaſſe. Interim verò grauiſſimam Venus in Iunonem accuſationem intendit & ex multis
1168 illius ſæuitiam coarguit. tu ſingula diligenter expendito. nam cum Iunonem apud fratrem accuſet, nullum argumentorum genus prætermittit, vnde illum commouere poſſit in Iunonem & Neptuni ipſius pietatem exorare.

Part.63

Tum Saturnius hæc domitor maris edidit alti.
Fas omne eſt, Cytherea, meis te fidere regnis,
Vnde genus ducis: merui quoque: ſæpè furores
Compreſſi, & rabiem tantam cœlíque maríſque.
Nec minor in terris (Xanthum Simoëntaque teſtor)
Aeneæ mihi cura tui. cum Troïa Achilles
Exanimata ſequens impingeret agmina muris,
Millia multa daret letho, gemeréntque repleti
Amnes: nec reperire viam atque euoluere poſset
In mare ſe Xanthus: Pelidæ tunc ego forti
Congreſsum Aeneam, nec dijs, nec viribus æquis,
Nube caua eripui: cuperem cùm vertere ab imo
Structa meis manibus periuræ mœnia Troiæ.
Nunc quoque mens eadem perſtat mihi, pelle timores:
Tutus, quos optas, portus accedet Auerni.
Vnus erit tantùm, amiſsum quem gurgite quæret:
Vnum pro multis dabitur caput.

Veneris ſpes non feſellit Neptunus, qui vt bono animo illa ſit, commemorat ſuam erga Troianos & voluntatem optimam & merita, ſéque facturum pollicetur quod peteret, dum tamen vnus Palinurus pro omnibus det pœnas: fortè quod paulò ante minore quàm decebat veneratione illum appellaſſet cum diceret, *quid paras Neptune pater?* hæc ſumma Neptunianæ, dum Venerem ſolatur, reſponſionis: quæ perſpicua etiam videri poteſt. & tamen pauca quædam ſunt quæ obſeruentur. Primum eſt bonum omen eſſe ſumendum Veneri dum a Neptuno Cytherea nuncupatur: agnoſcit enim illam tanquam ſuam ciuem, & dignam indicat cuius tutelam ſuſcipiat. & ideo cum dixiſſet

Huius loci ſumma.

Obſeruantur quædã. I.

Fas omne eſt Cytherea meis te fidere regnis,

perge

Digitized by Google

pergebat è veſtigio

Vnde genus Ducis —— 1169

Neque verò id affirmauerim quia Marina ciuis Cythereæ nomine deſignetur, ſed quia ex Maris ſpuma, vnde Marina ciuis extit, exorta, ſtatim Cytheron nutrienda delata ſit. De qua re vide Heſiodum in Theogonia, vbi illud cànitur inter cætera *Aphroditen autem ipſam ſpuma prognatam Deam, & decoram pulchris ſertis Cythaream. Nominant tam Dij quàm homines: eò quod in ſpuma nutrita eſt. ſed Cythaream, quod appulit Cytheris.* & huc etiam (ſolandæ inquã Veneri) pertinet quod commemorat ſua in Troianos ſtudia, præſertim in ipſius Veneris

II. filium Aeneam. Alterum ſit turpe videri poſſe vt tale numen Xanthum Simoëntaque teſtetur, hoc eſt fluuium, cui propterea diuinitatem tribuit: neque enim iuſiurandum aut teſtificatio aliunde quàm ex numine deriuanda aut concilianda. ſed qui per ſtygiam paludem iurare non ineptè pertimeſcerent, ineptè etiam per flumen aliquod iurent permittamus: vt enim qui iurat, ſic id per quod iurat, commentitium eſt ac ſuperſtitionis plenum.

III. Tertium ſit, talem ac tantam Achillis cædem ſignificaſſe Virgilium vbi Aeneas conquereretur ſe tempeſtati reſeruatum, nec potuiſſe ſub Troiæ mœnibus oppetere

Sæuus vbi Aeacidæ telo iacet Hector, vbi ingens
Sarpedon, vbi tot Simois correpta ſub vndis,
Scuta virûm, galeáſque & fortia corpora voluit.

hæc inter cætera Aeneas. id quod Catullus etiam expreſſit canens

Teſtis erit magnis virtutibus vnda Scamandi,
Quæ paſſim rapido diffunditur Helleſponto,
Cuius iter cæſis anguſtans corporum aceruis,
Alta tepefaciet permiſtá flumina cæde.

vt propterea ferendus ſit aliqua ex parte Homerus qui Iliade Achillis iram in argumenti loco propoſuit. quo factum eſt vt non malè luſerit Pentadius qui tale Achillis ſepulchro affixit Epitaphium, in quo ſic Achilles. 1170

Qui ſtraui toties armis victricibus hoſtes,
IV. *Inque fugam ſolus millia multa dedi.*

V. Addo Aeneæ congreſſum cum Achille, in quo a Neptuno ſubtractus eſt haberi xx. Iliados. Adde etiam Auerni portus tutos polliceri Neptunum, quod quamuis reuera ad Plutonem fratrem pertineat Regnum illud, aditus tamen vnde deſcenderet, portus etiam ad quem deflecteret, videretur ad eum non nihil pertinere: Portunus enim eſt. vt vel ex hoc intelligere liceat illud

Et pater ipſe manu magna Portunus euntem
Impulit ——

ad Neptunum ſine vlla dubitatione pertinere.

Partic. 64. His vbi læta Deæ permulſit pectora dictis,
Iungit equos curru genitor, ſpumántiaque addit
Frena feris, manibúſque omnes effundit habenas.
Cœruleo per ſumma leuis volat æquora curru.
Subſidunt vndæ, tumidúmque ſub axe tonanti
Sternitur æquor aquis: fugiunt vaſto ęthere nimbi
Tum varię comitum facies: immania cete,
Et ſenior Glauci chorus Inoúſque Palęmon,
Tritonéſque citi Phorcíque exercitus omnis.
Lęua tenent Thetis & Melite, Panopéaque virgo,
Neſeę, Spióque, Thaliáque, Cymodocéque.

Quemadmodum ſupra Neptunus, ſedat fluctus & tempeſtatem ac ſummatim

—— Dicto citiùs tumida æquora placat,
Collectáſque fugat nubes, ſolémque reducit.

& rurſus

Cunctus

Digitized by Google

—— *Cunctus pelagi cecidit ſlagor, æquora poſtquam*
Proſpiciens genitor, cœlóque inuectus aperto
Flectit equos ——

ſic ſine cunctatione vlla Neptunus, vbi placidis verbis & pollicitationibus permulſit Veneris animum,

Iungit equos curru ——

1171 &, vt verbis facta reſpondeant, mare, etſi nullis tempeſtatibus agitaretur, in ſummam trãquillitatem adducit. vbi agnoſce Poëtæ induſtriam qui varietate occurrit ſatietati: nã hìc curru inuehitur Neptunus, ſupra, caput extulit vndis: & rurſus curru, modò cœlo defertur aperto, modò leuis per ſumma defertur æquora. Eleganter etiam adhibet Marina numina vel honoris cauſa tanquam aſſeclas & adminiſtros, vel vt lætiorem effingat tranquillitatem & pulchriorem. vbi etiam varietate delectat. Nam ſupra

Nereidum Phorcique chorus, Panopéaque virgo

Neptuno adiungit comites: hìc multò maiorem adiungit turbam marinorum deorum, videtúrque Heſiodum ſpectare, qui in ſua Theogonia ingentem deorum iſtorum inducit turbam, cum Neptunum ab initio genuiſſet. Itaque Heſiodus etiam, vt latinè audiatur, cecinerat

Ex Nereo porrò prognati ſunt, perquam amabilis ſoboles dearum
Ponto in infructuoſo & Doride pulchricoma,
Filia Oceani, perfecti exuperantisque fluuij:
Protóque, Eucráteque Saóque, Amphitríteque,
Eudóraque, Thetis que, Galenéque, Glaucéque,
Cymothoë, Spióque, Thoë, Thaliáque iucunda.
Et Mellita amabilis, & Eulimene, & Agaue,
Paſithaéaque, Eratóque, & Eunice roſeis cubitis nitida.
Dotóque, Protóque, Pheruſáque, Dynamenéque,
Neſaéaque, & Actæa. & Protomedia.
Doris, & Panope & ſpecioſa Galatea.
Hippothoëque lepida, & Hipponoë roſeis vlnis prædita.
Cymodocéque ——

Hæc turba marinarum dearum. Sed vtinam præſto eſſet Lucianus qui eos derideret. quamquam in promptu ſunt eius monumenta, in quibus quemadmodum cæleſtes illos
1172 aut infernos Ethnicorum ridet deos, tum marinis haud parcit. Nos interim feſtiuitatis gratia illos excipiamus, vt ſi ſe obtulerit occaſio, cœlites ac ſanctos viros, ad meliores fruges poëſim reuocantes, ornando poëmati adhibeamus. Interim Aeneas qui paulò ante ſoluerat vento a puppi perflante & adiuuante, aucta nauigandi opportunitate ac veluti fęlicitate, plenis velis ventos excipit, quare ſic pergit Poëta noſter.

Part.65 Hîc patris Aeneæ ſuſpenſam blanda viciſſim
Gaudia pertentant mentem: iubet ocyus omnes
Attolli malos, intendi brachia velis.
Vnà omnes fecere pedem, paritérque ſiniſtros,
Nunc dextros ſoluêre ſinus: vna ardua torquent
Cornua, detorquéntque: ferunt ſua flamina claſſem.
Princeps ante omnes denſum Palinurus agebat
Agmen: ad hunc alij curſum contendere iuſſi.
Iámque ferè mediam cæli nox humida metam
Contigerat, placidâ laxarant membra quiete
Sub remis fuſi per dura ſedilia nautæ.
Cum leuis ætherijs delapſus ſomnus ab aſtris
Aera dimouit tenebroſum, & diſpulit vmbras,

Digitized by Google

Te Palinure petens, tibi triſtia ſomnia portans
Inſonti: puppíque deus conſedit in alta,
Phorbanti ſimilis, fudítque has ore loquelas:

Dum nauigat Aeneas fœliciter, obſeruentur quædam.

Nihil non audet Aeneas in tanta tranquillitate ac proſperitate, cuius fiduciam atque
auſus non modò æquat ſed præcurrit Palinurus: breui tamen daturus pœnas: ſed pauca
quædã hic obſeruemus interim, ac primò quæ gaudia pertentauerant Latonæ pectus ob
Dianam ſiue pectus Dianæ ipſius, ea ob fœlicem nauigandi opportunitatem pertentat
Aeneæ mentem: magna ſiquidem vtrinque lætitiæ incitamenta: ibi tamen pectus, perten
I. tatur vt materna affectio deſcribatur: hic mens, vt prudentia, quæ Ducem maximè decet,
II. lætitiæ comes intelligatur. dum verò canitur *vnà omnes fecere pedem*, id ſiue de ima veli
parte & angulo, ſiue de velo vniuerſo per Synecdochem accipias, nihil refert: præſertim 1173
quia pedem facere vix ſatis poſſis, niſi velum tendas & in ventos diducas ſinus, ita ut interim
vela tendere & vela facere cogamur. duplicem vero Nautis eſſe pedem veli, dexterũ
& ſiniſtrum, ſatis conſtat: itaque *Leua ſiue dextera vocaret aura, ſiue vtrumque Iuppiter ſimul ſe-*
III. *cundus incidiſſet in pedem*, cecinit Catullus. Neque non obſeruanda eſt mediæ noctis deſcri-
ptio, quæ ſanè eſt elegantiſſima. itaque appoſitè & remiges inducuntur qui aliquam ca-
piunt quietis partem, etſi perdura ſedilia: & ſomnus ſomnia immittit Palinuro, vt dolũ ex-
IV. pleat ſuũ. Dũ verò ait —— *Aethereis delapſus ſomnus ab aſtris*, Homerizat: Homerus enim
in 2. Iliados Iouem inducit qui ſomnum mittit ad Agamẽnonem vt eum decipiat. quare
videant qui Homerum, myſticè locum interpretantes, purgare nituntur ab infamia qua
V. ſe Iouémque afficit ipſum: nam Virgilius propriè locum interpretatur, dum Homeri exẽ
plò verum dolum ab æthereis ſedibus (propter Iunonem tamen aut Neptunum) deriuat.
Dum verò Phorbantis ſumit perſonam homerizat iterum: nam Somnus apud Homerũ
Hectoris induit vultum: hic vnius, qui in claſſe erat, Priami filij. Sed audiamus ſomnum ip
ſum, & ſi Phorbantis exprimentem vocem.

Partic. 66.

Iaſide Palinure, ferunt ipſa æquora claſsem:
Aequatæ ſpirant auræ, datur hora quieti.
Pone caput, feſsóſque oculos furare labori.
Ipſe ego pauliſper pro te tua munera inibo.
Cui vix attollens Palinurus lumina fatur:
Méne ſalis placidi vultum fluctúſque quietos
Ignorare iubes? méne huic confidere monſtro?
Aeneam credam, quid enim fallacibus Auſtris,
Et cœli toties deceptus fraude ſereni?

Homerizat iterum (ut dicere cœperam) Poëta noſter; dum Somnum æthereis ab aſtris
quem item Deum appellat, fraude inſtruit ut fucum faciat Palinuro: quòd eò minùs fe-
rendum eſt aut non improbandum, quòd ſine dubio ſatis intelligatur a Neptuno miſſum 1174
& inſtigatum. Mallem enim ut è cœlo præſidia petenda ſignificaret quàm inſidias frau-
désque timendas. Sed nimirum Luciano ſeges hinc patet vberior. contra tamen probãda
eſt Palinuri vel prudentia vel fidelitas qui Phorbantem repellit ſtrenuè, ídque tum maris
infidelitate, tum ſua quam Aeneæ deberet fide ac beneuolentia, commemorata. & quod
attinet ad maris inconſtantiam, ſine dubio periti exprimit perſonam nautæ. Sic Cicero ele
ganter, ſeu quisquis ſit author, maris infidelitatem & inconſtantiam contulit cum incon-
ſtantia & infidelitate puellæ,

Crede ratem ventis, animum ne crede puellis
Namque eſt fœminea tutior vnda fide.

ſed fortaſſe minùs ad viuum expreſſit maris infidelitatem, qui non hanc antepoſuit etiam
fœmineæ. eſt enim mare monſtrum, & ideo *Méne huic confidere monſtro?* inquit Palinurus.
Acutè Satyricus. Vitam ac fortunas cui credidi meas? Aptè etiam Seneca.

Au-

Digitized by Google

Audax nimiùm qui freta primus Reſpondetur.
Rate tam fragili perfida rupit,
Terráſque ſuas poſt terga videns
Animam leuibus credidit auris.

Aptiſſimè item Palinurus adminiſtri fides erga principem, qualis eſſe debeat oſtendit: neque enim ſeruilem in modum ſe gerit Palinurus erga ſuum Principem, ſed amore illum complectitur & beneuolentia. ita quidem, quantum in ipſo eſt, retundit inſidias, & idcirco pergit Poëta ut tum Palinuri conſtantiam declaret ac prudentiam, tum maximè Somni exprimat fraudem.

Part. 67 Talia dicta dabat, clauúmque affixus, & hærens
Nuſquam amittebat, oculóſque ſub aſtra tenebat:
Ecce deus ramum lethæo rore madentem,
Víque ſoporatum Stygiâ ſuper útraque quaſſat
Tempora: cunctantíque natantia lumina ſoluit.
Vix primos inopina quies laxauerat artus,
Et ſuper incumbens, cum puppis parte reuulſa,
Cúmque gubernaclo liquidas proiecit in vndas
Præcipitem, ac ſocios nequicquam ſæpè vocantem.
Ipſe volans tenues ſe ſuſtulit ales in auras.
Currit iter tutum non ſecius æquore claſſis:
Promiſsíſque patris Neptuni interrita fertur.
Iámque adeò ſcopulos Sirenum aduecta ſubibat,
Difficiles quondam, multorúmque oſſibus albos:
Tum rauca aſſiduo longè ſale ſaxa ſonabant:
Cùm pater amiſſo fluitantem errare magiſtro
Senſit: & ipſe ratem nocturnis rexit in vndis,
Multa gemens, caſúque animum concuſsus amici.
O nimiùm cœlo & pelago confiſe ſereno,
Nudus, & ignota Palinure iacebis arena.

Somni fraus, Palinuri caſus, Aeneæ pietas ac lamentatio, eiuſdémque vigilantia, dum clauum regit, perſpicuè ſatis exprimitur à Poëta. atque his mœſtum ac tragicum in morem concluditur quintus hic liber. Qui locus tragœdiæ quoque non incommodum ſuppeditat argumentum. Itaque tum Orontis ac Lyciorum caſus & naufragium nauo Poëtæ tragicum offerat argumentum hactenus, tum Didonis funeſtus exitus, Tum verò Palinuri. Quamquam in progreſſu noua ſeſe offerent argumenta tragicæ ſcenæ accommodata. ita vt cum Ariſtoteles enumeret quas offert tragœdijs materias Odyſsea, nos quoque multas proferre poſſimus ex Aeneide

Finis Libri Quinti.

P. VIRGILII MARONIS ÆNEIDOS

Liber Sextus.

Partic. 1.

Sic fatur lacrymans: claſsíque immittit habenas:
Et tandem Euboicis Cumarum allabitur oris.

PAVCIS multa complectitur Poëta noſter, dum benè longum iter Troianorum ſeu magnam nauigationem (Drepano enim ſoluenti, Cumámque petenti quod Oppidum adiacet Neapoli, ſexcenta milliaria minimùm ſunt peragranda) vno atque altero cōplectitur carmine. Sed hoc nimirùm Poëtarum eſt proprium qui amplificandi ornandíque requirunt ſegetem ac rei benè gerendæ locum: ac propterea dilatant, perſtringunt, tacitè etiam prætermittunt multa prout locus ac tempus ſuadere videatur: ſecus Hiſtorici: quorum eſt rē geſtam ac veritatem proſequi æquis interuallis ac fideliter. Sed Poëta noſter ad Auguſtū celebrandum ac Romanos mentem intenderat, ac propterea de Auerni petendis ſedibus omnino cogitabat: vt quemadmodum in V. Homericos Iliadis ludos non ſine laude imitatus fuerat, ita etiam in hoc VI. vndecimum Odyſſeæ non ſine gloria imitaretur, exprimerétque, Interim igitur Aeneas dum Palinuri deflet caſus verbis illis non minùs amoris quàm doloris plenis 1176

O nimiùm cælo & pelago confiſe ſereno,
Nudus in ignota Palinure iacebis arena,

habenas immittit, hoc eſt, vt ego quidem exiſtimo, vela pandit retinaculis ſimul omnibus ſemotis quibus retardaretur. equeſtris enim operis eleganter ad Nauticum traducit officia: in equeſtri verò habenæ quaſi vela immittuntur, ſimúlque retinacula abmouentur. Sic in V. *furit immiſſis Vulcanus habenis*, dum ignes, impedimentis ſemotis, graſſatur claſſe tota. Dicuntur verò Cumæ Euboicæ, quà ab Chalcide Euboëæ profecti eſſent qui Cumas extruxerant. de qua re vide Liuium in VIII. & Paterculum in Primo.

Partic. 2.

Obuertunt pelago proras: tum dente tenaci
Anchora fundabat naues: & littora curuæ
Prætexunt puppes. iuuenum manus emicat ardens 1177
Littus in Heſperium: quærit pars ſemina flammæ
Abſtruſa in venis ſilicis: pars denſa ferarum
Tecta rapit, ſyluas, iuuéntaque flumina monſtrat.

Iurè obuertunt proras, & anchoras iaciunt, & vt ſummatim dicat, puppibus prætexūt littora: puppes enim interim pro nauibus ſumit, atque ita fit vt iure littora prætexere & operire dicantur alioquin littori puppis ipſa obuertitur interim, ſicut prora obuertitur pelago. Sic Ouidius

—— *Denſæ prætexunt littora claſſes,*

vbi claſſes item pro nauibus vſurpantur; ita ut littora operiant facilè. Iam verò ſe iuuētus (hæc enim vna delecta fuerat) varijs dat miniſterijs: cum enim magnum iter emenſi eſsēt ac magnum laborem ſubijſsent, par erat vt curarent corpus ac reficerent vires. Quamquā ea etiam de cauſa varijs miniſterijs Troianos occupat Poëta, quòd diu multùmque detinere in Auernis Aeneā decreuiſset. Sed fortaſse nos non tam facilè detinebit occupabítq.

Partic. 3.

At pius Aeneas arces, quibus altus Appollo
Præſidet, horrendaéque procul ſecreta Sibillæ,
Antrum immane petit: magnam cui mentem animúmque

Del-

Delius inſpirat vates,aperítque futura.
Iam ſubeunt Triuiæ lucos,atque aurea tecta.
Dędalus(vt fama eſt)fugiens Minora regna,
Præpetibus pennis auſus ſe credere cœlo,
Inſuetum per iter gelidas enauit ad Arctos,
Chalcidicáque leuis tandem ſuper aſtitit arce.
Redditus his primùm terris tibi Phœbe ſacrauit
Remigium alarum,poſuítque immania templa.
In foribus,lethum Androgeo:tum pendere pœnas
Cecropidę iuſſi(miſerum)ſeptena quotannis
Corpora natorum:ſtat ductis ſortibus vrna.
Contra elata mari reſpondet Gnoſcia tellus.
Hîc crudelis amor tauri,ſuppóſtaque furto
1178 Paſiphaë: miſtúmque genus, prolésque biformis,
Minotaurus ineſt,Veneris monimenta nefandę.
Hîc labor ille domus,& inextricabilis error.

Sexti huius libri argumentum quo habendum loco.

Apollinis oraculum adit Aeneas: quod dum facit, obſerues Poëtam nouo ſibi Epiſo-
dio aperire aditum,in quo(quemadmodum planiùs intelliges in progreſſu)librum hunc
conterit totum . ita quidem Actione ſuperſedebit in qua interim verſabatur. cum enim
Troiani ſoluiſſent & in Latium contenderent,id totum ſine dubio ad actionem pertinet:
quæ ſubſiſtens in itinere & ad Auernas ſedes Tártaraque penetrans getet , omnia fabulæ
ſiue actionis amplificandæ exornandaéque gratia inuenta ſunt Homeri exemplo : in pri-
mis verò operoſo artificio ad Auguſti Romanorúmq. laudes,(ne dicam adulationem, re-
lata. Sed de his opportuniore loco.Interim ad Aeneam reuertamur, qui ſanè dum cæteri
varia curant miniſteria vt reficiant corpus, Apollinis templum(vt dicere cœperam) & o-
raculum adit.móxque cum Sibylla congreditur,vt Auernum petat.Ego verò grauatè me
illis comitem adiunxerim,vel potiùs ab illis me libentiſſimè ſeiugauerim .Cur autem,tu,
Lector candide,paucis accipito.Ipſe quidem eo conſilio hoc ſcriptionis munus ſubiui, vt
Virgilium non modò explanarem,verùm etiam,ac multò minimè, Heroici poëmatis le-
ges & artificium commoſtrarem . Cum enim copioſis commentarijs ea complexus
ſim quæ de Heroico Poëmate paulò breuiùs & obſcuriùs præceperat Ariſtoteles , id
re ipſa expreſſum in optimo Epico oſtendere cupiebam: quod ſanè in Torquati Go-
thofredo perfectum priùs quem cum Homero ac Virgilio itidem comparauimus, ſic
in Virgilio ipſo perficere optabam vt Latinis quoque auribus inſeruirem. Atque hac de
cauſa veluti filo ducto ſemper per Actionem ſeu fabulam ad Epiſodia, ab Epiſodij ad fa-
bulam Lectorem deduxi,quòd his duabus partibus,fabula inquam & Epiſodio, varietur
1179 & contineatur Poëma vniuerſum . eâdémque de cauſa diligenter admonui vbi nam vel
narratione uel imitatione variaretur;quaéque narrantis Poëtæ partes eſſent , quæ imitan-
tis aliáſque perſonas,introducentis.Atque hinc per partes Heroici poëmatis leges in me-
dium attulimus: ex quibus intelligas qua ratione inſcribendum Heroicum Poëma , qua
formanda ſit propoſitio aut inuocatio, qua inprimis (id quod maioris operis eſt & labo-
ris)pertexenda ſit Narratio ad finem vſque.Ita fit ut Inſcriptionis,Propoſitionis, Inuoca-
tionis,Narrationis perſpectis documentis, inoffenſo pede aut certè multò tutiùs Heroicũ
Poëma intelligenter euoluere poſſis,diiudicare,pãgere,& in eo maxima cũ dignitate ver
ſari:præſertim verò quia interim Homerica loca quę ſiue in Iliade ſiue in Odyſsea ſibi Poë
ta noſter propoſuiſset imitanda,indicaui etiam,atq. ita indicaui,vt duo iſta Epici Poëma-
tis lumina mutuò contulerim ſimúlq. docuerim quantopere Latinus Vates ſuperauerit
Græcũ.Deniq. admirabile Virgilij artificiũ,decoro elegãtiáq, pleniſſimũ,iudicio etiam &
eruditione doctrinarúmq. artib. completũ vndique demõſtraui;ita ut niſi ſuperſtitioſos

Romanorum ritus poëmati affinxiſſet, atque in ijs tam multus fuiſſet, nihil præclarius in hoc genere fingi aut excogitari poſſet. Nunc igitur cum in ſexto largiore manu atque ore ſuperſtitioſos effundat ritus, ac vaniſſimis hiſce officijs occupet Aeneam Lectorémque detineat, ipſe quidem non committam vt me interim hiſce implicem nugis, tantum abeſt vt cæteros mihi illis occupandos exiſtimem. Scio eſſe qui clament hunc librum ſextum, rerum geſtarum monumentis, doctrinis, obſtruſiſque Platonis decretis ac documentis eſſe refertum: quin doctrinæ theſaurum ac longè pretioſiſſimum hîc latere, & ſub poëticis velis, humani animi originem, naturam, progreſſiones declarari: nec me latet viros non imperitos affirmaſſe Virgilium in cæteris libris Homerum, in hoc ſe ipſum, ſiue res ſacras ſpectes ſiue humanas, lõgo interuallo ſuperaſſe. atque huc pertinet quòd Homeri plumbum a Virgilio in puriſſimum aurum conuerti hîc dictitãt. Denique 1180
dies me deficiat ſi quas laudes viri multi in hunc librum coniecerunt, eas perſequi velim: vſque adeo elegantia, grauitate, doctrina, myſterijs refertum eſſe prædicant: atque hinc factum exiſtimant vt ſub Sibyllæ perſona cecinerit poëta, Procul o procul eſte profani. ſed profectò faciliùs iſthæc dici poſſunt & prædicari quàm defendi & demonſtrari. etenim Aeneas inducitur primùm qui Apollinis oraculum adeat, ac templũ: ſimúlque petat Sibyllæ antrum: vbi horrendam fingit Sibyllam, immane illius antrum, & in quo ab Appolline, quod eſt ſummatim à Dæmone, inſtigetur ac percellatur. Quo in loco nihil non ſuperſtitioſum & a Dæmone ad miſeros mortales illos decipiendos inuentum & compoſitum. quòd ſi interim exponitur Dædalum condidiſſe templum illud & exornaſſe, turpiſſima quoque multa, præter ea quæ incredibilia ſunt & ridicula; enarrantur, ita ut fateri cogatur eſſe Veneris monumẽta nefandæ, vſque adeo tauri amor, Paſiphaës adulterium, inceſtuoſus Minotaurus proléſque biformis indigna ſunt caſtis auribus, itaut hactenus ſexti digreſſio vlcus ſit tota. Neque verò non ſuperſtitioſa vel turpia, aut monſtroſa, aut ſaltem ridicula ſunt quæ continenter ſubijciuntur de Ariadna & Icaro, aut de Sibyllæ furore, de mactatis iuuencis ac bidentibus, de cultu Phœbi, præſertim dum interim ſic afficitur Sibylla vt canat poëta noſter

—— Non vultus, non color vnus,
Non comptæ manſere comæ, ſed pectus anhelum,
Et rabie fera corda tument

vt propterea iurè

—— gelidus Teucris per dura cucurrit
Oſſa tremor ——

Hæc hactenus Aeneæ & Acatis lucra, dum

Errantéſque Deos, agitátaque numina Troiæ

deflent: qui cum Dij cenſeantur, extorres aberrare coguntur miſeri. ſed quid moror? furit iterum atque iterum Sibylla, bacchatur,

Os rabidum, fera corda, domans —— 1181

horrenda canit, remugit antrum, obſcura inuoluit, ita ut folijs ne carmina mandet, ac ventis ludibria obijciat, oranda fuerit. Quibus nugis quid ſuperſtitioſius? niſi tamẽ illud proferas, quod horrendum ſimul videri poteſt: nimirum ſic percelli, vt nec

—— magnum pectore poſſit
Excuſſiſſe Deum ——

His è veſtigio adduntur Inferni curæ: in quibus, præter quam quod nos detinet penè æuum integrum, omnes quot quot de Plutone, Proſerpina, Cocyto, Tartaris, Acherõte, Stygio lacu aut Luco, Auerno, Chaos, Phlegetonte, Harpyis, Caronte, Cerbero eiuſmodíque monſtris atque portentis ſomniauerat, effuderátque cæca illa Ethnicorum antiquitas, effundit largiter: ac ſine dubio ex Romanorum ſacris turpiſſimis: quibus quicquid Græci, quicquid Hetruſci, ac cæteræ gentes ſuperſtitioſè peruulgauerant, collectis, Vrbs errorum ac ſuperſtitionum euaſerat magiſtra. dum enim omnibus penè dominaretur gentibus, omnium quoque gentium ſeruiebat erroribus. Hæc inquam (vt ſummatim dicam) ſunt egregia huiuſce libri decora & ornamenta ne dicam turpiſſima deliramenta. vt mirum ſit Chriſtianos quoque interpretes ſummis illis laudibus hunc extuliſſe librum qui maximè omnium improbandus ac flagitioſæ ſuperſtitionis nomine ac nota ſugillandus fuerat. Vt nobis veriùs in ritus iſtos ſit inclamandum, *Procul o procul* (a nobis) *eſte profani:* quòd ſi interim illud interponitur

—— Sate ſanguine Diuûm

Tros

Digitized by Google

Tros Anchiſiade facilis deſcenſus Auerni,
Noctes atque dies patet atri ianua Ditis:
Sed reuocare gradum, ſuperáſque euadere ad auras,
Hoc opus, hic labor eſt. pauci, quos æquus amauit
Iuppiter, aut ardens euexit ad æthera virtus,
Dijs geniti potuere: tenent media omnia ſiluæ,
Cocytúſque ſinu labens circumfluit atro.

ſanè hæc quoque ſuas habent ſalebras, & ſcoriam cum plumbo ac ferro miſtam: ita ut niſi
1182 commodè accipiantur & ad bonas fruges traducantur, his quoque decipi poſſint mortales: præſertim quòd de viuentibus loquitur, qui ſanè (id quod de Orpheo, Polluce, Theſeo, Hercule vulgauerat antiquitas) ſibi ad Tartara aperuiſſent aditũ vnde remigraſſent. Quòd ſi aureus ſtatim prætenditur ramus, vnde virtus, neſcio quo pacto, ac virtutis vis indicatur, quas non habet ramus admiſtas ſuperſtitiones? ſacer eſt Infernæ Iunoni, quæ item in Proſerpinam conuertitur. Hic etiam ſtatim fœdatur iter ac retardatur Miſeni inſepulti obiectu; quaſi verò illuc è ponto deportatus eſſet; vel potiùs eiectus quòd cum Tritone ac Dijs certare ac tubam ambitioſiùs inflare auſus eſſet. hîc igitur in ſuperſtitioſa funera, quibus vix tandem finis imponitur, vſque adeo migrantes iuuenci, taurorum viſcera, vnà cum bidentibus, carnificinam complent. Et tamen ex pelago in pelagus impellimur ſtatim: ſiquidem Dijs inferis mox fiunt ſacra: hîc rurſus nigrantes mactantur iuuenci: hîc Aeneas

Voce vocans Hecatem cælóque erebóque potentem,

inſtaurat ſacra quo fit vt ſtatim ſentiat

Sub pedibus mugire ſolum, & iuga cœpta moueri
Syluarum: Viſaéque canes vlulare per Vmbram,
Aduentante Dea. ——

hæc in ſexto: quæ ſanè retuliſſe pudet: etſi vix æquauimus minorem ſuperſtitionis partem: tu ſi vacat, pergito, & a primis incipiens Orci ſedibus, de quibus canitur

Veſtibulum ante ipſum, primíſque in faucibus Orci,
Luctus, & vltrices poſuere cubilia curæ:
Pallentéſque habitant morbi triſtíſque ſenectus,
Et metus, & male ſuada fames, & turpis egeſtas,
Terribiles viſu formæ, letúmque laborque:
Tum conſanguineus leti ſopor, & mala mentis
Gaudia, mortiferúmque aduerſo in limine bellum,
Ferreíque Eumenidum thalami, & diſcordia demens,
Vipereum crinem vittis innexa cruentis.

ad éaque pergens

1183 *Centauri in foribus ſtabulant, Scyllaéque biformes,*
Et centum geminus Briareus, ac bellua Lernæ
Horrendum ſtridens, flammíſque armata Chimæra,
Gorgones, Harpyiaéque, & forma tricorporis vmbræ.

Proſerpinam offendes euocatam ſacris, aditum inferorum aperire. etſi iterum atque iterum inferorum Dij inuocantur, deſcribitur horrenda ditis aula, deſcribuntur mõſtra varia éaque horrenda. nec portitor Charon non horrendus fingitur, Cocytus: rurſus arcentur inſepultíque excipiũtur. ita fit vt Palinurus inſepultus ſeſe offerat: vnde rurſus ad fraudes Palinuro diuinitus factas, rurſus ad ſuperſtitioſa iuſta & ſacra. ſed me miſerum, qui dũ fœda huiuſmodi inuenta ac deliramenta declinare nitor, rurſus illis ſaltem indicandis inuoluor. Hinc Cerberus ſe ſe mihi offert immanem, trifaucem, horrendum, rabidũ; Mox ſontium occurrunt pœnæ. Minos, & inter ſontes Dido; cuius iræ inſtaurantur & odia; occurrit Deiphobus; deſcribuntur Tartari munimina, ac miſerorum fletus & Plutonis inuiſuntur ædes. ita vt minima pars Elyſijs relinquatur; qui etiam ſic deſcribuntur vt ſomniaſſe potiùs videatur poëta, quàm veri quicquam protuliſſe.

Deuenêre locos lætos, & amœna vireta
Fortunatorum nemorum, ſedéſque beatas.
Largior hîc campos æther, & lumine veſtit
Purpureo, ſolémque ſuum ſua ſidera norunt.

Pars

Digitized by Google

Pars in gramineis exercent membra palęſtris. 1184
Contendunt ludo,& fuluâ luctantur arena.
Pars pedibus plaudunt choreas,& carmina dicunt.
Nec non Theïcius longa cum veſte ſacerdos
Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina vocum:
Iámque eâdem digitis, iam pectine pulſat eburno.

quæ omnia eleganter potiùs quàm verè narrantur. Supereſt vltimus propè angulus Sexti: in quo recenſentur tum Æneæ maiores *Ilúſque, Aſſaracúſque, & Troiæ Dardanus auctor.* tum poſteritas ad Auguſtum vſque, quem alterum Bacchum facit aut Herculem. atque inde multis adumbratis, qui non ſine laude rem Romanam adminiſtrarunt. ad Marcellos deuenitur. Quibus omnibus mirum eſt quantopere adulctur. ſic ſanè abſoluit longiſsimam digreſsionem quam ſuperſtitionis turpiſsimæ & adulationis pleniſsimam meritò dixeris. Præſertim verò quia Lethæum flumen rurſus & nenias Pythagoricas de animorum migratione recenſet: quæ quàm temerè Philoſophiæ ac Theologiæ myſteria cenſeantur, nemo non videt. At enim ſint ſuperſtitioſa iſta & vana omnia, illud tamen quod, ſe ſe extollens canit Anchiſes, aureum, religioſum, pium,

Principio cœlum, ac terras campóſque liquentes,
Lucentémque globum Lunæ, Titániaque aſtra
Spiritus intus alit, totámque infuſa per artus
Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.
Inde hominum pecudúmque genus, vitaéque volantum,
Et quæ marmoreo fert monſtra ſub æquore pontus,
Igneus eſt ollis vigor, & cœleſtis origo
Seminibus, quantum non noxia corpora tardunt,
Terreníque hebetant artus, moribúndaque membra.
Hinc metuunt, cupiúntque; dolent, gaudéntque, nec auras
Reſpiciunt clauſæ tenebris, & carcere cæco.

ſcilicet magna iſtis debetur laus, quæ primigeniam veritatem tantopere obſcurant. quæ enim verè a ſanctiſsimis Hebræorum Vatibus ac Deo ipſo accepta ac veluti per manus Dei populo tranſmiſſa fuerant de mundi procreatione. in quibus illud conſtitutum ac declaratum, aſtra cœlúmque ipſum hominibus famulari, ad Idololatriam traducunt. qui enim animo & mente complent ſidera, ij Idololatriam nutriunt, quam hominum hoſtis improbiſsimus excogitauerat ac diſſeminauerat. nam mundum hunc corporatum verũ eſſe animal, cuius propterea moli ſe ſe longè ac latè infuderit anima & ſpiritus, pari falſitate prætexitur. Quidquod hominum animos interim indicat ex cœleſtibus hauſtos & delibatos, nóſque non diſsimulanter Pythagoricis, quos Plato ſecutus erat, nenijs imbuit ac decipit, incredibiles circuitus animarum fingens?

Ergo exercentur pœnis, veterúmque malorum
Supplicia expendunt. aliæ panduntur inanes,
Suſpenſæ ad ventos. alijs ſub gurgite vaſto
Infectum eluitur ſcelus, aut exuritur igni.
Quiſque ſuos patimur manes. ex inde per amplum 1185
Mittimur Elyſium, & pauci læta arua tenemus:
Donec longa dies, perfecto temporis orbe,
Concretam exemit labem. purúmque reliquit
Aetherium ſenſum, atque aurai ſimplicis ignem.
Has omnes, vbi mille rotam voluêre per annos,
Lethæum adfluuium deus euocat agmine magno,
Scilicet immemores ſupera vt connexa reuiſant,
Rurſus & incipiant in corpora velle reuerti.

Satis igitur oſtendimus huiuſmodi librum, quicquid clament aliqui, totum vlcus eſſe; ac propterea ſine iactura ab illius interpretatione ſuperſederi poſſe. Quamquam ne non tui cauſa, Lector optime, libenter laborem ſubire videar, Iubet etiam pauca quædam ſubiungere quibus mira facilitate Virgilianum opus reliquum decurras & inoffenſo pede. Agedum igitur ad ſeptimum vel potiùs ad ſeptimi initium, mihi adeſto: vbi a longa ſexti digreſsione ad Fabulam ſiue Actionem rediens Poëta, ſe ſe ad bellum comparat, ac proptere-

rea

Digitized by Google

1186 rea inuocationem & attentionem inſtaurat ſic canens

Nunc age, qui reges Erato, quæ tempora rerum,
Quis Latio antiquo fuerit ſtatus, aduena claſſem
Quum primum Auſonijs exercitus appulit oris,
Expedam: & primæ reuocabo exordia pugnæ.
Tu vatem tu diua mone: dicam horrida bella:
Dicam acies actóſque animis in funera reges,
Tyrrhenámque manum, totámque ſub arma coactam
Heſperiam. maior rerum mihi naſcitur ordo,
Maius opus moueo ——

Ex eburnea porta, regrediens Aeneas, ſe ſe ad ſocios reuocauerat. vbi geminas ſomni portas exprimit ex Homeri Odyſſeæ libro vndevigeſimo. de quibus portis ſat ſit monuiſſe, nihil certi ſtatui poſſe quòd quæ commentitia ſunt ac poëticè inuenta, poſſint quidē variè explicari, ne dicam nouis ſomnijs compleri, cõſtanti tamen ſententia teneri haud queāt. Hinc igitur rediit ad ſocios Aeneas, ſtatímque ſoluens, Caietam præter nauigauit vbi etiā cõſtitit; atque hinc ſeptimo initium fecit poëta noſter: ex quibus intelligitur vrbem illam a Caieta ipſius Aeneæ nutrice quæ interim fato conceſſiſſet, appellatam, nam ideo canit Poëta

Tu quoque littoribus noſtris Aeneïa nutrix
Aeternam moriens famam Caieta dediſti:

& quæ ſequuntur. ita fit vt iuſtis Caietæ ſolutis ſiue illa ſepulturæ condita, nauiget rurſus & Circeam Inſulam præteruectus (de hac ſilebo, ne rurſus in fabulas recidamus ſiue Homericas ſiue Circeas) Tiberim tandem ſubeat, & lætus fluuio ſuccedat opaco. Hîc igitur poëta, cum eam propoſitionis partem expleuiſſet quæ ad Aeneæ pertinebat errores, ad alteram ſe accingit, quæ pertinet ad arma & bellum. Atque hac de cauſa inſtaurat inuocationem, ſimúlque dilatat quam armorum nomine initio adhibuerat propoſitionem: de qua pauca quædam ſe ſe offerunt quæ obſerues ex ijs quæ ferè ab initio diſputauimus de bipartito hoc argumento, docentes commodè a poëta ad vnicam fabulam fuiſſe aptatum. Quibus diligenter perſpectis, proprio Marte Martia facta percurras, ingenium exercēs tuum, quod hactenus tum ad Virgilianum opus vniuerſum commodè intelligendum, tum ad Heroici poëmatis artificium magis ac magis agnoſcendum, informauimus, & inſtruximus. ita quidem ſi ea diligenter recolueris quæ nos tum in Ariſtoteleæ poëticæ cõ-

Reliqui pœmatis Oeconomia

Concluſio.

vide q̃ habētur in Propoſitione & in inuocatione.

1187 mētarijs de Heroico poëmate ſcripſimus inter cætera, tum quæ in Virgilianis hiſce explanationibus ſubiecimus, totius Heroici poëmatis & Theoriam & Praxim habeas. nam ſi rurſus ea percurrere lubeat quæ Italicè ſcripſimus tum comparantes Torquatum cum Homero & Virgilio, tum altero volumine Gothofredum explanātes atque egregias huius poëmatis virtutes commoſtrantes, habeas, ſpero, vnde in Heroico argumento & poëmate promouearis altiùs. Quamquam quoniam memini me in primo Aeneidis libro cum x. Heroicæ Narrationis lege attuliſſem, ſignificaſſe etiam alias adhuc nonnullas opportuniore afferendas loco, nunc lubet eas curſim ſaltem attingere exemplíſque breuiſſimè confirmare, vel exemplis indicatis, induſtriæ tuæ illas cõmittere. Ergo cum ab initio monuerim conciones non incultas interponendas, illud addiderim tum breues tum ſucco plenas eſſe conſtituendas. Itaque proœmio primùm vel ſuperſedendū, vel vno illud aut altero verbo adumbrandum. Ad argumenta verò quibus propoſitum confirmes, properandum: quæ conglobanda ſunt potiùs ac ſtrictim (dilucidè tamen) attingenda quàm exaggeranda, amplificanda, longiùs & dilatanda. id enim Oratori largiendū, qui data ope-

Subijciuntur aliæ q̃dam Heroici poematis leges.

I.

1188 ra roſtra & forum frequentet: non poëta qui inter canendum perſonas aliquid ſuadentes aut edifferentes veluti per transennam inducat. alioquin cum paſſim eiuſmodi perſonæ loquentes inducantur, in immenſum exceſceret poëma ac ſatietas gigneretur maxima. Quam rem ipſi iam antea non ſemel in concionibus obſeruauimus. tu ea loca conſulito. atque hæc vndecima lex eſto. Altera ſeu XII. ea ſit vt in decretis Philoſophorum attingendis, qualia qualia illa ſint, non accuratiſſimum te oſtendas, ſubtiliùs ſententiam ediſſerens aut ſtatuens: vt enim probabiles rationes a Geometra aut exquiſitas ab Oratore perferam poſtules, ita ſubtiles & elaboratas a poëta minùs conuenienter exigas: ſunt enim decreta Philoſophorum leuiter potiùs delibanda quàm acriter expendenda, aut poëmati diligentiùs conſignanda. id quod nec frequentiùs ſanè faciendum eſt: quandoquidem in condi-

II.

III.

Digitized by Google

condimenti loco vſurpanda potiùs quàm cibi: itaque vbi illis aliquando reſperſeris Actio-
IV. nem, & opportunè nec ſine decoro reſperſeris, ſatis tuo muneri ſatisfeceris. In deligenda verò Actione & fabula, cauendum, mea quidem ſententia, ne argumentum omnino recens & peruulgatum, quantumuis magnificum, deligas: vix enim pateat locus Epiſodijs ac nouis inuentis quibus fabulam exornes & admirabilem (id quod rebus fermè incredibilibus efficitur) reddas; ſtatim enim ſentient alijs quæ actioni aſſingantur, nec tam veriſimilia quàm mendacia cenſebuntur. Contra verò nimis peruetuſtum effugiendum eſt argumentum, cum hoc minùs curæ eſſe ſoleat aut requiri & æſtimari. ita ut in hoc vel maximè enituerit Virgilij ingenium qui reuera vetuſtiſſimum argumentum, nimirum Aneæ in Italiam aduentum qui ſupra mille annos longè contigerat, tanta fœlicitate cane- 1189
re potuit. ſed nimirum facile erat Athenięſes Athenis laudare & Romanis Auguſtóque in primis canere cui Maronis deſudabat induſtria. etſi vix fortaſſe quiſquam præter Ma-
V. ronem fœliciter tale ac tantum obiuiſſet munus. In primis vero enitaris vt tuis canas ac faueas. Quid eſt enim quod verbi gratia in Heroici argumenti habeas loco Hieroſolymitanæ Vrbis excidium ac Dei hoſtibus canas & faueas qui illam euerterint? ſanè dum noſtris perlegendum erit poëma, ij honeſta oblectandi voluptate ad res graues patrādas addendus animus maiorum exemplo non tragicis euentibus ad mœrorē, ad lachrymas per-
Aliæ indicantur fonte commonſtrato. cellendi: præſertim quia fortunæ commutatio læta requiritur in Epopœia. ſed quoniam multa obſeruauimus in Virgilij explanatione quæ pro lege haberi poſſunt, multa in noſtra comparatione diſputauimus, quæ huc pertinent vel maximè, plurima etiam Hieroſolymitanæ Vrbis recepto confirmauimus exemplis in Gothofredo, ſexcenta denique in medium attulimus in Ariſtoteleæ poëticæ commentarijs, tu vigilias iſtas noſtras (quod te iterum rogo) conſulere ne graueris.

F I N I S.

Henricus Cler. Gallus corrigebat.

INDEX

Digitized by Google

INDEX IN AENEIDEM,
Aeneidiſque Commentarios.

Qui ſanè reſpondet numeris ad latus affixis: atque his retentis, in quacumque forma imprimatur opus, cum numeris conſentiet, ſtatímque offeret quod quæris. præſertim quia paginæ ſunt breues; & literis, P. principium; M. medium; F. finis paginæ deſignantur.

A

ACclamatio, quò ſpectat & quando vſurpanda 179. 180.

Achemenides 716. f. & deinceps. exagitatur Poëta dum introducitur 799. 721. excuſatur 721.

Achilles qualis 542. f.

Accubitus qualis 306. 458. defenditur Virgilius de accubitu 459. fœminæ quomodo accumberent 460. Authores de illo 461. f.

Aceſtes occurrit Troianis, de illo multa 1028. 1029. 1030. commodè commendatur. 1031.

Actus Iunonis fatis Aeneas, & quæ ſint fata Iunonis 178.

Aditus molles quales 935.

Adriatici æſtus 666.

Aeææ vnde 664. p.

Aegyptij de anno 618.

Aelianus de Aeneæ pietate 73.

Aeneas quomodo primus in Italiam 58. f. 59. cur fato 60. f. hinc conſulitur Aeneæ dignitati 61. commendatur ab ijs quæ & geſſit & paſſus eſt 74. f. cur ui ſuperûm iactatus 64. 65. quomodo vrbem condiderit 66 quos Deos intulerit 66. actus fatis Iunonis & quæ eſſent 178. timet & ingemit 235. cur primus timet & ſubitò 236. f. non mortem ſed mortis genus timet 237. 238. 240. p. cur palmas tendat ad ſydera 240. m. cur pater dicatur 456. f. in ſomnis ab Hectore admonetur 501. eius pietas 502. 504. 503. pro patria optat mori 507. & deinceps. eius charitas in patriam altius confirmatur 513. 514. 516. 557. m. Apollinem precatur 585. 586. cur dicat quem ſequimur 586. m. mactat varias hoſtias & quibus 590. quid in Creta 592. f. 593.

Aeneas feſſus conſcendit & cur 960. f. ſomnus obrepit & quæ in ſomnis videt 960. de ſomniorum ratione 961. p. increpatur rurſus a Mercurio 962. nauigat 965. certus cur 1011. f. 1012. eius benignitas 1025. f. aſſentitur Palinuro ac flectit vela 1026. f. alloquitur ſocios & proponit præmia parentans patri 1032. 1033. conſcio contineret 1034. notantur Aeneæ multa 1035. & deinceps. cur eum perſequeretur Iuno 167. f. ad 175. f. Aeneas actus fatis quomodo 176.

Aeneas venationem tractat & cur 287. cur ſeptem planè ſternat ceruos 289. m. beneuolentiam declarat multis 290. m. 281. p. ſociorum lenit mœrorem 292. p. verbis poſt beneficium 292. breuiter, quia famelicos alloquitur 292. concio 294. milites cur appellet ſocios 293. fatorum promiſſa & reſponſa commemorat, ut ſocios reddat alacriores 292. an & qui factum vt ignoraret regionem ad quam appulerat 395. 396. refert ſocijs exacta, vt eorum ſaluti conſulat & ſolatio 396. f. reſpondet matri ignotæ, laudat. diuinitate ornat, requirit. Nympha ne, an Diana 406. cur Deā ſatiat Venerem ob cultū & vocem 406. ad 408. requirit de regione 409. quo artificio ſibi concilies Venerem 409. noua reſpondet percunctationi Matris, cōmiſerationem prius excitans 420. f. 421. conqueritur diſcedente matre 430. Carthaginem pergit 431.

Aeneas apud Reginam & procemio quali vtitur 462. quali narratione 466. m. de augurio Patri oblato 539. ad machinam confugit 594 p. inter hoſtes iter habet 613. clypeum affigit Templo ex Danais. Butroto quando diſceſſerit 653. p. conſulit Helenum fatidicum 653. m. cumulatur donis ab Heleno 684. f. 685. item ab Andromache 689. diſcedit ab Heleno & Andromache nō ſine lacrymis 691. p.

omnibus

omnibus bonis cumulatur ab Amore 777. & 778.cum Apolline comparatur,ſicut Dido comparata fuerat cum Diana 824.m.præfertur & cur 824.f.qualis deſcendat ad venationem 825.m.quo modo liberatus a matre 857 f.858 p.reprehenſus a Mercurio, vbi mirum Poëtæ artificium 870. effœminatus 874.reprehenditur 876.f.in quibus 877.obmuteſcit ardet abire & cur 884.f.885.cur attonitus Deorum imperio 885.m.erga Reginam qualis 885.f quid conſilij capiat 887. quid erga Reginam 887.f.qui diſceſſionis conſilium communicauit cum ſocijs 888.eius prudentia & quàm ſcitè obſeruet opportunitatem 888.f.reſponſio ad Didonem a 902.ad 911.connubium pernegat 903.p. pleniſſima defenſio 904.905.& deinceps:dies noctéſque admonetur 910.obſurdeſcit Annæ precibus 940.Cur Myrto cingit caput 1042.m.

Aeneæ actiones quæ 63.f.64.pietas 72.m.73.errores 176.189.quomodo ſoluantur frigore,illius mẽbra 236.eius calamitas in tempeſtate mirificè expreſſa 246.m.eius nauigationes 355.f.cura & prouidentia 287.eius concio ad quos & qualis 292.f.artificium 293.quid ſpectet concio 294.eius prouidentia 294.m.395.f.reſponſionis artificium 422.oppugnatur tripliciter & defenditur 424. pietas rurſus erga patrem 533.eadem erga patrem 535.m.idem 536.f.539.540.cur deſcendat & Vrbes cõdat in alieno ſolo 563.lachrymæ deſcendentis 565.p.cauſæ 566.567.eius cura in Claſſis igne deſtinguendo 1157.nutat non conſedendum 1158. f.1159. a Nante ad meliorem ſententiam reuocatur 1160.

Aeneidis initium quàm commodum 339.f.eiuſdem inſcriptio oppugnatur ſimúlque defenditur 8.ad 13 Aeneidis ſecundus an ad epiſodium 9.negatur,quia cauſas continet errorũ:& ideo pertinet ad actionem 9.ad 13.Aeneidis inſcriptione canit Poëta Romanis eos attentos facit ac beneuolos,& cur 18. m.eius œconomia pulcherrima 340.f.ſeries temporum 492.

Aeneis an iurè populi Romani dicatur Hiſtoria 19.m.ad 21.Aeneidem num cremandam iuſſerit Virgilius 21.m.ad 26.

Aeneidem cur Virgilius comburi iuſſerit 26.ad 34.ſententia Macrobij 26.refellitur 27.Gellij 28. refellitur 29.f. Seruij qui refellitur 30.Authoris 30.ad 34.

Aeneidis propoſitio introducitur 34.prior pars num retinenda 35.oſtenditur non eſſe neceſſariam 35.f. non commodam 36.præpoſteram 38.cur tamen vſurpatæ,opiniones variæ,quæ refelluntur 41.f. ad 46.m. Authoris ſententia 46.m.ad 51.f.dubitatur & reſpondetur 51.f.ad 54. m.poſterior propoſitionis pars germana 54.f.eius artificium 55.ad 67.num perturbato ordine 57.cur Aeneas dicatur primus in Italiam veniſſe 58.f.cur fato 60.f.61.quomodo ad Lauinia Littora cum non dum a Lauinia dicta regio 63.

Aeolia qualis & deſcriptio 211.212.

Aeolus cur Rex ventorum 211.256.ſecundam in Aeneide concionem habet 224.breuis eſt hæc,ſed artificioſa 224.ad 227.m.tempeſtatem immittit Aeolus 228.increpatur a Neptuno & cur 261.

Aeſtus Adriatici 666.maris 1710.

Aetna 713.m.defenditur de hoc Virgilius contra Phauorinum 713.p.

Africa num alat ceruos 288.827.f.828.f.

Agmina turmarum quid 1144.m.1146.

Agrippa Rhemi nomine 334.

Aenis,ad quæ vterentur veteres 307.

Aiax Oilus quis & quomodo tranſfixus 188.189.Aiacem refert Niſus cadens 1113.f.1119. p.

Albanorum regnum 325.

Alis remigium tribuitur & cur 696.f.

Allegoricè ſed frigidè ad practicam & contemplatiuam vitam bella & virum traducunt quidã 58.m.

Amantem cur non fallere poſſis 890.

Amantis ſolatia 808.p.

Amor grauis cura & cur 773.p.de grauiſſimis curis 773.m.774.amoris effectus varij & deſcriptiones ex Seneca & alijs 775.p.in Didoniano Virgilius multus 775.m.cur cæcus 794.f.timorem affert & exempla 801.f.802.cæcus & oculatus 890.f.

Anacroniſmus obijcitur Virgilio & defenditur 624.

Anchiſes 535.m.538.de augurio cœlitus immiſſo 538.f.fauſta precatur ob Arpias 608. 687. m. pius 698.f.pietatis fructum colligit 700.p.captat augurium ab equis 701.m.eius mors 756.

Anchiſis apotheoſis 1038.m.cur diuinus 1039. f. uota illi ſoluuntur 1040. Anchiſi ſacrificatur a 1047.ad 1052.viſus Aeneæ 1053.m.eius apotheoſis quæ exagitatur 1054.filio nutanti ob ignẽ 1161.Aeneas contra ad patrem 1163.deſignat vrbem,diſtribuit 1163.

Androgeos cum ſocijs ſternitur 521.

Andro-

Digitized by Google

I N D E X.

Andromache qualis in Aeneã 626.deficit 630.ſic Penelope 630.f.effudit lacbrymas 631.eius oratio Euripidea 633.f.ſuos caſus refert 634.ſuccedit in regnum 138.nũ pellex an vxor eßet Pyrrhi 638.f.& deinceps.quì Regina 640.ſciſcitatur varia ex Aenea 642.p.de Aſcanio quæ 646.cur nil de Anchiſe 646.f.eius fletus 647.donis ornat Aeneam 689

Anguis ex aditis cur introducatur 1047.f.1048.1049.1054.f.1055.p.

Animi celeritas qualis 886.m.animus non facilè ammittendus in rebus gerendis 1093.m.

Anna in medium adducitur a 943.f.& deinceps.eam alloquitur Dido opẽ implorans 934. quæ deferat Aeneæ a Didone imperata a 936.m.ad 939.fert refertque 939.m.Didoni 790.ad 795.p. artificioſa eius oratio 791.f.792.quibus ſuadeat ſorori ſecũdas nuptias 793.fouet ſororis amorẽ 793.794. ſugillatur a poeta 794.m.pernicioſum eius conſilium reprehenditur 795.honeſtat delubris amorem 796.malo omine 796.qualis in furoris morte & eius fletus 994.m. ſic Euripides ſic alibi Virgilius 995.p.officia nulla prætermittit erga ſororem 996.m.

Annibal diſſimulat mærorem 304.in foribus quarti 764.f.

Annius qualis 384.f.

Antandrum 561

Anteacta pericula.an commemorare iucundum 296.ad 300

Antenor 317

Anticipatam probitatem requirentibus in oratore.fauet Virg.& quid ſentiendum 273.m.274

Antigonis audacia num inter cauſas Iunoniani in Troianos odij 173.f. 174

Apollinis & Dianæ cum Aenea & Didone comparatio 824 (Aeneam 595.p.

Apollo cur Delius aut Thymbræus 585.p. cum precatur Aeneas 585.f.586.per penates admonet

Apuleius in Medicos 798

Aras olim aſas quaſi anſas ſic Valeſi & fuſii 852.m.aræ quatuor Neptuno cur excitatæ 1153

Aræ dicta ſaxa quædam & cur 244

Arioſtus qualis in comico 344.f.346.imitatus Virgilium 519.egregiè noctem deſcribit 954.p.

Ariſtoteles de ordine naturali & pro hoc rationes 195. de perſonis inducendis 206. oppugnatur 206.m.ad 209.excuſatur tamen partim 209.m.

Ariſtoteles de probitate anticipatà in Oratore 273.qui pauciſſima poetæ dicẽda ſtatuit,deſeritur 932 res ex Virgilio & Platone confirmatur 932.933.p.exagitatur de imitatione 1009.f.1010

Arma cur ponit primùm,tum errores,& tamen canit è conuerſo 83.ad 88.f.

Arma quàm latè pateant 285.arma cerealia,quæ 285

Arma nautica quæ 1019

Aſcanius qualis in venatione 826.f.827.eius indoles 827.m.ſimilis Iugurthæ 827.m. egregiè in eſtinguendo igne 1155.cur Iulus 325.f.falſus 808.m.verum Aſcanium ex Idalio in Africam reſtitutũ numquam canit poeta 808.f.id ſupplendum lectori 808.f.ſic in alijs 809

Aſtra cur dicantur rorantia 711.m.& deinceps ea metiri quid 1021.f. (te 867.f.868.p.

Atlas mons deſcribitur vbi reprehenditur calumniator 862 f.ſic 863.Turnebus ẽt 863.f.de eodẽ mon-

Augurium Cygnorum quale 428.flammæ,quale 538.datum Aeneæ 587.p.equorum quale 701.702. ſuperſtitioſum reprehenditur 797.798

Auguſtinus contra interfectores 771.p.non ſine lacbrymis legit Didonis mortem 984.p.

Auguſto canit 587.p.670.ſic eidem blanditur in ludis 1057.p.ſic Romanis 1061.p.

Auguſtus de Aeneide 25. Auguſti laus ſumma 313.m.Auguſtus intelligitur Cæſaris nomine, & cur 328.f.ad 330.f.vnde laudatur 332.eius facta vnde petenda 333.a bello & pace laudatur 333. cur Quirinus 334. ei canit Virgilius 457.p.

Auri deteſtatio 576.f.

Auri talentum quale 1058.f.1059.p.

Auroræ deſcriptio 697.p.781.f.966.967.& ſolis ortus 822

Auſonius de Didonis amore 768.reprehenditur 770.m.

Authoris conſilium in explicanda Aeneide 1.m.2.in varijs lucubrationibus 738.740

B

BEthici Romanum ſermonem æmulabantur & quomodo 641

Boccaccius de Gygantibus & Cyclopibus 329.f.731.f.

Boiardus de accubitu 458

Bona corporis ad felicitatem 857.m.

Breuiloquentia Virgilio attributa,refellitur.678.f.679

C

CÆſaris nomine non Iulium intelligit, ſed Auguſtum & cur 328.f.ad 330.f.eiuſdem Cæſaris reprehenſio 330.f.

Calamitatum ſocietas conciliat beneuolentiam 294
Canûm vis ex Lucretio & alijs 823.f.
Carmina è Virgilio num iure ſublata 526.ad 532.quædam repetita de induſtria 664.m. carmina quatuor repetit ex quarto 1617
Carthaginis deſcriptio 147.m.ad 167.hiſtorici & oratorum more 158.ad 165.poëta 165.m.ad 167 ſtructura 872
Carus laudatur 776.m.
Caſſandra 498.512.598.vates 656.p.
Cauſæ cur Iuno perſequeretur Æneam 167.f.ad 175.f.num inter has cauſas numeranda Antigonis audacia 173.f.174
Celæno pro Arpyjs 606.eius oraculum 607.p.
Celeritas in ventis & alijs 1112.p.
Ceraunij 692
Cerealia arma 285.nobilitantur ſic deſignata 286
Certamen poſtremũ in quo exultat poeta 1142.equorum eſt quibus præeſt Aſcanius 1112.eius mos ex Plutarcho & Cicerone 1142.f.1146.f.1147.ſpectaculi huius pulchritudo 1143
Cerui an in Africa 288.quomodo obſeruantur.& quam ſcitè de illis Virgilius 289
Ceſtuum certamen probibitus a Lycurgo & Platone 1133.f.
Charybdis qualis 706.f.& deinceps.
Chorebi caſus 512
Cicero aliquando inuocauit in oratione 69.Homerũ reprehendit de Dijs 204.m.ibidem expoſitus 204.f.interfectores 770.f.de animi celeritate & de eadem Ariſtoteles 886.m.
Cineres recepti 1045.m.f.1046.p.
Clamis victori data Ganymedem referens 1099.p.
Cælum cur tacitum dicatur 695.eius conuexa quæ 942.p.943
Coloniæ Romanorum 641.m.
Colloquium Didonis cum Ænea 436
Columba cur transfigenda ſtatuatur ab Ænea 1136.m.
Commiſerationem excitat 996.p.triplex mos 1000.quanquam duo in idem quod ex Platone & Cicerone ſuadetur 1000.f.
Comparatur Virgilius cum Homero in Inſcriptione Iliadis priùs 5.tũ Odyſſeæ 6.13.m. 14. in Iliadis propoſitione 128.m.ad 132.f.in propoſitione Odyſſeæ 132.f.ad 143.in inuocatione 143.f. ad 147. in Narratione 355.ad 357.quibus differant 357.f.ad 361
Concio prima Æneidis a Iunone 213.eius artificium admirabile 214. in quo genere verſetur & eiuſdem artificium 214.dubitatur & reſpondetur 221.222.concio breuis ſed eloquẽtiæ plena & ad perſuadendũ cõpoſita 963.m.habet tamẽ falſa q̃dã 964.p.id bono cauẽdũ Oratori duplici de cauſa 964.
Concio Æoli plena artificij 224. eleuat acutè turpidinem 226
Concio Æneæ ad ſocios & qualis & eiuſdem beneficientia 292
Concio Iouis & eius artificium 323.ad 334.f.
Concio qualis eſſe debeat 347
Concio Virgiliana cum Homerica comparatur 384.385
Coniunctione nectuntur libri plerique 1008.f.& confirmatur 1009
Conſilia meliora ſpernuntur ſæpè 1154
Conſilium Authoris in explicanda Æneide 1.m.2.
Conuiuium quale apud Didonem 457 f.458.651.m.f.
Conuiuij Virgiliani & Homerici comparatio 382.f.ad 388.436.457.f.
Cornelius Gallus de Virgilio 24
Corporis cura quæ proba 693.m.
Corradus negat cremari iuſſam Æneid. 21.f.refellitur 24.reprehenſus de portu Carthaginenſi 272.
Creuſa 541.cur erepta 541.543.f.544
Crinis præciſio qualis 999.m.alij multi de fatali crine 999
Cupido qualis 434 f.pro Aſcanio 435
Curare corpus quid ſignificet 693.m.
Cuſtodes cælites videntur vtcunque priſcis cogniti. 1055
Cyclades quales 580.p.cur natare videantur 580.f.581.584
Cyclopes 712.f.715.m.vnà cum Polyphemo 722.729.747.748.750
Cygnorum augurium diſſeritur 428.429

Danai

D

DAnai timendi, vel dona ferentes 476. eorum inſidiæ 478.m.
Decorum cuſtodiendum 354.ab Homero violatum, a Virgilio cuſtoditum 354
Decretum fixum Iunonis dicitur fatum Iunonis 178
Deliberatiui generis artificium 214.ad 217.f.
Delos deſcriptio 580.immota reddita 583.poetæ de illa 584.cur materna dicatur, lyciam cur ille co-
(lat 825.p.
Deſcriptio pulcherrima portus 276.ad 279.p.qualis eſſe debeat.347
Dialogi imitatio qualis & quàm varia 202
Dido quid per manes 979.p.vaticinium eccini verius quàm teſtamentum condidit 979.f.de Carthagi
nenſium maximè verò Annibalis perfidia 980. conſcendit rogum. 981. Barcen deludit 981.non ob-
liuiſcitur Regiam dignitatem 982.m 981.f.ornatur lachrymis 984.p.prædicat anteactam felicita-
tem 986.p.hinc multorum poetarũ imitatio 986.cur os thoro impreſſerit 988.m.inulta decedit non
inuita 989.p.quando ſe transuerberarit 990.p.oculos attollit & relabitur cur 997.p. ingemuit &
cur 997.f.videtur etiam inuitam iam mortem appetere 997.f.de Didone quæruntur multa a 1001.
ad 1006. num verè ſe interſererit 1000. num argumentum offerat tragicum & quomodo 1003.
num vno ſolis curſu concludi poſſit hæc actio 1004.num in Epiſodij loco habenda 1006.qualis vide-
ri poſſit hactenus Aeneidis nexus 1006
Dido verſat animo varia contra Troianos 954.m.moriendi tamen cõſilium ſequitur 955.& deinceps
non rectè abijcit conſilium nuptiarum 955.f.956.p.non malè 2.de ſeruitute vitãda, etſi melior ſer-
uitus quã voluntaria mors.956.f.957.p & hoc ſequitur Armida apud Torquatũ 957.m.benè 3.de
non infeſtandis Troianis 957.f.dira adhuc imprecatur Aeneæ 972. vacillat de numinis prouidẽtia
917.910.exprobat beneficia 917.f.ſimilia in alijs,refellit Aeneæ excuſationem 918.m.alij ad idẽ.
ad diras confugit 921.f.& deinceps fusè proripit ſe ac deficit 925.m.& deinceps.quid Annæ præci
piat 936.p.Annæ reſponſo accepto ad mortem properat a 941.ad finem quarti. Eumenidis ſimilis
944.decipit Annã 945.pyram ergi iubet 945.948.exuuias Aeneæ imponit pyræ quam ornat 948.
949.nuptijs ſternit aditũ 801.quid per noctẽ 802.m.eius peruagationes & ſacrificia 807.ſolatium
capit fouendo Aſcanium 808.in ſpeluncam cum Aenea 810.p.diffamatur 836.m.Aeneæ perſentit
diſcedendi voluntatẽ & in furorem impellitur 889.f.890.f.cur omnia tuta timeat 890.f 891.p.qua
lis dum furit Dido 892.m.eius amor 766.qualis fuerit & an excuſandus 767.f.& deinceps quæ illi
obuerſentur animo dum ardet amore 777.alloquitur ſororem a 783.m.ad 790. quanta prædicat de
Aenea 785.m. inſinuat ſuum amorem ſorori 786.m.culpat 2.nuptias ſed perperam 787.& de 2.nu
ptijs ibid.indulget amori 788.f.qualis erga Sicheũ 788.f.789.furit,vagatur,ſed neſcia & cur 799.
& 800.ceruæ vulneratæ ſimilis: oſtentat Aeneæ opes 801.
Didonianam hiſtoriam qui retulerint 413.414.411.412.quatenus variata a Virgilio 413. Didonis
amor 435.inſcia & excuſatur 435.f libationẽ inſtituit quaſi pro fœdere,amantis ſolatia 808.p.fal-
ſo Aſcanio fallit ſeſe 808.m.incommoda & damna quæ hinc capit 809. detrimenta ex alijs poetis
810.m.f.excuſatur Dido de amore 815.f.eius oratio ad Aeneam ab 893.f.ad 902.p.qualis 893.elo
quens redditur ab amore 844.m.preces adhibet 896.m.lachrymas 896.f.897.incommoda recenſet
ac damna 898.quæ timeret pericula a fratre & hoſtibus 898.f.899.qualis,abſoluta oratione 902.
p.qualis audito Aenea 911.erumpit iniuria 911.f.ad 915.eius colloquiũ ante mortẽ a 966.ad 981
Didoniani erroris culpa varia,præcipua quæ 958.m.959.excuſatur Dido 960.p.nũ fidẽ Sicheo violaße
dicẽda 960.m.furit inſana 967.m.ſic Ouidius 968 p.feræ more viuere quid 969.p. Solẽ ſpectatorẽ
inuocat & Deos 970.f.971.Dido ſuis odium hæreditatis relinquit loco,& eius quaſi teſtamẽtũ 974
& deinceps.nũ furenti & amãti liceat teſtamẽtũ condere 974 nũ poetæ illud excipere 974.m. num
irritũ teſtamentũ interficientis ſeſe 975.m.nũ odioſum 976.p.promulgatur Didonis teſtamentũ &
examinatur 976. teſtes, tabelliò 976.f. vltima voluntas 977.p. hæreditas quibus tranſmittitur
977.corpus cõmittitur flammis 977.anima Aeneæ exuuijs 978.p.quid manibus cõmẽdetur 978.f.
Diei ortus deſcribitur 781.p.cur poſtera 781.m.782.p.diei ſereniſſimi aduentus deſcribitur 1055.f.
cur Phaëthontis fiat mentio 1056.f.
Dionyſius Halicarnaßeus de Aeneæ nauigationibus 570
Dioras Vlyſſem refert in curſu 1115.f.
Diſtributio libri 1.393.f.
Diuini & Genethliaci notantur 798
Diuinationis formæ variæ,ſed pleræque ſuperſtitioſæ 653.ad 657
Dolor qualis & cur igneus 1077.f.1078.p.
Donis cumulatur Aeneas ab Heleno 684.f.& deinceps.

Digitized by Google

Duces ſingularium nauium qui. 281
Ducis optimi ac Regis prudentia 303.m.*ſpei argumenta* 303.f. *quàm egregiè tum in aduerſa tum in proſpera fortuna ſe geſſerit* 304. *quid efficiant eius conciones* 305.*cum Vliſſe collatus dum ingemit* 308. *beneuolos facit milites* 308.f.
Durius equus qualis 468.& *deinceps.authores de eo* 469. 470. *introducitur in Vrbem* 493. *inde ſit egreſſus & quomodo* 500
Dux optimus qualis in fortunæ aduerſitate 303.304. *eius prudentia in aduerſitate maximè & fælicitate cernitur* 304.*eius cohortatio quanti momenti* 307
Dux bonus nunquam non prouidus 287.*milites cur appellet ſocios* 293.*fatorum promiſſa & reſponſa commemorat vt alacriores reddat* 299

E

Echo triplex campus qualis & cur 1071
Ennius in Genethliacos 798.m.
Enſis ac veſtis qualis 875.f.876
Eutellus exprimitur & Neſtor a Torquato in Raymundo 1126.1131.f.
Epica imitatio qualis,qualis etiam Hiſtorica narratio 1008
Epicus machina vtitur cum laude ſine antiquitatis cognitione friget 414.m.*ad* 418.p.
Epiphonema,vide acclamatio.
Epirus quò diſtet ab Italia 663.*Epiro obiectæ regiones Italiæ* 666.f.
Epiſodiorum initium vnde 400.*eorum vis & natura* 400.p.402
Errores Aeneæ qui 63.f.64.176.182.*eorũ narratio quomodo introducatur* 182.f.*cur errores a ſicula nauigatione ordiatur* 191.*num in ijs ordinem naturalem declinarit* 193. *an conſultò id fecerit, & quibus de cauſis* 196.197.*quando deferendus ordo naturalis* 201
Ethnici ſuperſtitioſi & augurijs dediti 1050.1052.f.
Euripidi hæret Virgilius & qua in re 632
Excidium Troiæ ad actionem pertinet & cur 554
Exemplo vbi primùm vtitur & quo 270.m.
Exordij leges 124.*ad* 128.*vt actio propoſita deriuetur ex hiſtoria & cur* 124. *ad* 126. m. *vt ſit illuſtris* 126.m.*vt ſeruiat vnigenæ fabulæ* 127
Extremus locus qualis 1083.m.

F

Fabula Aeoli vnde 210.*Charybdis* 710.f.
Fabulæ vnitas num in Aeneide 88.m.*ad* 93
Famæ proditionis Ilij diluitur in Aenea 455. *ſuſpicioſa fama* 704.m.*cur impia* 891. 892.p.*fama ſpargitur mortis nec ſine auſpicio Carthaginis* 993.p.
Fama & honoris contemptus quam pernicioſus 811.f.*in Didonem deſcriptio ab* 832.p.*ad* 836.f.& *rurſus ad* 845.p.& *rurſus ad* 847.m.*deturpatur fama* 892 f.& *cur maximè* 833.p. *bona non ſine vitio* 837.*cur fama mendax* 838.*illius regia ex Ouidio* 841.f. & *deinceps ex alijs* 843.*parua priùs tum in Cœlum attollit caput* 844.f.*erga Didonem & Aeneam qualis* 845.846
Fames prædicitur Aeneæ non timenda 665.m.
Famuli ſinguli numinibus ſingulis attributi 1051.p.
Fata Iunonis,quæ 178.*in iram recidunt* 179.*viam inueniunt* 665.m.
Fatis an & quomodo vti dicantur Troiani 176
Fatũ 60.f.*fictũ & callidè iactatũ oraculis,ut a Numa,Scipione,& alijs,vt ſibi cauerẽt* 61.62.477.m.
Fides cur nuſquam tuta 916.f.
Finis geminus ſecundo libro propoſitus 454.f.*clam eluit famam proditionis* 455
Flores cur ſparguntur 1045.p.
Florus Romanum imperium cum animante confert 172.p.
Fœmina mutabilis ac leuis 964.*num perfida* 964.f.
Fortuna dilabente dilabuntur amici 373.m.
Frigus an & quomodo ſoluat 235.m.
Frontibus iunctis naues quales 1073.f.
Fluctus quomodo ater,de eius coloribus 1014.p.
Frumentum quî tandem corruptum dicatur 284

G

Ganymedis raptus qualis 173
Gellius de Aeneide cremanda 28.*reprehenſus* 265

Gloriæ

Digitized by Google

Gloriæ cupiditas quantum in nobis poſſit 46.ad 54
Gloriæ cupiditas vel timor ignominiæ quantum poſſit in nobili pectore 1077.m.1078
Gothophredus habet magnificentiam 339.p.
Gratia a 778.m.ad 780.f.vide etiam Venuſtas.
Græcinũ culpandi in ſimulato diſceßu 471. illis detrabitur 510.ex Aegyptijs multa tranſtulere 714. incuſantur propter relictũ Achemenidẽ 722.eorum tumor in doctrinis cõpeſcitur a Platone & alijs
Gray mali 666.p. (1063
Gygantes,phyſicè etiam explicantur 314.quales in Sicilia 729.f.& deinceps.

H

HArpalice qualis 403.m.
Hectory ſocij 1080
Heleno obediunt Troiani 703
Helenus & eius regnũ 621.f.622.incantus ad eũ Aeneas 612. ſuccedit Pyrrho in partem regni 638. 639.occurrit Aeneæ 648.eius lacbrymæ & lætitia 648.p.fatidicus & quõ 653.f.656.p.dat reſpõ ſa 657.m.658.f.& deĩceps.cur aliqua efferre probiberetur 659.f.660.eius orationis artificiũ 661.f.
Hemiſtichia Virgilij qualia 643.644
Heracleis & Theſeis,cur reprehendatur ab Ariſtotele 7.
Hercules deſignatur dum Aeneas dicitur tot pertuliſſe labores 74
Heroici poematis leges & obſeruationes vide leges.
Hiſiodus de nauigatione 895.p.
Hilaritas in Epopœia 1079
Hiſpanica lingua qualis 641.f.
Hiſtoria cauſas requirit 554.f.
Hiſtoria Populi Romani Aeneis cur & quatenus 20.m.ad 22
Hiſtoriæ cognitio neceſſaria Epico 414.m.
Homeri ordo in Odyßea & Iliade 193.Macrobij & aliorum iudicium de illo 193.f.ad 194. eius in ludis imitatio 1067.m.1083.p.1085.f.indignè in hominis litatione 1136.p.
Homerus reprehenſus in inductione perſonarum 204.p. Plato & Cicero in Homerum 204. Homerus de zephiro reprehenſus 236.f.dum detrectat extremam nauigationem perſequi 758.ſic in alijs ad 3. finem vſque. reprehenditur 857.m.aſſertur pro Mercurio ex Interprete 866
Homerus Tautbologiam adamat 99. m.in Inuocatione reprehenſus 109.ad 111.257.in Vlyſſis cõcione 301.minutus & ad nauſeam 307.lacbrymas Vlyſſi pueriliter affingit.308.in Oeconomia Odyſſeæ reprehenſus 341. in comico 344.f.cum Virgilio comparatus 355.in nauigatione & peregrinatione Thelemaci reprehenſus 357.358.cõparatur in tempeſtate 361.ad 373 in tẽpeſtate Vlyſſis reprehenſus 362.ad 373.in inductione Neptuni in mõtibus 364.minutè.prolixè,impiè multa 371.ad 373.in portus deſcriptione reprehenſus 374.comparatur in venatione 382.383.reprehenſus in conuiuio 382.f.ad 384.m.& 387.comparatur & improbatur in concione 384.m.385. comparatur de colubro 517.518.de nocte 694.f.non laudatur dum Vlyſſi gubernatoris tribuit munus 694.f.reprehenditur dum Vlyßem ſolum inducit nauigationem 294.f.295.de Cyclopibus 712.713.de Polyphemo 724.f.inſimulatur 725.p.Homerum ſequitur ac ſuperat Virgilius in iſtarum dolo pertexẽdo ſed feliciùs 818.m.rurſus in Auroræ ortu & venationis apparatu, ſed elegantiùs 822. m.de Mercurio diſcenſu 869.f.de muſcis reprehenditur 931.p.alij in non diſſimili 931.m. confertur cum Virgilio de firmitudine 941.Homeri nox 953.f.de ſole ſpectatore ac diris 971.f.973.p.cum in ludis imitatur Virgilius & diſcrimen fusè pro ſingulis ludis a 1057.ad 1160.tria peccat in lapſu Aiacis 118.p.
Horatius de Aeolo 212.m.de Iouis fulmine.8.
Hoſtes inſectari,æquum putauit antiquitas 219
Humi cibum ſumebant milites 693.f.
Humile & mediocre genus in Epopœia 383
Humiliora quàm egregiè tractet Virgilius 306.m.
Hyems deſcribitur 791.m.794.m.894.m.f.895.p.& alibi.
Hyperbole 709.p.710.m.de Charybdi,de aſtris 710.m.721.f.

I

IAcobus Pontanus exagitatur 398.401.eius dictum expenditur redarguitur 399.ad 402
Iactabundi Iuuenis mores 1124
Iarba in Didonem & qui 847.m.848.p.eius Oratio ad Iouem & qualis ab 848.f.ad 852.p. vacillat de prouidentia 850.aras tenens & de aris 852.m.eius ortus 854.f.

Iaſpis qualis & cur dono datus 874.f.875.p.

Ignis per noctem tantùm 1011.fumus per diem 1014.eius cauſa conijcitur 1015

Ilias inſcribitur præpoſterè.5

Ilij excidium 11.argumentum 432.quàm opportunè decantetur 452.ad narrationem & actionem non ad epiſodium pertinet 452.f.& cur 454.p.occaſio 500.Deorum non hominum vi expugnatur Ilium 505.508.f.a quibus rurſus 533 m.534

Iliadis propoſitio præpoſtera multis de cauſis 129.ad 132.m.

Imitatio Homeri in Virgilium paſſim ſed in primis.335.ad 392

Imitatio poetica qualis 202.gemina 718.p.

Incendium nauium quale a 1143.f.ad 1162.enitet poetæ virtus dum miſcet mæſta cum lætis 1149. id pertinet ad fabulam & de Oeconomia 1149.m.

Initia Heroicorum poematum varia & cum Virgiliano collata 39. ad 41

Initio gemino, an vtatur in 1.Aeneidis 188.ad 191

Initium Aeneidis quàm commodum 239.f.Iliadis etiam 340.p.

Inſcriptio Aeneidis explicatur 2.m.oppugnatur 2.f.3. defenditur 3.m.4. cum Iliadis inſcriptione confertur.5.eidem longè anteponitur 6.Odyſſeæ item inſcriptioni præfertur 6.m.cur Odyßeæ inſcriptio manca.6.f.7.contra Aeneidis inſcriptionem dubitatur & reſpondetur 8.ad 13. concluditur Odyſſeæ inſcriptioni eße anteponendam quocunque modo 13.f.14.Aeneidis inſcriptione Romanis canit Virgilius,& attentos ac beneuolos illos facit & cur 18.m.

Inſcriptio eſt contracta quædam propoſitio 112 f.

Inſcriptionis Epicæ leges 112.ad 116.vniuerſum argumentum comprehendat, ſi fieri poteſt. 112. Heroem deſignet 112.f.vnico nomine 113.ſuauis cadat auribus.114. docilis lector & attentus fiat ac beneuolus ſi fieri poteſt,& cur 114.m.

Inſcriptionis forma, ratio,& varietas præſertim in Heroico.14.f.ad 18

Inſtrumenta deſignantur armorum nomine 285.magnificentiùs ſic deſignata 286.p.inſtrumenta nautica ad interualla dignoſcenda 1023.m.ex Lucretio quædam 1026.f.

Inuocatio cur vſurpata & de inuocatione 67.ad 82.cur in ea cauſas quærat errorum Aeneæ 72.p. nũ hæc inuocatio ſit præpoſtera 78. 79.latens eius artificium 79. 80. non omnino ab Homero diuerſa & cur 81.f.Homeri errorem dum Muſa deinde canit, vitauit Virgilius 82.ſeparauit etiã inuocationem a propoſitione ſecus quàm Homerus 82.m.dubitatur cui canendum Muſæ ne an poetæ 111.

Inuocationis leges 121.m. ad 124. 1. generalis inuocatio ſeparetur a propoſitione 121. II. aditum ſternat commodum ad narrationem 123

Iopas quid canat 440.f.

Iouis prudentia 309.313.cur dicitur terrere fulmine & an pueriliter 312. lætus fingitur & ſubridens vt mæſtitiæ occurrat filiæ ac lachrymis 322.f. ſubridens, ſuffuſis oculis reſpondet 323. oſcula libat quæ indices ſunt amoris & boneſtatis 323.eius concio & artificium 323.ad 334.f.repellit metum & diluit expoſtulationem 32

Ira Achillis non digna Heroica propoſitione & cur 129

Ira cur memor dicatur & quomodo furor 65.m.

Ira Iunonis recidit in fata Iunonis 179

Iris mali adminiſtra 998.f.incendium excitat Beroes perſona 1151.incenſa oratio 1152

Italia quàm variè 59.90.cur dicatur repoſta 661.f.662.quomodo proxima 662.f.

Ithaca qualis 612

Iubar ſolem indicat veriùs quàm ſtellam Veneris 822.f.

Iudicium & laus concionis Aeneæ cum Homerica quam Virgilius imitatur, concione confertur 300.f. ad 302.Virgilius longè anteponitur multis de cauſis 301.302

Iulia gens vnde 320.p.Iuliæ genti canit & Auguſto 878.f.

Iulus cur ſic dictus 225.f.Iulius appellatio gentis, non C. Cæſar 332. m. quàm egregiè ad venationem traducitur 823.f.verus ne.824.p.extollitur & cur 856.p item 859.f.860.p.

Iugurtha cui ſimilis 827.m.

Iuno prima in Aeneide habet concionem,& hanc admirabilem 313.confertur in hac poetæ eloquentia cum loco alteго 214.p.plena decoris & dignitatis 218

Iuno cur perſequeretur Aeneã 167.f.ad 175.f.eius fataque 178.eius lamẽtatio qualis 183.quã artificioſa 184.qui vteretur fatis & quis ſenſus 186.adorãda 678.680 m.Venerẽ aggreditur decipiẽdi cauſa 811.p.cur dicatur Saturnia 812.p.ironicè obiurgat Venerẽ 813.p.ſagacitatẽ Veneris perſpectam ſibi indicat 813.f.814.ad fraudem deſcendit 814.coniugium perficiẽdum aſſumit ſibi 819.

p. qua

p. qua arte 819.m. quicquid vult nimis vult 820.m. Aeneam appellat non ſine contemptu 821.m. eiuſdem feſtus 821.f. commouet tempeſtatem ab 829.m. ad 832.m. Irim mittit & cur 998.m.

Iuppiter Aeneæ mortem tacitè indicat & cur 324.f. Albanorum ac Romanorum edicit regnum 325. curſim tamen, quia ad Auguſtum properat. 325. Mercurium mittit Carthaginem 334.f. in eo comparatur Virgilius cum Homero 390. in eiuſdem concione 391.f. 392. taurum illi ſacrificat Aeneas 614. qualis in Iarbæ precatione 852.p. humano more exprimitur 854.f. redarguitur ſalaciſſimus Iuppiter 853.m.f. 854.p. accuſatur tamen Virgilius ex Homero, Plauto, & alijs 854. cur prolixus, vbi defenditur poëta 879.880.881.

Iuris conſulti de lege Fuſia caninia, quam Furiam alij 852.m.

Iuuentus aggreditur ad venationem, quæ res deſcribitur ſplendidè 823.p.

L

LAcrymæ diſcedentis Aeneæ 566.p. ex lætitia in Andromache 647. & de lachrymis 647.f.

Laocon qualis 476. eius prodigium 492.f. eius conſilium de Durio 494.p.

Latium duplex nouum & vetus. 106.f. 107

Laus propria quando toleranda 424.425

Leges Heroici poëmatis nimirum inſcriptionis. 112. ad 116. propoſitionis 116. ad 121.m. Inuocationis 121.m. ad 124. exordij totius 124. ad 128.m. narrationis 444.740.f. & deinceps: vbi obſeruationes variæ afferuntur 756 commodè reſumendum dicendi munus 772.f. tempus non commodè deſcriptum obſeruatur vt videtur 803.804

Leges narrationis vide narrationis leges.

Leucate 611. quæ ibi contigerint prælia 611.f.

Liber 2. Aeneidis an ad Epiſodium 9. negatur quia continet cauſas errorum & ideo pertinet ad actionem 9. ad 13

Littus flumini tribuitur eleganter a poeta 664.f. 665.p.

Liuius de Patauio 321.p. Patauinitas ei obiecta 321

Locrenſe oppidum quale 667.p.

Lucani Pharſaliæ non bona inſcriptio. 5.f.

Lucianus qualis 1020.m.

Lucretius 820.p.

Ludi inſtituuntur Apollini & cur 615. & quales 1007.m. ludis fit initium 1056. protenduntur ad 1148. naualis primus 1060. & deinceps. curſus 2. 1108. 3. pugillatus a 1122. ad 1135. 4. ſagittariorum 1136

Lumina reſignare quid ſit 864.f. 865

Lyciæ ſortes quales 906.m. 907

Lypſius præpoſterus de tubæ ſigno 1059.f.

M

MAchina cui poëtarum conueniat 268

Macrobius de Aeneide cremanda 36. reprehenſus 265.f. 570.f. 571

Magalia & arces quomodo 871.p. & 872.f. quomodo intermiſſa ædificatio & cũ conſtructura conueniat 873.m.

Magicas artes pellendas, & quæ apud priſcos 946.947.950

Magnificentia requiritur maximè in Epopœiæ initio 359.m. in hac confertur Aeneas cum Iliade & Odyſſea 338.f. Gothophredus celebratur 339

Manes num 2. odierint nuptias 790

Marini Dij inuocantur 1091

Mare monſtrum ex poëtis varijs 286.287

Maris & Terræ commutatio 673

Matura lentè quid & a quo maximè vſurpatum 265.f.

Matura celeritas qualis 864.p.

Maturare fugam, celeritatem non moderationem ſignificat 265

Maturus æui cur 144.p.

Medeam in Didone exprimit 1015.f.

Mediocre eſt humile genus 283

Medium iter quale 1010.m.

Menœtes deijcitur 1079. emergit & Vlyſſem repræſentat 1080.

Mercurius demittitur cælo & cur 334.f. eius prærogatiuam 335. per noctem curaſſe mandata oſtenditur 336. mittitur carthaginẽ & cur 856.f. eius mandata 857.p. obtẽperantiſſimus patri 860.f. 861.

p cur tantiſper moretur 861.f. celeritas quanta poſtularetur 862. p. cur zephiros vocat 862.m. eius deſcenſus 868.f. quomodo ab auo & ſine via diſpendio, vbi Turnebus reprehenditur 869. Aeneam aggreditur 870.p. reprehendit 878.f. diſcedit 882.m quomodo in auras 884.m.
Meta quàm varia 1066.m.
Moderationis laus 1134.m.
Modicij dictum laudatur paſſim, paſſim exploditur 414.415
Molis tantæ, quid Virgilio 180.f.181
Mori pro Patria præclarum, & quando & pro quibus 507
Mundus & eius partes animantis inſtar 256
Muri quî panderentur 496.f.
Muſæ quales 67.f.
Mutius 74.m.
Myrtus cur Veneri dicata 1043.m.

N

NArratio Aeneidis cur a Carthaginis deſcriptione 147.m. in hac Virgilium, tum Hiſtoricũ agit, tum, Oratorem 158. ad 165. tum poetam 165.m. ad 167. narratione gemina ſeu gemino initio videtur vti 188. res explicatur 189. cur gemino vti videatur initio 190
Narrationis leges 337. ad 355.p.1. vt ordo naturalis quoad eius fieri poſſit ſeruetur & cur 327. II, vt nobili conſtet initio & cur 339.m. III. vt inde actio commodè deriuetur, quæ res illuſtratur exemplis 339.f.340. IV. ne quid interponatur ſtatim vnde actionis primordia labefactetur 340.f. V. vt expoſitioni ſuccedat imitatio 342. VI. ne temerè poeta occupetur, ac nunquam pauciſſima illi tribuendi 343.f.347. VII. vt ne ad comicum facilè deſcendat 343. VIII. vt graphicæ ſint deſcriptiones, conciones etiam, artificia & cur 346.f.347. IX. ſtylum & orationem variandam, & cur 348. res illuſtratur exemplis 349. ad 355
Nauale apud Carthaginenſes quale 968.f.
Naues Troiani Claſſis quot, quæue ſubirent portum & ſingularum Duces 248.279.287. vbi conditæ 560.p. de nauali ibid. de numero 562
Nauigatio 1. Aeneæ 102. comparatur cum 1. Vlyſſis 577.f.578.2.579. Nauigatio 3.591.4.598.5.609.6.620
Nauigationes Aeneæ 550.p.1.569. Deorum iuſſu potiùs quàm fuga arripit nauigationẽ Aeneas 550 f.558.p. cur nauiget, non terreſtrem ineat viam 560. quando & quomodo nauigationem inſtituat 565.750. & deinceps.
Nauigandi optima ratio 966
Nauium certamen & curſus 1. ludus a 1060. ad 1094. quot nauigij genus: quî patria, qualis meta vide a 1061.f. ad 1067.f. ductores quales 1068. nauium forma & magnitudo 1064.f. & deinceps.
Naufragium priſcis infelix mortis genus, & cur 238.240.p.
Neptunus cum decoro introducitur 250.p. cur in alto & in medio mari collocetur 250 f. cur tamen imis vndis 251.f. mirè prouidus deſcribitur 252.267.m. quomodo commoueatur & tamen placidus exerat caput 253. reticentia vtitur & cur 259
Niſus & Eurialus ac cætera amicorum paria 1110.m.
Nouendialia vnde & alia quæruntur & explicantur 1165
Nouendiales ludi cur celebrati 1059.f.1060
Nox conſilij mater 324.f. eius deſcriptio 499.693 p.694. de illius partibus 499.f. 500. quando inſomnijs aptior 501. cur humens dicatur 783.p. eius deſcriptio 951.f.952. eadem ex alijs 952.953. deſcribitur etiam qualis in animantibus 954.m.
Nuncius ignis 1155
Nuptiæ quales & 2. quatenus probandæ 787.788

O

OCulos cur clauderent vel aperirent & quomodo 866.f.867
Odyſſeæ œconomia reprehenſa 341. præpoſitio præpoſtera & cur 132.f. ad 143. Odyſſeam imitatur Virg. 551.m.
Oeconomia Aeneidis mira. 340.f. libri ſecundi 452. libri 3.550. tertij qualis 558.f.
Omina mala 830.m. omina mortis 989.f.
Opportunitatis bonum 889.p. præſertim in rebus odioſis ac duris 889.m.
Oraculi reſponſum ambiguum & cur 589

Digitized by Google

Oratio altiùs repetita quando probanda 987. in hoc commendatur Virgilius 988.p.

Oratores etiam aliquando inuocabant 69

Ordo naturalis relictus tantiſper in erroribus Aeneæ, & de ordine artificiali & naturali 191. m. ad 201. quibus de cauſis deflexerit a naturali 197. quando deflectendum 201. naturalis ſeruandus & cur 337. de ordine Aeneidis 553. f

Ordinem non pertulit dum priùs arma mox errores proponit cum è contrario canat 83. ad 88. f. perturbatus ordo non ſemper excludendus 87

Ore locutus cur dicitur 889. f

Orontem cum Lyciis, cur naufragio deuouerit poëta 246. p

Ouidius de Iouis fulmine 313. de 4. Aeneidos 764. de amoris curis 774. f. de Didonis impudicitia & malis ominibus 831. m. 832. p. de Iouis adulteriis 854. m. de Atlante monte 868. p. de amante an falli poſſit 890 p. de Didone 895. p. de tempeſtate nauigandi 895. f. 896. p.

P

PAlinuri modeſtia 1021. p. eiuſdem aſtrologum obſeruatio 1022. quomodo in cæca tempeſtate potuerit ſtellas obſeruare, & interualla dimetiri locorum 1024.

Palinurus explorat ventos & ſydera 694. f. 695. tempeſtati reſiſtit 1018. 1019. p. ad Aeneam de tẽpeſtate 1019. f. ventis cedendum ait & cur 1020. f. 1021. p.

Palladis ſimulachrum quale 488. palladium ibid 489

Palmæ tendebantur cur & quomodo 240

Parcæ quales & cur vrbibus aptentur 171. f. 659. f. 660

Patauium & quæ de illo dicenda eſſent 320

Patauinitas Liuii 321

Patauium Academia, & eius emblema ex Delo 580. f

Pater cur Aeneas 456. f

Patris dominatus erga filium 856. m

Patria qualis & quando pro illa occumbendum, & quàm glorioſum 507

Paupertatis vel potiùs humilis fortunæ laus 723

Penates qui 66. f. 567. f. admonet Aeneam 594. eorum deſcriptio 597

Penatibus quomodo ſedes dederit 103. f. ad 105

Pericula à Troianis perſpecta 295. anteacta pericula memoratu iucunda 296. dubitatur 296. f. reſpondetur 297

Pericles orationis initio inuocauit 69. p

Peroratio narrationis Aeneæ 758

Perſonæ quomodo introducẽdæ in Epopœia præſertim ad initium 201. f. ad 209. f. nobiles principio 203. m. vt opportunæ & cum decoro adhibeantur nec longiùs facilè occupentur 205. p

Perſonarum vices quî variandæ & Ariſtotelis ac Platonis ſententia 206. m. oppugnatur Ariſtoteles 206. f. deſeritur Platone ſequuto 209

Petrarcha Virgilium in fontis deſcriptione imitatur 379. comparantur 379. f. 380

Petronius Arbiter de ſomniis ex Lucretio 784. m

Petrus Nannius de initio Aeneidis 35

Peſtilentia Cretenſis qualis 593

Peſtis dicitur amor & cur 811. p

Pharetra omiſſa priùs tum probata & commodè 404

Phaëthon qualis 1057. p.

Phiſiologia ſeruatur a Poëta in Noto & Euro 244. f. 145.

Phœnix qualis 542. f

Phrigium opus picturæ & ſculpturæ anteponitur & cur 1099. f. 1100

Pictura cum Epopœia confertur 1099. m

Piſander eiúſque Poema 547. f. 548

Plato de inuocatione 68. m. de imitatione Dramatica & Epica 202. quàm frequenter perſona inducenda 206

Plato de anticipata probitate 233. animam tanquam in ſtatione collocat 770. f. de cupidine 772. m. de venuſtate 779. m. pueris iniungit equitandi munus 828. f. ſic alii 829. p

Pleonaſmon refert Saturnia 812. f

Plinius

Digitized by Google

Plinius refellitur 866.m
Plutarchus de fortuna Romani Imperij 327.f 859.de venuſtate 779
Poëta qualis in concionibus 901.m
Poetæ multa reticent quæ ſuppleri volunt, & cur 289.f.290.648.m.652.p
Poetæ Muſas introducebant, vt ſibi conciliarent famam diuinitatis 70.71
Poetæ num pauciſſima loquenda 333.f eius conſilium in 5.1007.f.reprehenditur eius licentia orationis 1010.clam cauit Romanis 1038.f
Poetarum lectio cum poeticis præceptis coniungenda & cur. m. eorum licentia, præſertim in epopeia 961.f
Poeſis vnde characterem ſumat 338.illuſtratur exemplo Aeneidis 349.quomodo variandum 349. f.350.confertur cum Homero 352.353
Polydorus 572.573.hortatur Aeneam ad fugam 273.f.de eodem 274
Polyphemus & Cyclopes 722.de fiſtula illi attributa 728.de forma 729.& deinceps.
Pompeius in Priamo indicatur 524
Pontanus de initio Aeneidis 35
Portentum Polydori qualis 572.573
Portenta priſcorum more fingit Virg. Phyſicus tamen videri poteſt 942
Portus deſcriptio appoſitè introducitur 700.m.276.num in Lybia talis portus, non requirendus, & cur 277:vnde ſumpta 277.ex Homeri Ithacenſi probatur 278
Portus Ithacenſis deſcriptio reprehenditur, Carthaginenſis laudatur 374. cum Homero comparatur 373.378
Præcepta cum Poetis iungenda & cur. 1.m
Prædæ mentio cur 542.f
Præmia exponuntur & cur 1057.1058.diſtribuuntur 1095.ad 1101.eorum diſtributio in primo certamine qualis 1096.& deinceps.
Precandi vſus varius 240
Prima libri diſtributio 393.f
Propertius de Aeneide 22.f
Propoſitio VII, Aeneidis qualis & an noua 88.f.92.f. propoſitio eſt copioſa quædam & dilatata inſcriptio 113
Propoſitionis leges 116.ad 121.vt a materia ordiatur 116 a quarto caſu 116.f. quod a quarto 117. ne minuta perſequatur 118.ne Hipberologiam temerè ſectetur 119.vt narrationi planè reſpondeat 119.f.ne Epiſodij habeat rationem 120.num cauſa proponenda 120.m
Proſerpina crinem ſecat quem & quando 1000.p
Prouidentia Ducis 394.m.cur it,non mittit 397.cur vnicum ducit ſocium Aeneas & arma ſumit 397 f.prouidentia numinis ex poetis 917.959.m.& deinceps fuſè.
Prouidentiæ partes 267.m
Prudentia in Neptuno vt in Rege deſignatur 252.ad 256.
Pudicitia amiſſa, iacta eſt alea 831.p
Pygmalion Polymeſtor 576.m
Pyndarus & alij Virgilio 825.f.de opportunitate 839
Pyra quando ſuccenſa & aqua 991. f. 992. p. res lectori reſeruatur excogitanda vt animalia multa (992.p
Pyræ gradus quos dicat incertum 996.f
Pyrrhus 516.517.eius interitus 635.636.638.p

Q

QVartus liber nobiliſſimus omnium et pulcherrimus 764.p.quibus de cauſis 764.m.vſque ad 766 f.quàm cohæreat 805.f.806
Quatuor certaminibus cur tres ſtatuuntur victores 1098.1099
Quinto libro ad actionem redit 1007.p ſed breui redit ad epiſodia 1007.p. ita quadripartitus liber & qui 1007.m
Quirinus cur Auguſtus 334
Quot vrbes & quas condiderit Aeneas 94.ad 98

R

REcidiua mœnia quæ 905.recidiuus annus qualis 906.p
Recumbendi modus 457
Regiæ Priami expugnatio & luctus 515.& deinceps.ad 524

Regis

Digitized by Google

Regis & Principum fœlicitas & infœlicitas 833.f.834. confirmatur ex Poetis & Hiſtoricis 834.f. 835. Regis ad exemplum cæteri 1044.m

Remigandi ratio priſcorum in triremibus & ſimilibus 1086.f.& deinceps.

Remiges fortè deligebantur per vices 694.p.725.impellebant ac proni fiebant non ſupini 736.non coacti ſed voluntarij 1084.1086.1064.m.aliter quàm nunc remos impellebant in triremibus 1080.f

Reticentia & eius vſus 259.f

Ritus ſacrificandi priſcorum 657.f.658.

Romani inſcriptione Aeneidis prius tum propoſitione attenti fiunt, dociles, beneuoli, & quomodo 18.f. 55.f.celebrantur ab ortu & bello quo domaturi eſſent Carthaginenſes 168. mirificè commendantur 858.f

Romanorum imperium 325.a Marte Romani 326.m.Imperij amplitudo & diuturnitas 327.familiæ quatuor, quatuor nauibus indicantur 1060.f.eiſdem canitur 1061.p

Romanum Imperium cum animante confertur 172.ſuperſtitio.655.701.p

S

SAcrificium imperat in fugienda regione 668.& 669.cur velato capite 669.670.p.ſacrificium ab Heleno iuſſum 703.m.peractum ab Aenea 726.f.

Scaliger de initio Aeneidis 35

Scylla & Carybdis 671.674 quomodo declinanda 675.cur Scylla cani ſimili 676

Sebaſtianus Regulus de initio Aeneidis 35

Seneca reprehenſus 314

Sergia familia vnde 1007.p

Sermo quomodo abrumpitur 883.m.

Serpens a 1047.ad 1052.cur ſeptemplex 1051.m.tota de illo poeta ſententia 1052.p.quibus plaudit Romanus 1052

Seruius reprehenſus 812.p.ſuſpicioſus 819.f.reprehenditur de ſermone 883.p.reprehenſus de neſcio qua duplici vita 985.m.exploditur 1000.p.reprehenditur de myrto 1043.de numero 1044.m.de lacte 144.f.decipitur de angue & ſeptimo anno 1051.f

Seruius de Aeneide cremanda 30.reprehēſus, de portu Carthaginenſi 277.de annis reprehenditur 617. de ara 628.de ara patria 637.de Hemiſtichijs Virgilij 642.f.643.reprehenditur rurſus de hemiſtichijs 645.de Andromache 646.reprehenditur de ſigno a Palinuro dato 695.f.696

Siculum fretum quale 671.p

Sicilia dimiſſa ab Italia 671.f.672.710.f

Silius de Africa portuoſa 277.m.reprehenditur de fabula Polyphemi 732.f.733

Simile vbi primùm vtitur, vbi exemplo 270.m continet expoſitionem 270.f.de ſimili vſu 271.f.huius explicatio 272.275.an certum virum deſignet dum ex viro probo ducitur ſimile & qui tales 272.f

Sinon qualis 477.& deinceps eius oratio 481.eius fraudes 482.altiùs repetit fraudem 484.Vlyſſem fictè incuſat 485.quanta Troianos capit arte 487.obſeruantur multa in hac fabula 490.præſertim de imitatione gemina 491

Sobolis deſiderium commemorat 899.f.900.ſoboles quàm ſuauis 899.f.900.901

Solemnes dapes quales 627

Sol gratiſſimus nauigantibus & cur 282.f.eius labores quales 442.445.fit ſpectator a quibus 971.f. 972.p.eius ortus 1041.idem ex alijs Poëtis 1041

Solaris annus qualis 616.

Somnia quando vera 502.cur facilè inuadunt amantem 783.f.784.varia 783.p

Sorte loca capiuntur in ludis & cur 1060.m

Sortis vſus num licitus 473

Spei argumenta & inuitamenta 303

Statij Thebaidis non bona inſcriptio 5.f.

Stoici Heroicum Poema, cur Deorum etiam fecerint 203.m

Strophades & Harpiæ 602

Stylum quomodo dimittat, extollat & variet 285.quomodo variandus 348.350.exemplis illuſtratur 352

Stylus Virgilianus qualis 418.419

Subucula caruiſſe priſcos 1129.f.

Sulpitius Carthaginenſis de Virgilio 24

Sybilla qualis 682.conſulenda Aeneæ 683

Digitized by Google

Sydera cur dicantur cadentia 464.f.& deinceps.
Syderum obſeruatio qualis 654.& de Aſtrologis 654.f
Sydus hibernum quale 894 f.895
Symbolum futuri euentus Didoniani amoris 776.f
Syſiphum tacitè deſignat, dum ait tot voluere caſus 73.f

T

TArentini quales 704.m.705
Theatrum natura pulcherrimum 1110.p.natura ſuperat artem 1110.m. ex imitamento Homeri 1111
Theoremata quædam proponuntur & explicantur I.cur arma priùs proponit, tum errores, & tamen priùs canit errores quàm arma 83.ad 88.f.II.quomodo non gemina, actio & fabula cum vna ex erroribus altera ex bello 88.m.ad 93.f.pro gemina 89.explicatur 91.92. III.de vrbem quam condendam proponit 93.f.ad 103.f.IV.quomodo intulerit Deus in latium cum non eis ſtatuerit ſedes 103.f. V.quomodo latinum genus ab Aenea 105. ad 107. IV. cui cauſæ cauendæ quas memorari vult, Muſæ ne an Poetæ 107.m
Tempeſtas deſcribitur & cur 599.confertur tertij tempeſtas cum altera primi 601.602.grauis deſcribitur 1016.1017
Tempeſtatis qua Aeneas iactatur magnitudo 242.in ea XII.nauium habetur mentio 248. reliquæ cum duabus 279
Tempeſtatis primæ deſcriptio 228.dubitatur & reſpondetur 229. m.ad 234. comparatur cum Homerica 361.ad 373
Tempus actionis obſeruandum 773.p.obſcurum in 4.803.804.diſſimulat poëta 809.f.810.p.
Ternarius numerus 997.m
Térque quatérque græco more 968.m
Terra quàm optata nauigantibus & cara naufragij & Troianis 281
Teucri fugam adornant 929.quales dum ad portum confugiunt 930.formicis ſimiles 930.f
Tibullus exprobat fraudes Virgiliano more 815.m
Titus Liuius, vide Liuius.
Tonſa coma & preſſa corona quî 1144.m.& deinceps
Torquatus Didonem expreſſit in Armida 894.p.914.915.p.924.f.926 927.p.quî Virgilium imitetur 927.f.928 p.Cyclades Virgilij exprimit 930. m. ac rurſus Didonem 933.m. noctem deſcribit 952.f.953.qualem facit Armidam erga diſcedentem Rinaldum, ac rectè 957.m.969.f.970.p
Torquatus in Oeconomia Gothophredi laudatur 243.m.in comico laudatur 245.comparatur in ſerpentis deſcriptione cum Virgilio 519.tacitè corrigit Homerū 577.f.Vicinianum Ionē imitatus 833.p.
Tranſitione vtitur nobili in III.556
Triclinium quale 457.m
Trinacria occurrit & qualis 705.m.eius promontoria 705.f.706 de illius figura 706.
Tripodes quales 654.p.1058.p
Troiæ regnum expreſſum in Chaonio 640.f.quo more 641.p.648.f.649.p.cur magnis ſimulata 649.m.nomine etiam in Chaonio regno expreſſa 649.f
Troianus equus qualis 458
Troiani ad Cyclopes 712.f.cur & excuſantur 715.laudantur etiam tacitè 715.m.716.p
Troiani quales in diſceſſu Græcorum 474.de Durio 474.f.eorum duces reprehenduntur 475.quales erga Sinonem 478.f. prædas agunt & in Harpyias incidunt 604.& deinceps acclamant Italiam 697.f.eorum fortitudo 711.p.exagitatur ac defenditur tandem 733.f.cur Aeneæ mandata curent diligenter 889.m
Tuba cur primò det ſignum 1059.m.dat ſignum certaminis 1069.de curſu vide 1069.et deinceps:vbi de illius vſu.
Tucca & Varro quales in Aeneide 645
Tyberi littora tribuuntur eleganter 664.f 665.p

V

VAlerius Max. de accubitu 460.f
Vatis perſonam exprimit Poëta 943.m.
Velo attribuuntur alæ & cur 696.m
Venatio laudatur præſertim, quia munit viam ad bellica munera 287.eius apparatus 822.m
Venatio in qua comparatur Virgilius cum Homero 380.ad 382.eius initium 826.qualis in illa Aſcanius

Digitized by Google

nius 826.m. venationis dignitas regia 828.m

Venti & vnde ſpirant 229.eorum origo 232.f.increpantur,& cur 258.ad 261.cur origo notetur cum inter Deos numerentur 262.263.eorum ortus 263.264

Venturum pro futurum 69.a bello & pace laudat Auguſtum 333.

Ventus qualis dum Aeneas Carthaginem relinqueret 1013.

Venuſtas & gratia qualis 778.num a pulchritudine differat 779.p

Venus Iouem aggreditur, alloquitur, expoſtulat, & tacitè increpat 310.ad 314. eius orationis artificium 312.314.m.315.Romanis canit 316.ab Antenore ducit argumentum pro Aenea faueat 317 Aeneæ calamitatem propriam facit Venus 318. auget rem nauibus amiſſis, dicens 319. concludit ſummam colligens totius concionis 319.f.occurrit filio ſed mentito vultu 402 ſimillimum & diſſimillimum Veneris ſymbolum, ſpartana virgo 402.403.p.alloquitur natum 404.eius prætextus & ſolertia in alloquendo Aenea 404.aſtus 404.405 ſe Deam diſſimulat, & diuinos recuſat honores 409.Didonis hiſtoriam perſtringit 411. tria requirit ab Aenea, humano ſcilicet more 420. filium Carthaginem dirigit 426.cur dicat quiſquis ei, cum ſciret, quis eſſet 427.decorum tuetur dum profert augurium 428.qualis diſcedens 430.quæ diuinitatis dei indicia 430.ad 432.adamuſſim reſpondet Aeneæ orationi 410.docet eum de regione 411.Iunoni 816.p.artem eludit arte, fraudem fraude, eucuneum eucuneo 816.m.aſtu non cedit Iunoni 816.f.817.m. in Iouem reijcit rei ſummam 817.f.iure doloſa 818 p.non annuit omnino Iunoni 820.f.ſupplicat Neptuno, Neptunus indulget 1168. cur a Neptuno dicitur è ſuo regno genus ducere & alia multa explicantur 1169.& deinceps. multa item obſeruantur in fœlici Aeneæ nauigatione 1173.& deinceps.

Verba vtiliter poſt beneficia 277.famelicis breuiter 292.

Victor primus declaratur in nauali certamine 1095

Vinum coronale quid ſit 699

Virgilij cupiditas gloriæ 46.m.ad 54.reprehenditur ob Polydori portentum, & defenditur 572

Virgilij elogia 22.ad 26

Virgilius comparatur vide comparatur. caſtior multò quàm Homerus de Dijs 204.f.extollit ſe ab Troianis humilia curantibus, & ab Aenea ad cæleſtes 307.ad 309.Patauij authorem profert, tacente Liuio 327

Virgilius Homerum *corrigit 230.f.oppugnatur ibid. & 229.defenditur 230.oppugnatur rurſus in eorum Phyſiologia 232.m.defenditur 233.m*

Virgilius in re humili qualis 306.in hac confert cum Homero 307. variat ſtylum 307. defenditur de Triclinio 457.f.de incluſis in Durio 473.exagitatur de Laocoontis caſu 494.m.f.defenditur 495.f. defenditur obiecta breuiloquentia 564. Achæmenidis factum obijcitur poëtæ 726

Virgilius nec preſſus nec redundans 99.100.copioſus 678.f.679.in Inſcriptione quot & quanta præſtet 115.f.multa molitur expeditque machina pro Epici libertate 335.f. 336.duo ex eo ſciſcitanda 336.p.in comico laudatur 345.comparatur cum Homero in quibus 360 f.tempeſtas Virgiliana cum Homerica comparatur 361.ad 373.in conſtantia Aeneæ laudatus 369.egregiè exclamat in Durij inductione 496.497.de tempore ſomnij 501.Odyſſeam imitatur & quàm præclarè 551.f.552.excuſatur in Polymneſtoris facto 575.f.quædã non minùs hiſtoricè narrat ac phyſicè quàm poëticè 681. in Polyphemi fabula anteponitur Homero 727.quæ ob Troianorum facilitatem erga Achæmenidem allata ſunt a particula 83.fusè diluuntur p.739.& deinceps.

Virgilius num verè cremari iuſſerit Aeneidē, & quas ob cauſas 21.m.ad 33. in portus Carthaginenſis deſcriptione laudatur 374.in eadem comparatur 373.ad 378 f.comparatur in venatione Aeneæ 380.ad 382.in conuiuio 382.f.in concione 384.m.385.ad 388 in Iouis mundum ſpectantis inductione 390.reſumit dicendi munus appoſitè 434.Didonis amorem canit 434.f.& deinceps quid clã molitur in excedij narratione 462 f.463.videtur emendandum reliquiſſe locum 544.f. quomodo emendari potuiſſet 545.circa ſacrificia defenditur 670. & 671.exagitatur & defenditur dum adit Helenum 622.num veriſimile tueatur in Troiæ commutatione 650.m.qualis in denunciationibus rerũ futurarum 655.f.exagitatur dum Troianos in diſcrimen adducit ac defenditur 709.f.710.exagitatur de Achæmenide 799.720.722.defenditur 727.p.num culpandus & quomodo excuſandus dum impudicum amorem affingit Didoni 767.m. & deinceps non tamen dum tantam cupidini tribuit poteſtatem 771.f.772.num venuſtatem ſeu gratiam prætermiſerit dum omnibus bonis cumularet Aeneam 778.carmen iterat & cur 821.m.non ruſticis canit, & quibus 825.f. cur tanta Aeneã ornat pulchritudine 826.p.canit Auguſto 826.p.laudatur de meliori fama 855.p canit Auguſto et Romanis 855.f.durus in verbis illis téque querelis 910.f.ſubſtuliſſet ſi emendaſſet 911.p

Virgilius rectè ceruos tribuit Africæ 188.grauiter expendit Sinonis fraudem 492.quæ aliunde acceperit

rit 543.p.obſcurus locus 914.m.obſcuriſſimus 915.m.illuſtratur.916.excuſatur in prodigijs 943.f
Virtus orationis in quo poſita 680.virtus in pulchro corpore commendata 1119.p
Vixi de quibus dicitur & ad nominis celebritatem pertinere poteſt 984.f.985.p
Vlyſſis facta præclara 6.f.7.non vidit mores multorum 141.eius nauigationes 355.Heroicam fortitudinem abijcit 365.ad 369.qualis fingitur a Sinone deteſtatio eiuſdem regionis 610.f. contemnitur Ithaca 611.ad fraudem compoſitus 704.p f.indignè geſſit multa apud Homerum 1116.f
Vmbras quàm egregiè deſcribat 545.f
Vnitas actionis,num in Aeneide 88.ad 93.arte magis quàm natura reperiri 92
Vortices vnde & quales 247.m
Urbs ab Aenea condenda qualis,& num ſatisfecerit propoſitioni Virgilij 93.ad 103.vrbem primò condit in Tracia 570.p
Urbs ab Aenea condita quæ 65.m

X

XEnophon venationi adijcit Cyrum 285.f

Y

Yὕστερον πρότερον num in illo, & torrere & frangere 286.& aliud elegans 1112

Z

ZEphirum, cur ad ſe vocet Neptunus 257

Finis Indicis.

REGISTRVM.

ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz Aaa.

Omnes ſunt Terniones, præter Aaa, qui eſt Quaternio.

Digitized by Google

Quæ afferuntur & corriguntur errata, poſſent Lectoris iudicio committi (in vna enim, aut altera literula conſiſtunt pleraque) ſed ne quis hæreat, ex ordine diſponuntur. Reſpondet verò eorum Index numeris lateralibus, & quacunque forma imprimatur Opus, offeret ſtatim quod requiritur: dummodo laterales illi retineantur numeri.

		E.	C.
pag 2.		rationem	rationem
17		regnum	regnum quærentem
19		poetteia	poeſis
21	f.	ſi	ſit
24	m.	facta	fata
25	m.	Aenea	Aeena
47	m.	Delphium	Delphicum
48	f.	προληψιν	διὰ πρόληψιν
60	f.	pudere	puderet
72	f.	bonia	ionia
73	p.	ratione	rationem
74	f.	quis	pius.
91	p.	quantumus	quantumuis
91	f.	inter	intra
95	f.	ia	is his
97	m.	facetiam	fac etiam
99	m.	is iaa	iſtas nugas
116	p.	facta	fata
	m.	facta	fata
	f.	ærecbat	arcebat
	f.	facta	fata
118		obnoxam	ob noxam
	f.	ania	aris
129	m.	fatis	fatis
124	f.	potarum	poetarum
126	f.	nimiam	ac nimiam
133	m.	molis	mollis
136	p.	pleraque	quæ pleraque
139	m.	torquenda	detorquenda
141	m.	faitaretur	ſciſcitaretur
153	m.	Ne miſerum	Me miſerum
157	p.	tot	toto
	f.	fede	ſede
157	f.	o poeta	a poeta
159	f.	indignitatē	indignationem
160	m.	vnique	neque non
167	p.	proximas	aut his proximas
171	m.	vt verò	& verò
174	p.	vt Seneca	& Seneca
	m.	requirunt	ac requirunt
175	m.	idem	dum
		conueniſſe	conſueuiſſe
178	f.	fidibus	fidus
		memora	nemora
185	p.	θα	θαι
186	m.	hinc	hinc eſt
190	f.	cohortatione	cohortationem
191	m.	qualis &	qualis eſt
204	m.	quieſcit	quieſcat
213	m.	ira	ita vt
214	p.	itam	iam
217	p.	Orbem	Vrbem
220	f.	ſine	hinc
		muſctari	mutari
223	m.	portæ	poſtes
228	f.	nouum	nauum
229	m.	incitatione	imitatione
		alias	alios
234	p.	diuinam	diuinum
240	p.	tale	ſale
241	p.	memora	nemora
244	f.	legatos	lætos
245	p.	vt vtranque	& vtranque
252	f.	oſtendit	oſtendunt
256	m.	tranquillitatem	tranquillitas
		ſecuritatem	ſecuritas
257	f.	oratores	Crateres
262	f.	naris	maris
263	m.	potuerunt	poſuerunt
264	p.	nunc	hunc
		Nauſica	Nauſicæ
272	m.	pergerte	pergebat
275	p.	perarrò	perrarò
	f.	Aenæ	Aeneæ
274	f.	certè	certè
275	f.	Carma	(arma
276	p.	Aeneas.	Aeneas)

		E.	C.
280	f.	ſtatuam tibi	ſtatuam tribuā tibi
282	m.	inuoluetam	inuoluera
	m.	propoſitis	poſtpoſitis
287	f.	illum tacito	illum Tacito
293	f.	incitationē	incitatiorem
294	f.	inuiſum eſſe cæleſtibus	inuiſum cœleſtibus
295	f.	hic Aeneæ	ſic Aeneæ
296	f.	pedē auertit	pedem ſic auertit
303	p.	Stata	ſtrata
304	f.	quin	quem
306	p.	in enumeratione Vrbis	in enumeratione operum Vrbis
307	m.	& Regno	de Regno
308	f.	tempeſtatē	tempeſtate
309	m.	(miſerabile dictu)	mirabile dictu)
	m.	miſcetque	miſcetque
311	p.	ita narrant	ita narrent
313	f.	cum coruo	cum ceruo
323	f.	aduerſus quos	aduerſus equos
		προληψιμ	πρόληψιν
332	f.	aliquis	aliqui
334	p.	Patrochi	Patrocli
338	p.	pedibus	pedibus
		eiuſmodi ſeciſſet Homero	eiuſmodi facinori Diomedes præfuiſſet ex Homero.
	f.	menſem	mentem
346	m.	millibus	millibus
		Eoaſque	Eoaſque
348	p.	Eoſque	Eoaſque
		different	differant
		qua iure	qua in re
349	p.	etiam nomē	etiam ad nomen
351	f.	per ſe	Perſæ
352	f.	expedire nequit	expediri nequit
357	p.	Diana	Dianæ
363	p.	ſuſpenderet	ſuſpenderat
	m.	aluennia	aluearia
367	m.	Seretum	Scretum
368	m.	abirent	adirent
369	p.	hi	ſi
360	f.	huiuſmodi	cuiuſmodi
371	p.	prohibite	prohibe
	m.	demiſſus	miſſus
377	p.	timendus Deus	timendos Deos
385	f.	pergat	pergit
388	m.	auerſus	aduerſus
		tempore	tepore
390	f.	ſummerſum	ſubmerſum
392	m.	cōmētarijs	commentaris
394	p.	oppoſitè	appoſitè
395	m.	lib. Rhetoricorum	lib. 1. Rhetoricorum
	f.	afflare	afflaret
397	p.	omnes	δι᾽ ἃς
399	f.	Regina	Reginam
400	f.	D.dici	Didonem dici
402	f.	ſic varia poeta	ſic variat poeta
403	p.	deriuare	deritari
	m.	Catebat enim	(atebat enim
405	f.	obſeruandā	reſeruandam
406	m.	ait	ſit
411		& inſcriptionem	& in ſcriptionem
415	m.	Catulum	Catullum
416	p.	luatt	luaus
418	p.	palam	pallam
420	p.	licet) eum gemmis	licet) gemmis
422	f.	peſſimi	paſſim.
423	p.	tener	terret
		prohibeat	prohibent

		E.	C.
427	m.	prociderit	præciderit
		capud eſt	caput eſt
428	f.	egreſſua	& greſſu
429	p.	Lyuius	Lyricus
	m.	addit verò eum	addit verò eum
434	f.	nam exitio	quam exitio
436	m.	procula	pocula
437	m.	opularum	epularum
		diſtinguēdā	diſtinguendum
439	f.	Malo item	malo item omine
443	p.	primogenitā	primigeniam
444	p.	quia luna	qui a luna
447	m.	diximus illud	diximus in illud
448	m.	incitationē	iactationem
450	m.	Romanum	Romanorum
452	f.	tandem	eandem
455	p.	Troianis	Troiani
		æſtimat	æſtimet
457	p.	deriuarent	deriuaret
458	p.	dubitatori	dubitationi
459	p.	Matauſia	Mauraſia
461	p.	in codē toro	non in eodem toro cum vitis
		hunc	vni
462	p.	Viſſi	Vlyſſi
463	f.	oppoſitè	appoſitè
467	p.	viro	voto
472	m.	moueo	moneo
		& delecti	nec delecti
480	p.	iudicat	indicat
482	m.	reſpondet vni	reſpondent vſui
489	p.	Aliam	Aſiam
492	f.	Iliadis	Iliadi
494	p.	filium	filios
500	p.	flammas	claſſis flammas
		Sinon	. at ſi non
501	p.	Dei mihi	Hei mihi
502	p.	viſo Apollinis	vita Apollonij
	f.	raptaret	raptaries
504	m.	inuiſus	inuitus
505	f.	ſæpe	ſemper
507	p.	ἀρετης	ἀρετάς
	f.	immortalitate	immortalitati
510	p.	eueiſſi	euerit
512	p.	imò	vno
524	f.	Diteruere	deferuere
525	p.	Addiderat	Abdiderat
534	p.	traduca	tra ducat
537	m.	abducat	adducat
546	m.	clatius	chattus
550	p.	Actium	Aſtiam
557	p.	tempo	tempore
566	f.	amplis	ampl ius
570	f.	Intentem	nitentem
571	m.	Inde	vnde
572	m.	qui vt	quin vt
573	f.	infectus	inf ſtus
575	f.	nauigaret	nauigauit
		moliendam	molliendam
579	f.	miteſcentes	miteſcente
581	f.	vt verò	& verò
586	p.	immitis	immilit
587	p.	repuliſſent, vbi	perueniſſent, ibi
588	p.	παιδας	παῖδας τῶν παίδων
589	f.	quo	ac quem
591	m.	prauoſque	proauoſque
593	f.	gignet	gignat
598	f.	differunt	deferunt
601	m.	poeta	a poeta
605	p.	eorra	eatua
614	f.	virium	verum
619	f.	illa	illæ.
620	p.	Ironiæ	ironicè

testamen

Digitized by Google

		E.	C.
	m.	teſtamen	geſtamen
621	f.	exploraſſet	exploraſſet
623	f.	diſtincta	diſtinctè
625	p.	indicat	indicat
		nō Atenorē	nam Antenorem
635	m.	enixe	enixè
633	m.	attingere	Attingeret
655	p.	Elena	Eleno
656	f.	diſcendæ	dicendæ
657	p.	prodigiam	prodigium
659	f.	euenta	euentura
664	p.	equidem	e quidem
665	p.	Numine	flumine
666	f.	Iaſſydium	Iapydium
673	f.	deducantur	diducantur
674	m.	facies	facie
680	m.	ſupra	ſupera
681	p.	antiquàm	antequam
682	p.	digeret	degeret
686	m.	comperaſſe	compenſaſſe
691	m.	quorum	quorſum
701	p.	diſcendit	deſcendit
702	f.	peruagatur	peruadatur
725	f.	capeſcenda	capeſſenda
728	p.	Virgilijs	Virgilij
729	m.	quia	quin
731	p.	potuerant	potuerint
731	m.	nec	&
733	m.	ex hiſce	& hiſce
735	m.	cruoremiſſū	cruorem emiſſum
736	m.	ſequiterur	requiratur
742		indulgentiā	indiligentiam
754	f.	nomini	numine
756	f.	eſt Aeneas	eſt vt Aeneas
767	f.	prudentia	prudentiæ
		quia	quin
768	p.	miſera	miſeræ
	m.	caſe	enſe
772	m.	vtrique verè	vtrique iure
773	p.	graui cura	grauis cura
774	m.	exigitur	exagitatur
776	m.	ad morem	ad amorem
	f.	tollenda	attollenda
777	p.	Didone	Didoni
		ſuper	ſemper
781	p.	miter	mitater
785	p.	ſoſpitem	hoſpitem
	m.	de ſe	ſeſe
789	f.	ad fuerit	abfuerit
793	p.	repugnet	expugnet
794	p.	ſacrificij	ſacrificijs
		conuirgit	continget
	m.	reſumet poeta	reſumit poeta
	f.	quoniā germanum	quoniam rectum ac germanum
796		ſedet	ſed &

		E.	C.
798	p.	quia	quin
799	p.	Carthaginenſis	Carthaginenſi
801	f.	vita	victa
808	f.	poeta	poetæ
810	m.	mene	mente
813	f.	totum	tutum
814	f.	qui	quin
815	m.	è contraria	è contrario
	f.	Hæc	Nec
816	f.	præſenſit	perſentit
	f.	æſtu	aſtu
817	f.	ſubuenta	ſubuectia
818	m.	exceptis	excepit
	f.	retinerit	retexerit
819	p.	Troiano	Traiano
830	p.	prudentiſſimus	prudentiſſimus
833	m.	indigens	indiligens
835	f.	quia	quin
		ſit	ſis
		æmulas	æmulos
837	p.	quia	quin
838	f.	illum	vllum
842	f.	induit	inducit
847	f.	ducebat	ducebant
867	m.	Hic	nec
880	p.	ſat ſcit	ſat ſcio
881	p.	pugnas	pugnes
		non illud	nam illud
		nam eam	eàm
902	p.	prius	pius
919	f.	Rei	Dei
920	p.	reprehenditur	reprehendatur
934	f.	in inpræſens	in præſens
954	p.	incederim	inciderim
957	f.	ſignitiem	ſegnitiem
960	m.	ſolicitaſtas	ſolitatias
963	f.	abtulit	obtulit
969	f.	in poeta ore	in poetæ ore
973	m.	in rati	iurari
	f.	riuclos	riuulos
975	p.	quidē furor	quidam furor
976	f.	Tabellarius	Tabularius
977	p.	robor	robur
980	p.	Afenam	Aſinam
982	f.	incubit	incubuit
992	p.	obligate	ablegare
994	m.	Acroides	Hetoides
996	m.	diſeris	deſeris
1004	f.	præſidebat	præſidebat
		Aeneas	Aenea
1005	f.	quia	quin
1006	p.	reo	res
1013	f.	retinent	retineat

		E.	C.
1017	m.	ed repente	ſed repente
1023	m.	porta	portu
1030	p.	coniecerit	fecerit
1034	p.	perſuadendum	perſuadeam
1040	f.	relatam	relatum
1044	p.	ſenex	ſenem
		ætates	ætate
1046	p.	perculi	periculis
1051	p.	Vibius	Vibius
	m.	admouebitur	admonebitur
	m.	pertenderetur	protenderetur
1054	p.	mane	manes
1055	m.	varietate (quod	varietate & (quod
1059	m.	iubeat	ſubeat
1062	f.	& æquare	& æquari
1063	m.	Aegypium	Aegyptum
1067	m.	nihil eſt quod	nihil eſt quin
1070	f.	ſtridentibus	tridentibus
1071	p.	comparētur	comparentur
1077	f.	ad ſocios	ac ſocios
1078	f.	haudita	haud ita
1080	m.	ſic eaque	ſiccaque
1099	m.	vt	&
	f.	rogata	rogatu
1100	f.	Indicat	indicet
1104	p.	æquore	æquare
1105	f.	obſeruatam	ob ſeruatam
1108	f.	Aeneam	Aeneas
1112	m.	eum locum	locum
1118	m.	ſit	ſic
1119	m.	qua	quæ
1124	p.	viſam	viſa
1131		cenſere	cenſeri
1133	f.	temporis	temporibus
1135	p.	voluiſſet	voluiſſent
1136	p.	barbariam	barbariem
1147	p.	deſcribuiſſe	diſtribuiſſe
1155	p	ad	ac
1163	f.	viuide iuuētuti	viuida iuuentute
1165		tempeſtatis æqualitata	tempeſtate æqualitata
	m.	ritum	rituum
		ignarum	gnarum
	f.	fingitur	fingitur Aeneas
1172	p.	cum	ſic
1176	p.	officia	officium
1178	f.	minim è	magis
1179	f.	obſtruſis	abſtruſis
1188	f.	alijs	alis
1189	m.	recepio	receptæ

Digitized by Google